






Smithsonian Institution  
Libraries



Bequest of  
S. Stillman Berry

S. Stillman Berry  
1145 W. Highland Ave.  
Redlands, California

2 · VII · 1957

2d ed. (1st ed. 1906)












TV  
SCEPTRA DEVMQZ  
CONCILIAS



VLYSSIS ALDROVANDI  
PHILOSOPHI, ET MEDICI  
BONONIENSIS

*De Reliquis Animalibus exanguibus  
libri quatuor, post mortem eius editi.*

*Nempe*


DE MOLLIBVS, CRVSTACEIS,  
TESTACEIS, ET ZOOPHYTIS.

AD  
ILLVSTRISSIMVM  
SENATVM  
BONONIENSEM

*Cum Privilegijs*

EX PACE

VERITAS




Sumptibus Marci Antonij Bernia

Bononiae Typis Io. Baptistae Ferronii, 1642.



IV  
SCIENTIA DE ANIMA  
CORPORA



ALYSIS ALDROVANDI  
PHILOSOPHI ET MEDICI  
BONONIENSIS

De moribus cruentis  
Nempe

TESTACES ET NOCTURNIS

AD

INSTRUMENTUM

SENAE

BONONIENSIS

(in fine)

Alphonsus de ...

Alphonsus de ...



QL  
362  
A36  
1642  
Folio  
scultus



# ILLVSTRISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS SENATORIBVS BONON.



**V**NIVERSÆ naturæ contemplatio, quam Romani homines Græco vocabulo philosophiam nuncupare voluerunt, adeò utilis, adeò necessaria, adeò iucunda semper habita fuit, vt nullæ nationes reperiantur, quæ ipsius studium mirum in modum non adamauerint, inque illud omnibus viribus non incubuerint. notum est enim Chaldæos, Aegyptios, Græcos, Latinos, Arabes, quique inter Gallos Eubages appellati fuerunt, huic scientiæ ve-

hementer fuisse addictos: ac possem equidem non homines ex vulgo, sed inter suos magni utique nominis, atque auctoritatis complures nominare, qui totam ætatem in pulcherrimarum rerum cognitione traduxerunt, & sanè vita humana vix consistere posse videtur sine ea præsertim parte, quæ propiùs medicinam respicit: Idq; adeò apud omnes in confesso est, vt inanem omninò laborem sumptura sim, si pluribus verbis id vobis, **AMPLISSIMI VIRI**, persuadere coner: hoc vestrum toto orbe terrarum nobilissimum, atque antiquissimum Gymnasium me vera loqui facile testabitur; in quo tot viri omni literarum genere præstantissimi, & in philosophiæ, ac medicinæ studijs versati reperiuntur, qui quoddam quasi seminarium omnis eruditionis, ac scientiarum appellari mereantur; quis verò tot præmijs, tot ingentibus, ac regijs sumptibus adeò magnum eruditorum virorum ex omnibus prouincijs, & nationibus ad se alliceret, atque inuitaret, nisi literarum studia magnificanda esse existimaret? Sed reprimam me, ne illud videar extollere velle, quod non solum in hac vestra Vrbe, atque vniuersa Italia cunctis perspectissimum est, & exploratissimum; sed apud exterarum quoque nationes summis atq; his quidem verissimis laudibus cum maxima vestri nominis commendatione assidue celebratur. tantum dicam inter eos summos viros, qui philosophiæ, reliquarumque bonarum literarum studijs



dijs inclaruerunt, Vlyfsem Aldrouandum, Ciuem vestrum, meum coniugem  
haud infimum locum abhinc quinquaginta ferme annis tenuisse, de cuius pro-  
bitate, atque eruditione plura fortasse dicerem, nisi is apprimè esset cognitus, &  
cum aliorum tum multò magis etiam suis scriptionibus famam ingentem com-  
parasset. Is adeò literarum studijs vsq; ab ineunte ætate incensus fuit, vt nullus  
laboribus, nullis sumptibus vnquam pepercerit, vt ad eum eruditionis gradum  
perueniret, in quo omnes deinde eum conspexerunt; nec vos eius virtuti præ-  
mium denegastis, imò verò liberalitate vestra effecistis, vt multò alacrius ad ea  
studia incumberet, in quæ natura valde propendebat. Itaque vestra ope, & au-  
xilio potuit hinc atque inde corrogare tot stirpes, tot animalia, tot meteora,  
tot fossilia, quot vix ipsa natura cognita habet, tot ac tam artificiosas picturas,  
tot sculpturas, tot libros, tot lucubrationes, tot scripta, tot monumenta, quot  
in ipsius bibliotheca reperiuntur; Quæ omnia deinde vestra esse voluit, quòd ita  
optimè conseruanda iri certò cognosceret, præuideret, & à multis grauissimis,  
ac magni iudicij viris ità fore didicisset. Omnia enim nisi ritè conseruentur, pe-  
reunt, omnia temporis iniurijs, vt de tineis, blattis, carieq; nihil dicam, obnoxia,  
omnia consumit inuidiosa vetustas. Periere Principis philosophorum Aristot.  
Socratis, Platonis, Theophrasti, plurimorumque aliorum doctissimorum viro-  
rum præstantissimæ, atque vtilissimæ lucubrationes, peribuntque deinceps aliæ,  
nisi Principum fauore, ac beneficentia æternitati commendentur; Vobis igitur  
**VIRI AMPLISSIMI** omnia contribuit meus maritus, non tantùm quòd  
in publicum vsùm conseruari ea cuperet, sed etiam quia vestra viuente adhuc il-  
lo viderentur. Vos enim, cum vires eius tot impensis, ac sumptibus planè essent  
impares, illum præ cæteris ciuibus omni semper fauore, honoribus atque suppe-  
tijijs pro vestra singulari beneuolentia fouistis, adeò vt plura etiam quàm quæ  
reliquit, debere vobis videretur. Cæterùm cum totam ætatem suam sub vmbra  
Musarum, imò sub vmbra alarum vestrarum ab ipsis ( vt sic dicam ) incunabu-  
lis, summis cum laboribus transegerit, solos quoq; literarum, & laborum suo-  
rum foetus offerre tantummodò potuit. Et laudabitur fortassis ille, quòd ea pa-  
triæ suæ defensoribus, protectoribusque commiserit; magis tamen laudabimini  
vos, qui honoris illius, ac publicæ vtilitatis gratia posteris communia estis fa-  
cturi. Estq; sanè ingens, & generosus vtriusq; vester, inquam, atq; illius animus,  
sed vester, vt rerum capax maximarum, sic & in humanitate amplissimus, & in  
amplitudine humanissimus: atq; omnia ita in vobis heroica efflorescunt, tripli-  
ciq; funiculo, quod difficillimè rumpitur, prudentia scilicet, probitate, ac vna-  
nimitate vsque adeò perpelletis, vt natura tanquam cæterorum hominum im-  
memor, vos solos hisce flosculis perornasse videatur. Quid enim in vobis non  
est decorum? quid non summa admiratione dignum? quid non ab alijs imitan-  
dum? Singula profectò sufficerent quemuis alium honestare, quæ in vobis om-  
nia sunt conferta. Et reuera beata est Respublica vestra, felices Ciues vestri,  
quorum gratia in vobis tantùm sagacissima rerum parens natura posuerit vir-  
tutum vberitatem, qua cuncti dirigantur. Ego autem satis feliciter mecum

actum



actum intelligam, si vestris auspicijs præsens opus, alijque mariti mei labores in manus hominum prodierint. Vester enim viuificus splendor, ea omnia, maxime potis est illustrare, quando & cæterorum ciuium languentes animos ita recreet, vt poenè demortuos auris vitalibus reddat, vt non tantum meus maritus viuis exemplis didicit, verumetiam erga innumeros alios in longè grauioribus causis demonstraſtis. Hoc ergo quicquid muneris est, **VIRI AMPLISSIMI**, religionis, atq; obseruantiaẽ erga vos meæ haud dubium pignus benigne suscipite, atq; ita suscipite, vt gratum id vobis esse cognoscam. Pulchrè noui maximis maxima etiam deberi, meq; vobis, & generis claritate, virtutibus, prudentia, & fortitudine proculdubio maximis, maximo etiam munere donare debuisse: donasse tamen minimo, quippe quæ minima præstare, imò verò nulla, nata sim. Nihilominus minimum illud dicendum non fuerit, si cum maxima illa deuotione, qua vos maxime prosequor, conferatur. Precor itaq; vos, quos velut vnum ex pluribus particulis conflatum corpus appello, vt eodem fauore, quo poenè labentem Rempublicam literariam summa hac sæculi calamitate sustinetis, omnes mariti mei lucubrationes, labores, & vigilias adiuuetis, & vt pulchritudine vestra videri pulchriores possint, vestraq; vnitatis imagine contra maleuolorum (vt sunt hodie plurimi) pettilens virus, & vires, & robur accipiant, & vestra denique prudentia, & virtutum circulis absolutis, sese ab interitu vindicent, æternitatisq; speciem consequantur: quorum tantorum beneficiorum hocce quod vobis dico, ac nuncupo opus, fuerit monumentum. Me verò vestro patrocinio pluribus commendarem, nisi mihi quotidie promissa vestra beneuolentiæ fides inconcussa, vobis vicissim pro me res ipsa ærumnis pluribus iactata hæctenus, loqueretur. Valete, ac me, meaq; in vestram clientelam ascribere dignemini. Bonon. Calend. Maij. Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto.

*Amplitudinibus VV. omni officiorum genere addictissima*

*Francisca Aldrouanda.*

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

**V. D. Ludouicus Modronus Sacrae Bonon. Pœnic. Rector pro Eminentiss. & Reuerendiss. D. D. Principe Card. Columna Archiep. Imprimatur. D. Hieronymus Bendandus Mon. Casin. Doct. Colleg. Lect. pub. & S. Inquisit. Consul. pro Reuerendiss. P. Inquisit. Bonon.**

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.









A



# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI

B

## BONONIENSIS, DE ANIMALIBVS EXANGVIBVS RELIQVIS QVATVOR,

NEMPE

MOLLIBVS,  
CRVSTACEIS,  
TESTACEIS,  
ZOOPLYTIS.

C

### Et Primùm DE MOLLIBVS IN GENERE.

Cap. I.



## P R O O E M I V M.

D



NIMALIVM exanguium quatuor genera constituit Aristoteles; Molle, Crustatum, Testatum, & Insectum. De hoc autem postremo, conscripto à nobis volumine, nuperque in lucem edito, abundè, ni fallor, dictum est: de reliquis tribus, quæ pisces improprie à Plinio nuncupantur, nunc agemus. Nec erit præter rationem, hoc eodem in tractatu, quæ de Zoophytis (hoc est ijs, quæ inter plarâ, & animal natura ambigunt) authores scripsere, & observauimus nos ipsi, proprio etiâ libro docere: Quamuis enim proprie animalia dici non mereantur; tamen cum multa habeant cû exanguibus communia, sanè omninò hoc volumine complectenda veniunt. Aristot. in libris suis de Animalibus eorum naturam perscrutatus est, sicut multi quoque recentiores; Theophrastus verò fidelissimus Aristotelis imitator nullibi, quod sciam, in libris plantarum meminit. Vnde affirmem, Zoophyta rectius Animalibus, quàm plantis esse annumeranda. A Mollibus exordior, quòd hæc primùm inter omnia exanguia locum sibi vindicent, si ordini à nobilitate, quo in omnibus ferè nostris historijs vsi sumus, inhærere velimus. Eam autem, non ab vsu, atq; vtilitate (itâ enim conchyliâ, & crustata præcederent) sed à corporis partibus di-

*Hist. 1. c. 4.  
8. c. 11.  
4. cap. 1.  
Li. 9. c. 20.*

A

metimur.



Histor. 4.  
cap. 1.

metimur, quarum sanè numero, & robore longè præcellunt Mollia. Sed & philosopho-  
rum princeps, & communis præceptor Aristoteles hunc ordinẽ secutus fuit, Mollia primo  
loco nominans, uti ex his eius verbis videre est: Nunc, inquit, ordinem animalium, quæ  
sanguine carent, persequemur. Genera in hoc ordine plura sunt, primùm, quæ Mollia ap-  
pellauimus, hoc est, quæ sanguine carent, & foris carne molli obducta, solidum intus mo-  
do sanguinei generis continent, quale Sepia. Secundum quæ crustis tenuibus operiuntur,  
hoc est partem solidam foris, mollem, carnosamq; intus continent. Durum illud eorum  
tegmen, non fragile, sed collisile est: quale Cancrorum genus, & Locustarum. Tertium, quæ  
silicea testa conclusa muniuntur, hoc est quibus pars carnea intus, solida foris, fragilis, atq;  
ruptilis, non collisilis; quod genus Concharum, & Ostrearum est. Hæc ille. Neque ab  
hoc ordine deflexit, quin Aristotelem imitatus Plinius, Piscium, inquit, quidam sanguine  
carent, de quibus dicemus: sunt autem tria: in primis quæ Mollia appellantur; deinde con-  
testa crustis tenuibus, postremò testis conclusa duris.

## QVID MOLLE. SYNONYMA. E T Y M V M.



MOLLE dicitur omne quod est tenerum, tactuq; cedens, cui contrarium,  
quod durū est. Cæterum quæ Græci μαλάκια, Latini Mollia appellāt sunt  
ὅσα ἄναμα ὄντα, ἐκτός ἔχει τὸ σαρκώδες, ἐντός δὲ τὸ σίρειον, καθάπερ καὶ  
τὰ ἔναμα, οἷον τὸ τῶν σημίων γένος; id est, sanguine carentia, & foris carne  
obducta, solidum intus veluti sanguinea continent, ut Sepia (quemadmo-  
dum superius quoq; à Philosopho dictum est.) Dicit etiam μαλακόδερμα,

Μαλακό-  
δερμα Ἀρι-  
στοτέλι non  
esse Zoo-  
phyta.  
Gaza, &  
Rondeletij  
error.  
1. De gen.  
cap. 10.

id est Mollicute contesta, quidam volunt, præsertim Theodorus Gaza, & cum secutus  
Rondeletius, nominis affinitate decepti. Nam Hippolytus Saluianus, optimus sanè Ari-  
stotelis interpres, & diligentissimus animalium aquatiliū naturæ indagator, hosce non  
sine ratione reprehendit in sua de Aquatilibus historia. ait enim μαλακόδερμα, hoc est,  
mollem cutem habentia ab Aristotele vocari cartilagineorum piscium onia. Cùm enim  
dixisset Philosophus, Cartilaginea verò, & Viperæ cùm intra se oua generent, mox ani-  
mal foras pariunt; perfectum autem generant ouum, ita enim ex ouo animal gignitur, ex  
imperfecto nullum, extra autem non pariunt oua, quia natura frigida sunt; & non quia ca-  
lida, ut quidam volunt; statim subiungit, μαλακόδερμα γουὺ γινώσι, δια γὰρ τὸ εἶναι ὀλγο-  
δερμα, οὐ ξηραίνει αὐ τῶν ἡ φύσις τὸ ἔχατον δια μὲν ἵνω τὸ ψυχρὰ εἶναι, μαλακόδερμα γινώσι,  
διὰ δὲ τὸ εἶναι μαλακόδερμα, οὐ θύραζε, διεφθείριτο γὰρ αὐ. Quæ quidem verba (inquit  
Saluianus) neque à superioribus distinctione capituli vndecimi separare debebat Theodo-  
rus; cùm eorum, quæ in illis dicuntur, causam reddant; neque sic vertere; cute molli inte-  
sta generant oua; quod enim caloris exigui sunt, vltimum siccate natura eorum nō potest;  
quia igitur frigida sunt, molle generant; quia molle, non extra, periret enim propter suam  
mollitiem; sed sic potius, Molli igitur cute testa generāt oua; quia enim pauci sunt caloris,  
non exsiccat eorum natura admodum. Quoniam ergo frigida sunt, cute molli testa ge-  
nerant; quoniam verò molli testa sunt cute, non extra; perirent enim utique. Athenæus  
etiam τειθώδη hoc est Loligini similia vocat Mollia. Μαλάκια autem cur vocentur, nobis  
manifestauit Galenus, dum inquit; Μαλάκια, id est, Mollia vocantur neque squamam,  
neque asperam, neque testaceam cutem habentia, sed mollē, perinde ac in hominibus est: Hæc  
Vt Polypodes, Sepiæ, Loligines, quæ tangenti quidem mollia videntur, quia neque squa-  
mas, neque asperum, neq; testaceum tegumentum habeant, duræ autem sunt carnis. Apud  
Aristotelem citante Athenæo, Mollia sunt Πολύποδες, ὀσμύλη, ἐλεδώνη, τευθίε, hoc est  
Polypi, Ozæna, Heledone, Sepia, Loligo. Alibi Mollia scribit esse Polypos, Sepias, Loli-  
gines, Plinius Mollia, inquit, sunt Loligo, Sepia, Polypus, & cætera eius generis. His ab  
alijs annumerari video Leporem marinum, & Vrticam, quam postremam nos inter Zoo-  
phyta, & his similia recensebimus, quamuis perfectum Zoophytum non sit. Mollia autem  
non esse clarum est; nam neque solidam intus habent substantiam, quæ ossi proportione-  
tur, ut plerūq; Mollia (licet alioqui ossa, teste philosopho, minimè sint, ut mox patebit) nec  
oculo pedes, nec mutim, nec atramentum, nec caput intra alueum, nec quasuis serè alias  
partes, quibus Mollia prædicta esse deinceps probabimus. Quocirca qui Vrticam, & Lepo-  
rem marinum iure Mollia retulerunt, nimis latè vocem eam usurpauere, & quæuis ani-  
malia

Μαλάκια.  
Lib. 3. de  
alimen. fa-  
cul.  
Quot sint  
Mollia.  
Lib. 7.  
Histor. 5.  
cap. 6.  
Lib. 9 cap.  
28.  
Zoophyta  
quæ.



A malia ad tactum cedentia, molliq; carne prædita, Mollia nuncuparunt. Nos autem concisius, propriusque, Philosophum imitati, sumimus hanc vocem, & de omnibus, quæ Mollibus propriè dictis conueniunt, hæc in genere scribimus.

## DESCRIPTIO, ET PARTIVM ANATOMIE.



**M**OLLIA ossibus, & visceribus carere, qualemq; habeant carnē, his verbis docet Aristoteles: Videntur, inquit, nihil ossis, nihil terreni discretū habere, quod dignum effatu sit; sed mollia ferè tota carnosā, & tactui cedentia. Ne tamen corpus eorum facilè pereat, modo illorum, quæ carne lassiuunt, naturam inter carnem, & neruum obtinent. Mollis enim vt caro est, sed intendi potest, vt neruus. Fissilis autem caro eorum non in di-

**B** rectum, sed in anfractum: ita enim ad vires commodior esse potest. Sed loco ossium habent, quod piscium spinis proportionetur omnia excepto Polypo: Nam Sepiæ habent quod sepium vocant, & Loligines quod gladiolum, vt postea probabimus, quāuis quidam partem hanc duram, ac solidam os appellare voluerint. Exteriores partes omnibus sunt tres præcipuæ, caput (κεφαλή) pedes (οἱ πόδες) siue brachia, quæ quandoque Aristoteles πλεκτανας vocauit, Gaza crura, barbas, cirros interpretatur, tum etiam τὸ κύτος ἀδιοριστον, id est alueus indiscretus, seu sinus eodem interprete. Non laudat Zoographus, quibus cirrus cū aspiratione scribitur, quòd huius vocabuli origo Græca non videatur, nisi quis fortè à verbo κύρειν deducat, siue quod capillamentum huiusmodi tondere idoneum sit, vtpote prominens, vel pendulum: siue contrario sensu, quòd minimè tondeatur. Vnde cirrim, vel cirrhidem auem aliqui notam volunt. Κύριος quidem Græcis color est, quem Latinè giluum dicimus. Idem Zoographus rectè putat κύτος apud Aristotelem non benè penanslecti, quanquam & in alijs locis sepius, tum in Aristotelis, tum in aliorum libris, modo penansflexum, modo paroxytonum inueniat. Sed quoniam penultima breuis, omnino peracuendum censet. Caput verò omnibus contra quàm cæteris animalibus inter crura

**C** continetur & ventrem, teste Philosopho: Vnde Plinius de Mollibus loquens summatim: His, inquit, caput inter pedes, & ventrem, in capite os est, & in hoc bini dentes. Vt ex hisce Philosophi verbis patet. Μετὰ δὲ τοὺς πόδας ἢ κεφαλή ἐστὶ, ἀπάντων ἐν μέσῳ τῶν πῶδων τῶν καλουμένων πλεκτανῶν. ταύτης δὲ τὸ μῦρ ἐστὶ σῶμα, ἐν ᾧ εἰσὶ δύο ὀδόντες. Caput omnibus inter brachia: eius pars oris habitus est, in quo dentes duo. Quæ Aristoteli verba Athenæus sic transcripsit. Τὴν σπιάν, inquit, Ἀριστοτέλης φησὶ πόδας ἔχειν ἀπὸ τῶν τοῦ ὑποκάτω δύο μεγίστους, προβοσκίδας δύο, καὶ μετὰ αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ σῶμα. ἔχει δὲ καὶ ὀδόντας δύο, τὸν μῦρ ἄνω, τὸν δὲ κάτω. Sepiæ scripsit Aristoteles ὀστρο pedes esse, sub his duos maximos, scilicet promuscides duas, inter hos verò oculos, & os, atque dentes duos, alterum superiorem, alterum inferiorem. Cæterum rostrum rectius, os dentesq; appellanda sunt, vt doctissimè Rondeletius differuit. Est enim hæc pars (os nimirum, & dentes) adunco carniuoratum rostro perquam similis ex partibus duabus composito, superiore, & inferiore, commissura pyxidata, vt loquitur Rondeletius, ita vt inferior intret in superiorem. Partes itaque huius rostri, superiorem scilicet, & inferiorem dentes videtur appellasse Philosophus. Sed cū immobiles sint, neque firmè innitantur ad lan-

**D** niandam, & retinendam prædam, non satis propriè dentes dicentur, sed potius ῥύγχος. Carent lingua Mollia, sed vice eius carnosum quiddam in ore gerunt, quo voluptatem discernant esculentorum, vt apud Philosophum scriptum reperio. Insuper habent in capite oculos binos grandiusculos, quibus discrimen exigua quædam præstat cartilago, continens cerebrum paruum. Pedes quoque omnia obtinent in parte priore, cuius causam hisce verbis tradidit Aristoteles: Pedes (habent) parti priori victos circum caput, infra oculos circa os, & dentes. Sed cū cætera animalia, quibus pedes, aut parte priore, posterioreuè eos habeant, aut latere, vt ea, quæ multis pedibus innitantur, & sanguine carent, hoc vnum genus (Molle nimirum) parte, quam priorè in eo capimus, omne continet. Cuius rei causa est, quòd pars eius posterior, ad priorè adducta est, extremaq; coeunt, & confunduntur, quomodo Turbinatis inter testata accidit. genus enim testatum omnino partim Crustatis, partim Mollibus simile est. Quæ enim foris terrenam portionem, intus carnem habent, Crustatis assimilantur: quæ autem forma eiusmodi corporis constat, cum

Ossibus de  
visceribus  
carere.  
2. de par.  
cap. 8.

Sepium  
quid, & gladiolum.  
Exteriores  
partes.

Cirri vs  
scribendū,  
& unde dicantur.

κύτος.

Caput.  
Lib. 9. cap.  
28.  
4. de par.  
ani. cap. 1.

Pedes.

Rostrum.

Lingua ca-  
rent.  
De part. 4.  
cap. 5.  
Oculi.  
Pedes cur  
in parte  
priore.



Mollibus conuenit omne quodammodo, sed præcipuè, quæ ex Turbinatis cuniculo in an- E  
 fractum contorquentur. Natura enim horum vtrorumq; perinde se habet, quasi quis di-  
 recta linea (vt in quadrupedum, & hominum genere est) primum extrema linea parte os si-  
 cum intelligat: qua a: mox stomachum, qua b: tum ventrem, qua c: deinde intestinum vsque  
 in ostium excrementi, qua d: hæc ita in sanguineo genere disposita sunt, & caput, pectusq;  
 locum obtinent primum. Reliqua eorum ipsorum gratia, aut motus causa natura adie-  
 cta sunt, vt prora, posterioraq; crura. In crustatis etiam, insectisq; ordo interiorum eodem  
 modo constare vult, sed officijs exteriorum motionum differt à sanguineo genere. At ve-  
 rò Mollia, & Turbinata inter se quidem proximè constant, sed ijs è conuerso: finis enim  
 ad principium flexitur, quasi quis lineam effecendo ducat d ad a. Cum enim ita partes  
 interiores ijs collocentur, ambit alueus, qui in Polypis tum caput vocatur, qualis in te-  
 stato genere Turbo est. Nec aliud interest, nisi quod alterius molle, quod ambit est: alte-  
 rius duro regmine carnem natura complexa est, vt seruentur cum difficulter moueantur.  
 Hinc fit, vt excrementa tam Mollibus, quam Turbinatis meatu ori viciniõ emittatur: quan-  
 quam Mollibus infra, Turbinatis à latere. Hac de causa pedes Mollium ita positi sunt, &  
 contra quam cæterorum. Hactenus ille. Pedes quoque sunt omnibus octoni, sed singu- F  
 lis eorum generibus diuersi. Quibusdam enim pedibus acetabula, cirramentaq; sunt, quæ  
 vim contextumq; talem habent, qualem implicamenta illa, quibus digitos antiqui medici  
 indere solebant. Ita enim fibris implexa sunt, quibus earunculas, cæteraq; cedentia tra-  
 hant. quippe quæ laxa præhendant, intenta premant, & retineant, cum pars interior tota  
 contingat, atque amplectatur. Sunt etiam quibus pedes breues, & inutiles, binæq; pro-  
 muscides prælongæ, quibus veluti anchoris innitantur, seque stabiliant modo nauigij, ne  
 æstu maris, aut tempestate urgente de saxis deturbentur, venentur etiam procul, orique  
 è longinquo admoueant. Itaque non aliud habent, quo capere, admouereq; possint, nisi  
 aut pedes, aut promuscides, aut acetabula, siue cirramæta, quæ (vt dixi) pro manibus, obti-  
 nent ad vim tum inferendam, tum propulsandam, atque etiam ad cætera vitæ munera ne-  
 cessaria obeunda. Fistulam ante alueum supra caput, & brachia gerunt cauam, quam mo-  
 dò in dextram partem, modo in sinistram transferunt; hac mare transmittunt, & quantum  
 suo admiserint alueo, quoties ore aliquid capiunt, vt testatum reliquerunt Aristoteles, &  
 Plinius. Sed Theodorus Gaza in hoc Aristotelis loco, fistulam hanc Polypo tantum tri-  
 buere videtur. Vottonus ait perobscure hæc pronunciaffe Aristotelem, sed longè aper- G  
 tius eadem in libro de respiratione explicasse, vbi apertè Mollibus omnibus fistulam inef-  
 se cerebro ostendit. Ectursus alibi causam reddens, cur fistulam habeant, inquit: Qui-  
 bus autem percibum humor illabatur, ijs fistula in sanguineo genere data est. Mollibus  
 etiam, & crustaceis hoc idem adhibitum est. Nam & ea quoque humorem propter cibum  
 accipere coguntur. Fistula hæc modo ab Aristotele dicitur *αὐλός*, modò *μυκτήρ*; Ga-  
 za narem transfert. Dubitant quidam num pro hoc vocabulo legendum sit apud eundem  
*φυστήρ*, quo vocabulo sæpe vtitur, cum balænarum, & cetacei generis animalium men-  
 tionem facit. Sanè vbi apud Aristotelem de Loliginum coitu loquentem in Græcis legi-  
 tur *μυκτήρα*, aut *φυστήρα*, Zoographus legendum putat, *φυστήρα*. Plinius tamen hunc Ari-  
 stotelis locum transcribens nares transtulisse videtur, & per consequens *μυκτήρα* in co-  
 dice G. c. o Aristotelis legisse, cum inquit: Crine vno feminae naribus adnexo. Aelianus  
 etiam de cetis Gedrosijs eandem partem *μυκτήρας*, id est nares appellare videtur. quapro-  
 pter nihil videtur eo loco mutandum. Pinnulam habent omnia circundantem alueum;  
 causa in cur eam habeant, dat Philosophus; vt, inquit, natent, & se dirigant, vt volucres  
 cauda pennis condita, & pisces sua penna cartilaginata. Alueus à capite amplioris capa- H  
 citatis propensus: eius caro fililis est, non per directum, sed in orbem, cuteq; interta est.  
 Verùm quamuis cutem Aristoteles, & Plinius tribuant; tamen re ipsa inquit Saluianus cu-  
 te carere videntur. Quod Plinius etiam (cuius in hac re admiranda diligentia) compro-  
 bat inquit: Aquatilium tegmenta plura sunt: alia corio, & pilo teguntur, vt vituli, & Hip-  
 popotami, alia corio tantum, vt delphini: cortice vt testudines: silicium duritia, vt Ostreae,  
 & Conchæ: crustis vt locustæ: crustis, & spinis, vt Echini: squamis, vt pisces: aspera cute, vt  
 squatinæ; qua lignum, & robora poliuntur: molli, vt muræna: alia nulla, vt Polypi. In cor-  
 pore quoque omnium, quædam capillamenta habentur; quæ quidem in toto eorum latere  
 conspici solent: *ὀσλίγγας* vocat Scholiastes Nicandri, Aristoteles *τριχώδη*. Eorum vsus  
 iudicio Rondeletij est, qui branchiarum in reliquis piscibus. Huiusmodi branchiæ sunt in  
 Cancris, & alijs Crustatis. Quantū verò ad interiora attinet, omnibus Mollibus cerebrū  
 datum: Sic enim Aristoteles: Cerebrum autem ijs omnibus est, quæ sanguinem obtinent,  
 & ob

Pedes quos  
omnibus.

Fistula.

Histor. 4.

cap. 1.

Lib. 9. c. 12

Histor. 8.

cap. 2.

De gener.

animal. 1.

c. 15.

Pinnula.

De par. an.

4. c. 10.

Alueus.

Cutis.

Lib. 9. c. 12

Capillamē-

ta, & eorū

vsus.

Cerebrum.

1. Histor.

cap. 16.



- A** & ob eam rem sanguinea appellantur, atque etiam quæ Mollia nomine speciali vocantur. Quod Plinius quoque confirmat dicens: Cerebrum omnia habent animalia, quæ sanguinem: etiam in mari, quæ Mollia appellauimus, quamuis careant sanguine, ut Polypi. Id tamen minimè cerebrum censendum erit, sed quid proportione respondens cerebro, à quo sentiendi, mouendique facultas dimanat in omnes corporis partes. Sed non tacebo, quòd Aristoteles, cum sentiendi vim à corde, nò à cerebro proficisci putet, partem in Mollibus *μύτιν* dictam principatum sentiendi obtinere dicat, ac si hæc esset *ἀνάλογος* cordi; sic enim scribit: Sed habent illud quoq; inquit, oportet, quod ei parti proportionetur, cui sentiendi principatus in sanguineo genere mandatus est: hoc enim in omnibus animalibus inesse necesse est. Ergo Mollibus id membrana continetur humidum, per quod gula in ventrem pertendit, admota prius tergo (sic Gaza, ego verò adnata magis tergo, *προσπέφυκε πρόσ-τὰ πρᾶνι μάλλον*) mutis id à nonnullis dicitur. Hactenus ille, qui & humidam, corpulentamque partem eam esse subdit, tendereq; per eam mediam stomachum, siue gulam. Nam, inquit, si inter eam, & tergum positus esset, distendi æquè non posset cibo ingrediente, propter dorfi dūritiam. Intestinum à murè natura semouit, extraq; posuit, & atramentum intestino annexuit, ut quamplurimum distaret ab aditu, & pars sordida à nobili, & principe procul haberetur. Partem hanc cordi proportionari, & situs ipse ostendit, cum idem sit & dulcedo humoris, tanquam concocta, & sanguinea quædam. Et alio rursus in loco, Mollium nullis inesse viscera scribit, sed tantum partem eam quam mutem appellant, & atrum quendam humorem, quem atramentum nominant, τὸν Σολόν, alij ut Athenæus, & Dioscorides τὸ μέλαν. Hoc scribit Plinius pro sanguine ijs inesse, de Sepia mare, ac famina sic loquens: Ambo autem, ubi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur. Rondeletius bili potius respondere putat. Natura enim, inquit, vel quòd pro sanguine est nutrimenti causa, veluti thesaurum diligenter seruat, minimè autem in quolibet metu effundit. Præterea meatus nullus est veræ proportionem respondens, quo alendi corporis causa in vniuersum corpus distribuatur. Quare satius esse duxerim excrementum appellare, quod ab alimento secretum in vesica reponitur, quoque natura imminente periculo, tuendi huiusmodi piscium generis causa abutitur. Nam quoties metu perterrentur, hoc atro humore aquam infuscant, sibiq; nigrorem septum proponunt, & turbulentiā quasi, quo se abscondant. Quocirca excrementum esse censet quoque ante Rondeletium Aristoteles, & non aliter quàm in aibus sedimentum album in terreo earum excremento innasci. Non enim secus quàm aues vesica carent hæc Mollia, quantumq; terrenum maximè sit, in atramentum secernitur. Tunica autem id continetur membrana: (quam *μύκωνα* appellauit Aristoteles, Gaza papauer vertit) exitum, finemq; habens, quæ alui excrementa emittunt, parte quæ fistula vocatur, quæ in supinis posita est. Sed & aliarum partium interiorum meminit Philosophus, de quibus sic scriptum reliquit: Os autem, inquit, gula eorum excipit angusta, quam sequitur guttur (*ἀρόλοβος*, ingluuius) ampliusculum neque (non) ab simile aibus: cui iungitur venter tanquam omasum (abomasum V Vottonus *ἠνυστρον*) facie clauiculæ buccinorum. Intestinum ab eo tenue, partem repens superiorem ad os fertur, quod laxius (*παχύτερον*) quàm gula est. & paulò post dat rationem, cur hæc partes habeant, nimirum ingluuiem, & abomasum. Habent, inquit, hæc (Mollia) ita eas partes eadem de causa, qua aues. Neque enim eorum vllum potest commolere cibum: itaque ingluuiem ventri præiacet. Sepiæ quoque, Loliginiq; tum maiori, tum minori partes duræ, ac solidæ intus per corporis prona continentur, quas non eodem appellant nomine: Sed quod insertum Sepijs est, sepium vocant, quod
- D** Loliginibus *ξίφος*, id est gladiolum, uti postea planius explicabitur.

4. de par.  
cap. 5.  
Mutis.

Histor. 4.  
cap. 1.

Lib 9. cap.  
29.

De par. 4.  
cap. 5.

Partes duras, ac solidas intus contineri.

## S E N S V S.



OMNIARE quoque omnes hosce Molles pisces scribit Aristoteles, ut cætera aquatilia, dormireq; ut pisces propriè dictos. Vnde verisimile est, sensibus externis, ut visu, olfactu, ac gustu valere. Visum quoque eis inesse manifestum faciunt oculi, quos magnos esse supra ex Philosopho dixi. quamuis num acutè cernant, nullibi scripserit. Olfactu admodum, ac gustu valere ex his eius verbis colligimus: Nam & Sepiæ, inquit, & Polypi odore escarum alliciuntur: & Polypi ita adhærescunt, ut auelli inde non possint, sed truncari potius patiantur. At verò pulicaria herba (*κονύζα*) admota protinus ab odore eius

Somnus.  
Histor. 4.  
cap. 14.

Hist. 4. c. 8



resilire dicuntur. Gustus etiam similis est ratio. interdum enim cibum persequuntur diuersum, nec eisdem saporibus omnia delectantur &c. Tactu verò sentire omnibus datum est animantibus. De auditu nihil certi manifestiq; habetur.

## S E X V S.

1. de gen.  
cap. 1.  
1. de gen.  
cap. 3.  
Histor. 4.  
cap. 1.



**A**RISTOTELES agens de animalium exanguium sexu, Mollibus quoque vtrunque inesse tradit: Alibi que vulvas bifidas, ac testes geminos iuxta genitale in cunctis reperiri ait. Differunt autem fœminæ à maribus eodem teste, quòd mas prona sui corporis nigriora supinis potius, partesq; omnes asperiores habeat, quàm fœmina, & lineis interuenientibus varias: caudam etiam acutiorem. In mare quoque meatus quidam subditus gulæ à cerebro in ima a luei pertendit, sed que ipsum ad quod fertur, speciem mammæ imitatur: in fœmina duplex illud idem supraque positum habetur. Vtroque tamen in sexu corpuscula quædam subrubra parti eiusmodi subiuncta spectantur.

F

## L O C V S. V I C T V S.

Cur non  
sint in Pon  
to.

Lib. 9. Hi  
stor. c. 28.

**C**VM sanguine carentia natura sint frigida, in lacu aut dulcibus aquis nasci non possunt, vnde & Mollia in falsis aquis gignuntur: non tamen omnia eodem in loco, etenim quædam in alto mari, quædam prope littus degunt. Omnia autem respiciunt aquam salisam potulentiorē. Quo circa in Ponto Mollia non sunt, vti prodidit Aristoteles. Idem omnia carniuora esse scripsit, sola que carne vesci. Loligines namque, & Sepias pisces maiores euincere, Conchulis delectari Polypos.

## N A T V R A. M O R E S.

Quæst. na-  
tur.  
Pauida ef-  
se.

Atramenti  
effusio ob  
pauorem.  
4. de par.  
cap. 5.



**M**OLLIVM omne genus autore Plutarcho, frigus difficulter fert ob G carnis nuditatem, & tenuitatem. Nulla enim cute, aut squama integuntur, intusque duras habent osseasq; partes. Pauida autem sunt, ob sanguinis inopiam, & naturam frigidam, vnde etiam parum viuunt: biennium enim non superant, aut raro, vt docet Aristoteles. Quod autem meticolosa admodum sint Mollia, declarat atramenti effusio, quemadmodum placuit Philosopho his verbis: Sed cum exanguia sunt (Mollia) ob eam rem refrigerata, & pauida, hinc vt hominum nonnullis per metum funditur aluus, aut excrementum vesicæ profluit, sic ijs accidit necessarîo, vt metu perculsa effundatur: sed natura hoc excremento ad præsidium, & tutelam eorum abutitur. Nullam ijs esse vocem, aut sonum, idem autor est.

## C O I T V S, P A R T V S, G E N E R A T I O.

3. de gen.  
cap. 8.

Quomodo  
coeant.  
1. de gen.  
cap. 15.



**P**A R T V S quoque eorum similis Cartilagineorum partui, teste Aristotele, qui ea coire, diuq; in venere morari his verbis testatur. Pariunt enim, H ea (Mollia) quoque per coitum: & quidem sepe mas coniunctus cum fœmina visus est. Quamobrem hinc etiam historicè nequaquam illi dicere videtur, qui pisces omnes fœminas esse autumant, nec per coitum parere. Hæc enim oriri per coitum arbitrari, illa verò non, mirum est. Aut si hæc ita parere illos latuit, indicium imperitiæ est. Diutiùs hæc quàm cætera coeunt, more insectorum, ratione. Sunt enim exanguia, & ob eam rem frigida natura. At quomodo coeant, alibi sic scribit: Mollia ore coeunt, renixu, complexuq; mutuo brachiorum. sic enim coniungi necesse est: quoniam natura exitum excrementi in os inflectendo adduxerit, vt antea dictum est, cum de partibus ageremus. Habere fœminas omnes in hoc genere membrum vuluale, apertum est. Continet enim primo ouum indiscretum, mox discretum in plura, & pariunt omnia imperfecta, modo ouiparorum piscium. Meatus ille interior excrementi, & vuluæ est, tum in ijs, tum etiam in Crustatis. Est enim qua semen genitale per



**A** per meatum emittant, idq; parte corporis supina, qua putamen distat, & mare illabitur, faciunt. Quamobrem ea parte mas cum foemina copulatur. Nam si mas siue semen, siue membrum, aut aliquam virtutem, siue vim aliam mittat, admoueri ad meatum vulualem necesse est. Et paulo post: Interdum, inquit, tergis quoque Mollia copulantur. Sed generationisnè gratia, an alia causa, nondum exploratum. Oua autem eorum cum imperfecta sint foras exclusa, augentur more Vermium, vt idem auctor tradit: Sed vim vitalem à maris asperfo semine habere est necesse more piscium, eodem teste. Foeminis, inquit, huius generis mares aspergunt, quomodo ouis mares genere piscium: reddunturque oua eorum glutino cohærentia, ad speciem vuę. Cæterum quòd dicat oua, cum edantur, glutino esse coniuncta, & oblita, id ad eorum tutelam à natura factum. Sed alibi clariùs non nisi in Sepijs visum esse scribit, quòd mas oua, quæ foemina ediderit, persequatur. Sed tamen in reliquis eiusdem generis (intelligit autem reliqua Mollia) fieri, rationem esse. Quæcunque autem oua vitale virus attigerunt, ex ijs animalcula nascuntur, vt in Piscium historia clariùs explicabitur. Pariunt verno tempore, & Sepia in primis: ouaque habent candida, quæ tempore arenida (¶ *ad supra*) euadunt, veluti & illa, quæ Crustata edunt.

*Oua vt au-  
geantur.  
Histor. 5.  
cap. 17.  
3. de gen.  
cap. 8.  
Histor. 6.  
cap. 13.*

## B V S V S I N C I B I S .



**M**OLLIA esui fuere omnia olim, & nunc etiam in culinam recepta sunt, exceptis paucis Polyporum generibus. Quæ autem cibus idonea sunt, præstant cum sunt grauida, vt prodit Athenęus. Et Aristoteles disputans probansq; semen non esse in muliere, quòd habeant menstrua, siubi-  
git: Generis etiam exanguis Mollia, & crustata optima sunt, cum vtero gerunt. Quod enim sanguine carent, nec pinguedo in ijs consistit, hinc pro-

*1. de gen.  
cap. 19.  
Histor. 8.  
cap. ult.  
in Aphor.  
Hipp. li. 2.  
18.*

portionale pinguedinis secernitur in feminale excrementum. Et iterum alibi: Mollia etiam præstant, cum grauida sunt, vt Loligines, Sepiæ, Polypi. Duræ sunt carnis, vt scribunt Aegineta, Galenus, Athenęus, cuius rei rationem his verbis Cardanus reddere conatur. Quæ igitur, inquit, Mollia sunt, quoniam cute sola teguntur, ideo durissimam carnem sortita sunt: fluctibus enim aliter obtunderentur, & cutiscunque minimi piscis iniuriæ expositi essent, ob id durissima sunt carne, & difficillimæ concoctionis. Et post. Ergo, inquit, quæ Mollia sunt, adeo concoctu difficilia sunt, vt oculos grauent, inquit Hippocrates. Vt testatur Galenus, crasso, glutinosoque succo constant, sicuti ceracei pisces. Alibi exiguum etiam in se succum salsum continere scribit, crudumq; succum copiosè suppeditare, si tamen coquantur plurimum corpori alimentum exhibere. Diphilus apud Athenæum flatu insuper addit parere, quocirca Venerem proritare, elixataq; probiora effici, & vtiliora, quoniam humores, quos iniquiores obtinent, eluantur; Vnde caro ipsorum durior efficitur. Oua quoque Mollium in cibum olim videntur recepta, cum dicat Aristoteles partem quandam in ijs nullius esse saporis, ac si reliqua ouorum esui essent, ac gustui grata. Nam ait. In mollium genere oua quiddam habere proportionem respondens ei, quod nigricat in ouis Echinorû, & parti creditum est superiori, ex origine pendens, amarû, nec esculentum: & quanquam, inquit, in his id colore differat, ingustabile tamen, & esui ineptum est.

*Lib. de bo.  
& vii. fac.  
3. de alim.  
fac.  
Oua num  
edantur.*

## D E P O L Y P O . Cap. II.

### ORDINIS RATIO.



**E**X recentioribus, qui de Malachijs, siue Mollibus vocatis animalibus scripserunt, alij à Sepia, alij à Polypo exordium sumpserunt. Sed qui à Polypo inceperunt, ij meo iudicio, rectius fecerunt, ob præstantiam, & dignitatem, qua longè hic cæteris Mollibus præcellit. Tanto in primis corporis robore valet, vt ne fortissimo quadrupedum leoni (si daretur occasio) cederet. Hominem sanè vehementi brachiorum amplexu è naui medio in altum mare detrahere, quin conficere, cernitur, & quod amplius est, ingentem hominum multitudinem solus sustinere, adeo vt agrè confici possit. Quod si Leoni faciendum foret, nil quidquam fortius præstare posset. Vt iam aquilam omnium auium reginam, & in altum mare detrahere, quin conficere, cernitur, & quod amplius est, ingentem hominum multitudinem solus sustinere, adeo vt agrè confici possit. Quod si Leoni faciendum foret, nil quidquam fortius præstare posset. Vt iam aquilam omnium auium reginam, & in altum mare detrahere, quin conficere, cernitur, & quod amplius est, ingentem hominum multitudinem solus sustinere, adeo vt agrè confici possit.

*Polypi for-  
titudine.  
Hominem  
interficet.  
Aquilam  
vincit.  
for-*



Ingenium  
vaftrum.

Polypi am-  
bigua natu-  
ra.

fortiffimam quis non miretur amplius ab eo pertinacibus circumplexam cirris in altum E  
protractam pelagus, & minimo negotio interfectam. Caterum longè in eo admirabilior  
erit ingenij calliditas, quàm robur illud, quod prædicauimus, si quanta versutia victum si-  
bi venetur, præfari velimus. Nec minus etiam in eo laudabile dicemus, quòd terram pe-  
tat, & aspera perambulet loca, quod profecto nulli ex Mollium genere à natura datum est.  
Sic enim duplicis (vt ita dicam) naturæ videtur particeps, vt cum Piscibus, & tetrestribus  
quadrupedibus conuenire possit. Hæc igitur nos ob rationes de Polypo primùm dice-  
mus, eo quem in omnibus nostris historijs seruamus, ordine.

## Æ Q V I V O C A.

Lib. 6. de  
med. cap. 8  
Morbus na-  
rium dicitur  
Polypus, &  
vnde dicitur.



P V D Hippocratem, & Cornelium Celsum Polypus est caruncula mo-  
dò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret, & modò ad labra pen-  
dens narem implet, modò retrò per id foramen, quo spiritus à naribus ad  
fauces descendit, tantum sumit incrementum, vt post vnam conspici pos-  
sit: strangulatq; hominem, maximè austro, aut euro flante, ferè que mollis F  
est, & rarò dura, eaq; verò magis spiritum impedit, & nares dilatat, qua ferè  
καρκινώδης est. Paulus Aegineta, Polypus, inquit, tumor est præter naturam in naribus cõ-  
sistens à similitudine marini Polypi nominatus, quod eius carni similis sit. At Galenus Po-  
lypum à multitudine pedum dicit ait: vt enim, inquit, illi multas habent incisuras, seu inci-  
siones, contumescuntq; & crescunt: sic morbus iste eodem modo. In hac significatione  
& Horatius quoque vtitur:

*Polypus an gravis hirsutis cubet hircus in undis.*

Vnde polypo sus apud Marcialem:

*Nasutum volo, nolo Polyposum.*

Polypus  
quid.

Πολύπους quoque apud Græcos dicitur multos habens pedes, multipes: hinc πολύπο-  
δα Ζῷα apud Platonem dicuntur animalia multos habentia pedes, vt ἀποδα nullos. Item  
πολύποδες dicuntur bestiolæ quædam multipedes: Cutiones nonnulli, alij ποι celliones  
appellant: nos δνίσπους nominauimus in nostro de Insectis volumine. πολύποδες εἶδος  
ἰχθύων, ἢ εἶδος φθειρῶν. Hesychius.

Cutiones.

## SYNONYMA, ETYMON.

Polypus  
vnde dicitur.



O I Y P I vocabulum Latini à Græcis mutuarunt teste Varrone: soletque  
in masculino genere efferri: Lucilius tamen apud Nonium in feminino  
vltus fuit; vti ex eius hinc verbis corruptis liquet:

*Pauis per cui medentia medem hæc se vt Polypus ipsa.*

Syllabam primam producit Horatius, Martialis, & Ouidius, qui inquit:  
— *deprehensum Polypus hostem*

*Continet.*

Vnde nonnulli malè adagiorum autorem ex Theognide transtulisse pensent hunc versum.

*πολύπου ὀργιστόχε πολυπόλου.*

*Mentem habeas vafri Polypi.*

Lib. 7.

Odyf. I.

Quod primam syllabam corripuerit. Ego verò apud Latinos & produci, & corripri posse H  
Græcorum imitatione existimo. Nam prima syllaba apud eos natura brevis est. πολύπους  
enim Atticè dicitur apud Athenæum: Item πολύπος pro paroxytonum. Iones, Diores, &  
Aeoles per ω ipsum enunciant πώλυπον dicentes: πώλυπου dixit Epicharmus πάλυπου  
διζῆ μῦθος Polypum investigans. Huic quoque respondet πώλυψ ex Diphilo apud Athe-  
næum: ὁ πώλυψ, inquit, σπειργεῖ τοῖς ἀφροδισίοις. Eustathius alibi Doricum tantum,  
& Aeolicum esse dicit nomen πάλυπος. Ionicum sanè non videtur. Quippe Iones o par-  
uum, non in ω magnum mutare solent, sed o paruo adijcere υ. Vnde apud Hippocratem  
Ionica dialecto vtenem πολυπόδας legimus. Et quanquam Attici cum Ionibus quæ-  
dam communia habent: Atticè tamen πολυπούς dicitur, vt & Aristoteles vsurpat. Quod  
si horum vtrumq; Atticum esse aliquis malit cum Eustathio, Ionicum faciemus πωλυπούς  
paroxytonum, à quo genitiuus πολυπόδος fieri potest, à πώλυπος, proparoxytono non  
potest: nõ enim aliter flecti potest. quàm vt λόγος, πώλυπον dicere Aeoles scribit Athenæus,  
sed



**A** sed scribendū per ω ex Eustathio. Aristophanes τὸν πολυπόδιον μοῖ ἐθικεν. Et rursus : Πυγαὶ λεγόνται πολυπόδιον πλουμένον. Et Plato Comicus : ὡς περ τοὺς πολυπόδας ἠρωτῆσασι. Itaq; pro diuersis dialectis hæc omnia erunt vsitata : Πολύπους, Γουλύπους, Ρουλύπος, Ρώλυπος, Ρολύπους, Ράλυψ. Antiphilus Bizantius in quodam epigrammate πολυπόδα dixit, a ῥεῖο πολυπόδης. Inuenio & apud Oppianum in casu recto Ρουλύποδος legi quædam sententia. ego potius genitiui casus esse existimo, & ἀπλακτῆ legi, quod πλακτῆνας hoc est citros significat. Dicitur autem πολύπους à multitudine pedum, teste Galeno. πούς enim apud Græcos pedem significat, quod in casu accusatiuo πόδα facit. Animaduertendū tamen est accusandi casū composita ab hoc diuersa habere, scilicet πολύποδιον, οἰδέποδιον, τρίποδιον, quod Eustathius ex Athenæo obseruauit. Ἀνόσειος, id est exos pro Polypo accipitur, epitetum scilicet loco substantiui apud Hesiodum. Lacedæmonij tamen Polypum substantiuè & simpliciter ἀνόσειον vocāt, autoribus Elitarcho in glossis, & Proclo in Hesiodum. Onos, id est asinus marinus, quem quidam Pulpum (Polypum) dicunt, alij octapodem, Kiranides. Pulpum enim aliqui recentiores indocti nominant, voce vulgari in Latinam terminationem deflexa, vt Syluaticus, & Gerardus Cremonensis, qui Kiranidem transfudit. Albertus Magnus Multipedum nominat, Græco nomine simpliciter translato, eodemq; sensu composito. Octapodia pro Polypis apud Pselum leguntur, diminutiuo nomine. Hodiè enim in Græcia Octapodi dicuntur, & à quibusdam ibi ineptius Carapodi. Polpo Italis: sed Venetis Folpo, & Genuensibus Porpo, Hetruscis pesce Malattia. Hispanis Pulpo. Gallis vt Narbonensibus Poulpe, alibi Poupe, & Purpe. Nortmannis Bougre. Masiliensibus Seechepoupe. Quare Gillius rectè scripsit Polypum vbiq; ferè gentium nomen retinere. Illyrijs Hobornizaza. Augli, qui Vectam insulam incolunt vocant à Pourcuuel, vt à quodam Anglo accepit Zoographus: alij quidam à Preke, vt à Iohanne Fauonero Acante accepit: videntur, inquit, idem Zoographus Malacia omnia siue Mollia Germanicè rectè posse vocari Kuttelisch: vt si Polypū interpreteris ein Kuttelisch art. Non ineptè etiam vocaretur ein Vilfuss, vel Polfish, vel Polkuttel, nomine composito à Polypo, & Cattel quod est Sepia. Vel circumscriberetur, ein Balckfish mislange fuslen, vnd einem kleinem leib, id est Malacium pedibus longis, a lueo modico.

Etymum.

Αόνσειος  
Onos, siue  
Asinus ma-  
rinus.

Lib. 4.

Pulpus.

Multipes.

Octapodia.

Carapodi.

## GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

**A** NTEQVAM Polyporum tradamus genera, operæ pretiū est, quantum à cæteris distent Mollibus, recensere; partiumq; vniuersalem quandam à veteribus sparsim memoratam descriptionem efformare, quam nō dubitem primæ speciei potius, quàm cæteris conuenire. Differunt autem, teste Aristotele, Polypi à cæteris Mollibus, quæ modò enumeravi, quòd alueus ijs sit paruus, & crura prælonga: cæteris è diuerso alueus amplius; crura breuia. Et alibi Sepiæ, inquit, & Lolligines non simili, vt Polypi, modo, constant: quoniam vim nandi tantummodo habent, cum Polypi vel ingredi possint. Habent enim Sepiæ, & Lolligines pedes supra dentes, senos, exiguos, eorumq; nouissimos duos maiores, reliquos autem octonorum duos infra omnium maximos. Vt enim quadrupedibus crura posteriora firmiora, validioraq; sunt, ita ijs quoq; maximi, qui infra habentur. His enim donus sustinetur, motusq; potissimū agit. Duo etiam illi nouissimi maiores suis medijs sunt, quia illis ministrent. Polypus medios quatuor habet maximos. Omnibus igitur his pedes octoni. Sed Sepijs & Lolliginibus breues, Polypis magni, Alueum enim corporis Sepiæ, & Lolligines habent magnum, Polypi paruū. Itaque quod natura Polypis ex corpore dempserat, id in pedum longitudinem addidit: quod Sepijs, & Lolliginibus de pedibus abstulerat, eo corporis magnitudinem auxit. Quamobrem Polypis pedes non solum ad natandum vtilis sunt, sed etiam ad ambulandum: Sepijs autem, & Lolliginibus inutiles sunt: Et paulo post: Polypi, inquit, promuscide carent, quoniam pedes ad vsum eundem commodos habeant. Quorum autem pedibus acetabula, cirramentaq; adsunt, hæc vim, contextumq; talem habent, qualem implicamenta illa, quibus digitos antiqui medici indere solebant. Ita enim fibris implexa sunt, quibus carunculas, cæteraq; cedentia trahant: quippe quæ laxa præhendant, intenta premant, & retineant, cum pars interior tota contingat, atque amplectatur. Itaque cum aliud non habeant, quo capere, ad moue-

His. 4. c. 1.  
A Mollibus  
quid differ-  
rāt? Polypi.  
De par. 4.  
cap. 9.  
Pedum cō-  
struio, &  
usus.

requi



- Hist. 4. ca. 1. de Par. 4. cap. 5.* req; possint, nisi aut pedes, aut promuscides, hæc pro manibus obtinent ad vim tum inferendam, tum propulsandâ, atq; etiam ad cætera vitæ munia necessaria. Præterea, vt idem testatur, cū Sepiæ, Lolligini, & Lolliopartes duræ, ac solidæ intus per dorsum, & corporis prona contineantur, Polypus nihil solidum intus habet; sed caput cartilagine propè constat, quæ senescentibus maiorem in modum indurescit. Cur autem hac solida parte, quam in Sepijs sepium vocamus, careat Polypus, ipse, edocet his verbis. Habent etiam quod piscium spinis proportionetur, vt Sepiæ quod sepium vocant, Lolligines quod gladiolum: Polypi nihil eiusmodi habent, quod eorum alueus, quem caput appellât, breuior est, illorum procerior; ideoq; vt directus, inflexusque maneret, natura his adminiculis faciendum censuit. Rursus idem Aristoteles Polypis, & Sepijs ventrem similem esse tum figura, tum tactu testatur, stomachum nimirum, siue gulam ab ore prælogam, quam ingluuias excipit, quomodo in auibus, tum ventrem coniungi, ac intestinum ventri annecti simplex, & vsque ad exitum tendere: At Lolligines bina ventris conceptacula habere, quæ ventris speciem gerunt. Idem citante Athenæo, non simpliciter viscera, sed quæ sanguineorum visceribus respondeant, Polypo negat: *Σπλάγχνον δ' ἐκ χει ἀναλογῶν* inquit. Vnde Plinius, venter, inquit, sanguine carentibus nullus: intestinum enim quibusdam ab ore inci-
- Cerebrum. Libro 7. Atramenti color. Μήκων Polypi. Ατράμητι. De Par. 4. cap. 5.* piens quadam via eodem reflectitur, vt Sepiæ, Polypo. In Polypo dissecto cerebrū duplex conspici citat ex Aristotele Athenæus: qui & atramentum eius non nigrum vt Sepiæ, sed subruffum esse scribit: contineriq; id ia vesica quam *μήκωνα* vocant. Quapropter falluntur maximè, qui excrementum, quod in vesica continetur *μήκωνα* appellarūt, in Polypo, Sepia, & testatis: cū id excrementum *θόλος* Græcis, Latinis atramentum vocetur. Gaza vbiq; *μήκωνα* apud Aristotelem papauer reddit: ab oblonga figura sic dictam putat Dalechampi-  
*De Par. 4. cap. 5.* ribus Aeliano, & Scholiaste in Aristophanem, itemq; Athenæo: qui id ex Aristotele excerpere. scribit enim; Habent atramentum Polypi, & Lolligines supra apud mutim porius positum, Sepiæ infra aluum. Subdit ibidem Sepiæ plus quam Polypo id inesse, nec tacet causam, quia inquit, habet brachia, coloremque mutat. Alibi id denuò accrescere postquam emisit, prodidit, vt nunquam deesset atramenti copia. Ad reliquas partes nunc me confero. Cur *Κεφαλή*, siue caput vocent in Polypo, quod in cæteris Mollibus alueum, rationem reddit Zoographus, quod breuior sit, & rotundior; Hoc in Polypo quandiu viuunt prædurum est, & quasi inflatum, teste Philosopho. Oculos supra duos pedes habere, os, & dentes in pedum medio ex eodem citat Athenæus: item Polypo octo pedes esse, duos quidem supernè, ac infernè totidem, minimos; medios autem maximos, cū acetabulorum ordine duplici, quibus ori cibum admouet. Sed Aristoteles; pediculi octoni, inquit, omnibus, binis acetabulorum ordinibus ductu perpetuo omnibus, excepto vno genere Polyporum (scilicet Eledone,) Vnde Gilli; lapsus quoque manifestatur, qui Polypos octo pedes habere simplicibus singulos acetabulorum ordinibus plenos scripsit. Testatur Aristoteles brachij; Polypi membranam interiectam esse, vt cū dixisset Sepias quasdam in bina augeri cubita; Polyporum, inquit, brachia tantundem, atque etiam plus magnitudinis capiunt. Theodorus Gaza pro pediculis brachia interpretatur; quæ & crura, & cirros vocat; itemq; barbas, Plinium fortè secutus, qui de Polypo maximo, Barbas, inquit, quas vix vtroque brachio complecti esset, in quem locum hæc Massarius; sic nos quoque, inquit, barbas in antiquis exemplaribus legimus. hoc diximus, quia in cæteris omnibus impressis codicibus branchias pro barbas deprauatè legitur; & intelligit per barbas brachia; nec dixit brachia, quoniam statim subsequitur; Quas vix vtroque brachio cõplecti esset. *πλεχτάνας*, Theodorus brachia transtulit, *κοτυληδόνας* acetabula. Plinium, vbi inquit, Anguinū ouum H
- Acetabula quæ.* vidi, mali orbiculati modici magnitudine, crusta cartilaginis, velur acetabulis brachiorum Polypi crebris, putat Zoographus acetabula (quæ ab accipiendi deriuant Grammatici) à brachijs distinguere. Hæc enim sunt veluti vascula quædam exigua rotunda, quibus brachia exasperantur. Synechdochicè tamen pro ipsis brachijs sumi posse. Acetabula, inquit Cælius Rhodiginus, apud Plinium Trebius Niger in Polyporum ratione accepisse videtur pro caliculis vernalibus peluuium modo: vnde apud Senecam sunt præstigiatorum acetabula; hoc est vascula, seu caliculi, quibus astâtium oculos fallendo præstringūt, &c. Sunt qui apud Plinium pro caliculis legant calicibus, qui ppè cū vernalis magnitudinis fuisse à Plinio referatur, teste Massario, qui etiam tradit acetabula esse caliculos illos in brachijs Polyporum, qui rei cuique admoti veluti cucurbitule suo haustu ad eò tenent, vt auelli nequeant. Eruditiones, inquit Cælius, *κοτυληδόνας* exponunt *τοῦ πολυπόδος πλεχτάνας*, id est Polypi acetabula, siue cirros, aut vt Ouidius flagella, à cotyles similitudine,
- vt inquit



**A** ut inquit Eustathius. id genus valis est, & manus cavitatis. Inuenio apud Antiphilum Byzantium Ἰλίας appellati: & apud Antipatrum Theetalum in suo epigrammate, quod de Polypo aquilam occidente fecit πλοχμούς hoc versu:

Πλοχμοῖς δ' εἰλιθεῖς, πέσεν εἰς ἀλαδύσμορος. id est  
Ciris circumuoluta, cecidit in mare misera.

Pedum autem, seu brachiorum vsus est, ad capiendum, & venandum cibos, eosdemq; ori admouendum, cum careant promuscide Polypus, inquit Aristoteles, suis brachijs, vt pedibus, ac manibus vtitur: quippe quibus duobus supra os positis cibum admoueat. Quæ sic transtulit Plinius. Polyporum multa genera. omnes brachijs, vt pedibus, ac manibus vtuntur. iisdem quoque ad natandum vti, autor est Philosophus. Paulus Iouius iisdem obuia quæque comprehendere, ligare, inuoluere, ac flagellare tradit. Acetabulis autem vtuntur ad sugendum, & firmiter tenendum rem quamlibet, cui adhærescunt, sed grandibus minorem inesse tenacitatē tradunt autores. πρῆσμα quibusdam dicitur cirrus apud Hesychium, & Varrinum, quibusdam verò caput Polypi. Verbum autem, πρῆσθαι inflare, & distendere significat: & caput quidem eius quamdiu viuit duriusculum est, & quasi inflatum; & in cibo quoq; inflat; nã ad caput vapores mouet, & venerem stimulat. Μίλιον apud Hesychium, & Varrinum dicitur semen milio simile, quod panicum putat Zoographus, item pars quædam in Polypo. Dorsum scribit Plinius partem læuem appellari, à qua acetabulorum ordo inchoatur. Collum etiam ei attribuit Aristoteles, idque imbecille cum premitur. Vnde Athenæus: In polypis, inquit, aliæ partes corporis validæ sunt, imbecilla ceruix. Pinnulam quoque angustam habet, deque medio orsam; causam reddit Aristoteles: nimirum quoniam paruum habeat alueum, quem satis suis pedibus dirigere possunt. Vnde Plinius; Non habent pinnas, quæ Mollia appellantur, vt Polypi: quoniam pedes vicem pinnarum illis præstant. Fallitur tamen Plinius, quòd omnibus Mollibus pinnam denegarit, cum omnia habeant, quamuis in Polypis tam sit exigua, vt minimè, aut vix conspici possit. Theodorus Gaza in quodam Aristotelis loco fistulam tantum Polypo tribuere videtur, vbi inquit Philosophus: Fistulam ante alueum positam supra caput, & brachia gerit cauam, qua mare transmittit. quatum suo admiserit alueo, quoties aliquid ore capit, eamq; modo in dextrâ partē transfert, modo in sinistram, hac eadē fistula suum quoq; atramentum effundere solet. Et Plinius; est Polypis, inquit, fistula in dorso, qua transmittunt mare: eamq; modo in dextrâ partē, modo in sinistram transferunt. Rostrum quoq; ei tribuit Iulius Scaliger: itemq; Bellonius Psittaci rostrum. Nulla tegi cute Plinius autor est; tamen Bellonius pedes, seu cirros pelle contegi varia scripsit: carnem albam Galenus, & Plutarchus cauerosam esse, meatuumq; plenam ex aspectu probat. Formam Polyporum scribit Cardanus esse similem araneorum, si maxima minimis comparare licet: corpus enim, inquit, marinæ cucurbitæ non multum absimile, octonis pedibus, vt Mollibus plerisque, quibus tamen nullus sensus deesse videtur; os corneum non absimile psittaci rostro, in quo & magnum robur, & excrementi locus prope os ipsum. Polyporum varia reperiri genera testes sunt veteres, & in primis Aristoteles, qui de eis sic scripsit: Polyporum genera plura sunt, est enim quod & conspectius, & maximum est, cuius terreni maiores quàm pelagij sunt: & quod corpore exiguo varioq; est, cibo ineptum: & quod Eledonam vocant, crurum prolixitate diuersum: & quod vnum ex mollium numero simplicem acetabulorum ordinem agit: cætera namq; omnia duplici caliculantur. Ad hæc, quod alij Bolitanam, alij Ossolem appellant. Duo item visuntur genera conchis indita, quorum alterum Nautam aliqui vocant, alterum Pompilum, siu: ouum Polypi: Testa ijs vt Pectunculis conca-

**D** ua, simplex tamen, nec ita destinata, vt ei inhæreant. Sæpius iuxta terram piscuntur: vnde euenit, vt fluctibus iactati in aridam elidantur, & testa dilapsa nudiciantur, aut in terra arena extinguantur. Constant exiguo corpore, facie similes Bolitanis: Est etiam, qui Cochlearum more siliceo tegmine ita muniatur, vt nunquam egredi soleat, suaq; interdum brachia exerat. Verum cum Theodorus in hac sua huius loci versione, obscure certe, & parum rectè ipsius Aristotelis dicta interpretetur, ad Græcam lectionem confugere oportet: quam, cum in Græcis peruulgatis codicibus corrupta sit, ex vetustissimo, atque egregio, Vaticanæ Bibliothecæ exemplari castigatam apud Saluanum quis legere poterit, qui sic eam latinè reddit: Sunt autem plura Polyporum genera, vnum quidem valde notum, & ipsorum maximum; sunt verò multo maiores littorales, quàm pelagici. Ad huc autem alij parui, varij qui non comeduntur. Aliud etiam Eledone vocatum, pedum prolixitate diuersum, & quia solum ex Mollibus simplicem acetabulorum ordinem habeat; alia namq; omnia duplicem acetabulorum habent ordinem; & hoc vocant alij quidem Bolitanam,

Ἰλίας.  
Πλοχμοί.  
πρῆσμα.

De Pisc.  
Rom.

Μίλιον.

Dorsum.  
Collum.  
Lib. 7.  
Histor. 4.  
cap. 9.

Plinij error.

Fistula.

Lib. 9. cap.  
29.

Rostrum.  
Exerc. 2. 18.  
Obscr. 1. 6.  
74.

Lib. 9. cap.  
12.

Lib. 3. de  
sympt. cau-  
sis.

Questio.  
nat. 19.

De Var.  
rer. 7. 37.

Genera.  
Histor. 4.  
cap. 1.

Bolitanæ.  
Ossole.

Nautæ.  
Pompilus.

Gaza no-  
tata.

Aristoteles  
correctus.



alij verò ozolim. Insuper alij duo in Cōchis, vnus vocatus à quibusdam Nautilus, & Nautilus, à quibusdam verò ouum Polypi. Est autem testa eius, velut Pectunculis concaua, & non innata; pascitur autem hic sæpius iuxta terram, vnde à fluctibus in aridam truditur, & testa exutus capitur, & in tetra moritur. Sunt autem hi parui, & forma similes Bolitanis. Et alius in testa, velut Cochlea, qui non exit è testa, sed Cochleæ instar subest, & interdum foras brachia porrigit. Ita ferè etiam corrigit Rondeletius, cuius lectionem suo loco se-  
 stabimur. Sunt itaque apud Aristotelem quinque Polyporum genera, duo testis indita, tria nuda, quorum primum omnium maximum, valdeque notum, secundum paruum, vartium, non esculentum, cuius generis nullus præter Aristotelem, quod sciam, meminit, tertium Eledone vocatum, quod aliqui Bolitanam, aliqui ozolim vocant. Apud Athenæum ex Aristotele & Speusippo species Polyporum recensentur, Heledone, Polypodine, Bolbotyne, Osmylus. Et Aristoteles Mollia esse scribit Polypos, Osmylem, Heledonem, Sepiam, Lolliginem. Hic notandum est in Aristotele, dum ait, Littorales maiores esse pelagijs, non noua Polyporum explicasse genera vti Saluiano Plinius opinari videtur, hunc Aristotelis locum sic transcribens: Polyporum multa genera; terreni maiores quam pelagis. Sola namque loci, atque magnitudinis varietas generum varietatem non facit. Sed solum eiusdem primi generis differentias quasdam edocet; eius namque littorales Polypi maiores sunt pelagijs. Atque huius sententiæ Rondeletius fuisse videtur, cum scribit: Polypum hic depinximus, qui omnium maximus est, & notissimus, cuius differentias duas esse diximus: alter enim littoralis est, alter pelagicus, vita solum, specie nullo modo diffidentes. Apud Athenæum inuenio Aristotelem in libro de Animalibus Polypum diuidere in Nautilus, & Triplichrotem, quasi colore mutabilem dixeris. Fortè tres illæ species, quas modò enumerauit primum, colorem omnes variant, & per Nautilus eas, quæ conchis præditæ sunt, intelligit. Sunt, qui in Aristotele legant *τριψυχρος*, quòd attritu colorem inducat. malo tamen ex Athenæo *τριψυχρος*, legere, quòd colorem mutet. Diphilus apud Athenæum Polypo similem *χελιδώνα* ait, hoc est Hirundinem, ac voluceri hirundini similem perquam volutare scribit Plinius. Vnde Edouardus Vottonus Hirundinem, siue Chelidonem cum Polypis coniunxit, præsertim cum Aristoteles Hirundinem à piscibus separare videatur, maximè eam, quæ sublimis volat, & volatu stridorem emitit. Sunt qui existiment Chelidonem Aristoteli, & Plinio piscem significare, Athenæi verò Chelidonem alterius esse generis, quod & Vottonus, veteris tamen nullius scriptoris autoritate fretus, credidit; nos inter pisces ponemus. Cardanus monstrosam quendam piscem inter Polypos ponit: Alij, inquit pisces sunt informes, velut quod corio est, quasi suillo, magnitudine ferè elephantis, suillo etiam capite, pedibus loraceis, sine dentibus, paruis oculis, sub ventre duo foramina habet iuxta caudam. Cauda prælonga; brachij mensura latiore, quam mensuram longitudine, & latitudine implent singulæ auriculæ, corio crassiore quàm digitus sit: forsan è Polyporum genere est. Contra quæ verba sic se Iulius Scaliger exercuit. Cete, inquit, vastissimum, quod elephantis descriptum magnitudine, ais, esse forsan de genere Polyporum, manifestè leuitatem prodit ingenij tui. Cui suillum caput assignabas, suem potius faceres. Nam Polypo si nescis, non vt suis rostrum, sed vt Sepiæ cuidam generi, vt psittaco beccum est. Vti libet opulètia Gallica ad differentiarum intellectionem. Et in antiquis Romanorum monumentis est. Tum si non fuisset, nostra opera fuerit. Nam si palliatis Græculis licuit, coruos, serpentes, vrsas, easque, si dijs eorum placet, caudatas in cælo collocare: quare non liceat togato viro, atque etiam sagato, vculam vnã è nobilissima omnium prouincia citare ad comitia litterariæ dictaturæ? Ridiculus verò cum Sepiaceo generi coriaceos pedes, atq; etiam caudam, etiamq; longam designabas. Sed & auriculas cum appingis brachij longitudine, ac latitudine: probè te nouisse Polypum intelligo: qui eum auriculatum congenerem piscem fingas. Nam quod sub ventre duo sint ei foramina, quid mirum tandem? Foemina enim illa fuerit. Totidem habet & balæna. Item mas delphin alterum ad excrementa: alterum vnde veretrum euaginet. Hec Scaliger. Ego verò Polyporum summatim genera facio vnum conchis inditum, quod in duas species diuiditur, de quibus inter Testata dicemus: alterum sine conchis, quod & alias tres sub se species habet. Prima enim maxima, & notissima, ore, oculis, partibus internis Sepiæ, ac Lolligini similis, vt scribit Rondeletius, brachia verò longiora habet, promuscibus caret: alio est rotundiore, Sepia latiore, Lolligo verò longiore. Acetabulorum in brachijs cōtinuus est, & duplex ordo, quæ initio maiora, deinceps minora sūt: Sunt etiam quatuor pedum acetabula omnium maxima. his omnibus mira vis inest, vnde Trebius Niger apud Plinium, negat vllum esse atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua.

*Polyporum  
quorū gene-  
ra apud A-  
rist.*  
Lib. 7.

Lib. 9. cap.  
29.

*τριψυχρος  
Polypus.  
Aristoteles  
correctus.*  
Lib. 7.

*De Subtil.  
lib. 10.  
Monstrosus  
piscis.*

*Exercit.  
218.*

*De pisc. li.  
17. c. 7.*

*Lib. 9. cap.  
20.*



**A** aqua. Luctatur enim amplexu, & sorbet acetabulis, ac numerofo fuctu detrahit, cū in naufragos vrinantesq; impetum capit. Sed si inuertatur, elanguescit vis, exporrigunt enim se resupinati. Hunc eundem Polypum sic descripsit Bellonius: Acetabula in cirris plusquam octingenta habet, atque in quolibet cirro plusquam centum, quæ in imo quidem maiora, deinceps verò minora fiunt, & quadam pellicula conteguntur, quæ horum dilatationis, & contractionis est causa. In interna cirrorum serie ad radices rostrum illi est nigrum, in medio corneum, ac durum, plectaci rostro simillimum, quo cuncta etiam durissima comminuit. Oculos habet (vt Testacea) extrorsum sitos in ea colli parte, ad quam alligantur cirri, qui beneficio naturæ palpebra integri possunt: quo fit vt parui admodum appareant, nec quidquam eorum, præter id, quod in ijs est pullum, conspiciatur. Quod autem Vulgus in Polypo caput vocat, id verò interna parte turgidum est, multisq; loculamētis concauum, eius nimirum alueo, ac fistula. Quodque Polypus in varios colores se commutare dicitur: id quidem à molli eius pelle prouenit, quæ facile glubi potest: cuius colorem nunc album, mox rufum, postea liuidum, mox varijs coloribus distinctum videas: Pronus Polypus oculos ostendit: supinus verò sua loculamenta: qua parte commodè dissectus, magis cartilagineus sentitur: atque in eius interaneis nescio quid turbinatum videas, quod cordis, vel hepatis naturam habere dixeris. Verùm id quidem protinus effluit, & dissoluitur. Quod autem illi veluti cerebrum est, id quidem proportionem magis, quam natura tale esse crediderim. Ab ore gula ei patet oblonga, & angusta, in quandam ingluuiem amplissimam producta, cui adhæret ventriculus: à quo intestinum tenue (crassius tamen quàm gula) partem repetit superiorem, & iuxta os sursum tendit. Corneum quiddam vtrinque habet Polypus, in quo eius oua recluduntur: lucida quidem ea, & transparentia. Flagella aurem ostendit quina, atque interdum sena. Hæc Bellonius. Nos quidem huius generis iconem damus. Captus is est prope Iluam maris mediterranei insulam: longus erat pedes duos: cirris duplici acetabulorum ordine inferna parte insignis, albis: superna maculis ferrugineis aspersis: capite vario, coloribus præfctim, rubro, cæruleo, & nigro: oculis magnis aurea iride, pupilla nigra. Huius iconem ita expressimus, vt vnica tantum acetabulorum series conspici possit. In ea quam ponit Rondelerius vtraque conspici potest: similè deinceps subieciimus, vt etiam eam quam ponit Zoographus, partem pronam illius quam Rondelerius ponit, representans. Huius autem generis cum littorales sint & pelagij, littoralem tantum depinximus: alterius enim pictura non est opus, cum satis ex præmissa cognosci queat: pelagium enim minorem esse ait Aristoteles, & varium, ac cibo ineptum. Notandum autem est, littorales hosce Polypos certam non habere magnitudinem; nam pro ratione ætatis, ac loci, magnitudine variant: vt scribit Aelianus inueniens; temporis longinquitate Polypi adeo magni euadunt, vt ad ceti magnitudinem accedant, cetaceiq; generis esse dicantur. Sanè monstrum videtur, non Polypus, de quo Carteia capto sic apud Plinium scripsit Trebii Niger. Ostendere, inquit, Lucullo caput eius dolij magnitudine, amphoraru quindecim capax, atque (vt ipsius Trebij verbis vtar) barbas, quas vix vtroq; brachio complecti esset, clauarum modo torosas: longas pedum triginta: acetabulis siue caliculis vrbalibus peluium modo, dentes magnitudini respondentes. Reliquæ asseruata miraculo pependere pondo DCC. Hæc Plinius, quem Fulgus quoque secutus videtur, qui narrans de simili bellua historiam, quam postea referemus, eius caput immensum fuisse tradit, horrendumq; quod Lucius, inquit, Lucullus qui illud inspexit, putauit quindecim amphorarum, quæ in nauticis rebus bottæ dicuntur, mensuram continere, Brachia autem ingentia adeo, vt vix hominis complexu cingi possent, internodiaq; crurum magnæ ollæ amplitudinem complere. Eius autem reliquæ in miraculi testimonium sepositæ fuerit, septingentarumq; librarum pondus excefferunt. Strabo quoque circa Carteiam talenti pondo reperiri autor est. Non prætermittendum censeo, quod de Polypo septentrionali narrat Olaus Magnus, tanquam à nostris multum discrepante corpore, quamuis natura, ac moribus conueniat: In littoribus, inquit, Noruegiæ Polypus, siue multipes animal est, fistulam in dorso habens, qua mare trāsmittit, eamq; modo in dextram partem, modò in sinistram transfert. Cæterum per brachia (velut acetabulis dispersis) ac dēticulatas forcipes, omne quod sibi appropinquat, inuoluit: animal carens sanguine. Quidquid comedit: aggregat in cauernis, vbi manet: deinde putamina erosa carne egerit, adnatantesq; pisciculos ad ea venatur: testas etiam, & crustas cæcorum residuas eijcit. Mutatur color eius ex lapidis colore, cui adhæret, maximè accedente timore ob aspectum congrui inimici sui. Habet quatuor pedes medios magnos, & in totum octo, paruum corpus, quod pedum magnitudine compensatur, aliosque adumbratos pedes, strictos, qui vix percipi queunt, his se sustentat, mo-

*Vt in varios  
colores mu-  
tetur.*

*L. 13. ca. 6.*

*Lib. 12.*


*Lib. 27.*

*cap. 21. in  
epitome.*



# Vlysis Aldrouandi

Polypus, in quo vna tantum acetabulorum series exprimitur.






Polypi alia icon cum duplici acetabulorum ordine.





## Vlysis Aldrouandi

Polypus idem prona parte depictus ex Zoographo.





A uetur, & uetur, tum etiam apprehendit, quidquid à se fuerit remotum: supinusque adhaeret saxi, ut vix amoueri possit, nisi re aliqua fetida admota. Hoc Olaus Magnus, seu maioris autor, qui eum in epitomen redegit.

## S E N S V S.



DORANDI facultas summa in Polypis viget, cum odore escarum allectati capiantur, & maximè oleatum, quas in littore prosequuntur, adco ut cani sagaci ab Oppiano comparentur. Adhaerescunt autem ita teste Aristotele rei quam appetunt, ut inde auelli non possint, nisi pulicaria herba admota, cuius odore protinus resilice dicuntur. Gustus quoque membrum habent molle, carnosumque, ut idem scribit Philosophus. Et sanè exquisito praeditos gustu deprehendo ex aqua dulci, quam simulatque piscator prope petram effuderit, statim fugiunt, petramque relinquunt.

Odoratus.

Hist. 4.

Cap. 8.

Gustus.

B

## L O C V S.



PRIMUM Polypi genus omni ferè in mari frequens est; reliqua verò non item; Aristotele autem in Euripo Pyrrhaeo, neque Polypi, neque Bolitanae, neque alia quadam genera gignuntur. Citat Athenæus Theophrastum in libro de locorum differentiis, circa Hellespontum non generari Polypos, quia frigidius illud mare sit, ac minus salsum: quod utrumque Polypo noxium. Testatur Oppianus magnos in ponto Euxino haud reperiri huic versibus.

Hist. 9. ca.

37.

Lib. 7.

Halicut. 1.

*Noxia non ponto monstra educantur in isto,  
Et parui pisces non quidquam hostile timentes  
Securi viuunt undis, procul Astacus ingens,  
Polypodes desunt magni, desuntque Paguri.*

C Sunt, qui hoc mare à Polypo vitari putant, quia sit animal ob imbecillitatem suam frigidis impatiens, & mare ad boream vergens assiduis imbribus ferè sit obnoxium. Saxorum caernas incolunt teste Bellonio, nec vada apprehendunt, ut scribit Plinius. Littoralis potius quam pelagius videtur Polypus, ut ex Aristotele conijcere licet, quando inquit: Lolligo sola ex Mollibus gaudet alto, vitamque pelagicam agit. In mari Adriatico frequentissimos esse, testis est autor de natura rerum, & reuera ego eos Venetijs saepè prostrare in foro vidi. In exterioribus Carteiae locis Polypum ad talenti pondus accedere Strabo scribit. Et Archestratus apud Athenæum inquit.

Cur non sine  
in mari Euxino.

Lib. 9. cap.

29.

Lib. 3.

Lib. 7.

*Πόλυποι έντε Θάσσο και Καρία εις έν άριστοι  
Και Κέρκυρα τρέφει πολλούς, μεγάλους τε το πλήθος, id est:  
In Thaso, & Caria Polypi sunt optimi,  
Corcyra magnos etiam alit, numeroque multos.*

## V I C T V S.

D



VORACISSIMUM animal est Polypus, & magnum in ventre habet robur, ut quiduis obuium sine negotio, ut scribit Aelianus, deuoret, & conficiat, Iulius Scaliger inter animalia omniuora enumerat, nec immerito. Non solum enim carnes animalium ferè quorumuis. sed & fructus arborum depascitur: Humanasque imprimis appetit, ut vult autor de natura rerum. Et Trebius Niger apud Plinium tradit ad conficiendum hominem in aqua nullum hoc atrocius esse animal, luctari complexu, atque sorbere, & numerofo iuctu detrahere, ac in naufragos vrinantesque impetum facere. Frequentissimum ei cibum esse refert Aristoteles Conchularum carnem, horum autem Conchas complexu erinium frangit. Itaque praecipientibus testis cubile eius deprehenditur, ut scribit Plinius. Omnia in domum comportat: dein putamina erosa carne egerit, adnatantesque pisciculos ad ea venatur. Iulides non edit, ut canit Oppianus, sed Carabos, quos quo astu

Lib. 1. var.  
lect. 1.Hist. 8. ca.  
pit. 2.

Libro 9.

Cap. 29.

ca. 2. Halicut.



*Canceris vi  
Etiant, &  
Paguris.  
De Ani-  
mal. l. c. 32.  
Lib. 1. ca-  
pit. 37. de  
Animal.  
Lib. 9. Ani-  
mal. c. 45.  
Olea dele-  
Etantur.  
Lib. 7.  
Ficis vesci.  
4. Aleuct.*

capiat, vbi de ingenio, & indutria eius disceptabitur, agemus. Canceris quoque, & Paguris vititare obseruauit Bellonius: Visus est, inquit, nobis Polypus in portu Corcyre nigræ integram horam cum Cancro decertasse. Aelianus autor est carnes quoque Locustarum quandoque exugere, & succum earum exhaurire. Idem scribit testimonio piscatorū eum in terram progredi ad oliuæ germen in litore positum. Et alibi Polypos, inquit, & Osmilos in siccum egressos æstiuo tempore, ex maritimis arboribus frugiferis fructus subripientes (scandunt enim per truncos, & ramis se implicant) sæpè agricolæ & deprehendunt, & pro direptis fructibus pœnas ex comprehensis sumunt: & pro commissio ab eis furto, fructuum dominis ipsos ad epulas adferunt. Ex plantis, inquit Athenæus, olea delectantur. Eius truncum flagellis amplexos sæpè offendunt. Ficis quoque ad mare natis affixi, & fructum mandentes nonnunquam deprehenduntur, vt Clearchus scribit, de ijs, quæ in humore degunt. Idem quoque ait eo argumēto cognosci Polypos, olea amantissimos esse, quod si quis olea ramum in mare demiserit, vbi Polypi sint, ac aliquātulum detineat, quot voluerit, modico negotio extrahet circa ramos implicitos. Oppianus quoque, quàm sint olea amantissimi huicce versibus declarat Lippio interprete.

*Palladijs gaudet ramis felicis oliua  
Polypus, & glaucis folijs (mirabile dictu)  
Corripitur, gliscitq; comas, frondesq; virentes:  
Est totus latus ramis, & fronte benigna,  
Cum iuxta pontum nigris stat splendida baccis  
Arbor, & expansis consurgit litore ramis,  
Polypus ad frondes trahitur: ceu per iuga montis  
Sæpe canes querunt vestigia recta ferarum,  
Atque feras preerdunt, dominos ad iugum trahentes,  
Sic virides ramos gliscit frondentis oliua  
Polypus, & subito falsis emergit ab undis,  
per terram reptat ramos vbi nactus oliua,  
Applaudit trunco latus, radice sub ima  
Flectitur implicitus, veluti complectitur vlnis  
Nutricem nuper venientem paruus alumnus,  
Inq; sinus primum puerilia brachia iactat,  
Atque capit niueo connectere brachia collo.  
Sic est Palladia ramis connexus oliua  
Polypus, & totus latatur fronde virenti,  
Nunc pedibus tentis ramum complectitur illum,  
Nunc istum, veluti peregrina ex urbe reuersus,  
Collectos vnà dulces offendit amicos,  
Extensus manibus cupide complectitur omnes.  
Celsa non aliter obrepunt abiete fontes  
Nexu hederæ, & surgunt primum radicibus imis,  
Et multis nodis longè latèq; per omnes  
Tolluntur ramos ad summa cacumina tensa.  
Sic latus glauca sua brachia nectit oliuæ  
Polypus, hunc similem dulci quis dicet amanti.  
Postquam Palladijs ramis exempta cupido,  
Expleuitq; animum folijs, seu fronde virenti:  
Protinus aqueas obrepit latus ad undas.  
Talis amor frondis, vel tam furiosa cupido  
Hunc capit, & tali piscator fraude peritus  
In medium iactat plumbum quod fronde reuincit  
Palladia: & piscis ramos non temnit oliua,  
Sed sociam prendit frondem, nec deserit vnquam;  
In nauem tractus rami non vincla relaxat,  
Non odit viridem iam iam moriturus oliuam.*

Salsamenta quoque esse ex historijs admirandis, quas infra inter historica recensimus, fiet manifestum. Aelianus tanta auiditate scribit pisces, & obuia quæque deuorare, vt ne à proprio quidem genere abstineant; refertque qui minores retibus inclusi capiuntur, maiorum escam fieri. An verò brachia sua edat tempore penuræ, cuiusunque renascatur,

*Hist. var.  
l. cap. 1.*

F

H



A tur, summopere apud scriptores antiquos controuersum inuenio. Athenæus peruetustos citat Poetas, qui id affirmasse videntur, ut Alceum, qui canit.

Ἐδω δ' ἑμαυτὸν ὡς Πολύπους; id est

*Me ipsum, ut Polypus, comedi.*

Et paulo post: In penuria inquit cibi aiunt seiplos comesse. Hoc scripsit Comicus Pherecrates in fabula, cui titulus est Agrestes, his verbis:

Εἰ θρῦσκοιοι (male legitur in Athenæo θρυσκουσι) καὶ βρακάνοις καὶ τροβίλοις ζῶ.

Ὅποταν δ' ἦδη πείνωσι σφόδρα ὥσπερ τοὺς Πολυπόδας.

Νύκτωρ περιτράγειν ἐντος (male etiam ibidem ἐκ τῶν) τοὺς δακτύλους.

*Agrestibus olusculis & cardanis viuere,*

*Quumq; vehementer esurirent, Polyporum instar,*

*Noctu digitos suos intus arrodere.*

Diphilus in Mercatore.

Πολύπους ἔχων ἀπάσας ὀλομελεῖς τὰς πλευτάτας

Οὐ περιβεβρωκὸς ἑαυτὸν ἐσι φιλιτάτα. id est:

*Polypus omnia hic habet integra brachia:*

*Seipsum is non circum arrosit o amicitissima.*

Sed & huius rei ante alios Hesiodus non ignobilis poeta meminit.

Ἡ μάτι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόσεος δὴ ποδα τενδει,

Ἐντ' ἀτ' ὑρῶ ὄικω καὶ ἐν ἦθεσι λευγαλέοισι. hoc est:

*Tempore hyberno, quando ex ossis Polypus suum pedem arrodit,*

*Inque frigida domo, & in habitaculis tristibus.*

Oppianus Vrsos scribit in terra suos pedes lambere, ac fugere, ut Polypos in mari his

*In Erg.*

*3. De Venat.*

versibus.

Τοῖον ὑπαὶ βένθισσιν ἐν ἑυροπόροιο θαλάσσης

Γουλύ ποδα; σκόλιοι παρά κ' ὑμασι μητίσαντων:

Χείματος οἱ μεσάτον κρυβέω πνεύοντος ἐν πλώ

Κευθονταί πολατα μῶσιν ἕως πλοκαμῖδας ἔδοντες

Αὐταρ ἐπὶ ῥυγρὸν εὐτροφον ἀνθήσειν

Ἀκρέμονές σφισιν ἀκάνεοι πάλιν ἀλθίσκουσι

Καὶ πάλιν ἐπὶ λοκαμοὶ δολιχῶ πλοῦσοι θαλάσσαν.

Gabriel Bouuerius sic hocce transtulit.

*Sic in gurgitibus longè lateq;*

*Intori faciunt Polypti grassante rigore*

*Inque crepidinibus se condunt aquoris alii*

*Ei satiant spiritus rodentes dira palati.*

*At cum ver campis fragantes reddit honores*

*Sponte repubescunt Polypti semesa flagella,*

*Ac freta peruadunt iisdem fluctibusq; sonantes.*

Et rursus alibi, interprete Lippio:

*Polypodes gelida non verrunt equora bruma,*

*Formidant rapidas vento impellente procellas,*

*Et curuis degunt antris; torpentq; veterno,*

*absumuntque pedes longos vel non secus ac si*

*Carnes non pascant proprias, quæ sæpe renata*

*Exaurant domiuus, Neptunus maneta donat,*

*Fæcundatq; pedes in pabula grat a natantum.*

His etiam subscribit Aelianus: Polypus, inquit, cum alijs cibis pascitur (est enim edacissimus, ad fraudemq; & insidias callidissimus) tum verò sua ipse membra conficit. Nam si præda eum deficiat, brachia sua deuorat: ac ventre sic saturato, inopiam venationis leuat: deinde renascitur ei quod deest: hoc tanquam promptum prædium ad famem restinguendam comparante ipsi natura. Et Plutarchus, Polypus, inquit, sub brumam seipsum vorans corrodensq; desidet.

*Li. Virum animal &c*

Ἐν ἀπὸρῶ ὄικω καὶ ἐν ἦθεσι λευγαλέοισι:

Adeo vel piger, vel stupidus, vel certè veter tam rabido, aut his forsan obnoxius omnibus. Hinc aiunt Iohanni Grammatico Polypo dici κολοβοπόδας. Et Proclus in Hesiodum Διὸ καὶ εὐρίσκονται οἱ παλαιοὶ πολυπόδες, ἔχοντες κολοβὰς τοὺς ποδα. Id est, propterea maiores Polypi pedibus inutilis deprehenduntur. Sed cur hoc, inquit Massarius, verisimile esse

le esse



*Hist. 8. ca-  
pit. 2.  
Lib. de so-  
ler. animal.  
Lib. 7.*

*Lib. 9. ca-  
pit. 29.*

le esse non potest, vt Polypis interdū à seipsis, & interdum à Congris brachia prærodi con-  
tingat, quando & Cercopithecus desiderio carnis comedendæ correptos caudam sibi ro-  
dere videamus? Nam Aristoteles, inquit: Quod autem nonnulli aiunt Polypum seip-  
sum comesse falsum est; sed aliqui sua brachia corrosa habent à Congris. Plutarchus quo-  
que falsum id esse scribit. Et Athenæus, à Congris, inquit, persequentibus, & infestis eius  
sic pedes lacerantur. Quapropter malè Proclus commentator in Hesiodum à Paguris eos  
exedicitat ex Aristotele. Præcisâ brachia renasci, vt lacertis caudâ, autor est Plinius. Non  
prætereundum Eledonem quibusdam dici αὐτὸ τοῦ ἐαυτῶν ἕδω, quod ipsa se rodat. Sed  
alij pleriq; de Polypo simpliciter, non de Eledona specie eius priuatim hoc tradunt. Græ-  
ci quoque Polypum αὐτοφαγον nominant teste Dalechampio, in suis ad Plinium annota-  
tionibus.

## GRESSVS. NATATIO.

*Exitus in  
siccum.  
Lib. 7.  
Lib. 9. ca-  
pit. 29.  
Lib. 9. ca-  
pit. 19.*

*Exerc. 218*

*Lib. Ha-  
licent. 1.*



ON desunt, qui Polypum in terram descendere tradant. Aristoteles in  
primis, Mollū, inquit, vnus Polypus (crura enim ei quàm ceteris lōgius-  
cula, & gradiēdi facultate prædita sunt) exit in siccum, graditur per aspe-  
riora, virat leuia. Idem ex eo Athenæus: In siccum, inquit, exire nonnun-  
quam visi sunt, asperis præcipuè locis: laues enim odere. Et Plinius: so-  
li, inquit, Mollum in siccum exeunt duntaxat (Aristoteles μάλισα) aspe-  
rum, læuitatem odere. Idem alibi. Exeunt in terram, & qui marini mures vocantur, & Po-  
lypi, & Muræna. Quæ proculdubio ex Theophrasto transcripsit Plinius, nimirum ex eius  
libro, qui de ijs, qui in sicco versantur, inscribitur, hodieque περι ἰχθύων, hoc est de pi-  
scibus Polypo, inquit Iulius Scaliger, pedes sunt vix hac appellatione digni. ita enim  
in solido sub aquis ingreditur, vt humoris beneficio suspensus fluctuet. In sicco ambula-  
tio cum pulsu, & tractu fiat, alterum solum est in Polypi motu; qui neque gressio, neq; re-  
ptio est, tractus scilicet, acetabulis enim iactis procul, vt cuique applicuit, id apprehensum  
tenet: tum brachiorum contractione corpus admouet. ita subuehit sese in eam partem, cui  
adhæserit. Natat teste Aristotele, & pinnis, & pedibus: βαδίζει, inquit; δὲ τὰ τῶν ἐκατερῶν,  
(scilicet πτερυγίων καὶ ποδῶν) ὡσπου πολύπους. ex eodem pinnulam alueum ambien-  
tem minimam, minimeque conspicuam esse probaui superius: Plinius tamen pinnas ei  
prorsus negat, quod pedes vicem pinnarum ei præstent. Oppianus.

*Pisces aquoreis alij voluntur in undis:*

*Polypodes multis sparsi per membra flagellis.*

Natat obliquus, inquit Aristoteles, pedes in eam porrigens partem, quod capitis nomi-  
ne appellatum est. Atque ita efficitur, vt cum natat, prospiciat in aduersum: (nam oculi  
suprà sunt constituti) & os habeat ex aduerso. caput illud Polypis quamdiū viuunt, præ-  
durum, & quasi inflatum est. Quæ sic ex eo repetijt Plinius: Natant obliqui in caput, quod  
prædurum est sufflatione viuentibus.

## RESPIRATIO.

*Li. de resp.  
Lib. 7.*



OLIPODES pisces scribit autor libri de vtilitate respirationis Gale-  
no adscripti, nutrirī aëre externo influente per poros, nō aliter quàm cæ-  
tera exanguia, in quibus modicus est calor. Aristoteles aquam per cauum  
eos respucere ait, quod supra eam partē sedit, quam nomine capitis profe-  
quimur. Theophrastum laudat Athenæus scribentem in libello de ijs, quæ  
in sicco degunt, respirationis gratia, siue ad temperandum calorem inter-  
num omnibus viuentibus ἐμφυτον, aquam maris non admittere, οὐδὲ χρῆσθαι τῶν θαλάτταν.  
Sanè liber hic Theophrasti quamuis nō extet integer, superest tamen integra adhuc illius  
sententia hæc, quam paulò pluribus lubet verbis describere: est enim locus eximius: eum  
sic vertit Isaacus Casaubonus. Illud, inquit, mirum, an possit vllū animal partibus iisdem  
instrumentalibus, modò aerem trahere; modò aquam recipere. magis tamen fortasse mi-  
rabile, si modò quidem aer sit aptus, & congruens refrigerationem (aut quidquid est id,  
quod respirationem confert) modò verò aqua: ambo namque simul admitti non queunt.  
De Polypis minus mirum, quia illi maris aquam nō recipiunt. Quocirca parum se in Ari-  
stotelis



Astotelis, & Theophrasti philosophia versatum prodit interpres Athenæi, qui locū Athenæi, & Theophrasti tam absurdè accepit, ut ubi inquit Athenæus, ἐν δὲ τῷ περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διατριβόντων ζώων, εἰ δὲ χεῖρα φησὶ τοὺς πολυπόδας τῶν θαλάτταν, verterit: Idē libro de ijs, quæ in sicco versantur, scriptū reliquit, ἐκ τοῦ θαλάτταν ἐγρεῖται. Zoographus putat Polypos mare nō recipere refrigerationis gratia, ut suis branchijs pisces: sed dū cibū capiunt, obiter admittere; idemq; mox per fistulam, ut Cete reddere. Quæ sanè sentētia ab Aristotelis placitis non abhorret, in quibus sic scriptum reperio. Fistulam ante alueum positam supra brachia gerit cauam, qua mare transmittit, quantum suo admiserit alueo, quoties aliquid ore capit. quæ sic tradit Plinius. Est Polypus fistula in dorso, qua transmittunt mare.

*Dalecham  
p̄ error.*

## CAPIENDI RATIO.



**B**ACILIS est eorum captura. Nam vel strepitu audito, vel piscatore viso, minimè cedunt, aut fuga sibi consulunt, ut reliqui faciunt pisces, sed aut saxis, quæ in promptu fuerint, se applicāt, aut captātis manum apprehendunt, & cruribus se alligant. Est nihilominus capiendi quedam inuenturatio, cum captu difficilem esse dicat Antonius Liberalis, quod se ijs, quibus adhæserit locis, assimilet, atque colorem soli supra quod fertur, amuletur, ut ab eo discerni nequeat. Olivæ germina, quæ ab ijs amari diximus superius, piscatores colligant, ut scribit Oppianus, in fascē, plumboq; in medium indito, à nauicula trahunt: quem statim amplexus aliquis Polypus, hæret, neque remittit, ne in nauim quidem pertractus. Tarentinus ceu escam ad Polypos capiendos tenues Mormures circa robustum quid vinculo deligari scribit, item Vocarim, & Aradas. Polypus, inquit, auctor de Natura rerum, cornu cerui, vel storacis (styracis) sicci suffitu delubitur, & deprehenditur: quia diligit eum, & ob hoc intrat vasa (nassas) venantium. Idem Tarentinus pro Polypis, & Sepijs capiendis ex salis hammoniæ drachmis sex, butyri caprilli drachmis octo, optimè leuigatis molle collyrium facit, quo aut funes ipsos, aut validas vitras inūgit, pisces siquidē peredentes haud facile diuellentur: tu verò adstans extrahito, inijcetoq; in scaphā Carabos, Buccinas, Purpuras, & alios quicumque fuerint pisces. Bellonius esca captos facile in sublime efferri testatur: sed ubi extracti extra aquam aërem senserint, mox elabi. Quamobrem veteratores Polypos antiqui vocarunt. Teste eodem Perenses piscatores eos retibus capiunt in Propontide, ut alios pisces: captorum autem brachia diducūt, & explicant, dentibusq; eorum rostrum confringunt. nisi enim occiderent, è cymba effugerent; Sed quia quandoque petris tam firmiter adhærescunt, ut vix auelli queant, cunila admouenda est: ita enim protinus resiliunt, inquit Plinius. Simocatus ait Piscatores Polypum petris tenaciter adhærentem, dulci aqua perfundere, & facile auellere: Athenæus verò, si quis ante cubilia talem asperferit eos statim egredi: à Cancris chelis retentos admoto ipsis gramine liberari Gaudentius Merula. Facile autem eorum famina capiuntur à partu teste Athenæo, & mares à coitu, uti Oppiano placet. Languidi enim tunc sunt, & imbecilles.

*Li. Mirab.  
nat.*

*Obser. lib.  
1. cap. 74.*

*Lib. 7.  
Lib. 3. me-  
mor.  
Lib. 7.*

## NIDVS, SEV CVBILE.



**D**OLYPI habitaculum θαλάμην vocant Homerus, Athenæus, & Aelianus: Latini quidam nidum, alij rectiùs cubile transferunt, hoc enim sibi struit Polypus, non solum pariturus, sed aliàs etiam, ut putat Zoographus. Conchas tenuiores, scabrasq; efficere circum se, velut loriam duram, eamq; modo ampliolem, quo ipsi sunt ampliores, atque de ea quasi latibulo, aut casula quadam prodire aiunt, inquit, Philosophus. Et alibi: Conchulis maximè extringentes carunculas vescuntur: vnde fit, ut eorum cubilia eognoscat, qui venantur congerie testarum. Idem ex Philosopho scripsit Athenæus. Cū æstu maris Vlysses in litus abreptus esset ait Homerus, eius cutem sic laceratam fuisse à scopulo,

*E Conchis  
construunt  
nidum.  
Lib. 7.*

Ὡς δ' ὅτε πολυπόδος θαλάμης ἐξεληκόμενοι  
πρὸς κοτυλιδοφόρῳ κορυμναὶ λαΐγγες ἔχονται. id est  
Sicut Polypodis è suo domicilio extracti  
Acetabulis multi lapilli adhærescunt.

Vbi



λαίγγες.

Vbi Spondanus ait Homerum hæc de Polypo in siccum exeunte scribere, quòd dicat Aristoteles cubile suum ex Conchis tenuioribus scabrisq; esse constructum. Verùm per λαίγγες intelligi posse puto, non solum lapillos, sed & tenuia fragmenta testarum, ac similia aspera quæuis, ex quibus suum cubile construit Polypus. Albertus Magnus nescio quid super hac re somniet, inquiens nidum construere è lignis, inque eo parere.

## SEXVS.

*Histor. 5.  
cap. 12.  
Histor. 5.  
cap. 6.*

*Lib. 7.*



**D**OCE T Aristoteles discrepare Polypum marem à fæmina, eò quod capite est productiore, & quod genitale piscatores appellant, albidum brachio continet. Nam antea hæc scripserat: Marem nonnulli aiunt gerere quod genitalis speciem referat suo brachio, in quo duo amplissima acetabula habentur. Neruo id quasi constare porrectum ad medium vsque brachium confirmant, totumq; nari fæminæ annecti. Athenæus non ausus est hanc partem vocare genitale, sed genitali esse simile, hunc Philosophi locum fecutus. Nam quamuis superius vocet αἰδοῖον, id est genitale, loquitur tamen ex piscatorum sententia, ex quorum opinione, & hæc tradit alibi, Brachio, inquit, ultimo (quod & acutius, & solum albicans est, & parte sui extrema bifurcatum, dorsoque annexum) in coitu vitur. Hunc Polypi pedem (ut fallor, inquit VVottonus) Plinius caudam vocat libro nono: Cauda, inquit, quæ est bifurca, & acuta, in coitu vitur. Alibi Aristoteles aliam ponit sexus vtriusque differentiam, quæ nunquid omnibus conueniat Mollibus, an verò Polypis tantum peculiariter, difficile est ex ipso cognoscere: Nam cum quomodo Mollia atramentum effundant, quidq; singula per dorsum in prona corporis parte solidi contineant, ostendisset, Polypumq; nihil eiusmodi dari, ac solidi continere, hæc verba subiecit. Differunt fæminæ à maribus, quia in mare meatus ille subditus gulæ à cerebello in ima aluei pertendit, idque ipsum ad quod fertur, speciem mammæ imitatur. In fæmina duplex idem illud, supraq; habetur. Vtroq; tamen in sexu corpuscula quædam rubentia parti eiusmodi subiuncta spectantur.

COITVS, PARTVS,  
INCVBATIO.

*Histor. 5.  
cap. 12.  
Lib. 7.  
Lib. 7.  
5. Histor.  
cap. 12.1  
Histor. 5.  
c. 6. de gen.  
1. cap. 15.*



*Lib. 9. c. 5*

*De gen.  
ani. 1. c. 15*

**V**M latent, latent autem circiter duos menses, vt testes sunt Aristoteles, & Athenæus (quanquam Plinius Polypos, binis mensibus condi. velit) idq; hyeme, tunc coire scripsit ex Aristotele Athenæus, numerosaq; prole tæcundos esse. Locus autem Aristotelis hic est. Polypus, hyberno tempore coit, verno parit. Eodemq; teste Mollia vt Polypi, Sepiæ, Lolligines modo eodem omnia coeunt. oribus enim inuicem admois, complexuq; mutuo brachiorum libidinem explent. Ergo Polypis coitus cum alter capite vulgo appellato in terram verso, nitibundoq; explicat, porrigitq; sua brachia, alter superuenit, passisque brachijs singulis ad singula subiacentis acetabulorum conceptu mutuo adhærescit. Marem etiam nonnulli aiunt gerere quod genitalis speciem refert suo brachio, in quo duo amplissima acetabula habentur, neruo id quasi constare porrectum, ad medium vsque brachium confirmant, totumque nari fæminæ annecti. Quod sic transcripsit Plinius. Polypi (nempe superueniunt) crine vno fæminæ naribus annexo, ad quæ verba notat Dalechampius, Plinium apud Aristotelem legisse *μολιῆσι* pro *φουλιῆσι*, huncq; Gazam esse secutum, quando, inquit, crine vno fistulæ adnexo. Et paulò infra idem Plinius: sed Polypi in terram verso capite coeunt. Quod enim vltimi brachij parte extrema bifurcata, quam putant VVottonus, & Saluianus caudam bifurcam à Plinio appellari, in coitu vitur, falsum esse scripsit Aristoteles, inquiens: Meatus ille interior idem excrementi, & Vuluæ est, tum in Mollibus, tum in Crustatis. Est enim qua semen genitale per meatum emittant, idq; parte corporis supina, qua putamen distat, & mare illabitur, faciunt. Quamobrem ea parte mas cum fæmina copulatur. Nam si mas, siue semen, siue membrum, aut aliquam virtutem, siue vim aliam mittat, admoueri ad meatum Vulualem necesse est. Crinis verò insertio maris Polypi per fistulam, qua piscatores crine coire Polypos aiunt, complexus



- A** complexus gratia fit: non quasi instrumētum id sit utile ad generatjōē: etenim extra meatum corpusq; est. Hæc ille; cui quoque subscribit Rondelētius. Cū enim ex Aristotele dixisset brachio vno, quod pendendi speciem referat, & in quo duo sunt acetabula coire quorundam sententia, hæc subdit verba. Sed hæc, inquit, somnia esse anatome certò demonstrat. Mihi sæpius Polypos dissectanti, nunquam visa sunt acetabula ista maiora in vno brachio quàm in alio, præterquam primo & maximo Polyporum genere, in quo non duo in vno brachio, sed quatuor in quatuor brachijs acetabula præ cæteris omnibus maxima comperias, in alijs generibus minimè. Quod si semen (per) hæc emitteretur, necesse foret, meatum aliquem ab internis partibus huc deductum: fæminam quoq; eodem meatu semen excipere, ouaq; edere: quæ fieri non posse fatebuntur omnes, qui Polypos viderunt: & ouorum in inferiori alui loco situs necessariò conuincit alio quàm brachij acetabulo oua edi. Quocirca mihi vera eorum videtur sententia, qui fistula parere affirmarunt. Hæc Rondelētius. Eos autem fistula parere, Aristotelis, & Athenæi quoque fuit opinio. is enim loquens de omnibus mollibus: Pariunt, inquit, ea corporis sui parte, quæ fistula dicitur. Et eum secutus Athenæus: fistula, inquit, quæ corporis meatus est oua racematum pariunt. Plinius tamen ore eos parere scribit. Longo tempore coitum absolunt, vt idem ex Philosopho tradit, adfertque rationem: quia, inquit, sanguinis sunt expertes. Pariunt autem oua, de quibus multa Philosophus. Ouum, inquit, veluti circum editi fructui populi albæ simile. Perquam fœcūdum hoc animal est. Nam de eo, quod ediderit, copia innumera prouenit. Et rursus. Ouum Polypi vnum incomptum foris, & grande, intus humorem candicantem concolorem totum, atque equabilem continens. Tanta est eius oui vbertas, vt vas impleat amplius capite Polypi ipsius. Rationem quoque alibi reddit, cur eiusmodi ouum sit simplex. Ouum, inquit, maximè indiscretum est in Polypis, vt simplex esse videatur: cuius rei causa est forma corporis, quæ similis vndique est. Et rursus: Polyporum, ouum simplex est. causa est forma eorum vteri, quæ specie rotūda, conglobataque est: fissio enim eius iam repleti incerta est. Quale autem ouum edat, quo loco, & quo tempore ex eo fetus excludatur, quantaque sit eius oui fœcunditas, alibi pluribus sic docet. Mollia copulatione, & venereo coitu, ouum concipiunt candidum, quod indies acedinum (arenidum legunt alij, quod est cure, & testa dura obstructum) quale illud crustati generis euadit. Edit Polypus suum ouum, vel in cubilibus, vel in figulino, vel in aliquo alio cauo, simile labruscæ florentis racemulis (βοτρυδι, racematim coherens) aut fructui populi albæ, vt iam dictum est. Pendent vtique per cubile oua tanta fœcunditate, vt collectis vas impleatur longè amplius, quàm caput sit, quo continebantur. Polyporum itaque ouis diebus quinquaginta maximè ruptis, Polypuli modo Araneorum perquam multi exserpunt, quorum natura figillatim nondum conspicua est, quanquam forma satis tota apparet: sed ob exiguitatem, imbecillitatemque copia interit. Iam nonnulli adeò spectantur exigui, vt nulla partium consenti distinctione, qua nuis ad tactum moueantur. Quæ ferè cuncta sic interpretatus est Plinius. Polypi vere pariunt oua tortili vibrata (melius similata in castigato codice legitur, vt notat Saluianus) pampino tanta fœcūditate, vt multitudinem ouorum cuncti recipiant cauo capitis, quo prægnantes tulere. Excludunt quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. Autor de Natura rerum. itemque Albertus Magnus in nido ex furculis, & lignis constructo spargere oua sibi coherentia tradunt. Ait insuper Aristoteles, oua iam absoluta ab eis foueri, nec ad partum interrim prodire. Et alio in loco, Polypus fæmina, inquit, modo incubat ouis, modo in ore sui cubilis assidens brachium super ouis exporrectum tener. Quod sic transcripsit Plinius:
- D** Polypus fæmina modo in ouis sedet, modo cauernam, cancellato brachiorum implexu claudit. Eadem quoque habet Athenæus: Fæmina verò, inquit, nunc oua corpore fouet, nunc ostio cubilis assidens super ea brachia porrigit.

*Histor. 5.**cap. 6.**Lib. 7.**Lib. 6. ca.**51.**Histor. 5.**cap. 12.**Histor. 4.**cap. 1.**De gen. 3.**cap. 8.**Histor. 5.**cap. 18.**Lib. 9. cap.**51.**Incubatio.**Histor. 5.**cap. 18.**Lib. 9. cap.**51.**Lib. 7.*

## Æ T A S.



**V**AM VIS in centum partes dissectus Polypus viuat, vt plurima exanguia, præsertim insecta, tamen breue ipsi æuū natura concessit. bienniū enim vix egreditur, vt testatur reliquit Aristoteles, his verbis: Genus, inquit, Polyporum magna ex parte biennio viuere non potest: sua enim natura tibi obnoxium est. Cuius rei inditium cum pressus Polypus aliquid subinde humoris emittat, demumq; absumatur totus; quod fæminis à partu potissimū incidit. Stupent enim fæminæ, vt neque vndis iactatæ sentiant, & ma-

*Lib. 9. Histor. cap.*



nu urinantis de facili capiantur. Sordescunt etiam, nec præterea assidendo venari possunt. E Mares verò alueo tument, & in mucorem lentescunt. Indicium, ne bimatum compleant, esse videtur, quòd ab ortu eorum, qui æstate fit, ad autumnum non facillè grandem Polypum videris, cum paulò ante id tempus prægrandes spectentur. A partu ita senescere, debilitariq; tam marem, quàm foeminam ferunt, vt vel à pisciculis deuorentur, & facile à suis detrahatur cubilibus, cum antea nil tale ijs vsu eueniat: tum verò paruos, nouellosq; quamuis recens natos, tamen nullo eiusmodi malo affici narrant: quinimo validiores esse, quàm grandes confirmât. Hactenus ille, quem secutus Plinius, Polypi, inquit, binis mensibus conduntur. Ultra bimatum non viuunt. Pereunt autem tabe semper: fæminæ celerius, & ferè à partu. Athenæus δὲ Πολύπους, inquit, σιωπητικὸς ἔστι, ex Aristotele. σιωπητικὸς autem dicitur, in liquorem solubilis. habet enim patibilem qualitatem τοῦ σιωπητικῶς. Plinius tamen Polyporum σιώτηξιν tabem appellauit, quæ Gaza etiam est secutus. Aelianus autem tam breuis huius vitæ rationem profert, libidinem scilicet in maribus, ac nimiam salacitatem, in fæminis verò partum frequentem. Inquit enim: Ex piscibus libidiniosissimum Polypum, eareneus flagrati veneris cupiditate incendi ferunt, dum & omnibus corporis vicibus exhaustis debilitatus, & ad natandum, & cibaria inquirenda tantoperè infirmus factus fuerit; vt postea alijs præda efficiatur. Tum enim paruuli pisciculi (tum cancelli) tum cancri ipsum exedunt, & conficiunt. Quamobrem cum non amplius anno viuere dicunt, foeminamq; etiam propter crebros partus ocyus consumi. Hæc sanè ab Opiano transcripta videntur, qui sic cecinit Laurentio Lippio interprete.

Libro 9.  
cap. 30.

Lib. 6. de  
Animal. ca  
pit. 38.

*Exitium & tristes tedas commisceat in unum  
Polypus, & miseram vitam cum spermate fundit.  
Non coitu cessat, donec deliquerit artus  
Robur, & absumpta fuerint in corpore vires,  
Atque ipse in fulua iaceat prostratus arena  
Seminecem sicca lacerant tellure iacentem  
Carcenades misera, & Cancri, multiq; natantes,  
Quos omnes cupidè primò ferus ille vorabat.  
Tunc viuum imbellem minimè sua membra tuentem  
Discerpunt, donec moriatur funere diuo.  
Sic perit in coitu piscis, sic lumina claudit.  
At ratione pari torquetur fæmina partu,  
Extremumq; diem claudit, tætumq; resoluit,  
Non oua vt pisces alij semota recluso  
Ventre edit, magno partus cruciata dolore  
Ianctæ racematim gignit, quæ vultu mcatus  
Fortè per angustos veniunt, perimantq; parentem,  
Non annum excedant, tedis moriuntur in ipsis  
Cum tristi veniunt crudelia funera partu.*

## M O R E S . I N G E N I V M . S A G A C I T A S .

Libro 7.  
Lib. 9. ca-  
pit. 29.  
Lib. 9. ca-  
pit. 29.  
Lib. Hist.  
9. cap. 37.



Mirabil.  
narrat.

THE NÆVS Polypum ἀρόντων, Plinius brutum vocat, quasi rationis expertè, quòd ad manum hominis adnatet, nec persequentem, venantemue refugiat. Est nihilominus in re familiari callidus, ac sapiens. Omnia enim in domum comportat teste eodem, dein putamina erosa carne egerit, adnatantesque ad ea pisciculos venatur. Eadem ferè sic Aristoteles: Polypus fatuus quidem est, cum ad manum demissum hominis accedat, sed prudens rei familiaris, cum omnia colligat, & suo in domicilio recondat, cumque consumpserit quantum vtile sit, abigit testas, & cancrorum crustas, & putamina Conchularum, & spinas pisciculorum. & paulò pòst, Conchas, inquit, tenuiores, scabraeque efficere circum se, velut lorica duram, quamque eo ampliorem, quo ipsæ sunt ampliores, atque de ea, quasi de latibulo, aut casula prodire aiunt. Vnde Antigonus, Polypum (inquit) alimenta reponere ait Aristoteles in suas cauernas, & consumptis, quæ vsui erant, inutilia reijcere; pisciculosque ad eiccia cõueniètes captare. Cõchas quomodo discuneet, & earum



A neet, & earum carnes depascatur, audi ex Plinio: Non sunt, inquit, prætereunda, & Lucio Lucullo proconsule Bæticæ comperta de Polypis, quæ Trebuis Niger è comitibus eius prodidit, auidissimos esse Concharum; illas ad tactum comprimi, præcidentes brachia eorum, vitroq; escam ex prædante capere. Carent Conchæ visu, omniq; sensu alio, quàm cibi & periculi. Insidiantur ergò Polypi apertis: impositoq; lapillo extra corpus, ne palpitatu eiiciatur, ita securi grassantur, extrahuntq; carnes: illæ se contrahunt, sed frustra discuneata. Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est. Hactenus Plinius. Aristoteles ait Conchulas ab eo complexu crinium frangi, tantum ipsi inesse roboris mirum, æquè atque ea solertia, qua eum ut scribit Plinius, cum Conchas venator. Facilius tamen, quod scribit Aristoteles, crediderim, quippe qui testetur alibi omnes Polypi partes, omniaque membra robustissima esse excepta ceruice, tangere item, ac tenere brachijs supinis, membranamq; his interiectam totam extendere, in arenam tamen elapso, facultatem apprehendendi, retinendiq; nullam esse. autorq; est Massarius comprehensum hominem in terram deicere. In hunc autem modum insidias piscibus molitur, ut scribit Aelianus. sub saxa subtectus desidet, & in harum colorem se mutat, ut saxum esse videatur pisces ad eum tanquam ad saxum adnatantes, incautos sic brachijs suis tanquam retibus capit. Id testatur Philosophus hisce verbis: Sui mutatione coloris venatur pisces, trahit enim sibi colorem similem, ijs quibus appropinquaret saxi: quod etiam cum meruerit, facit. Et Plinius; colorem, inquit, mutat ad similitudinem loci, & maximè in metu. Eadem cecinit Oppianus his versibus, interprete Lippio.

*Polypodon fraudes populos vulgantur in omnes,  
Qui similem petra magnum spectantur in orbem:  
Nexibus & spiris hominem piscemq; rapacem  
Sic subterfugiunt astra, vitamq; tuentur.  
Si paruos videant pisces prædamq; minorem,  
Rursus & in piscis formam vertuntur, & arte  
Perquirunt victum fuscæq; fata repellunt.*

Canit quoque hæc Ovidius, docens vna quàm cautè piscatores venantesq; illudat, circumdodens hamum quo ipsum venari cupiunt, & expuens, ait enim.

*At contra scopulis crinali corpore segnis  
Polypus hæret, & hac eludit retia fraude.  
Et sub lege loci sumit mutatq; colorem  
Semper ei similis quem contigit; atque ubi prædam  
Pendentem retis avidus rapit: hic quoque fallit  
Elato calamo, cum demum emersus in auras  
Brachia dissolvit, populatumq; expuit hamum.*

Quæ ex eodem poëta sic notavit Plinius; Polypum, inquit, hamos appetere, brachijsque completi, non morfu nec prius dimittere, quàm escam circumroferit, aut harundine levatum extra aquam, Ovidius in Halieutico tradit. Hunc fortè Plinij locum secutus Isidorus Polypus, inquit, id est multipes, plurimos enim nexus habet. iste ingeniosus hamum appetens brachijs completitur nō morfu, nec prius dimittit, quàm hamum circumroferit. Ceterum ut ad coloris mutationem reuertamur: de hoc inter se non conveniunt autores. Sunt enim qui in omnem se colorem mutare affirmant, excepto albo. Sunt qui petris quibusvis se effimilare dicant, uti Theognis, & Phocillides, nec non & Ion apud Athenæum, in Phœnice tragœdia sic inquit:

*Καὶ τὸν πετρῶιον πλεκτάναις ἀνάμοις  
Στυγῶ μεταλλακτῆρα πολύποιν χρῶς,*

Quæ sic vertit Dalechampius.

*Saxatilemq; cum exanguibus cirris  
Odi mutantem colorem Polypum.*

Ibidem in vulgatis editionibus scriptum in neno Polypum petrosis locis tantum se assimilare ex Theophrasti libro, qui inscribitur de ijs qui colorem mutant. Θεόφραστος δὲ inquit, ἐν τῶν περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χροῶς, τὸν πολυποδα φησὶ τοῖς πετρῶδεσι μάλιστα μόνοις συσζομοιοῦσθαι. Vbi Dalechampius vocem πετρῶδεσι aufert, sic hunc locum exponens: Theophrastus libro de ijs quæ colorem mutant, scribit Polypum ijs locis fieri similem quibus se admouerit. Quam Dalechampi j lectionem improbat Isaacus Casaubonus, verius esse inquit aliquid deesse, quàm superesse; indeq; in quibusdā liberis lacunæ nota positæ, & sic legendum censet, τοῖς πετρῶδεσι μάλιστα ἢ μόνοις τῶ ποιοις συσζομοιοῦσθαι.

C hoc est

Lib. 9. cap. 30.

Lib. 9. cap. 30.

Lib. 1. Var. hist.

Histor. 9.

cap. 37.

Lib. 9. c. 29

Hal. lib. 2.

In frag. de pisc.

Quam cautè hamum circumdat.

Li. 12. c. 9.

Coloris mutatio.

o Lib. 7.



hoc est saxosis maximè, aut solis locis assimilari, sed hæc quoque lectio præterquam quòd E  
falsa sit, duriuscula mihi visa est. quare lego, τοῖς πετρῶδεις μάλιστα τόποις ἑξομοιοῦσθαι.  
Non enim Polypi saxosis tantummodo locis se similes faciunt, vti prædictæ lectiones do-  
cere videntur, itemq; autores, quos supra enumeravi, sed alijs etiam rebus, quibus adhæ-  
serint, maximè tamen saxosis. Nam Antigonus inquit in mirabilibus narrationibus, colo-  
rem non solum imitari lapidum, sed & aliarum rerum, quibus appropinquauerint: & eo-  
dem in libro alibi colorem soli, supra quod fertur, æmulari tradit. & Iulius Scaliger eum  
arcnæ colore similem facere canit hisce versibus:

In Aiba.

*Et concolores, rupibus, saburrisq;*

*Cirris dolose Polypi anchora ritu*

*Salacioso, & turbido in freto freti.*

Quapropter cum Plutarchus, Oppianus, & Aelianus dicunt eum se in talem mutare co-  
lorem, quali saxum est, ad quod accedit, nō inficiantur alijs præterea rebus assimilari pos-  
se. sed cum plerunque circa saxa versetur, indifferenter saxum, pro alia quavis re, in cuius  
colorem se mutare solet, vsurparunt. Cur autem colorem mutet inter problemata à nobis  
quàm exactissimè dicetur. Interim quo astu venetur, occidatque crustacea, præsertim Ca-  
rabos, qui alijs quam Conchæ, sunt armis præditi, dicemus: qua in re subsequentes hi Op-  
piani versus, nobis quàm plenissimè satisficient. Canit igitur eodem interprete Lippio.

Crustacea  
quo astu  
venetur.

*Et fortem, & celerem duris, & Carabon armis*

*Polypus occidit, quamuis sit robore multo*

*Inferior: curua spectat sub caute quietum,*

*In dorsum irrumpit. sinuatq; vincula necens*

*Comprimat, & longis ex omni parte flagellis*

*Obstruit, & pedibus passis spiracula summa,*

*Nec spirare potest, nec missos pectore rursus*

*Accipere acrios flatus (à piscibus vsque*

*Alterno trahitur, flatusq; remittitur aer)*

*Carabus oppressus liquidis nunc fluctuat undis.*

*Sapè reluctatur, nunc petra illius opaca,*

*Immotusq; manet, nec tanto Marte duellum*

*Detrahit, fulua moriens procumbit arena.*

*Et velut paruus infans circum ubera care*

*Nutricis, lac dulce trahit, sic Polypus vitæ*

*De curuo sorbet carnes, & mergit in aluum.*

Iam verò à Polypo matrem confici, vbi natus est, autor est Pierius Valerianus; nullum  
tamen citat autorem. Fieri hoc ea ratione potest, quatenus post partum, qui numerosus es-  
se solet, moritur mater: quò tempore fit elca suis Polypodijis.

Matrē con-  
ficit.

Lib. 14.

hieroglyp.

## A N T I P A T H I A.



INNATVM est Polypis odium cum Locusta, siue Carabo, Cammaro,  
& Astaco, item Congro, & Muræna: quorum quædam, quin pleraque su-  
perant, & à quibusdam superantur. Polypi, inquit, Aristoteles Locustas  
vincunt: atque adeò, vti iisdem in retibus senserit Locusta Polypum,  
præ metu moriatur. Quæ sic notat Plinius: Polypum, in tantum Locu-  
sta pauet, vt si iuxta viderit, omnino moriatur. Et Aelianus: Tam vehe-  
menter, inquit, Polypum Locusta extimescit, vt si quando vno, & eodem retiambo com-  
prehendantur, hæc continuo moriatur. Idem repetit ferè alibi, simulque astum, quo Locu-  
stam superat, exponit his verbis. Locusta ideò inimicitias cum Polypo graues habet: quod  
hic cum illius brachia circumplexus fuerit, aculeis, quos in dorso siros habet, præclare cõ-  
temptis, & pro nihilo habitis, illam ipsam circumplicans, suffocat. Cuius sanè rei haud in-  
scia Locusta, à Polypo summè refugit. Eadem cum nullius rei metu afficitur, tum antè ver-  
sus progreditur non præteris quidem, sed obliquis, & demissis in latera cornibus, vt ne  
aqua contra narrationem veniens reprimat cornua, & inde ultra progredi prohibeatur. sin-  
fugit, & retrocedit: tum penitus dimittit, & laxat sua cornua: & tanquam remis altius de-  
missis scapham propellens, sic sese commouens, multum conficit itineris. Hæc Aelianus.  
Bellum quoque ei esse cum Congro Aristoteles asseuerat, ab eoque, quem vincunt Lo-  
custæ, superari; non tamen edi ob lubricitatem corporis. Pauet Locustam, inquit, Pli-  
nius,

Hist. 8. ca-  
pit. 2.

Lib. 9. ca-  
pit. 62.

10. de Ani-  
mal. c. 38.

Lib. 9. de  
animal. ca-  
pit. 25.

Hist. 8. ca-  
pit. 2.

Lib. 9. ca-  
pit. 62.



A nius, Conger: rursus Polypum Congri lacerant. Sed Muræna, non Congro hæc Aelianus tribuit, sic scribens: Malum ingens, & morbus agrestis, & inhumanus, inimicitia, atq; odiū inhærens, penitusq; insitum, quod etiam ratione carentibus natura ingenuit inexpiabile, atque implacabile: Muræna cum Polypo capitali odio diffidet. Polypus cum Locusta graues gerit inimicitias. Muræna etiam terribissima hostis est Locusta, atque infestissima. Muræna Polypo brachia abscindit, dentium firmitate: post autem in eius ventrem subiens, isdē malis eum, vt verisimile est afficit. Hic enim è genere natantium est, ille verò serpentium more graditur. Quod si Polypus in saxorum colorem se vertat, nihil ei astutiæ hæc fallaces profunt: Muræna enim eius veteratoriam planè tener. Cum verò Polypus Locustas à se cōprehensas strangularit, exugit carnes, atque earum succum exhaurit. Hæc quoque sic cecinit Oppianus, interprete Lippio.

Lib. 1. ca-  
pit. 32. de  
Animal.

B

Ex scopulis Muræna ruit furibunda per undas  
Perquirens gratum victum per littora summa,  
Polypoda inquit leuim præadamq; petentem,  
Ille metu pauidus spectat, metuitq; natantem  
Per tumidas undas, atque horrida bella parantem.  
Nec vitare potest, nec cauta occurrere fraude.  
Hostis purpureum victum Muræna reuincit,  
Polypus exemplo contra pugnare coactus  
Veritur, & spiris, & magnis nexibus illa  
Arcet, sub vario stexu, firmisq; flagellis  
Nittitur, vt pedicas Murænae, & vincula dura  
Præpediat, sed nulla fuga est, nec lubrica membra  
Elabi possunt, Muræna fluit velut unda:

C

Nunc hostis circa collum, nunc tergora circum,  
Nunc circa caudam sinuosa volumina torquet.  
Sic homines dura qui exercent membra palestra  
Ostentantq; diu robur, de corpore sudor  
Effluit assiduus, multa contenditur arte:  
Atque undæ in morem nixus luctator uterq;  
Fluctuat, & contra magna vibrachia versat.  
Polypus extensos iacet nullo ordine ramos  
Et sudans vana contorquet membra palestra,  
At Muræna ferox rapido dat vulnera dente,  
Dilaniat, partes miserum confringit in omnes.  
Nam membra in ventrem partim merguntur, at illa  
Ore volutantur crudo, subiguntur acutis  
Dentibus, hi laceri viuunt sub dentibus artus:  
Atque reluctantur, mortemq; repellere tentant.

D

Et veluti annosus ceruus cui cornua fronte  
Sunt ramosa, petit densa vestigia sylua  
Serpentis, nactusq; locum, tum naribus illum  
Attrahit è lustro, figitq; in corpore dentes,  
Implicitus genibus serpens fera pectora nexu  
Deuincit, collumq; tenet, semesa vorantur  
Partim membrorum, partim lacerantur acutis  
Dentibus, & diri cerui laniantur in ore.  
Sic miseri piscis luctantia membra mouentur.  
Consilium misero, vel quid prudentia prodest?  
Quid prodest lapidis proprium sumpsisse colorem?  
Quid toties vitasse necem? vitasse voraces  
Sub petra pisces; si non latuere dolosa  
Murænam fraudes? sola hæc deprehendere mentem,  
Sola dolo potuit, vanaq; eludere fraudes:  
Tum sædam, & miserata necem, & crudelia fata  
Polypus in scopulis duris laceratus inhæret.  
Assidet hæc iuxta subridens, verba mouere.  
In piscem credas hæc scommata diræ referre.



*Te vafer occultas? non speras fallere demens?  
 Expertar num te scopuli tumentur, & antra:  
 Aut spelunca segat quæ portis clausa repente  
 Arripiat, raptum subito te mergat hiatu.  
 Te retro pau dum ex antro conuellerè possèm.  
 Polypus heu dirum confossus vulnere multo  
 Non duos scopulos, deprensâq; saxa relinquit  
 Implicitus ramis dura sub caute reuinctus;  
 Donec sola loco restant connexa flagella.*

*Lib. de so-  
 ler. anim.*

Testatur Bellonius, cum apud Epidaurum Murænas secaret, earum ventriculos cirris Polyporum refertos comperisse. Plutarchus Polypum sibi à Muræna, & Congro metuere verum esse scribit, quod ab hisce malè tractetur, neque ledere vicissim possit ob lubricitatem elabentes. Sicuti rursus Carabum illos suis cirris in complexum venientibus vincere: quod tenuitas eorum non sit aduersus asperitatem Carabi auxilio; hunc tamen perire Polypo sua acetabula intrudente. Horum omnium mutuam odium pulchrè suis iambis complexus est Philes, vnam etiam Astacum is annumerans, qui Polypum extimescunt. Albertus Magnus. **F** ait se ab expertis audiuisse Denticem, siue Dentatum cum Polypo pugnare: & quoniam extra cubile ipsum Dentem extrahere non potest, fluctuare ante ostium antri, siue cubilis tanquam mortuum: hoc incautus ubi viderit Polypus, ad eum brachia sua extendere, ut attrahat, & deuoret, brachium autem subito ore comprehendi à Dentice. In Polypos inquit Aelianus, si quis rutam iniiciat, immobiles manere in sermonem hominum venit.

*Lib. 1. de  
 anim. c. 37*

## D E N O M I N A T A.

*Lib. 2. de  
 morb. mul.  
 Polyodiū  
 herba.*

*Hist. pl. 9.  
 cap. 14.*

*Lib. 4. cap.  
 188.*

*Lib. 26. c.  
 8.*



Πολύδια dicuntur apud Aristotelem, & Athenæum Polypi parui, fetu suè recens nuper ex ouis natus: à Coelio Rhodigino non rectè Polypia, calami, aut memoriæ forte lapsu. Hippocrates quoque Polyodia cum Bolbidis (quæ & Polyporum sunt species) aliquando nominat. Πολυπόδιον quoque herba **G** est nomen apud Theophrastum, & Dioscoridem. Plinius Polypodion, inquit, nostri filiculam vocant: similis enim est filici. radix acetabulis cauernosa, ceu Polyporum cirri, in petris nascens. Πολυποδάδης Polypis abundans, vel Polypo similis: Τα πολυποδάδη, quæ è Polyporum sunt, genere. Πολυπόδιον, species quædam Polypi, de quo capite sequenti.

## MYSTICA. MORALIA.

*Lib. 7.  
 Non posse  
 suauiter  
 vin. sec. epi-  
 cur.*

*Animi vis.*

*Adulator.  
 Academici*

*Dialectica  
 Hexam. c.  
 8.*

*Homo sit  
 proprijs cō-  
 tentus.*



**H**ABVERE etiam Polypi suos apud mortales cultores, nam olim circa Tioezenem, ut Clearchus apud Athenæum commemorat. Polypum, quem sacrum vocant, neque eum quem Remigantem (ροπιλάτω, Nautilum intelligit) fas erat venari; nimirum ceu res sacras. Plutarchus animæ vim, ac facultatem Polypo comparat. Enim vero, inquit, animus res **H** est, minimè iners, aut exilis, aut abiecta, neq; cupiditates suas quomodo Polypi flagella sua, tanquam vsque ea, quæ eius sunt, extendit. Sed has celerrimè præcidit sacietas momento temporis, & minima horæ portiuncula. Alibi rursus ait à principali animæ facultate, septem veluti partes enasci, inque corpus extendi, sicuti brachia à Polypo. Eidem quoque assimilatur adulator, ut in hieroglyphicis, & prouerbis dicetur. Academicos Polypis similes esse dicebat Carneades. Ut enim hi præ fame suosmet cirros depascuntur. ita illos aucta iam doctrina peritiores factos, in suismet opiniones mox grassari, easque destruere. Stobæus verò refert hoc Carneadem de Dialecticis dixisse. Polypi naturam describens Diuus Ambrosius hominem instruit, ut proprijs contentus, nec alios circumueniat, nec aliena inuadat, sic inquit. Et quia de astutia cœpimus sermonem subtexere, qua vnusquisq; fratrem suum circumuenire, & decipere nititur, & in nouas se fraudes componere: ut quem vi obtinere non potest,



- A test, circumferibat dolo, & furo quodam artis obducatur: fraudulentum illud Polypi ingenium non prateribo, qui vadoso in littore petram nactus, affigitur ei, atque eius nebuloso ingenio colorem subit, & simili specie terga obductus, plurimos piscium sine ulla suspitione fraudis allapsos, dum notam non præcauent, & saxum opinantur, cassibus furtivæ artis includit, & sinu quodam suæ carnis intercipit. Sic spontaneâ venit præda, & talibus capitur argumentis; qualia sunt eorum, qui ingenium suum sæpè commutant, & diuersas nocendi artes mouent, vt singulorum mentes, sensusq; perterrent, cum continentibus continentiam prædicantes, in cœtu intemperantium tanquàm deuij ab studio castitatis, & demersi intemperantiæ volutabris: vt qui eos audiunt, aut vident, incauta facilitate se credant, eoq; citius labuntur, dum distinguere non norunt, nec cauere, quod noceat: dum grauior sit, & magis noxia improbitas, benignitatis obubrata velamine. Et idèd cauendi sunt, qui crines suæ fraudis, & brachia longè, latèq; dispergunt, vel speciem induunt, multiformè. Et isti enim Polypi sunt, nexus plurimos habentes, & callidorum ingeniorum vestigia, quibus irretire possint, quidquid in scopulos suæ fraudis inciderit. Et paulò post concludens, inquit: Vtatur ergo ingenio ad quærendam gratiam, & salutem tuendam: non ad alienam circumscribendam innocentiam. Licet nobis vti exemplis marinis ad profectum nostræ salutis, non ad alienum periculum. Hactenus D. Ambrosius: Possunt etiam Polypis diuites assimilari; vt enim illi suis pedibus plenis acetabulis, scopulis, & lapidibus tam fortiter supini, & auersi adherent, vt vix auelli possint, nisi foetida adhibeas ita etiam suis voluntatibus, ac desiderijs, quæ fluxa tantùm, ac mundana respiciunt, auersi inhaerent, donec tandem Deus tanquàm piscator egregius mortem, tanquàm foetidum quendam odorem naribus admoueat, & ad sanam mentem reuocet. Diabolum quoque exprimit Polypus. Is enim facilè homines dum grata suggerit, & oblectamenta proponit, falsos blanditijs suis, nisi Dominus tueatur, in abyssum, & gehennam, ceu in casses quospiam abripit, non aliter ac Polypus incautè hominem è nauis brachiorum suorum complexu in altum pelagus detrahit, nisi ab aliquo sociorum ense rescindatur, ne pars sincera trahatur, vt inquit ille. Scorta item Polypi sunt; nam & hæc amatores suos, quos vel scemel tantummodò, ceu Polypus brachijs amplexæ sunt, ita tenaciter detinent in illicito sui amore, vt à diuina gratia abstrahant, & non solum in profundum illud peccatum immergant, sed & Iro sæpe pauperiores reddant, nisi principijs illi obstant, nec se vinci patiantur. De istiusmodi mulieribus loqui videtur Ecclesiastes: *Inueni mulierem morte amariorè, quæ laqueus venatorum est, & lagena cor eius, vincula sunt manus eius, & alibi, à carnibus tuis abscede illam, ne te abutatur.* Quemadmodum Polypus obliquè incedit, & caudam habet bifurcatam, fistulamque in dorso, quam quando natat; modò in dextram partem, modò in sinistram promouet. Sic multos fallaces, & proditores, dum obliquè incedunt in actionibus suis, quid facturi sint non diuines, tantùm abest, vt videas: cauda enim, siue finis suæ intentionis bifurcata est; quia scilicet vnum proponunt apparenter, aliud intendunt latenter. Fistulam etiam habent dum dulcedine verborum suorum tanquàm fistula aliqua alios seducunt, ac sibi adiungunt, qui fallunt etiam, quando ea fistula, ijs inquam blanditijs, ceu Polypus modò in dextram, modò in sinistram partem, hoc est vel apparenter, vel latenter abutuntur. Caput quoque habet Polypus durissimum, in quo obliquè natat, carnesque, cum consenuerit, durissimas, adèd vt contundere opus sit, vt molles fiant, & in vsum ciborum cedant sic obstinati, & duræ ceruicis homines, quos Græci *σκληροτραχέλους* vocant, mentis, atque animi vitijs indurati, ne queant, aut per spiritualem commutationem, aut prædicationem resipere, nisi à Deo tribulationis alicuius pœna, vel presbytero
- D proposita graui pœnitentiâ fuerint puniti: scriptum enim est ab Esaia: *Vexatio dat intellectum.* Sicut Polypus Cancros, & Gonchas in domicilium comportat, carnesque depascitur, testis crustisq; abiectis, quibus nidum sibi fabricet, & pisciculos capiat; sic etiam auari, & sceneratores pauperes, & simplices, bonis suis, vt prædijs, & agris tanquàm carnibus spoliant, indeque domum suam locupletantes, frumenti, & cetera tũ fegetum recrementa iisdem vendunt, quò maiorem ab ijs vtilitatem capiant.

Diuitia.

Diabolus.

Mulier  
mala.Cap. 7.  
Cap. 25.Proditor,  
& fallax  
homo.

Obstinati.

Cap. 28.  
Auari.



## HIEROGLYPHICA.

Hierogly.  
Lib. 27.



Hierogly.  
2. 16.  
Omnium  
abligurior

Victoria  
vii nescius

Imperans  
sua nationi.

Tyrannus.  
Mentis at-  
tonite con-  
sternatio.  
Poësis.

Insomnio-  
rum inter-  
preti a quo  
abstinendū

Lib. de au-  
diēdis poet.

Discessio  
subita.  
Hierogly.  
lib. 27.

Metamor-  
ph. 4.

EGYPTII sacerdotes, vt ait Pierius Valerianus, hominem, qui rem familiarem ex quibuscunq; rebus, vtilibus simul, ac inutilibus, nullo discrimine, nulliusque rei ratione habita, congereret, augeterque, significare si vellent, Polypum pingebant. Ille enim cum prodigè, & admodum multa deuoret, prodens tamen rei familiaris omnia temere colligit, & euenatur, & in cubili suo recondit, selectisq; vtilibus, atq; consumptis, inutilia mox, quippe testas, & Cancrorum crustas, & putamina Conchularum, & spinas pisciculorum abigit. Desumptum id est ex Horo Apolline, cuius hæc sunt verba: Hominem, qui vtilia, & inutilia malè consumpserit, indicantes Aegyptij Polypum pingunt; ille enim cum multa eaque intemperanter voret, cibum in cavernas reponens congerit: & cum vtilia consumpserit, tum & quæ supersunt inutilia, abijcit. & paulò post. eum, inquit, qui & aliena intemperanter decoquat, & demum sua consumpserit, designantes, Polypum pingunt. is enim si victu aliunde quæsito indiguerit, propria edit flagella. Idem Pierius ait Aegyptios Polypum curtum, & detruncatum effinxisse, cum significare vellent eum, qui cum aliena abligurijset, sua quoque absumeret. Polypus infra Congrum depictus hominem victoria positum, vti tamen ea nescientem, apud eosdem sacerdotes significabat. Nam aiūt, quoties Polypi cum Congris certamen ineunt, à Congris facile superari: ceterū nullam esse Congris facultatem, vt Polypos depascere valeāt: quò dij læuore, atque lubricitate corporis, qua sunt maximè præditi, morsus hostium effugiant, & mutilatis tantum aliquando flagellis elabantur. Cum Locusta, seu Carabo pictus, vt apud Horum legitur, suæ nationis, & generis hominibus imperantem denotat. Ille enim Polypis imperat, interq; eos primas tenet. οὗτος γὰρ τοὺς πολυπόδας κρατεῖ, καὶ τὰ ἀροτῆα φέρει. Sed Aristoteles Locustam à Polypo vinci auctor est, plurimique alij idem confirmant, ac sæpe tanto esse terrori, vt si Locusta iisdem in retibus capiatur, ilico præ metu exanimetur. Pierius Valerianus tyrannica in ciues dominatione vtentem, per Locustam, & Polypū designari scribit. Itemq; eum, qui subito aliquo pauore ita consternatus, attonitusq; euasit, vt neq; periculum, neq; damnum quod vrgeat, sentire videatur. Est enim ita meticulosus Polypus, vt & strepitu audito, & piscatore viso, saxi se potius applicet, quæ fuerint in promptu, & ad captantis manum accedat, quàm de fuga sibi consulat. Inuenio etiam poësim exoticam (nam de sua sanctius sentiebant Aegyptij) per caput Polypi figuratum notari; quod quidem esculentis appositum suauissimi saporis esse perhibetur, ceterum horrenda, prodigiosaq; somnia excitare. Quocirca si quis futura de insomnijs consulturus esset, ab esu Polypi abstinere superstitiosè præmonebatur, perinde etiam ne fabas ederet. Per similes autem huic poësis dicitur, quæ fabulas, amatoriasq; illecebras sectatur, ipso quidem dicendi lepore delectabiles. sed bonis moribus, & honestiori disciplinæ maximè perniciosas: cuiusmodi genus meretriculas appellauit Plato, qui eiuscemodi poësim è sua inculpabili republica, ciuitateuè reiecit. Meminit huius comparationis etiam Plutarchus his verbis:

*Polypodis capiti perhibent bonum inesse malumq;.*

Nam suauissimum esu cum sit, difficilem somnum facere, ac turbulenta, & absurda visa excitare creditur. eodem sanè modo poësis quoque multa iucunda, & a adolescentis animo pabuli instar conducentia in se habet: non pauciora verò, quæ conturbent eum, & de sanitate mentis dimoueant, vbi lectioni recta institutio defuerit. Neque enim de Aegypto tantum, sed de poetica etiam licet dicere:

*Illam noxia multa, & multa salubria ferre*

*Cultori medicamenta. etenim*

*Hic amor, hic desiderium latet, hic quoq; blandum*

*Alloquium, quamuis sapientem fallere callens.*

Quippe illecebræ illæ eius fatuos planè, & stupidos non attingunt &c. Aegyptij ad hæc, vt scribit Pierius, si quem ita pertinaci animo amantem, vt amata relinquere minimè possent, cariam herbam adpingebant: Polypum enim ita escis adhærescunt, vt auelli inde non possint, & quamcunq; rem apprehenderint, tam firmiter tenent, vt adglutinati videantur: quod ab Homero sumptum Ouidius luculenter expressit:

*Vtque sub æquoribus depresso Polypus hostem*

*Continet ex omni demissa parte flagellis.*



**A** Eos enim potius detrunces, quàm possis villo conatu petris, aut quoquam quod apprehenderint, auellere: & vt Nazianzenus ait, si quis eum de cubilibus trahere per vim velit, aut è petris aliquid euellet, aut certè è carne ipsius petræ affixum aliquid relinquet: Admota tamen cunila herba, seu conyza, reselire protinus dicuntur, quòd odorem eius ferre non possint. Sunt, qui amoris firmitatem ex Polypo delphini morsu detento intelligèdum contenderent, id quod ex ipsa sese applicandi pertinacia, qua famosus est Polypus, conijciabant. Pierius verò tres argumenti huius rationes excogitauit. Velenim, inquit, pauorem, & ignauiam, quæ vitia Theophrastus in Polypo præcipua deprehendit, deuoranda esse amatori homini dicendum; delphini in eorum locum promptitudine, atque agilitate assumpta: quando quidem, vt ait Ouidius, *Ingenij est experientis amor*: atque, vbi multa in hanc sententiam disputauit, concludit demum vt,

*Qui non vult fieri desidiosus, amet.*

Vel quoniam diligentissimus est rerum cumulator Polypus, intelligi posse arbitror, facultates licet nulla non cura, & diligètia cumulas, breui tempore, vbi amore capti fuerimus, dissipari, inutiliterque dilapidari. Quàm extemplo enim ait Lyfiteles Plaurinus, seuis sagittis percussus est, ilicò res foras labitur, liquitur, & quæ sequuntur. Vel qui delphinum à moris indicium esse ostendi, Polypum versutiæ inditium dicere possem, admoneri que nos eo signo versutiam amanti cum primis apprehendendam, & quod fieri solere Plato dicit, in amata rei mores transmigrandum, vt quippe Polypus in colorum mutationibus, prout cuique rei adhæserit, facit. Cæterum ea potius de causa Veneri Polypum dicari æstimandum, quod inter pisces sit omnium salacissimus, adeoq; libidine turgidus, vt nimio eius vsu non solùm omnibus penè spoliatur viribus, & iam ad cibum sibi conquirendum inhabilis reddatur, sed & minimo negotio ab alijs capiatur, & à paruulis quibusque cancellis, & cancris conficiatur &c. Ait quoque ibidem idem Pierius Valerianus in manuscriptis Hori codicibus legi, *δύο πολύπεδες σπειρογῶροι καὶ βεβηκότες δρόμον ἡλίου τὸν ἐν ταῖς χειμῆριαις τροπαῖς σημαίνουσι*: quod est, duos Polypos vinculis coercitos, & progredientes tamen, cursum solis, quem in brumali conuersione peragit, significare. Quanquam impreforum codicum lectio, quæ est *δύο πύδες*, nequaquam displiceat. Sed si, inquit, Pierius, progressum exprimere volueris, videndum est, si pedes illigatos pinxeris, qua id ratione tuearis. At de hyemali conuersione sermo est, quæ vt in sphaeræ consideratione manifestè

*Amoris firmitas.*

*Hiemale solstitium Hori lectio animaduertit.*

**C** licet inspicere, progressum solis omnino cunctatorem ostendere videtur, in vltimis enim sagittarij, & in postremis capricorni gradibus sol ad horizontem vix loco dimoueri, aut quàm lentissimè diurnos parallelas conficere videtur. Ad cuius rei tarditatem accedit & eorundem parallelorum iisdem fermè diebus repetitio, dum conuersio peragitur, vt stare loco potius sol, quàm quoquam motu suo progredi videatur. Quare siue pedes, siue Polypos colligatos accipere malueris, non sum admodum laboraturus: mihi satis fuerit, & codicum super hoc varietatem, & ipsam rei, quæ significatur, historiam declarasse. Hactenus Pierius Valerianus, qui non satis mihi declarare videtur, quomodo Polypi solstitium hyemale denotare possunt. Exponendum itaque hoc nobis relinquitur. Primum igitur scito, quod Polypus duobus hybernis mensibus lateat in cubili, aut, vt aiebat Hesiodus,

*Igni carente domo prauis contentus in antris.*

Quatenus itaque hyemali solstitio conditur, eatenus, & eius typum exprimere poterit, non aliter quàm scarabæus menslem, quo vnico fouet suum foetum, & perfectum excludit ex pilulis, quas ex iumentorum stercore conficit. Postremò per Polypum saxis adhærentem exprimi volunt hominem, qui se varijs hominum moribus accommodet, sitq; omnium horarum, vt Latini loquuntur. Vt enim Polypum maximè omnium colorem mutare constat, ijsque similem reddere, quibus appropinquarit saxis. Sic huic hominem similem esse dicimus, qui pro loco, & tempore viuendi rationem aucupantur, seq; eorum apud quos degunt, voluntati atque sententijs in omne obsequium proni dedunt, omni posthabita ingenuitate. Qua etiam de causa multi ex prisca autoribus hoc ingenium laudantur maximè, atque imitandum persuaferunt. Vt Theognis.

*Morb' a. liorum se accommodas*

*In sententijs.*

*Πολύπων νόον ἔχει πολυλόκουός ποτε πέτρα.*

*Ἦν προσομιλήσει, τοῖος ἰδᾶν ἐφάνη.*

Hoc est, vt transtulit autor prouerbiorum.

*Polypodis fac morem imiteris versicoloris,*

*Cui subit is semper sit similis lapidæ.*

Idem monet Clearchus libro secundo prouerbiorum, appositis hisce carminibus, sed cuius poetæ sunt non indicans,



Πολύποδος μοι τέκνον ἔχου νοον Ἀμφίλοχ' ἦρος  
 Τοῖσιν ἐγαρμόζων, ὧν ἀν καὶ δῆμον ἴκηται

E

Vertit sic Iacobus Dalechampius.

*Polypi mi fili, Amphiloche heros, mentem habe  
 Et ad quorum gentem veneris, te ijs accommoda.*

Ita quoque suadet suaui loquus Pindarus:

Ποντίου θηρος χροτὶ  
 Μάλισα νόον ἑροφέρων,  
 Πίσαις πολίεσσιν ἔμιλει. hoc est.  
*Marina bestie colorē  
 Mentem potissimum aduertens  
 In urbibus omnibus versatur.*

Lib. 7.

Nec ab hoc diuersum est illud Eupoli ἐν Δήμοις, quod citat Athenæus.

Ἀνὴρ πολίτης πολύπους ἐς τοὺς τρόπους,

hoc est interprete Dalechampio:

*Tu republicanam iractas, esto Polypus moribus.*

F.

Hoc sanè ingenio mirè præditus Vlysses, indeque sapiens æstimatus est, & ab Homero Πολύτροπος cognominatus. Sunt tamen, qui hoc ingenium summopere improbāt, vt Phocilides his versibus:

Μηδ' ἕτερον κένθης κραδίη νόσο, ἀλλ' ὠγορέων  
 Μηδ' ὠπετρορῆς πολυπους κατὰ χῶρον ἀμείβου, hoc est,  
*Pectore neue aliud celes, aliudue loquare:  
 Proque loco variere. patris vti Polypus haxens.*

Lib. 1.

Et Ion tragicus in Phœ uiscis apud Athenæum.

Καὶ τὸν πετραῖον ἀλητάναι ἀναίμοσι  
 Στυγῶ μεταλλακτῆρα πολυποῦ χροός, id est,  
*Saxatilemq; cum exanguibus cirris  
 Odi mutantem colorem Polypum.*

Adulator.  
 Lib. de a-  
 dul. & ani.  
 disc.

Hinc Plutarchus adulatorem Polypum vocat; quod vt hic colorem ad subiecti soli speciem variat, ita parasitus ad audientium voluptatem sententiam studet variare. Cæterum, inquit, adulatoris veluti Polypi mutationes facile deprehendet, qui se ipsum simulabit variè mutari, ac vituperata qua fuisset adhuc vsus vitæ ratione, tanquam sibi placentes eas amplectatur, quas prius improbarat res, & rationem victus, & genus orationis.

G

Lib. de leg.  
 lib gentil.

Profecto hac comparatione tanquam apertissima, aliquoties vtitur D. Basilus, vt ubi docet nos fugere oportere blanditias, & assentationes, hæc verba ponit: sic, & animo varius ostenditur adulator, nunc quod iustum est apud eos, qui iusti rationem habent, laudat, apud iniquos vituperat, more Polypodis, qui colorem terræ quam attingit, reddit. Et alibi. Effugito, inquit, despiciendorum hominum imitationes. Tuis proprijs facultatibus esto contentus: paupertas cum veraci sufficientia, omni potiuudæ voluptati profecto est compotimenti anteponenda. Non silentio præterierim Polypi dolos ad furacitatem. is cuiunque saxo adhæserit, colorem subit illius, atque adeo, vt piscium complures ad ipsum de improviso natantes, tanquam ad saxum appellant, paratamq; sese offerant illi versuto malitiosoq; prædam. Talibus eos moribus præditos esse constat, qui perpetuos potentatus subeunt: & ad vsus, necessitudinesq; singulas occurrētes sese accommodant: nec in eadem semper voluntate persistunt, sed alij diuersiq; facile fiunt. Sobrietatem cum sobrijs laudant: intemperantes sunt cum intemperantibus: atque ad id quod cuiq; placet suam omninò sententiam vertunt. Quos euitare facile nemo potest, nec ab eorum insidijs, nocentisq; caute &c. Clarius rursus eandem sententiam his verbis excoluit alibi. Sed neque, Polypi dolus, ac fraus silentio prætereunda est. Is quodcunque in saxum adhæserit, eius colorem imitatur, & obtinet, ac ita multi pisces natantes in Polypum tanquam in petram incidunt, eiusq; veteratoris præda fiunt. Moribus similes sunt ij, qui semper eos adeunt, qui potestate, & imperio valent, seq; pro rerum, & temporum ratione ita accommodant, vt in proposito, & sententia nunquam permaneant, sed aliàs, atque aliàs se gerant, & pro cuiusq; arbitratu, ac libidine mutant sententiam.

H

Adulatorū  
 mores.  
 orat. II.  
 de patien.  
 & toleran.





## HISTORICA.



ADMIRANDAS certè historias de magnitudine, viribus, ac robore Polyporum recensent scriptores antiqui, & in primis apud Plinium Trebius Niger. Cætera, inquit, quæ idem Trebius retulit, monstro propiora possunt videri. Carteig in cetarijs assuetus exire è mari in lacus eorum apertos, atque ibi falsamenta populari, conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici. Sepes erant obiectæ, sed hæc transcendebat per arborem, nec deprehendi potuit, nisi canum sagacitate. Hi redeuntem circumuasere noctu: concitiq; custodes expauere nouitatem. Primum omnium magnitudo inaudita erat, deinde color muria obliuio odore diri. Quis ibi Polypum expectasset, aut ita cognosceret? cum monstro dimicare sibi videbantur. Namque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robustioribus brachijs clauarum modo incussos, ægrèq; multis tridentibus confici potuit. Ostendere Lucullo caput eius dolij magnitudine, amphorarum quindecim capax; atque (vt ipsius Trebij verbis vtat) barbas quas vix vtroque brachio amplecti esset, clauarum modo torosas, longas pedum triginta acetabulis, siue caliculis perliuum modo: dentes magnitudini respondentes. Reliquiæ asseruatæ miraculo pependere pondo DCC. Eandem historiam etiam Fulgosus retulit, à Plinio forte mutuatus: Cùm in Hispania, inquit, piscatores, qui Thygnos condiunt, singulis noctibus aliquid ijs, quæ iam parauerant, auferri animaduertent, & propterea diligentius rem obseruarent, nō sine ingenti formidine, cū latratu suo canes ad rem inspiciendā inuitarent, prospexerunt vastā, terribilemq; belluam ingenti spiritu, brachijsq; canes à se abigentem: ad quos defendendos accurrentes, qui aderant, varijs instructi armis, magno labore tandem feram confecerunt, cognoueruntq; Polypum esse, qui eiulmodi cibi audissimus superioribus noctibus, quod piscatores deesse sibi querebantur, rapuerat. Huius bellua caput immensum, horrendumq; fuit, quod Lucius Lucullus, qui illud inspexit, putauit quindecim amphoras, quæ in nauticis rebus bottæ dicuntur, mensuram continere; brachia autem ingentia adeo, vt vix hominis complexu cingi possent, internodiaque crurum magnæ ollæ magnitudinem complere. Eius autem reliquia in miraculi testimonium sepositæ fuere, septingentarumq; librarum pondus excefferunt. Hæc Fulgosus. quæ credi posse fidem facit Aelianus, qui scribit temporis diuturnitate Polypos ad tantam peruenire molem, vt ad ceti magnitudinem accedant, cetaceiq; generis esse dicantur: idq; ipsum declarat exêplo Polypi Puteolis capti his verbis: Puteolis, inquit, oppido Italiæ auditum est, Polypum, cum inuisitata ad corporis molem facta progressionem ad maximam magnitudinem peruenisset, egregio spreto, & neglecto maritimo victu, in continentem processisse, & terrena plæraq; vastasse, & per subterraneum specum Puteolanas sordes in mare transmittentem in maritimam domum adscendisse, vbi mercatorum res, falsamentaq; in magnis vasis essent: brachiorum circumplexione primum vasa strictè comprimentem corrupisse, ac deinde falsamenta depopulatum fuisse. Mercatores verò ingressos, vbi dolia disrupta inspexissent, & permagnum earum rerū, quas naui aduexissent, numerumq; exhaustum deprehendissent, stupuisse: Ac nimirum cū ab insidijs fores integras, tectā ab omni irruptione intacta, parietes nō perfoscos inturentur, quisq; à populator fuisset, nulla coniectura assequi potuisse. At enim cum reliquias conditorum piscium animaduertent, eos constituisse, ex domesticis audacissimum armatum intus in insidijs ponendum esse: Polypum verò noctu ad assuetas tanquam epulas adrepentem reuertisse: & tanquam athletam aduersarium strictissime correptū suffocasse, sic flagellis vasa circumplectentē perfregisse. Eum porro, qui insidias molieretur, etiam si lunæ fulgore domus illustraretur, omniaq; conspicua essent, tamen, quoniam solus esset, bestię tantæ metu perterritum, hanc nō aggressum fuisse, sed sanè mercatoribus totam rem explicasse: quod quidem ipsum ij audientes, ei fidem enarratarum rerum non habuisse. Deinde tum negotiatores obrantem acceptū detrimentum, periculi memoria deposita, statuisse simul ingredi, & congregari cum hoste: aliosq; inuisitati, & incredibilis huius spectaculi studio sua sponte se auxiliatores vnā in domo illa conclusisse. Postea verò quàm sub vesperam in solita dolia fur inuasisset, ex eis partim cloacā obstruxisse, partim armis tectis in hostem irruentes, dolabris, & cultris acutissimis eius brachia abscidisse non aliter ac frondatores, & putatores arborum, robustissimos ramos secant, sic enim sepius membra Polypi circumcidentes, tandem nisi nō paucō labore

Lib. 9. cap. 30.

Lib. 1.

Lib. 13. c. 6. de anim.



Lib. 9. cap.  
94. reduc.  
moral.

Aquila à  
Polypo de-  
tracta in  
mar.

Lib. 7. de  
anim. c. 11.

labore confecisse, atq; oppressisse, & quod quidem admirationem habet, in terra piscem ex E  
piscatos, huiusq; belluæ propriam veteratoriam nobis ostendisse. Non minus admiratione  
digna sunt, quæ se audiuisse, testatur Petrus Berchorius his verbis. Ego etiam semel, inquit,  
audiui narrari, quod piscatores in mari Prouinciæ in littore super carbones Locustas deco-  
qui posuerat, & cum circa ignem dormirent, ecce vnus Polypus odore Locustæ tractus de  
mari exit, & ad ignem veniens, qui cum pede Locustam accipere volens, sed calorem ignis  
timens ad mare redijt, & quandam tunicam quam loco caputij habet super caput, aqua  
implens, toties cûdo, & redeundo super ignem proiecit, qui ipsum exiit, & sic Locustam  
accipiens secum ad mare detulisset, nisi vnus de piscatoribus, qui hoc videbat, ipsum acce-  
pisset, & loco Locustæ super carbones comedendum posuisset. Idem quoq; Berchorius nar-  
rat, sed ex aliorum relatu, Polypum se quandoque mortuum fingere, vt tempus expectet  
opportunū quo effugere possit. Audiui, inquit, quod semel in quadam Prouinciæ villa, Po-  
lypus, qui videbatur mortuus, fuit emptus a quodam, cuius vxor ipsum in pelui cum aqua  
ponens decoquendum, cum aliquantulum diuertisset, non inuenit in pelui, quæ vndiq; cum  
quærens, nec inueniens, tandem sursum respexit, & super trabem domus Polypum vidit,  
qui sentiens calorem aquæ, per catenam, qua peluis pendeat, sursum ascenderat, vnde F  
ipsum decoquendum retraxit. Postremò aquilam, à qua raptus erat Polypum in mare de-  
traxisse, suisq; implicasse cirris narrat Aelianus his verbis: cum in saxum non admodum è  
mari eminens Polypus aliquando correpens ascendisset, ibiq; explicatis brachijs summa  
cum voluptate, quod frigida tempestas esset, à tepore solis calesceret: neque sanè se in saxi  
colorem vertisset, quod quidem ipsum cum ad declinandas, tum magis ad moliendas pisci-  
bus insidias facere solet: aquila acris, & acuta in videndo, prædam, nõ quidem sibi futuram  
bonam, paratā, & promptam sibi, & suis pullis perspicuè cernens, quanto potuit maximo  
alerum impetu in Polypum insiluit: sed & piscis hic circumplectentibus aquilam, & perti-  
naciter adhærescentibus cirris, in profundum detraxit, hostem capitalissimum, simul &  
interfecit: quæ quidem lupus hians (vt est in prouerbio) inani spe illusa, deinde in mari mor-  
tua fluitabat. Hactenus Aelianus.

## PRÆSAGIA.

Quest. na  
tur. 18

CUM in terram excurrit Polypus, & saxa amplectitur, indicium est venti iam iam G  
prorupturi, vt tradit Plutarchus, causamq; putat esse carnis molliciem, nuditatē,  
ac tenuitatem, qua frigus difficulter ferre potest.

## PROVERBIA.



ROVERBII specie dicebantur olim homines stolidi, stupidiq; vel rapa-  
ces, & vncis vnguis Polypi. Siquidem, inquit prouerborum autor, ob  
eam causam Polypo stultitiam tribuunt, quod ad manum captantis vltro  
mouetur: nec aliter capitur, nisi quod non cedit. Adscribitur autem rapa-  
citas, tenacitasq; quod quidquid brachiorum flagellis nactus fuerit, suctu  
trahat, ac retineat. Plautus:

*Ego istos noni Polypos, qui vbi quid tetigerint, tenent.*

Nihil autem vetabit, quominus Polypos appellemus eos, qui semet in omnem habitum  
vertunt omnibus assentantes. Quapropter idem autor adagiorum, postquam explicasset  
hæc prouerbia, *seruire scena: vti foro*; Extat, inquit, apud Græcos adagiam, in hunc ordi-  
nem referendum, *Polypi mentem obine*, quo iubemur pro tempore alios, atq; alios mores,  
alium, atque alium vultum sumere. Adagium natum à piscis huius ingenio, de quo memi-  
nit Plinius: item Lucianus alicubi, scribuntq; colorem mutare maximè in metu &c. Pro-  
uerbium sumptum est ex Theognide, cuius distichon paulò superiùs inter alios eiusdem  
sententiæ versus recitauimus, ad quos & hi Sophoclis quoq; referendi.

*Νόει πρὸς ἀνδρὶ σώμα, πονλύ που ὄπως*

*Πίσρα τραπέδααι γυνσίου φρονήματος, vertunt*

*Apud hominem cum eris, tibi in mentem veniat Polypi corporis*

*Ad saxa variari natium colorem.*

In aulu-  
laria.

Polypi mē-  
tē obine.

In Iphige-  
nia.

Hanc



A Hanc doctrinam nobis plurimis grauissimis sententijs inculcauit Pindarus: vt vbi laudat hominem omnibus moribus, & aetatibus se attemperantem: *Μαλθακὰ μὲν φρονέων ἐσθλοῖς, τραχὺς παλῦκο τοῖς ἑφείδρος*, id est, mollis erga bonos, asper verò insidiator erga molestos aduersarios. & alibi rursus: *Ἐν παισὶ νέοισι παῖς, ἐν δ' ἀνδρασιν ἀνὴρ. Τρίτον ἐν παλαίτεροις μέγρος, ἕκαστον δῖον ἔχοντα βροτέον ἔσθνος*. id est, inter pueros teneros puer, inter viros vir. Tertia inter seniores pars, quodq; vt habemus mortale genus. Eodem quoq; titulo quempiam in Pythijs laudat: *Τὸ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίσασαι, καὶ ῥῶσιν ἀτρεκέι*. id est; Tu enim & humaniter agere nosti, & affectum sumere temporì congruentem. & rursus eodem opere. *Κείνος γὰρ ἐν παισὶ νέος, ἐν δὲ βουλαῖς βρεσβύς*. id est. Nam ille inter pueros iuuenis, in consilijs verò senex. Et iterum eodem opere: *φίλον εἶη φιλεῖν, ποτὶ δὲ ἐχθρὸν ἀτε ἐχθρὸς εἰὼν λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι*: hoc est, Amicum contingat amare; Cæterum aduersus inimicum tanquam inimicus, lupi more incurram, siue insidiabor. In hanc quoque sententiam multa diximus supra inter Hieroglyphica. Nihil itaq; vetat in notandis vitijs vsùm adagij latius trahere, nempe in homines versatili ingenio præditos: qui talem vbiq; personam induunt, quales sunt ipsi; cum quibus contingit agere. Genus hoc hominum eleganter quoq; descripsit Plautus.

*Nullus frugi esse potest homo, nisi qui bene & male facere tenet.  
Improbis cum improbis sit, barpaget furibus furet quod queat,  
Versipellem frugè conuenit esse hominem:  
Pectus cui sapit, bonus sit bonis, malus sit malis.  
Vt cunq; res sit, ita animum habeat.*

Huc est referendum *Πολύποδος ὁμοιότης* Polypi similitudo. Suidas enim, & Varrinus ad eos spectare aiunt, an hoc prouerbiū, qui se cuius accommodant. Sed illud Alcæi.

*Ἡλιθιον εἶν ἀγρωῦ τε πολὺποδος ἔχειν,  
Stolidum esse, ac mentem Polypi habere,*

non in versipellem, & astutum hominem, sed in stolidum conuenit teste Eustathio. Hesiodus ænigmaticòs explicauit paupertatem, quando inquit,

*... Λιπὴ δὲ παχὺ πῶδα χεῖρὶ πρὸς  
Ne se deprendant inopem mala tempora brumæ,  
Atq; pedem premerè incipiat manus arida crassum.*

C Sic etiam significauit egestatem, quam canit:

*ὄτ' ἀνόστρεος δὲ πῶδα τένδει, id est,  
Quando pedes edui ipse suos is qui caret offe.*

Exossem vocat Polypum, quod pedibus caueat. Hic autem creditur, vt dictum est, sua brachia rodere in cibi penuria. Huc refert illud Alcæi apud Athenæum.

*Ἐδω ἑμαυτὸν ὡς πολὺπόδους  
Edo me ipsum, vt Polyrys.*

Item aliud quod Helychius, Suidas, & Varinus prouerbij loco referunt in pauperem.

*Δικλῶ πολυπόδος αὐτὸς εἰαυτὸν καταφαγών.  
Instar Polypodis ipse se ipsum corrodens.*

*Πολύποδος κεφαλῇ, Polyri caput*: hominem variū dicitur, & in quo pariter, & vitia quædam, & virtutes inuenias, cuiusmodi Catilinam describit Salustius. Cōpetit & in rem, ex qua non parum commoditatis capere queas: sed quæ eadem nonnullis incommodis no-

D imaginibus excitat: vnde eius esum interdicebant ipsi, qui supersticiosè cuperent ex insomnijs præscire futura, quemadmodum & fabarum, vt idem autor tradit. Proinde poetice Polypi caput vocat; in qua permulta scitu iucunda sunt, tum frugifera, sed etiam nonnulla quæ caueas. Refertur hoc prouerbiū integrè ab eodem autore hoc versu.

*Πολύποδος κεφαλῇ ἐνὶ μὲν κακὸν ἐν δὲ καὶ ἐσθλόν.  
In Polyri capite inest & malum, inest & bonum.*

Cæterum quod eius caput tristitia insomnia excitet, ac moueat, superstitiosum putas Cardanus, cum tamen alibi huius rei rationem tradat: nimirum quod durum concoctū sit, atrosq; vapores mittat non secus ac cepa, sed longè validius.

*Δίς ἑπτα κληγαῖς πολὺπόδους πιλούμενος, id est,*

*Bis septem plagis Polypus percussus:*

dici solitum, vbi quis multo tandem malo factus est emendatior. quemadmodum accidit indomitis adolescentibus, qui plurimorum experientia malorum tandem cicurantur.

Conuenient

In Nemcis

Hym. 4.

Hym. 3.

Hym. 8.

Hym. 4.

Hym. 2.

In Bacchi-

dis.

Oper. &  
dies.

Lib. 7.

Polyri ca-  
put.

Lib. de au-  
di poet.

In Sympo-  
siacis.

Poetica Po-  
lyri caput.

Lib. de au-  
di poet.

Lib. 8. de

var. c. 44.

Lib. 10. de

subtilit.



*πολυπορῆμα  
hecatombe.*

Conueniet & in eos, qui duriore ingenio præditi, non nisi grauibus supplicijs corriguntur. Aiunt Polypum piscem captum diu multumque tundi, cædiq; solere, quo mitior fiat, & ad vsum accommodatior, autor Zenodorus. meminit & huius prouerbij Suidas, & interpretatur ἐπιτῶν κολάσεως ἀξίων, in eos, qui castigatione digni sunt; quoniam Polypus captus multis ictibus emolliri solet. Πολυπόδων ἑκατομβή, *Polyporum hecatombe*, apud Aristophanem in Acharnensibus nominatur, ad splendorem conuiuij, aut insignem edacitatem indicandum, vt meminit autor adagiorum in prouerbio, ἐκλίβανο βόες. Anaxandrides quoque apud Athenæum in Corys Thracum regis conuiuij descriptione πολυπόδων ἑκατόμβην nominat.

## N V M I S M A T A.



**N**VMOS inuenio antiquissimos cum à Syracusanis, tum à Tarentinis excusos cum Polypi icone, apud Hubertum Goltzium antiquarum rerum scientia præclarum. Syracusanorum duo sunt, æreum vnum, alterum aureum. Vtrumq; ab vno latere Polypi imaginem elegantissimè repræsentat solam, æreum ab altera parte faciem muliebrem velatam cum inscriptione ΣΤΡΑ. Aureum verò eandem quidem faciem habet, sed alio modo velatam, & à ceruice siue posteriori collo præterea piscem, ab anteriori legitur ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. Goltzium arbitratur faciem esse Arethusæ. Cui vt non reclamem, ita quoq; eius verba ascribam. Arethusa aquas habuit crassas, falsioresque, & proinde potui insuaves, plenissimas tamen piscium, quos quòd Dianæ sacri essent, religio erat violare, atque hinc varia numismata cum Arethusæ capite piscibus circumdato inter Syracusana spectari verisimile est. Totidem nummos excudere Tarentini, sed vtrumq; æreum. Primum aduerso latere Neptunum habet delphino insidentem. Dextra tridentem suum gestat, sinistra Polypum amplectitur. Supra delphini ceruicem pectinis marini etiam icon est. à ceruice verò Neptuni scriptum est ΤΑΡΑΣ. Ab alio numi latere icon est Tritonis dextra buccinam marinam continentis. Scamno insidet, & vnum pedem alio scamno applicat, scipionique sub axillis detento incumbit. A tergore ædem litteræ leguntur. Alter nummus planè eodem modo Neptunum habet pisci insidentem, & Polypum amplectantem, sed Pecten deest. Huius verò insignis icon ab alio latere nummi expressa est tantummodo.

## E P I G R A M M A T A.



**N** epigrammatum Græcorum libris, quos lector adire poterit, tria extant epigrammata; vnum quidem Antipatri Thetali, super Polypo, qui complexu suo aquilam, à qua raptus erat, occidit: alterum Antiphili Bizantij de Phædone piscatore, qui cum cepisset Polypum, eundem proiecit in terram, & per eundem cepit leporem admirabili casu: tertium Isidori Geodoti, quod superiori simile est, nisi quòd in hoc epigrammate, Gynichus Polypum capto sua opera lepore, iterum in aquam dimiserit. Grator igitur fuit Gynichus Phædone, qui sublato lepore piscem dimisit liberum, ille alter vtrumq; abstulit.

## E P I T H E T A.

Ετροφῆς dictus Phocillidi, quòd prope petras versetur, aut quòd eas vbi contigerit firmiter teneat, vnde & πετραῖος ab Inone apud Athenæum vocatur. A mutando colorem τριψίχρωος Aristoteli, quamquam alij quidem τριψίχρωος legant; item πολύχρωος (aliàs πολυπολοκος) Theognidi. Ανώσεος siue exossis epitheton est, quamquam apud Hesiodum pro Polypo sumatur. Σκολιόν, quod ego non tortuosum, aut infexum, sed versutum exponerem, sicut ob timorem innatum δειλόν, & à rependo ἐρπιστώ εν ἐρποσῆρα, & ναθρον ἐρωλεῖ amoris impetu languidum, vocat Oppianus. Crinali corpore segnem Ouidius, dolosum Iulius Cæsar Scaliger, Stroza pater ob venandi, ac pisciculos capiendi versutiam, cautum.

PROBLE.



## PROBLEMAT A.



INTER quæstiones naturales eiusmodi problema proposuit Plutarchus, Cur colorem mutet Polypus? idque sic dissoluit; An, inquit, ut Theophrastus scribit, quia natura timidum est animal, ideo perturbatus unà cum spiritu etiam colorem mutat? ideo quoque dictum est:

*Semper degeneris mutatur enim color.*

Quod si hoc ad mutationem sufficit, non ad id etiam quod omnes colores refert. Sic enim colorem mutat Polypus, ut cum similem faciat cuiusvis saxi coloris, ad quod accedit. Hinc illud Pindari.

*Marina bestia colori*

*Aduerte mentem, & sic uaser omnibus*

*Versare in urbibus. Et Theognidis.*

*Polypodis fac morem imiteris versicoloris:*

*Cui subit is semper fit similis lapidi.*

Atque hoc versutia, & calliditate præstantes aiunt studio habere, ut fallendi eos gratia quibuscum agunt, semper Polypum æmulentur. Aut censeant eum cute tanquam veste uti, ita facile eam ubi vult exuendo, atque induendo. Quid si Polypus huic affectioni principium metu suo suppeditat, causæ propriæ in alijs sunt. Cogita enim, quod Empedocles dixit:

*Hoc moris rebus defluxus omnibus esse.*

Non enim animalia modò, & stirpes, & terra, & mare, sed etiam lapides à se continenter dimittunt multos defluxus, & æs, atque etiam ferrum. Nam corrumpuntur omnia, & olent: quia semper aliquid defluit, & tractiones, aut insultationes faciunt defluxibus, alij complexus, eorum alij ictus, alij impulsiones quasdam, & circuitiones supponentes: maximè autem saxorum marinorum, quando mari ea asperguntur, ac refrigerantur, aiunt assiduò quædam abradi multa, ac tenuia ramenta: quæ non accidunt ad alia corpora, sed dilabantur ob meatuum densitatem, vel excidunt per rariores. Polypi autem caro, quod aspe-

Caus ipse posset iudicare, est cauernosa, & meatuum plena, defluxuumque capax. Is ergo quando sibi timet, mutato spiritu sese mutans, tanquam constringit corpus, contrahitque, & aliquamdiu intra se contrahit exceptos vicinos defluxus. Quippe asperitas unà cum mollitie flagella exhibens particulis, quæ offerruntur, & non dissipantur, sed congregantur, cum: *desunt hic quædam.* Argumentum causæ permagnum est, quod neque Polypus quarumuis imitatur rerum colorem, quibus appropinquat, neque chamæleon albarum; sed uterque ijs tantùm adsimilatur, quarum defluxibus meatus proportionem habeat respondentes. Hæc Plutarchus, qui & alibi eandem quæstionem recoleat, mutationis in Polypo causam diuersam esse tradit ab ea, quàm quæ est in Chamæleonte. Sanè etiam Chamæleon, inquit, mutatur: non ut moliat aliquid, aut sese occultet: sed ob metum ita vertitur, natura meticolosus: & id mutationis consequitur, ut ait Theophrastus, ob spiritus multitudinem. parum enim abest, quin totum eius corpus pulmone impleatur, quo indicatur ipsum spirituum plenum, & mutatu facilem esse. At Polypi mutatio non est animæ affectio, sed actio quædam. Mutat enim se dedita opera, hac arte fugiens, quæ timet, & apprehendens, quibus alitur: decipiendo capiens non fugientia, & euitans præteruentia. Pselli egregij, doctissimique Philosophi Physicarum quæstionum solutiones cõpendiosæ apud me manuscriptæ extant iam pridem ab vtriusque linguæ doctissimo viro Iohanne Corterio Gallo in Latinum sermonem versæ, in quibus eadem soluitur quæstio his verbis. Cur colorem mutat Polypus ad quoscunque lapides accesserit? timidum valde est illud animalis genus, statimque ubi strepitum aliquem præsentit, aut se à piscatoribus peti suspicatur, petrarum colorem, quibus insidet, mutuatur. Videntur enim a corporibus omnibus, ab aere, à ferro, à lapidibus emanare quidam radij: quibus admittendis cum sit idoneum Polypi corpus, eorum etiam colorem retinet. Itaque cum timore illo afficitur, horret corpore atque ita constringitur, ut quos de vicinis corporibus erumpentes radios superficie admittit, pertinaciter etiam retineat. Sed intelligendam est neque Polypum, neque Chamæleonem colorem album unquam assumere, quia poros ad coloris istius, sicut ad ceterorum susceptionem commodos non habeant. Hactenus Psellus. Tres itaque causas mihi scriptores antiqui tradere videntur huius immutationis, voluntariam, natu-

*Lib. de soler. anim.*



De var.  
rer. 7. c. 37  
Hif. 4. c. 5.  
Lib. 1. var.

ralem, necessariam. Voluntariam, vt cū astu id facit, vt Plutarchus. Naturalem, quod corpus Polypi sit porosum, ac transparens, vt Plutarchus, & Psellus. Necessariam, quod præ metu id faciat, vt cū hominis etiam pro varia cordis concitatione hoc, vel illo colore genæ perfunduntur. Ex recentioribus Bellonius Polypum varijs se coloribus induere scribit, ob mollem eius pellem, quæ facile glubi potest: cuius colorem nunc album, mox rufum, postea liuidum, mox varijs coloribus distinctum videas. Putat Cardanus pellem variam, qua cicri conteguntur, contrahi, atq; remitti in coloris mutatione. Sed vti nulla opinio vetustior, sic nulla melior mihi visa est, quàm ea, quam scribit Theophrastus præceptoris sui mentem secutus, qui scribit Polypos habere atramentum supra apud mutim positum, hoc effundere, coloremq; mutare per metum. Vnde Plinius colorem, inquit, mutat ad similitudinem loci, maximè in meru. Sed hæc sola causa mutationis esse non potest. mutat enim quandoq; colorem, cū in nullo est metu piscium capiendorum gratia, vt docet Aelianus.

## V S V S I N C I B I S .

F

Lib. 9.

L. 4. c. 12.  
Li. 8. c. 30.

ANTIQUORVM mensis appositos fuisse Polypos, testis est Mnesimachus in Hippotropho apud Athenæum, vbi ad cænam inter alia hæc etiã apparat, Squillam, nimirum, Loliginem, Passerem, Dracenam, Polypum. Et sanè eius caput suauissimi saporis fuisse perhibetur. Apud veteres quia to à nato infante die, antequam nomina imponerentur, quod fiebat decimo die, amphidromia agebatur, teste Cœlio Rhodigino, qua manus expurgabant, quæ obstetricis munere erant perfunctæ, cursuq; ad forum ferebatur puer, mittebanturque à propinquis Polypodes, & Sepiæ. Polypos centum in nuptiali conuiuio Sphicratis, qui Cotys regis Thracum filiam ducebat, fuisse scribit apud Athenæum Alexandrides in Protefilao. Ab Aristotele præstantissimi esse perhibentur, qui prægnantes sunt, deterrimi qui ouis incubant. Archestratus apud Athenæum in Thuso, & Caria Polypos optimos esse, Corciræ verò magnos, & multos. hi laudantur ab Ennio in fragmento Phagesiorum hoc versu:

*Polypus Corcyra, caluaria pinguis Aternæ.*

Li. 1. c. 91.  
Lib. 7.

Autore Galeno duræ carnis sunt, & ad concoquendum difficilis. Si tamen concoquatur alimentum non paucum corpori exhibere, ceterum succi crudi plurimum gignere. Quæ quidem omnia etsi Galeno ibidem teste, Mollibus omnibus communia sint, in Polypis tamen efficaciora existunt, vt vsus quotidianus demonstrat, & veterum exempla, atque etiã Paulus Aegineta edocet. Mollia, inquit, vt potè Polypi, Sepiæ, Loligines, dura, & concoctu contumacia sunt, præcipuè Polypi. Diphilus ait apud Athenæum Polypum durum esse, & concoctu difficilem; maiorem autem magis nutrire, humefacere ventrem si abundè elixetur, & stomachum roborare. Athenæus refert Machonem comicum scribere Philoxenum Cythereum dithramborum poetam, atq; helluonem Polypum bicubitalem Syracusis emisit, totumq; excepto capite comedisse, ob idq; in ægritudinem mortemque incidisse. Machonis autem versus cū à quopiam translato repererim, hinc subiiciam:

*Egregium verò aiunt Philoxenum,  
Dithamborum poetam, fuisse  
Gulonem, nam duorum cubitorum Polypum  
Syracusis aliquando ipsum emisit,  
Et præparatum comedisse totum,  
Præter caput affirmant. Captus autem cruditate  
Vehementer agrotare cepit. Tum medicus quidam  
Ingressus ad eum, vt magno malo  
Eum pressum vidit. Si tibi quid, ait,  
Nondum est dispositum, ceteriter dispone  
Philoxene. Hora enim septima morieris,  
Tum ille respondens, omnia mea ad finem perducta sunt,  
Medice, inquit, & iam dudum disposita  
Dithrambos dijs relinquo  
Viriles, & omnes corona dignos,  
Quos & meis collectaneis appono*

H



**A** *Musis. Venerem, & Bacchum tutores esse,  
Testamentum hoc meum declarat. Verum quoniam  
Timotheus Charon me occidi non sinit,  
Neq; Niobes, sed fretum capiendum inclamat,  
Obscuraq; me Parca vocat, quam audire necesse est,  
Vs omnia mea abiens hinc auferam  
Date mihi quicquid est relictum, Polypi.*

Diogenem Cynicum ait Plutarchus minimè igne vsum fuisse, sed Polypum crudum deglutientem dixisse tantum, pro vobis o ciues adeo periculum. Idem rursus testatur alibi, improbens condimenta, & cocturam carniū. Diogenes verò crudum Polypum vorare sustinuit, vt emoliretur confectioem, qua ignis oblonia conficit: & sacerdotibus, multisq; alijs circumstantibus, caput pallio velans, Polypum ori admouens, Pro vobis, inquit, ego me periculo obijcio. Præclarum me hercule periculum scilicet, vt Polypidas pro Thebanorum, Aristogiton pro Atheniensium libertate, ita Philosophus aduersus crudum Polypum decertauit. Sed cum eum mortuum esse scribat apud Athenæum Sotades hoc versu.

*Lib. an a  
qua ignis  
sive visio.  
De esu car  
nium libel.*

**B** ——— Πολύποδα φάγων ὁ Διογένης  
Ὀμῶν, τίθνηκεν ——— id est.  
————— Polypum cum vorasset Diogenes  
Crudum, obijt mortem.

Amentes erimus, si ipsum imitari velimus omni præparatione posthabita. Quare si edendus est, assatione, aut elixatione opus habet, vt tuto corpus nutriat, idq; more veterum, quibus hos duos præparationis modos in vso fuisse, posteaquam multis plagis esset contusus hic piscis, & emollitus, scriptum reperio. Apud Arcestratum in Sirenesibus hoc elegere est versus.

*Vt præpa  
rentur.*

*Ipsò statim diluculo, omnino sub auroram  
Aphyas teretes in pruna torrebamus, assasq;  
Porcellorum carnes, ac Polypos: dulce  
Vinum deinde bibebamus.*

Εν βοτάνῳ coqui scripsit Antiphanes apud Athenæum in Euthidico.

**C** Επειτα πολὺν πρὸς τειμεμένους  
Εν βοτάνοισιν ἐφθός. Vertit Dalechampius.  
Deinde Polypus frustratim descissus  
In bastanijs coctus.

Βατάνια autem Hesychio sunt τὰ λοπάδια, patellæ: qui Siculis peculiare esse hoc vocabulum addit. quapropter in hoc versu pro βοτανάοισι legendum βατανάοισι, vti quoque legitur Dalechampius. Vtrum autem elixi meliores sint assis, docet Athenæus his verbis: Polypi meliores fiunt si elixentur. Succos enim malos habent (vt manifestum fit dum lauantur, nam in lotionem malos succos dimitunt) quos elixatio ex carne euocat. Nam ex molli igne, atque humido abluuntur quodammodo: in assatis verò succus exicatur. Præterea cum dura sit eorum caro, iure sic coqui exoptulat. Plato comicus cenæ Philoxeni Leucadij mentionem faciens, eandem difficultatem huic lepidis versibus dissoluit.

*Βατάνια  
Lib. 8.  
Elxi an af  
si meliores.*

Πολύ ποδος πλέκτη δ' ἂν εἴη πλήρη κατὰ καιρὸν  
Εφθὴ τῆς ὀπίης ἢ ἢ μείζων, πολὺ κρείτων.  
Ἦν ὀπταὶ δὲ ὄσ' ἐφθὴ κλαίειν ἀγορεύσω.

**D** Male vertunt eius interpretes:

*At Polypus sinuosa suo si tempore capta,  
Atque ingens membris, elixa est suauior assa  
Si parua hæc fuerit tu longum elixa valeo.*

Nam pro sinuosa cirrus transferre debebant, ita vt sit sensus, Polypi cirrum si suo sit captus tempore, meliorem esse assum quàm elixum, si sit magnus: sin verò duo elixi; hos assis esse meliores. Nam ὀλίγη pro πλέκτη quandoque tumitur. Et quamvis Arcestratus in fæminino genere Polypum efferat, tamen non video quis sit sensus, Polypus sinuosa repugnat etiam in Græco versu vocula πολὺ ποδος, quæ est genitiui casus, quæ à nullo alio, quàm ὀλίγη regi potest. Elixi autem hodie comeduntur a nautis frequentius, & piscatoribus, qui antequam elixent, ferè per horam eos ligno contundunt, aut ad lapidem atterunt. Sic enim fibrosæ carnis durtie fracta multò facilius concoquitur.



Idem veteres quoque facitare solent, vt dictum est: idemque Plautus his verbis innuere videtur.

Tange, affligam te ad terram itidem,

Vt piscem soleo Polypum.

L:32.c.10  
Vt elixen-  
tur.

De eo hæc traduntur, teste Plinio, muriam ex sese emittere, & ideo non debere addi in coquendo: secari arundine: ferro enim infici; vitiumq; trahere natura desinente. Si elixetur aqua cum atramento suo, melior erit: elixatur alioquin oleo. olentibus herbis, atque pipere addito. Platina coctum cum pipere, & lasere condit. Apicius verò pipere, ligustico, liquamine, lasere, & Zinzibere. Adferuntur Venetias ex Illyrico, & Dalmatia, sale inueterati.

VSVS IN MEDICINA.

L:32.c.10  
Ad tormi-  
ni.  
Ad nephi-  
ticos.



ANGVINEM fieri (cieri legunt alij) piscium cibo putant, inquit Plinius: sicut Polypo tuso, illitoq; Marcellus Empyricus assatum torminosi in cibo prodesse tradit. Kiranides nephriticis, & lapillos mingentibus dat è vino veteri in balneo mucorem, vel succum glutinosum, vel, vt ipsius verbis vtar, marcedinem, quæ exit à Polypo in nouam ollam viuo immisso, mox ebullito, aut elixato. Polypum marini cinis satis copiosè adijcitur in

Ad tercia-  
nas.  
Ad cardia-  
cam.

medicamento ex hircino sanguine plurimo confecti compositione quadam apud Marcellum Empyricum aduersus calculos renum. Tertianis commendatur etiam, vt quidam ex Plinio medico citant. Idem & cardiacis conferre eundem a bitratus est. Ad Polypos natium hoc remedium certum scribit Nicolaus Myrepsus: Polypum, inquit, marinum, in clibano cum lignis oleæ, donec in cinerem vertantur vrito, & sumpta de eo vncia vna, admisce illi chalcanti vnciam semis: & per arundinem insufflato naribus. A pituita maximè in aquam intercutem fit transitus: in hac, qui curabilis est, obsonium edat Polypos

Ad hydro-  
pem.  
E de inter-  
aff.

coctos in vino nigro austero, vt monet Hippocrates; qui sane plurima, & saluberrima remedia fæminarum morbis ex Polypis præscribit, vt ad aquam intercutem vteri; ad vetricoxam decurrentem, in purgatione, inquit, Mercurialem, & Polypos edat. Et rursus alibi, si vterus ad coxam auersus fuerit, Bolbidia (sunt hæc genera paruorum Polyporum) & Polypodia in vino, & oleo cocta edat. Et iterum alibi: Si, inquit, in lumbos vteri in-

Lib. de nat.  
uulieb.

cubuerint, suffocatio verò caput non contigerit, mulier Polypos coctos edat, & vinum nigrum odoratum meracum quamplurimum bibat. Et alibi eodem opere. Polypum ac Sepiolæ super prunis tostæ, puerperij purgamenta à partu purgant: Et libro alio, puerpera edat Polypos, & Locustas, & pisciculos, vt melius purgetur. Ad menses ciendos pluries eis vtitur.

Ad mulie-  
bres affe-  
ctus.

Mulier, inquit, cui stomachus vteri non rectus fuerit, sed vel retro, vel lateraliter auersus, vel n se contractus, vade menses non rectè profluunt, nec concipit, edat catulos pingues percoctos, & Polypum in vino dulcissimo coctum: & alio rursus in loco, mulier inquit, cui vterus inollitur, & purgari debet, Polypum plagis mollium edat. Item, si menses constituto tempore non fiant, post cætera remedia Polypum in vino albo suffocatum edendum dato, & vinum bibendum. Mulier, quæ aliquando prægnans fuit, & postea sterilefcit, interim dum curatur, edat catulos coctos, & Polypum in vino dulci coctum. Polypos paruos, atque assatos super prunas ad concipiendum merito dedisse Hippocratem scribit Cardanus: quoniam Polypus facile concipiat, & ferat, nerueaque sit substantia, & daræ digestionis. Qui in Venerea palestra debiles sunt, Polypos edant, monente Aetio. Diphilus, & Paulus Aegineta eos plurimum alere affirmant, & libidinem maximè irritare. Diocles apud Athenæum ait Poly-

Lib. 2. de  
mulier.

lypodes maximè inter Mollia ad venerem conferre. Eandem utilitatem eis adscribit Alexis in Pamphila.

De super  
fætatione,  
& de mu-  
lier. 1.

Lib. de nat.  
mulier.

Ad vene-  
rem.

Ερών τι ἐκτῆσιν; τὶ μᾶλλον συμφέρει  
Ὡν τῶ φέρων μαρτυροῦν κηρυκας, κτενας  
Βολβους μέγαντε πολυποῦν ἰχθυῖας δ' ἀδρουῖς, idest,  
A. Cum ames quid tibi comparasti. B. ecquid magis  
Conferat, quàm quòd nunc præsens adfero: Buccina, Pectines,  
Bulbos, magnum Polypum, grandiores.

Lib. 20

Et Xenarchus apud Athenæum Polypum ad stimulamdam Venerem facultatem declarat his versibus, quos cum plusculi sunt à Iacobo Dalechampio Latinos factos citabo.

Rui domus infecunda dominorum infortunio,

Labefactata: eam subuertit Alastor quidam: Pelopidarum

Sterilis



A

Sterilis domus est: nec e profundo ceruicem exerens,  
Ac Cereus contubernalis, terra procreatus bulbus, amicorum  
Cum elixus est, adiutor, hinc malo succurrerit;  
Quin nec maris caeruleis educatus vorticibus  
Venarum mutator Polypus: captus hominum  
In torto vinculo cum rotam virgo circumduceret,  
Implet repository capaxem pectoris sinum.

Adferuntur, inquit Iouius, Venetias ex Illyrici, Dalmatiaeque ora sale inueterari: quorum  
acceptabula, & extremitates cirrorum senibus ad parandam sobolem expetuntur. Cur ve-  
rò Venerem stimulent, iam dicendum, Causam putat Mensitheus, quod duræ fiat carnis,  
ac flatuosi, Iouius, quia falsum succum contineant, cæterum ego non tam propter allatas  
rationes, quàm propter feminis copiam, quam generant, si probè elixentur, & concoquan-  
tur, libidinem excitare affi mem. Nam bulbi, cicer, fabæ, Polypodes, conus, inter edulia

Lib. de pisc.  
Rom.  
Cur Vene-  
rem stimu-  
let.

B

5. Simpl.  
med. facul.

V S V S I N A L I I S.



ISCATORES, teste Aristotele, Polypos affatos, non nisi aidoris caus-  
sa nassis inditos dimitti asseuerant. Hinc Plinius: Expurgunt enim (Po-  
lypi) se resupinati, mi e omnibus marinis expetentibus odorem quoq; eo-  
rum, qua de causa nassis illinuntur. Et rursus: Conueniunt pisces ex alto  
etiã ad quosdam odores, vt Sepiam vltam, & Polypum, quæ deo cõ- jciun-  
tur in nassas. Autor quoque de natura rerum Polypum assum in hamum  
inferi scribit, ad decipiendos pisces, quod tamen Aristoteles tantum de Septijs tradit. Op-  
pianus docens Cantharum capiendi modum, ait cum nassa capi circumtexta vndique ligu-  
stri virgis, & sparti vimine, ita vt se capaci ore venter in latum porrigat, tunc inquit nassa.

Histor. 4.  
cap. 8.  
Li. 9. c. 30.

Lib. 3. Ha-  
lient.

C

Πουλυπον ἐρηψίω, καὶ κύραβον, ἐκ πύρος ἀμφο  
Οπταλέους, κνίσση καὶ ἐφέλεται ἐχθρα εἰσω, id est,  
Carabum immittas intro, vel Polypum ambos  
In flamma testes, tali nidore stabuntur  
Pisces.

Et alio in opere docens, quomodo capiantur Pantheræ; catulom vinctis genitalibus ante  
foueam suspendi ad arborem iubet, atque eius clamore audito in prædam sic capi Pan-  
theram,

Lib. de Ven.

Ὡς δ' ὅπως ἰχθυόβ'λοι κύρτου δόλον ἐξήσαντο,  
Πλέξα μύροι σπάριω σαλαμίειδι καὶ λαγόνεασι  
Πουλυπον καὶ κερρηὰ πυριφλεγέδοντες ἐδέοντο  
Ὀδμη δ' ἐς πλάταμωνας ἀφίκετο, καὶ ποτὶ κύρτον  
Ἐλοπας ἀυτομόλαος εἰς ἠγάχεν, οὐδὲ δυνάονται  
Ἀυθις ὑπεκδιώαι, δεινὸ δ' ἠνιήσαν ὀλέθρου.

Vertit Andegauenlis.

D

Ceu parat in nassa fraudes piscator acutus  
Viminaque obtendit torto salaminia filo,  
Addit & illecebras, artus capitionis adusti,  
Aut Polypi, subito vada nidor perstat odoris,  
In fraudem alliciens pisces, latumq; foramen,  
Vi nunquam possent nassa remeare latentii.

N O C V M E N T A.

TESTATUR Aelianus Polypum mordere violentiùs, quàm Sepiam: minus ca-  
men suo morfu veneni infligere. Hinc Oppianus Lippio interprete.

2. Halient.

Obuia non tenni ledit nos Sepia morfu.  
Nec nos pestifero confodis Polypus ore.



DE CÆTERIS POLYPI GENERIBVS. Cap. III.

ORDINIS RATIO.



LIQVOT Polyporum generis reperio nomina. Quæ quârum apud alios videre mihi licuit, etiam hîc nominabo, veniâ a beneuolo lectore postulans, si nō satis ea explicauero, nā Oedipo potius quàm doctore egēt, cūm obscurissimè de his Grammatici scripserint. Ozænam cum Osmulo eandem esse, Pollux, & Hesychius autores sunt: quibus eruditi hodiè astipulantur. Athenæus modò distinguit, modò easdē facit. Distinxit tamē Zoographus

aliqua ex parte, quoniâ non rerum tantum rationem habere solet, sed etiam nominum, ut Grammaticis, qui quandoq; dubitare solent, num nomina diuersa, eadem significare possent, satisfaciat: Quare, & Eledonam separauit: quamuis eam Rondeletius, contra Aristotelis sententiâ, obseruationibus suis fretus, ab Ozæna, & Osmulo non distinxerit. Nos quoque quamuis distinguamus, tamen de omnibus simul reliquis testa non inclusis hoc capite agemus, exiguam admodum eorum putantes esse differentiam. Athenæus ex Aristotele, & Speusippo Polyporum genera enumerat, ἐλεδώνη πολυπόδιον, βολβοίτην, ὄσμυλος. Sed ut ab Eledona incipiam, annotandum est hîc apud Athenæum, cūm aspiratione, alibi sine ea scribi, ut ubi habet ἐλεδώναι inter pisces alios, & apud Hesychium, ἐλεδώνη, est ὁ πολυπόδος. Gyllius, Massarius, VVottonus aspirationem seruant: quanquam Grammatici e ante λ attenuari docent, neq; excipiūt Eledonam, etiâ si hoc nomen ἀπὸ τοῦ ἐλεῖν, id est à comprehendendo compositum videri possit: vnde ἐλεδανός fortè deriuatum, inquit Zoographus, quod vinculum significat; spiritu tamen tenui in Græcorum lexicis scribitur, vnde Suidas Eledonem vocari putat, ἀπὸ τῆ ἐλευθέρου ἔδαν, quod ipsa se ipsam rodit. hunc quoq; sequitur Cœlius Rhodiginus. Sed cūm auctores non Eledonam priuatim, sed Polypum simpliciter id facere testentur, mihi non videtur eam nominis rationem conuenire, sed primam potius quàm dedit Zoographus Δελιδώνη apud Hesychiū, & Varrinum, ὄμυλαῖος ἰχθύς; sed προμυλαῖος legendum fortè ait Zoographus ὁ ὄσμυλος, vel ὄσμυλιας. Gillius Helidonam hodiernis Græcis Halidonam corrupto vocabulo effert scribit. Osmulum cum Eledone malè confudit Rondeletius. Οσμύλος παραoxytonum semper scribendum putat Zoographus, sicq; scribi in Oppiani, Aliani, & Io. Tzetzi libris, quamuis apud Athenæum, & in alijs quibusdam libris iocetia liberariorum proparoxytonum scribatur. Οσμύλω fœminino genere dixit Athenæus, quâdo inquit. Aristoteles in opere de animalibus Mollia esse dicit πολυπόδας, ὄσμύλω ἐλεδωρην Hesychius ὄσμύλα fortè deprauatum habet προὄσμύλα. Apud Pollucem inuenio ὄσμυλῖδια cūm em hæc verba Aristophanis: Τραπόδιον ἐς τὸ ὕψος λαβεῖν ὄσμυλῖδια, μαυῖδια καὶ σπηῖδια. Recitat Athenæus eadem è fabula Diuidum. Non tamen Osmylidia, sed Osmylia quatuor syllabis legit, quod magis Zoographo placet. VVottonomq; male transtulisse ex hoc loco putat, Osmyliam, Menulas, Sepiolasque venari. Hesychius, & Varrinus Οσμύλια è Polyporum genere esse scribunt. Athenæus inquit, Ὀζαῖνα, ὄσμυλιον, Θύριος: hoc est Thyrij Ozænam piscem vocant, quem Græci Osmylum. Quapropter apud Pollucem, ubi scribitur Οσμύλια mauult legere Zoographus Οσμυλιας, ut Αμείας. Οζαῖνα idē cum ρεδιῶ, quam Aristoteles ὄζολιν, & Βολίταιναν videtur appellasse, Gaza, ὄζολιν Osolem cōuertit. Dicitur autem ὄζαῖνα, ὄζολιν ὄσμύλος, à graui capitis odore, ὄζειν enim olere, & fœtere significat. Hinc etiam Γεσι, teste Gillio, hodierni Moschiten vocant, Massilienses Muscum. Nam ait Gillus Polyporum alium tetram odoris fœditatem habere: alium Osmylum nomine benè olere, & nihil muscosius se sensisse tum, cūm esset mortuus, tum etiam cūm viuus. Zoographo, Rondeletio, & Bollonio subscribo, qui Polyporum unam tantum speciem ab odore sumptam faciunt, eumque alijs suam esse, alijs tetram, ac grauem. Psellus Polypum Moschytam nominat, Itali hodie Muscarolo præsertim Venetij, Moscarolo, & Moscardino alibi, item Mugettino, ut scribit Robertus Constantius. Muzato Genuensibus, Græci hodie Gopos, inquit Zoographus, si benè memini. Idem Germanicum eius nomen facit, Bisemkuttel. Nam bisem Germanis Moschum odoramen-

Eledone.

ὄσμύλος

Lib. 2.

ὄζολιν.

Βολίταινα.

Lib. 1. de diata.



A tum significat, Kuttel verò Mollia omnia. Βολβοτήνην, quæ & Βολίταινα dicitur, nomine tantum ab Osmulo differre putat, quamvis Athenæus diuersam speciem cōstituat ex Aristotele, similiter & πολυπόδων; Nam nullibi apud Aristotelem hodie ille leguntur species, quæ supra ex Athenæo citauimus. Οσμουαι (Οσμούλαι) Βολβοτήναι θαλάσσιοι, inquit. Helychius. Nec alia sunt Βολβίδια Hippocratici dicta forma diminutiua. Galeus in ex egi si vocum Hippocratica ū βολβίτια, inquit, τα ὑπὸ τῶν πολλῶν βομβύλια προσήγορεύθη. γένος δὲ ἐστὶ τοῦτο μικρῶν πολυπόδων, idest, Βολβίτια à multis vocantur Βομβύλια. genus est partuorum Polyporum, ita vt ætate, non specie differre videantur. Etiam Epicharmus in Hebes nuptijs inquit.

Polypi, species veneranda; Loliginis

Et quæ mare oleæ Bolbitis

Hic enim Epicharmus Bolbitin mare olere ait, vnde diminutium βολβίτια, siue βολβίδια, vt legitur apud Hippocratem, dicitur, & Βολβοτήνη apud Athenæum.

FORMA. DESCRIPTIO.




Nihil vel parum saltem differunt, quæ diximus, Polypi genera quo ad formam corporis, ab eo, quem primùm descripsimus. Nam Eledone vnica tantum acetabulorum ordine prædita est, & pedibus septenis si fides sit Suidæ, & Varrino, qui hæc ex Aeliano citant, cum tamen in ijs, quæ extant, huius operibus nullibi quod sciam reperitur. Pedum etiam prolixitate à cæteris diuersam esse scribit Aristoteles. Ozæna autem siue Osmylus, siue Ozolis odore insignis duplici acetabulorum ordine prædita est: a vulgari Polypo diffidet, quod vt testatur Bellonius, ad eius magnitudinem non exuberet; tenuibusque, & oblongis præditus sic cirris: vel vt Rondeletius voluit, quod corpore sic rotundiore; longioribus brachijs, odore moschi tum viuus, tum mortuus, & vnico acetabulorum ordine; quod postremum ad Eledonam referendum existimo, vtriusque autem pictura, eadem est, hancque subijcere placuit. Pollux Osmylam Polypi speciem esse scribit, quæ inter caput, & cirros fistulam gerit, è qua tertium emittit odorem.

Eledone

Hist. 4. c. 2

Polypi tertia species Rondeletij: Bolitæna, siue Ozolis Bellonij.



LOCVS. ANTIPATHIA.



BOLITÆNAS non alit Euripus teste Philosopho. Ozenam Aristoteles Ozolin, & Bolitænam videtur appellasse, ea frequens est in Laconia, quæ regio nunc Zaconia dicitur: dicta quod ea vox odorem illum, & viuis graue significat. hæc Massarius. Hanc maximè sectantur Murexæ cæteris Polyporum generibus, quemadmodum hisce verbis testatur Plinius. Polyporum generis Ozæna, dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè Murexæ eam consecrantibus. Apud Pollucem legitur hanc Menulas, Sepiolasque venari.

Histor. cap. 37.

L. 9. c. 30.



V S V S I N V A R I I S.

Lib. 2. de morb. mul.



PREPARATUR ad cibum utraque species eo quo superior modo Hippocrates ad vterorum caneros futuros prescribit Bolbidia, & pisces cartilagineos. Et si vterus ad coxam auersus fuerit, Boldidia in vino, & oleo cocta laudat. Et rursum eandem similiter preparatam, aut Sepiolas ad menses ciendos. Alias etiam in eiusdem mali curatione. Ad vesperam, iubet, mazam canare; si vero panem voluerit, & bolbidia parua Polyporum generis, & Sepiolas paruas, in vino, ac oleo coqui, & edenda dari. Ad venerem excitandam plus caeteris valere creditur, propter odorem. nam vnguentati, qui incedunt caeteris salaciores esse dicuntur. Non desunt, inquit Bellonius, qui hanc exsiccent, ut fragrantiam vestibis in arcis concilient. Nam moschi odorem tum viuum, tum mortuum referre testantur plurimi.

DE SEPIA. Cap. IV. ORDINIS RATIO.



SEPIAM inter Mollia connumerari, plurimis veterum testimonijs comprobatum est, cum in vniuersum de Mollibus loqueremur. Cur autem Loligini eam preferamus, non alia nos mouet ratio, quam cum summa eius in varijs rebus utilitas, qua longè Loliginem vincit, tum & corporis structura, qua magis Polypum, quam Loliginem refert. Nam quamuis, & Sepiæ, & Loligini sint promuscides, quibus Polypi destituuntur; tamen Loligo pinnas vsque adeo ingentes habet, ut se quandoque è mari eleuet, atq; auium more pèraera tranet, cum Sepiæ, & Polypo eæ tam exiguæ sint, ut pedum potius, quam earum opera natare videantur. Rectè itaque de Sepia pri- mum dicemus. Nam, & eo modo primum de ijs, agemus Mollibus, quæ non volant, ut sunt Sepia, & Polypus, deinde ijs, quæ volatum exercent, ut Loligo est.

Æ Q V I V O C A.



ANTIPHANES in piscatrice, piscium cupedijs mirificè deditos fuisse quosdam recensens apud Athenæum hos versus habet.

Τῆς σηπιάδος πρῶτον Ἡράκλεις ἄναξ  
Ἀπαντα τεθολώκασιν. ἔβαλεῖς πάλιν  
Εἰς τὴν θαλάτταν καὶ πλωεῖς μὴ φῶσισι  
Δωριάς, ἀλλ' οὐδὲ σηπιάς εἰλεφέναι.

Quæ sic erunt vertenda.

O Sepiadis Hercules Rex  
Omnia infuscantur. non rursus abijcies  
In mare ac elues, ne disant  
Munera accepisse te, non sepias.

Dalechamps error. Sepias promontorium.

Odyf 6. In Argon.

Lib. 6.

Hic Dalechampus comico sale sepias a poeta dici putat munera, quæ accipientium manus inficiunt, ut pecuniam, & nummos. Sed haud bene vocolam σηπιάδος Sepiolæ transtulit, & non sepiadis, uti optimè ante eum verterat Natalis Comes. Est enim Σηπιάς promontorium à Sepijs sic dictum apud Athenæum. Etymologus promontorium Magnesiæ esse tradit, vel Thessaliæ apud Iolcum: Eustathius circa Athon, ubi Xerxæ classis cladem accepit: sic autem dictum voluit à Thetide, quæ Pelei nuptias fugiens, illic in Sepiam mutata sit. Meminit huius Eustathius in Odyfsea, dicitur autem Σηπιάς ἄκρα, vel σηπιάς ἀκτὴ, ut apud Orpheum. Herodoto autem, & Ptolomeo σηπιάς est Macedoniæ promontorium. Cabo monaster Sophiano nominatur. Item Ζαγορά Sepiarum litus est apud Dyctim Crètesem, qui sic vocatū addit propter saxorum difficultatem. Est & Sepia mons



A Arcadiæ, teste Pausania, non procul à Tricrenis, in quo sepulchrum fuit Aepyti Elaticij, qui morfu sepiæ serpentis interiit. Herodotus Sepiæ loci quoq; meminit circa Tyrnum in Peleponnesi, item scopuli diuersis in locis iuxta litora Atheniensium. Sepiussa Plinio insula est in Ceramico sinu. Creditur Syvuntem edificium esse Diomedis, quam Græci Sepiuntē nuncupāt ab eiectione fluctu Sepijs, teste Strabone. Sipus, vel Sepius Ciuitas, quæ nunc Sipuntū in Italia dicitur, à Sepiarū multitudine fluctibus eiectionū, vt recentior quidā tradit. Paulo Diacono Sepia locus Italiæ dicitur. Abrahamus Ortelius, dubitat num sit Sæpinum. A Sepiarum multitudine, inquit Ambrosius Calepinus, quæ fluctibus eijciuntur Sepias Apulori oppidum, quod hodie Manfredonia denominatum est. Sed Sæpinum Ptolomeo vrbs est Samnitum, hodie Sepinū, autore Zoographo. Archippus Comicus in Piscibus nominat *Ἀνδρίων τὴν ἀυλιτρίδα καὶ σπηλιὰν τὴν Θύρσου*, quasi mulieres quædam. Sepiam pro atramento scriptorio posuerunt Latini veteres, & in primis poetæ, respicientes nimirum, vt ait Calepinus, ad piscis eius sanguinem, atramenti nigrorem referentem. Hinc Persius.

*Iam liber, & bicolor positis membrana capillis,  
Inque manus charta, nodosaq; venit arundo.  
Tum querimur crassus calamo quod pendeat humor.  
Nigra quod infusa vanescat Sepia lympha:  
Dilutas querimur, geminat quod fistula guttas.*

In eadem significatione binis in locis accipitur apud Ausonium: primum vbi inquit.

*Aus ad se si interpret tuus  
Enigmatum qui cogitor  
Fuit meorum cum tibi*

*Cadmi nigellas filias*

*Melonis albam paginam,*

*Notasque furua Sepia,*

*Cnidiosq; nodos prodidit.*

Nam Cadmi filias poetæ literas vocat. is enim è Phœnice in Græciam sedecim literas attulit, vt refert Plinius. Melonis paginam papyrus Niloticam (nam Nilus olim Melo dicebatur) notas Sepiæ, atramentum. Gnidios nodos, calamus, vt eleganter exposuit Angelus Politianus. Idem rursus poetæ sic alibi:

*Aus cunctis pariter versibus obliat  
Fuluam læticolor spongia Sepiam.*

Quo in loco pro fulua suspicor legendum furua. Nam fuluum adiectiuum non conuenit atramento. Sumitur enim plerumq; pro viridi colore, aut pro eo, qui viridi, & ruffo mixtus est. Furuum autem nigrum, & atrum denotat.

## SYNONYMA.

*σπηλιὰν* scribit Athenæus esse paroxytonum, vt *ἀντία, ὀντία*. Inuenio, & *σπηλιάς* pro *σπηλία* apud Nicandrum. Latinis Græco nomine seruato, Sepia per e simplex appellatur. ineptè enim apud quosdam, Sæpia per diphthongum scribitur, cum *Σαπία* Græcis non dicatur, sed *σπηλία*. Ridiculè igitur Isidorus

Sepiam dici ait, quod sepibus interclusa facilius capitur: & alius quispiam, obscurus quod profuso atramento piscatoribus se veluti sepit, & occludit. Non enim, vt

dixi, vox prorsus Latina est, sed à Græcis accepta. Melius itaque conijcit Adamus Leonicerus Sepiam dici, quod atramento, veluti putrida quadam sanie, quam Græci *σπηδόνα* vocant, abundet. Apud Thebanos Opistholia dicitur, vt testis est Athenæus. Arabes Sarathan, & Sarthan vocant. Aggregator Rubien interpretatur Sepiam, sicut autor libri Secretorum Galeno adscripti, vtitur ea voce Auicenna. Beliuensis simpliciter specie piscis esse scribit. in tabulis Elluchasem Vrbien nominatur pisces, qui Venerè promoueant, calidi, & sicci, difficulter concoquantur, ventrem laxent, Sepias esse quidam arbitrantur. Teste Alberto Magno Sepias, & similes pisces Auicenna vocat Fanage. Sapia pro Sepia superioris seculi homines imperiti scribebant. Audiuit Zoographus Græcos hodie Calamariam vocare: quod nomen Loligini magis conuenit, tribuiturque apud nonnullos, vt apud Italos, qui Loliginem pesce Calamato nuncupant. Scoppa Grammaticos Italus Sepiam interpretatur, la Seccia, calamarro. Alioqui vbique in Italia teste Mathiolo vetus nomen retinet, exceptis Venetijs, vbi Seppa dicitur, atque alibi Sceppa: circa Ligusticum mare Cepia, sine c mutato. Rondeletius ab Italis Sopi, à suis Sepio, à Gallis Seche; Bellonius Massiliensibus, & Genuensibus Sopi nominari scribit, à Veneris, Romanisque prisco nomine Sepias.

*Sepia nōs  
Arcadiæ.  
Li. 5. c. 31.  
Sepiussa.  
Lib. 6.*

*Sepia pro  
atramento  
scriptorio.  
Saty. 3.*

*Epist.*

*Li. 7. c. 56.*

*In miscel.  
cap. 39.*

*Ausonius  
correctus.  
Fuluum  
quid.  
Furuum  
quid.*

*Lib. 7.*

*Etymon.*

*Lib. 14.*

*Fanage.*



Sepias, à Gallis autem vulgo Ciches; quòd vt Græci Polypos, sic Galli Sepias exsiccant. E Nomenclatori Siba. Autor Gallicolatini lexiçi Sepiam nominat Seiche, vel Boufron. Sepiolam Casseron. Sed Rondeletius, & Bellonius Loliginem paruum Gallicè Casseron vocari docet. Xibia Hispanicum est, inquit Zoographus, fortasse Calepinum secutus, qui Sepiam Hispanicè exponit la Xibia pescado. Anglis Sepia est à Cuttel, Cuttle. Est autem Germanicum nomen inquit Zoographus, proprièque intestinum significat. Germani marium accolæ, vt idem tradit, Mollia omnia videntur Balckfisch appellare. Superiores Germani aliqui Sepiam Araneum marinum vocant, ein Meer spin: quod nom. è ad Pagurum portius refert Zoographus. Belgis Spaensche Seekatte vocatur, quasi felem marinam Hispanicam dixeris.

## DESCRIPTION.

Lib. 7.

Sepia simili-  
lis Polypo,  
& Loligini  
L. 2. com.  
Diosc. 6. 29.



PEVSIPPVS apud Athenæum Sepiam, & Loliginem similes esse scribit; cum tamen Epicharmus in Hebes nuptijs dicat.

*Polyps, Sepia, volucresq; Loligines.*

Mathiolus quoque Sepiam Polypo assimilari ait, præterquam quòd hic innumeris pedibus excellat, illa verò maiore corporis mole. Mutianus, teste Plinio, Naupilum animal quod in concham conditur, Sepiæ simile

trahit. Omnes autem vera dicunt; Nam partibus diuersis consideratis Sepi huic, vel illi magis assimilatur. Polypo quidem, quatenus exiguas, vt hic, pinnas habet: testatur enim

De par. 4.  
cap. 9.

Hist. 4. 5. 1  
Promuscides.

L. 9. c. 28.  
Pedes.

Aristoteles pinnulam Sepiæ esse angustam, per totum alueum circumdatam. Plures tamen habere partes, quibus cum Loligine conuenit, confiteri oportet, vt promuscides, teste

Hist. 4. 5. 1  
Promuscides.

L. 9. c. 28.  
Pedes.

Aristoteli: Sepiæ, inquit, Loligines, & Lolij peculiâres binas sortiuntur promuscides (πορβοειδεις) longas, acetabulo parte extima bino asperiusculas, quibus capiunt, & ad ora adinouent cibos. Pedes hac appellat Plinius inquit: Sepiæ, & Loligini pedes

L. 9. c. 28.  
Pedes.

duo ex his longissimi, & asperi, quibus ad ora admouent cibos, & in fluctibus se velut anchoris stabiliunt: cæteri cirri, quibus venantur. Cui autem binas habeant promuscides

L. 9. c. 28.  
Pedes.

tum Sepiæ, tum Loligines, Polypis verò ea desunt, declarat Philosophus his verbis. Cum itaque Sepiæ, & Loligines pedes habeant breues, atque inutiles, ne æstu maris, tempe-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

stateque exturbentur saxis, vt quæ de longinquo admoueant, idè promuscides binas præ-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

longas habent, quibus veluti anchoris innuantur, seque stabiliant modo nauigij tempe-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

state urgente, venentur etiam procul, ori que è longinquo admoueant. Polypis promuscide

L. 9. c. 28.  
Pedes.

carent; quia pedes ad eundem vsum commodos habeant. Quòd autem Polypis crura

L. 9. c. 28.  
Pedes.

sint prælonga, Sepijs verò, & Loliginibus breuia, idem author tradidit pluribus in locis,

L. 9. c. 28.  
Pedes.

alibique causam declarat his verbis: Sepijs, & Loliginibus breues sunt pedes, Polypis verò magni. Alueum enim corporis Sepiæ, & Loligines habent magnum Polypis paruum.

L. 9. c. 28.  
Pedes.

Itaque quòd natura Polypis ex corpore dempserat, id in pedum longitudinem addidit:

L. 9. c. 28.  
Pedes.

quòd Sepijs, & Loliginibus de pedibus abstulerat, eo corporis magnitudinem auxit. Præterea, vt idem testatur, habent Sepiæ, & Loligines pedes supra dentes senos exiguos,

L. 9. c. 28.  
Pedes.

eorumque nouissimos duos maiores: reliquos autem octonorum duos infra omnium ma-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

ximos, vt enim quadrupediolus crura posteriora firmiora, validioraque sunt, ita Sepijs quoque

L. 9. c. 28.  
Pedes.

maximi, qui infra habentur: his enim onus sustinetur, motusque potissimum agitur. duo

L. 9. c. 28.  
Pedes.

etiam illi nouissimi maiores suis medijs sunt, quia illis ministrant. Polypus medios qua-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

tuor habet maximos. Vides igitur Sepiam magis cum Loligine, quàm cum Polypo con-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

uenire, quoad corporis structuram, & formam. Quin etiam eodem authore alueum cor-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

poris Sepiæ, & Loligines habent magnum, Polypis paruum. Et alibi sic inquit, Diffe-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

rent Polypis à cæteris, quæ modo enumeravi, Mollibus; eò quòd alueus Polypis paruus, cæ-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

teris verò amplius est: ipsa autem inter se discrepant, quatenus Loligo longior, Sepia latior

L. 9. c. 28.  
Pedes.

est. Fistulam autem inter caput, & alueum prominere ex resupinata Sepiæ icone, quàm à Saluiano mutuati sumus, cognoscere licet. Apud Athenæum Antiphates lepidè Sepiam

L. 9. c. 28.  
Pedes.

αυτονοτον vocat, id est dorso gibbam. Præ cæteris Mollibus atramentum habet; copiosissimum, vt ex pluribus locis Aristotelis colligitur. Viscera, inquit, Mollium nul-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

lis: sed habent quod mutem appellant: atrinque illum humorem, cui nomen atramen-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

tum, quod plurimum in Sepia est. & alibi. Sed cum atramentum hoc Mollia habeant

L. 9. c. 28.  
Pedes.

omnia, tum præcipuè plurimumque Sepia continet. Habent autem copiosius atramen-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

tum Sepiæ, quoniam magis vrantur, eodem teste, idque euenit, quia vitam litto-

L. 9. c. 28.  
Pedes.

alem tradu-



**A**cunt, & nihil quo sibi auxilientur, aliud habent; quomodo Polypi, & brachij sibi sufficiunt, & coloris mutatione, quæ & ipsa accedit eis per metum, ut effusio atramenti. Sepia igitur plus continet atramenti, & infra; quoniam copiosius: facilius enim, & longius profundere maiori ex copia poterit. Continentur enim hoc atramentum in Sepijs intra ad alveum; Polypis verò, & Loliginibus supra mutim potiùs. Rondeletius atramentum in Sepia non ea parte, quam *μύτιν* vocant, contineri, non sine firmis rationibus differit contra Athenæum, & Plutarchum grauissimos sanè autores. Hic enim de Sepiæ atramento differens, cum, inquit, fiat id genus cautionum, circumspectionum, euasionumq; exempla per multa, hoc vnum Sepiæ præterire nullo modo possum. Vesiculam hæc (sic nominatur) collo dependentem (*παρὰ τὸν τράχηλον ἔχει*) habet, atro liquore (atramentum vocant) plenam. Et Athenæus citans Aristotelem sic scribit. *Ἐν δὲ τῇ μυτίδι ἔσθλός ἐστι: αὐτὴ δὲ κείται παρ' αὐτῶ τὸ σῶμα, μύσεος τρώπον ἐπέχουσα*, id est, ut vertit Rondeletius: Est in mytide atramentum, quæ ad os sita est, folliculi, siue vesicæ modo. Sed qui Aristotelis verba diligentius considerat, eum aliter sensisse comperiet. *Σπάγγρον δ' ἔδδεν ἔχει τῶν μαλακίων, ἀλλ' ὡ καλοῦσι μύτιν, καὶ ἐπὶ ταύτῃ θάλον*. Viscera Mollium nullis: sed habent quam matim appellant, atrumq; illum humorem, cui nomen atramentum. Neq; est quod quis *ἐπὶ ταύτη*, in ea, muti scilicet, interpretetur: sequentia enim reclamant, & *ἐπὶ ταύτη*, post hanc int rpr tari oportere docent. *Ἡμῶ δὲ μύτις κείται ὑπὸ τὸ σῶμα, καὶ διὰ ταύτης τείνει ὁ σῶμαχος: ἢ δὲ τὸ ἔντερον ἀνατείνει, κάτωθεν ὁ θάλος, καὶ τῶ ὀμῆνι ἔχει περιεχόμενον τὸν ὄρον τῶ ἔντερον*, id est: Mutis sub ore est, & per eam gula tendit: at verò atramentum infra continetur, quæ intestinum petere incipit superiora, foramenque suum eadem obuolutum habet membrana, qua intestinum, sed quid, inquit Rondeletius, tam diu immoramur? controuersiam istam statim diremerit interiorum Sepiæ partium anatomie, qua inspecta nullus est nisi planè cæcus, qui non sententiæ nostræ facile sit assensurus. Idem videbit mutim colore esse flauo, laxa, fungosaq; substantia, parenchyma potiùs quàm folliculum, aut vesicam. Galenus in Exegefi vocum Hippocraticarum, *Μύτις*, inquit, *τὸ ἐν τῶ σπείας σῶματι μέλαν, ἀλλὰ καὶ ἰχθύς τις ὑπὸ τοῦ Ἰσσοκράτους δηλοῦται*, hoc est, atramentum, quod in ore Sepiæ continetur: sed & piscem quendam apud Hippocratem significat. *Μύτις* apud Hesychium scribitur, & exponitur *τὸ μέλαν τῆς σπείας ὅπερ ἐν τῶ σῶματι ἔχουσα ἰκρύνει*, Sæpiæ atramentum quod ore continens excernit. Annotatur & piscis quidam dici feminini generis non siue mare pastum quærens, foitè erit Sepia: *Ὀλον*, ut notat Galenus in Lexico Hippocratico atramentum Sepiæ dicitur, item ὄτερον. Nicander hunc atrum humorem *χολῶν*, id est bilem appellauit; Philes recens autor *ἀπόσφαγμα*, quo etiam vocabulo utitur Aelianus, dum Sepia, ut oculos piscatorum persequentium fallat, tradit his verbis: *συνίεισα ἐκείνη παρῆκε τὸ ἐξ αὐτῆς ἀπόσφαγμα, καὶ καταχευσα αὐτῆς*. Galenus in Exegefi *ὑπόσφαγμα* interpretatur, quod atramenti Sepiæ, seu sedimentum est, *εἶον ὑποσφυγον* Hipponas quoq; *σπείας ὑπόσφαγμα* dixit in Iambis. Interpres (inquit Athenæus) eius piscis atramentum (*τὸ μέλαν*) exponunt. At Erasistratus in Opsartytico, intritum esse vult, his verbis: *Hypophagma fit è carnibus assis, vel elixis, ac sanguine cum sale, caseo, lacte, & olerum folijs bene olentibus, concilis*. Scripsit Aristoteles Sepiæ atramentum nocta præfulgere, ut quorundam piscium capita: cuius fulgoris causam ibidem addit. Tradit alibi Sepiæ, Loligini, & Lollio partes duras, ac solidas intus per dorsum, & corporis prona contineri, quas non eodem appellent nomine: sed quod insertum Sepijs est, *σπίον*, quod in Loliginibus, gladiolū. Differre enim, quòd Sepium robustum, latumq; sit, inter spinam, & os mediam præ se ferens naturam, fungosam intra se cōplectens, & friabilem corpulentiam: gladiolus verò arctior, & cartilaginiosior sit. Forma item discrepare, videlicet pro alieorum modo, quibus ipse insertus continetur. Alibi quoque in Sepia magnum Sepium, in Loligine paruum gladiolum esse tradit, addens rationem his verbis. Nam id quoq; (inquit, Mollium genus) caret vesica: quantumq; terrenum maximè sit, in atramentum seceritur, & plurimum Sepiæ consistit, quoniam plurimum terrenæ materiæ habeat: argumeto est Sepium, quod tale, tantumq; sit. Meminit quoq; huius Sepij Athenæus *ὄσρακον* ipsum vocans: inquit enim *ἔχει σπεία τὸ λεγόμενον ὄσρακον ἐν τῶ νώτῳ*, id est habet Sepia in dorso, quod ostracum vocatur. Ut sic quoque appellat Dioscorides. Columella testum appellauit, nisi testam legere mauis, ut Ruellius legisse videretur, qui *ὄσρακον* in Dioscoride, vbi loquitur de Sepia testam trāstulit. quidam etiam corticem, & os vocant. Germani Fischbein, Belgæ Seefchuym. Vnum autem huius offis nobis declarat Aristoteles sic inquit. Habent Mollia quod piscium spinis proportionetur, ut Sepia quod Sepium vocant, Loligines quod gladiolum: Polypi nihil horuf-

L. de soler. anim.

Hif. 4. c. 1.

Μύτις quid.

Μύτις quid.

Απόσφαγμα.

Υπόσφαγμα.

Lib. de sens. &amp; sensato. Hif. 4. c. 1. Sepium.

De partib. 4. cap. 5.

ὄσρακον.

Li. 2. c. 23.

Vfus Sepij.



hil huiusmodi habent : quod eorum alveus breuior est , illorum procerior . Ideoq; vt dicitur, inflexusq; maneret, natura his adminiculis faciendum censuit . Os hoc exemptum è Sepiæ dorso, candidum est superiori parte, durum, ac læue; inferiori autem fungosa quadam medulla repletum, quæ & leuiter aspera, & ligni modò frequentibus venis distincta visitur. fungosum hoc supina parte natura esse voluit, ne facile immergatur, vt optimè censet Bellonius. Volaterranus, atrimentum Sepiæ, ineptè sepium vocauit. Sepijs quoq; & Polypis, teste Philosopho, venter similis est, tum figura, tum tactu. At ijs, quas Loligines appellamus, bina quidem conceptacula ventris speciem gerunt . Alibi etiam tradit vūluam ita Loligini, & Sepiæ articulata esse, vt bifida cernatur : cūm Polypus vterus specie rotunda, conglobataq; sit. Sepias quoq; aliquas in bina augeri cubita notum est ex eodem auctore. Et Plinius cūm de ingenti illo Polypo Carteiæ in Hispania capto dixisset ex Trebio Nigro, hæc subdit ex eodem scriptore: Sepias quoq; & Loligines eiusdem magnitudinis expulsas in litus illud, idem auctor est. In nostro mari Loligines quinūm cubitorum capiuntur, Sepiæ binūm. Damus hīc Sepiæ iconem pronam, & supinam partem exprimentem, ex Saluiano, qui eam omnium optimè expressit.

*De gener. cap. 8.*

*De gener. cap. 8.*

*Magnitudo.*

*Hist. 4. c. 1*

*Li. 9. c. 30.*

## LOCVS.

*De sanit. tuen.*

*De par. 4. cap. 5.*



EPIÆ Litoralem potius, quàm pelagicam vitam esse scribit Cardanus, sed tantum litoralem prodidit Aristoteles, ac maris cauernas incolere Oppianus. In summa marinum animal est Sepia, nec vsquam in dulci aqua nascitur, aut ad flumina è mari adnatat. Abundant in septentrionali Oceano, quod cuiuspiam mirum fortasse erit, quod cūm frigida, & exanguis sit Sepia, tam frigida degat aqua. Strabo duorum cubitorum Sepias circa Carteiam repertas tradit, vt Latina habet trāslatio; sed Græcus cōdex legit *τευδιδας*, idest Loligines, & similia duorum cubitorum in eo mari fieri. Diximus supra ex Plinio, quàm ingentis magnitudinis Sepiæ in litus circa Carteiam expulse fuerint. Bellon. maiorem Sepiarum copiam in Gallia, quàm in Italia esse testatur. Bartholomæus Scappus, qui de re coquinaria doctissimos libros Italico sermone composuit, in mari Adriatico maiorem esse Sepiarum copiam, quàm in Tyrrheno ait. Archesstratus plurimarum rerum cognitio-  
ne clarus canit:

*L. 3. c. 104*

*Σηπία δ' Ἀβδήροις τε Μαρωνεία τ' ἐπὶ Μίσην*

*In Abderis Sepia, ac in Media Maronea.*

Quibus versibus eas videtur extollere, quæ propè Abderas, & Maroniam capiuntur, tanquam ad cibū præstantissimas. In Ponto non est Sepia, cūm Loligo reperiatur, teste Plinio.

## VICTVS.

*Hi. 9. c. 37.*

*Hist. 8. c. 2.*

*Lib. 7.*

SEPIARVM victus est ex pisciculis, atque etiam è mugile, quem quandoque venatur longis promuscibus, vt prodit Aristoteles. Quin etiam maiores quandoq; pisces vincere alibi idem tradit. Athenæus pusillis, inquit, pisciculis aluntur Sepiolæ (*μυρπὰς σηπιάτ*) distentis suis promuscibus, veluti lineis piscatorijs, illos venātes.

## ÆTAS.

*Hi 5. c. 18.*

*Et h. 8. c. 37*

*L. 9. c. 30.*

*Lib. 7.*



IS quoq; vt Polypis angustum viuendi spacium natura concessit. Exempris enim paucis bimatam non completur, inquit Aristoteles: Vnde Plinius de Sepia, & Loligine locutus, neque his, inquit, bimatam longior vita. Et Athenæus, Ad bimatam Sepiæ vita non producitur, velut nec Polypus. Si historia, quam tradit Plinius de ingenti Polypo dolij magnitudine, longitudine pedum triginta vera perhibetur, inquit Mathiolus, nullum sequetur absurdum, quin Polypus & denis, & bis denis annis viuere possint. Quod etiam tum Sepijs, tum Loliginibus euenire posse non dubitarim, præsertim cūm eodē loco scripserit Plinius, Sepias, Loliginesq; eiusdem Polypus magnitudine Hispanico litore vndis expulsas esse repertas; Hæc Mathiolus. Cuius verbis; reclamationem Zoographus; Atqui




Sepia Saluiani fupina.





Vlysis Aldrouandi

Sepia Saluani prona.





A vitæ longitudo corporis magnitudinem non sequitur, vt in libello de vitæ longitudine indicat Aristoteles: cuius in hac parte autoritas conuelli à Mathiolo nō debuit. Certè nec in eodē genere, nec in diuersis, magna paruis comparata, simpliciter viuaciora dixeris. & cum inter miracula Polypitam grandes sint, nec in mediterraneo (de cuius maris piscibus Aristoteles scripsit) sed Oceano, quid inde de Polyporum viuacitate pronuncies absolutè? Hactenus Zoographus.

## C A P I E N D I R A T I O.



**A**UTHOR est Aristoteles Sepiam odore escarum allectatam capi. Ad Sepiam capiendam quedam conscripsi cum de Polypo ageremus. Tarentinus accipit salis ammoniaci drachmas sex, capræ drachmas duas, ad pis vituli drachmas sex; hac esca ferramenta, ad formam fabarum redacta, atque illita admouet, & spontè ad odorē progredi, seq; ipsas tradere Sepias asserit. Alia esca ex eodem. Facem vini sine qua, oleo contundito, ad lo-

His. 4. c. 8.

**B**cumque accedens mari ipsam iniicit. Sepiæ siquidem videntes, quod (sæx descendat, ac petat in unum) nigrum ipsum relinquent, atq; illuc se conferent, vbi oleum sese illis ostendit: easq; tunc comprehendito. Ad Sepiam capiendam, neq; nassæ, neq; retium insidijs opus est: sed amoris illecebris eam hoc modo, quo scripsit Oppianus, piscantur; qui interprete Lippio hæc canit:

Halien. 4.

*Non fortunata cæta Sepia carpitur igne,  
Quæ multa in pelago potuit vitare pericla,  
Tam non lina fugit non dense vimina septi  
Elicitunt illas piscantes equore toto  
Famineam appendunt pestem, ducuntq; per aestus.  
Postquam è conspectu vaga femina tracta per aquor  
Cernitur à maribus, subito amplectuntur amatam,  
Atq; volubilibus nodis, spirisq; rotati  
Implicitam ramis stringunt, cupiuntq; teneri.  
Ac veluti virgo fratrem, mitemq; parentem,  
Qui longè à patria fuerat iam tempore longo  
Incolumes cernens teneris complectitur vlnis.  
Ac veluti nuper iuueni formosa puella,  
Aurea quam vinclo vinxit Cytherea benigno  
Arrepta ad thalamum sponsi complexibus hæret  
Candida dilecto circundans brachia collo;  
Inq; rudi nodo consumit tempora noctis,  
Sic ista implicita Veneris nec munera relinquunt  
Tali connexa nodo, nec vincula soluunt.  
Donec piscator capiat, cymbæq; reponat.  
Connexaq; simul subeant crudelia fata.*

Nassis etiam vt capiantur sequentibus hisce docet versibus idem Poëta:

*His etiam nassis capiunt sub tempore verno,  
Nam curuum septum myrti de fronde coronant,  
Et iungunt virides frondes, quas horrida gignit  
Arbutus, atq; alijs folijs hoc vimen opacant  
Cum coitum cupiant, & dulces soluere partus  
In caueam properant, & strata fronde quiescunt,  
Sic amor expletur misera cum morte proteruis  
Pisces in siccam clausi ducuntur arenam.*

**D**Scribit Isidorus Sepiam dictam, quod facilè sepibus inclusa capiatur; Verra itaq; fortè erit hæc capiendi ratio, quamuis sit falsa etymologia. Massiliæ vidit Gillius ad hunc modum capi; Specula in lignum incisa ex chorda appensa in aquam piscautores demittunt, & sensim fluitantia trahunt: Sepia ad sui simulachrum se iaculatur, ac suis flagellis lignum circumplicans, dum se apparentem in speculo amatoriè intuetur, interea reticulo circumuenta subducitur. Eustathius scribit etiam aues coturnices laqueo ante speculum posito capi.



## SEXVS.

E

*Hif. 4. c. 1.*

**D**E Mollium sexu loquens Aristoteles, Cùm verò, inquit, mares in hoc genere à feminis differunt, tum vel maximè Sepiæ id probant. Mas enim pronus sui corporis nigriora supinis potius, partesque omnes asperiores habet, quàm femina, & lineis interuenientibus variis: caudam etiam acutior. Et alibi marem a femina internosci scribit, quòd mas varius magis, quàm femina, dorsoq; atriore est. Quod sic trāstulit Plinius: Sepiarum generis mares varij, nigriores, constantæq; maioris: nimirum in auxilio feminis ferendo. Traditum rursus a Philosopho est feminam intestina continere duo, veluti mammas, quæ si alio dissecta inspectes, facile videris; his marem omnino carere.

*Hi. 5. c. 12.**Athen. li. 7.**Li. 9. c. 29.*

## COITVS. PARTVS.

F

*Lib. 12. ca.**6. orig.**Hif. 5. c. 6.*

**N** cocundo, inquit Isidorus, obscœnum genus est, nam ore concipit sicut Vipera. Quod falsum est. Melius itaque Rondeletius, Sepias fistula coire, & parere existimat. A istis etiam hoc opinatus esse videtur, quum inquit: Sepiæ, ac Loligines ora applicantes, & brachia inter se componentes, natantesque in aduersum coeunt. Narem etiam dictam (*τὴν καλουμένην μυκτῆρα*) in narem inferunt, natatus alteri retrorsum, alteri anteversus in os

*Li. 9. c. 31.**Non coire**re.*

agitur. pariunt ea sui corporis parte, quæ fistula dicitur, qua & coire eas nonnulli arbitrantur. Quæ sic transcripsit Plinius: Sepiæ, & Loligines linguis, componentes inter se brachia, & in contrarium natantes: ore & pariunt. Neq; eas linguis coire (vix Plinius sentire videtur, de coitu enim ibidem tractat) neq; ore parere (et idem expressè testatur) Aristoteles prodidit, rationi uè consonum est, inquit Salutanus. Quod enim, Aristotele auctore, non ore, sed fistula pariāt, clarè adeo patet ex proximis eius citatis verbis, ut non sit opus probatione. Quod verò neq; ore, vel linguis, ut loquitur Plinius, eas coire assenerat, clarum etiam est.

*Lib. 1. de**gen. cap. 15**G. 2. error*

Nam etsi inquit Sepias coeunt inuicem ora admouere, & applicatæ: non propterea eas oribus coire testatur. Nec est ut pro descendendo Plinio alium Aristotelis locum adducamus, in quo legitur: Mollia, enixu cōplexuq; mutuo brachio. ū coeunt, sic. n. coniūgi necessesse est: quando Theodori huius loci interpretatio, & non Aristotelis sententia pro Plinio pugnet: Scribit enim Aristoteles, *τα δὲ μαλακία συμπλεκταί μὲν κατὰ τὸ σῆμα, ἀντιδείροντα καὶ διαπίσσοιτα τὰς πλεκτῆνας, συμπλεκταί δὲ τὸν τροχὸν τοῦτον ἐξ ἀναγκῆς*: hoc est Mollia autem complicantur ore, tenixu complexuq; mutuo brachio: ū complicantur autem hoc modo ex necessitate. & non ut vertit Theodorus, Mollia ore coeunt. Athenæus superioris loci Aristotelis sic etiam meminit. Idem (inquit) Aristoteles lib. quinto de animalibus auctor est, Sepias, & Loligines coire amplexas inter se corpora, adaptantesq; mutuo ex aduerso narem (*μυκτῆρα*) & brachia. Oua autem concipiunt, quæ qualia nam sint, Philosophus exponit his verbis: Sepiæ alueus bipartitus est, ova candidantia, grandia similia complectens per multa. Et rursus alibi, Sepijs ova gemina apparent, quoniam vulua earum ita articulata est, ut bifida ceruatur. Sepiarum ova qualia è mari eiciuntur, ex Rondeletio hinc adproximus. Nostri inquit racemum marinum vocant, à similitudine racemi vuae vitis, quem ab vua Plinij multum differre existimo. Est enim Plinij vua florenti vuae similis, ut suo loco declarabimus. hinc ova sunt dumtaxat, florenti vuae nullo modo similia. Hactenus Rondeletius. De ouis autem Sepiarum rursus hæc Aristoteles. Sepiæ ova edunt similia myrti baccis magnis, & nigris: atramentum enim superfundunt, coherent inter se omnia ad speciem racemi, vni cuiusdam nexui obducta, nec facile alterum ab altero detrahi potest. Mas enim humorem quendam emittit, cuius lentore sibi adhærescunt, & au-

*Lib. 7.**Hif. 4. c. 1.**Oua qua-**lia.**De par. 3.**cap. 8.**H. 5. c. 18.*

gescunt. Cùm primùm edita, candida sunt, atq; exigua, mox atramento perfusa, nigra, maioraq; redduntur. Tenipus autem, & modum partus idem auctor his verbis declarat. Mollia verno tempore pariunt, & Sepia in primis. parit hæc omnibus anni temporibus: perseveratq; in edendo ouorum numero dies quindecim. Et alio loco: Ferunt vterum Sepiæ verno tempore, pariunt intra diem decimum quintum. Ex quo liquet manifestissimè errorem in codicibus Athenæi, hæc eadem Aristotelis verba citans, irrepisse. Nam inquit, *τῶν δὲ μαλακίων τίπτουσι πρῶται τοῦ ἔαρος αἰσπίαι, καὶ οὐ κύνουσι πᾶσαν ὥραν, καὶ μίσθονται πέντε*

*Quo tempo-**re pariant.**Hi. 5. c. 12.**Hi. 5. c. 18.**Athen. cor-**re. 2. 15.*

*καὶ δεκα*



## Oua Sepiarum.



**A** καὶ δέκα ἡμέρας, idest, Mollium autem Sepiæ Primo vere pariunt: & non concipiunt omnibus temporibus, pariuntq; per quindecim dies. Expungenda igitur negatiua particula ου ceu perperam inserta. Idem confirmat Plinius, qui Sepiam omnibus mensibus parere scripsit. Locum præterea quo pariunt, indicat Aristoteles dicens: Sepia parit iuxta terram inter algas, & arundines, & si quod aggestum tale iniectum sit, vt sarmenta, aut lapides, aut quælibet alia materiei congeries. Et quidem piscatores de industria fasces sarmentorum disponunt. Hæc perlibenter in eis loculamentis parit, prolixam illam, continentemque seriem ouorum, qualis cirrimuliebris species est. Et rursus: vbi de cartilagineis Locustæ marinæ appendicibus esset locutus: Partus enim, inquit, in ijs recipitur, vt

**B** Sepiarum sarmentis, & qualibet colluuiione collocatur. Vnde hæc Plinius: Sepia in tereno parit inter arundines, & sicubi enata alga: excludit quintodecimo die. Sed hoc mirū, quòd eodem capite dicat Plinius, Lorigines in alto conferta oua edere, vt Sepias, cum Sepias littoralem non pelagicam vitam traducere constet. Nisi ita hic locus interpretandus sit, vt videatur dicere, Lorigines conferta oua edere, vt Sepias. Porro modus pariendi eis hic est, vt prodit Philosophus. Emititur alium per interualla reprimens, inspergitque atramentū, interposita quiete, vt potè cum non nisi cum labore emittat. Præterea vt idem ait: Mas Sepia oua quæ foemina ediderit, persequitur, suum semen aspergens: quod vel in reliquis eiusdem generis fieri ratio est. Idem alibi: Mas, inquit, humorem quendam mucotis mittit, cuius lentore tenaciter oua sibi cohærescunt, ac crescunt. Etiam hæc, & cum primū edita candida sunt, atque exigua: mox atramento perfusa nigra, maioraq; redduntur: Et alio in loco: Quoties autem, inquit, ederit (fæmina) mas è vestigio sequens, atramentum ouis superinfundit, atque ita efficitur vt solidescant. Sed non satis hunc locum Gazam affecutum esse Rondeletius putat. Græca autem verba hæc sunt: Ὅταν δὲ ἡ σπηρία ἐπιπένη τὰ ὠὰ, ὁ ἄρρῖλυ παρακολουθῶν καταφυσᾷ τὸν θόλον, καὶ γίνεται σιρρά. Huius mæ-

**D** læ cōuersionis, inquit Rondeletius, occasionem dedit dictio temerè adiecta τὸν θόλον post καταφυσᾷ, quam delendam esse conuincit Plinius, qui Aristotelis locum sic interpretatus est. Oua eius (Sepiæ) glutino atramenti ad speciem vix coherentia, masculus prosequitur afflatu, aliàs sterilesunt. Vides hic Plinium pro καταφυσᾷ prosequi afflatu reddidisse. His accedit Athenæi authoritas locum Aristotelis citantis. Ὅταν δὲ τεκῶσι σπηρία τὰ ὠὰ, ὁ ἄρρῖλυ παρακολουθῶν καταφυσᾷ καὶ σιρρά. Vides hic τοῦ θόλου mentionem nullam factam. Postremò non mas, sed femina, vt prius ex Aristotele perspicuum fuit, ouis atramentum aspergit. Hæc tenus Rondeletius. Verùm Zoographus, & Saluianus non θόλον, sed vna mutata littera θόρον, idest genituram, legunt. Verbum quidem σιρρά, inquit Zoographus, quod apud Athenæum legitur, in vsu non est: & apparet hunc Athenæi locum esse murilum, vt in multis alijs. Plinij etiā interpretatio: Masculus persequitur afflatu &c. non tanti est quin Aristotelem ipsum suis alibi verbis sese interpretantem ei præferamus. καταφυσᾷ verbum si absolutè proferas, spiritum, & aërem contra aliquid emittere significat:

Li. 9. c. 51.

H. 5. c. 18.

H. 5. c. 17.

Li. 9. c. 51.

Plinij loc<sup>o</sup>  
explicatus  
Quomodo  
pariant.

H. 5. c. 52.

H. 5. c. 18.

H. 5. c. 12.

Li. 9. c. 51.

Aristoteles  
correctus.Athenæi lo-  
cus nota?



car: at pisces in aqua quomodo anhelare, aut spirare aërem possunt? Nam vt Rondeletio donemus pisces propriè dictos spirare, Mollia tam è, & ex anguia non spirabunt, at si accusarium addas, aliud quippiam cum spiritu, vel tanquam cum spiritu emittere significat, idem scilicet quod καταρραίνειν, idest aspergere: vel καταφείναι, idest contra aliquid emittere. Mas igitur Sepia τῶν ὠδῶν καταφυσᾷ τὸν θόρον, humore genitali suo oua conspergit, genituramq; eis affundit. Nam & lib. 3. cap. 7. de gener. anim. Aristoteles piscium omniū oua, nisi mares semen suum aspererint (ἀπορραίνειν τὸν θόρον dicit, vel ἐπιρραίνειν) augeri & vitalia esse negat. Et mox sequenti capite: τὰ μὲν ὄντων παραβῶδη τὰ θήλια, πρὸς αὐτὰ ποιεῖται τὸν τόκον: τὰ δὲ μαλακία ἔξω. καὶ τοῖς μὲν θήλεσι (malim κυημασι) τῶν μαλακίων ἐπιρραίνει (subauditur τὸν θόρον, ex precedenti capite) ὁ ἄρρῶν κατὰ περὶ ἄρρῶντες ἰχθύες τοῖς ὠοῖς: καὶ γίγνεται (supple το κυημα) συνεχῆς καὶ κολλῶδες. hic συνεχῆς καὶ κολλῶδες dixit, quod libro quinto historiae σιφρών. Rullus hist. 5. c. 18. caussam reddens, cur oua illa inter se racematim cohæreant, sic scribit: Αἰθίνοι γὰρ ὁ ἄρρῶν ὑγρότητα τῶν μυσῶδῶν, οὐτὴ γλυχρότητι παρέωεται καὶ ἀυξάνεται. Astipulatur sententiæ nostræ vetus translatio, quam author de naturis rerum recitat, his verbis: Sepia fœmina cum ouat, mas eam sequitur, & supra oua semen insufflat, vt viuificentur. Item VVottoni: Quoties ediderit oua, mas è vestigio sequens humorem foeticum ouis superfundit, atq; ita efficitur vt solidescant. Hæc Zoographus. Cæterum sunt Sepiarum oua racematim compacta, & tanquam à pediculo dependentia, oblonga, initio bacce myrti, tandem, si maris semen contigerint, auellane nucis magnitudine, folliculo vel membranula contecta, cohærentia, foris effuso atramento nigra, intus alba. Quæ ibi continentur oculorum humoribus similia sunt, vti tradit Rondeletius. Primum enim aqueus, & tenuis humor effluit, mox alius priore crassior, tertius veluti crystallinus. Vbi hæc oua Sepia peperit, & semine maris aspersa sunt, ijs incubat diligentius quam cætera Mollia, vt his verbis testatum reliquit Aristoteles: Cum genus omne crustatum sibi iuncta contineat oua, & sic foueat, Polypus, & Sepiæ, & reliqua eius generis eiusdem oua quæ pepererint, absoluta fouent, & præcipuè Sepia: quippe cuius sepenumero alueus iuxta terram, dum hoc facit, appareat. Et vt idem author est: Mox oua edita Sepiæ crassitudinem acinorum vix minorum intra diem decimumquintum capiunt. Quæ (si prius prole iam perfecta absciderit oui membranam) stercusculum mittunt, suumq; præ metu colorem mutant ex candicante in rubrusculum. Vnde dixit Plinius. Excludit Sepia decimoquinto die. Prodeunt autem ex singulis Sepiarum ouis singulæ Sepiolæ, teste Philosopho. Sed quomodo prodeant, idem declarat his verbis. Cum Sepiola iam intus constiterit, videlicet tota ex candido oui interno concrefcens, tum rupta oui membranula proles exit: primum pars illa interior candida veluti grando consistit, cum fœmina suum atramentum asperferit. Nascitur enim Sepiola ex ipso candicante corpusculo versa in caput, modo auium ventre annexo. Sed qualisnam sit in his annexus vmbilici, nondum exploratum habemus. Constat tamen candidum illud subinde diminui; dum Sepiola augetur, & ad postremum, vt luteum auibus, sic candidum his aboleri. Primum oculi grandes in his quoque, perinde ac in cæteris apparent. Sit ouum a. b. c. oculi: d Sepiola ipsa: e hoc ipsum. Niphus posteriora verba hæc sic legit. Sit a ouum: b c. oculi: d Sepiola ipsa, ita vt verba hæc τὸ δὲ ἐφ' οὗ τὸ ε abundent. Saluianus autem sic. Sit a ouum: b c. oculi, d Sepiola: e hoc ipsum. Adhæret autem teste eodem Philosopho, oua Sepiæ nascens parte sui priorè: hac enim tantum potest adhærere, cum hæc vna partè posteriorè, & priorè eodem modo habeat. Postremò vbi, inquit, Philosophus: Patiunt intra diem decimumquintum, ἀποτίκτουσι ἐν ἡμέραις τε, aliqui vertunt, perseverare eas in edendis: ouis, siue in partu dies quindecim: quod an magis conueniat, an à conceptu potius ad partum vsq; tot dies numerari, considerandum.

## MORES. INGENIVM.

H. 5. c. 12.

Hif. 9. c. 1.

Li. 9. c. 29.

Fœmina

mares au-

xiliantur.

H. 9. c. 37.



ONIVGATIM mas cum fœmina incedere solet, inquit Philosophus. Et alibi, cum Sepia, inquit, icta est tridente, mas fœminam adiuuat, fœmina mare percusso fugam arripit. Eadem sic Plinius: Percussæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Confirmat idem Athenæus inquiring: Ajunt quoq; fœminæ tridente percussæ, accaptæ mares auxiliari eam in aduersum retrahentes: maribus autem captis in fugam fœminas se conijcere. Testatur Aristoteles Mollium omnium astutissimam esse Sepiam. Nam

Ouorū exa  
Et a descri-  
ptio.

Incubatio.

H. 5. c. 18.

Ibidem.

Li. 9. c. 51.

H. 5. c. 18.

De gener.

3. cap. 8.



A Nam sola, inquit, hæc suo vitur atramento, non modo cum meruit, (nam dixerat antea inter omnia Mollia Sepiam præcipuè præ metu atramentum suum effundere) verum etiã abscondendi causa. Polyplus atq; Loligo atramentum præ metu mittunt: Cæterum Sæpiæ, vt dixi, sæpe & sine pauore suo vitur atramento ad se occultandam, & cum progressa paululum se ostenderint, redit in atramentum. Idem confirmat vetus poeta Nicander, qui cum scripsisset Leporem marinum sordidatum, dum recens in lucem editus est, Loliginis inferri subtilibus comis, perinde ac si proles esset Loliginis, aut σιπιαδος φυζήλιδος; idest Sepiæ fugitiuæ, causam cur fugitiuam appellauit addit:

Hist. 4. c. 1.

In Alexipharm.

Οἶδμα χολῆν δολβέντα (δολοῦσαν) μαθούσ' ἀγρώσορος ὀρμῶν. idest.   
 qua obfuscat   
 Fluctus sua nigredine dolosum animaduertens piscatoris impetum.

De eodem astu sic meminit Ouidius;

Sepia tarda fuga; tenui cum forte sub vnda   
 Deprehensa est. iam iamq; manus timet illa rapaces   
 Inficiens æquor, nigrum mouet illa cruorem,   
 Avertitq; vices oculos frustra sequentes.

In Halien.

B Vnde & Plinius ait: Ambo autem (mas scilicet, & foemina Sepia, de ijs enim loquitur) vbi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est infuscat, aqua absconduntur. De eadem quoque astutia hæc Ælianus: Cum se à peritis piscatoribus captari cognoscit Sepia, suum atramentum emitrit, quo circumfusa, ab oculis piscantium remoueatur, eorumq; perstringit oculos: piscatores verò cum sit in eorum oculis, nil tale vident. Sic Ænea tenebris circumsepto fefellit Achillem Neptunus, vt ait Homerus. Nec dissimilia ab his sunt quæ scribit Plutarchus: Cum autem, inquit, multa præterea sint prudentiæ in præcauendis, & effugiendis insidijs exempla, Sepiæ artem præterire non conuenit. Vesicam enim iuxta collum habens plenam atro humore (Tholus is vocatur) vbi deprehenditur, hunc effundit foras, tenebrasq; circa se efficit mari infecto, vt piscatoris conspectum subterfugere possit: imitans deos Homericos, qui quos saluos volunt, coerulea sæpenumeto nube obiecta eripiunt, atq; suffurantur. Hæc sic ab Oppiano canuntur Lippio interprete.

Li. 9. c. 29.

De anima. I. cap. 34.

Lib. soler. de animal.

C Quin & natina facunda est Sepia fraude.   
 Est liquor in tumida concretus turbidus aluo,   
 Qui fuscus piceam superat caligine massam.   
 Conditus hic humor nutritur corpore, præsens   
 Auxilium misera: subita formidine capta,   
 Atras emitit guttas, & polluit æquor,   
 Obscuratq; vias ponti tenebrosa cruore   
 Permixto sanies; piscantis lumina turbans   
 Avertit visum, & prospectum surripit omnem.   
 Hac facili cursu per tinctas aquoris undas   
 Effugit horrendos pisces; hominemq; sagacem.



Philes quoq; recens autor de astutia Sepiæ hos reliquit Iambos.   
 Πανούργος ἐστὶ τῶν φύσιν ἢ σπῶνιαν.   
 Τῶν ἀλίεων κλέπτουσα τῶν κακουργίαν.   
 Εἰς ῥέθρα γὰρ τ' ἐμει μίλαν ὑπόσφυμαίτι   
 Καὶ λαμβανει τῶν ὄψιν ἐνδύσα γνόφον,   
 Καὶ τέρπειται θηρῶσα τῶν σωτηρίαν.

D Quos sic transtulit Gregorius Berlmannus Anebergensis:   
 Est versipellis Sepiæ, & vafra indoles   
 Piscantium qua callidè eludit dolos.   
 Atrum cruorem nam vomens, pontum inficit.   
 Caliginemq; induta visus eripit,   
 Partaq; sic onat salutis copia.

Postremò Athenæus quoq; idem aduertit sic inquiring: Persequente piscatore suum atramentum effundit Sepia, autorsum profugere se simulans. Porro vt admodum astutè suo atramento vitur, sic etiam prudentissimè promuscibus: his enim non solum pisciculos, sed & mugiles etiam venatur; Vnde Oppianus.

Lib. 7.

Callida



*Callida furivam meditatatur Sepia prædam*

*Nam tenues molli surgunt de vertice ramæ*

*Extenti tanquam funes, quibus ipsa natantes*

*Pisciculos, tactis veluti capiuntur ab hamis,*

*Pendens à fulva cautè deprehendit arena.*

*Hist. 4. c.  
1. & de par  
4. cap. 9.  
Li. 9. c. 29.  
Lib. 7.*

Et Athenæus: Paruæ autem, inquit, Sepiæ nutriuntur tenuibus pisciculis, quos promuscibus, seu piscatorio funiculo venantur. Plinius comprobat hæc Plutarchus, de piscatoria Sepiæ arte sic loquens: A collo suo demittit acetabulum instar funiculi, quo hamus dependet, & quod laxatum longè emitti, & facillimè retrahi potest. Id pisciculis quos propè se videt, mordendum exhibet, paulatimque in se retrahens fraude ad se prædam adducit, dum ore contingere possit. Porro, teste Aristotele, ijs prætenturis quoties tempestates vrgent, ad saxa aliqua adhærentes Sepiæ, se veluti anchoris iactis stabiliunt. Quæ ita vertit Plinius: Sepiæ, & Loligini pedes duo ex his longissimi, & asperi; quibus in fluctibus se velut anchoris stabiliunt. Athenæus ait: Cùm sævit tempestas, Sepiam aiunt præhensis minoribus saxis utraque sua promuscide, veluti anchora stabilitam quiescere. Idem testatur Ælianus: Sepiæ, inquit, duabus sunt tanquam promuscibus præditæ, quibus ad saxa cùm est in mari tempestas, adhærescunt, & tanquam anchoris iactis firmatæ, fluctuum incurSIONIBUS resistunt. Post cùm est tranquillitas, solutis promuscibus, rursus natant: non contemnendam scientiam tenentes vitandi sanè tempestates, atque ex periculis salutem conseruandi. Quæ sic Oppianus cecinit.

*Halicent. 2.*

*Si tumidi magno tollantur in equore fluctus,*

*Hærebit proprijs scopulis deuinctæ a flagellis,*

*Natiuos dura connectet caute rudentes.*

*H. 9. c. 37.*

Posteaquam Aristoteles Polypum coloris mutatione pisces venari dixisset, subdit hæc: Sunt qui Sepiam facere hoc idem autument: colorem namq; eam sibi contrahere similem loco, in quo versatur, confirmant. sed piscium sola Squatina ita affici solet. Ex quibus verbis nihil certo statuere possumus. Gyllius, & Bellonius audacter, Sepiam quemadmodum Polypum colorem, mutare aiunt.

## DE NOMINATA.

*Sepedones.*



EPEDONAS Græci non à Sepia inflectunt, sed vlcera intelligunt eo nomine putrescentia. Sepiussam Doridisinsulam in Ceranico sinu, teste Plinio, sic dictam à Sepijs conijcit Hermolaus Barbarus. Sepiæ paruæ Græcis Σηπίδια dicuntur, Latinis Sepiolæ, vt Samonico, Q. Sereno, & Plauto:

*In Casina.*

————— *Emito Sepiolas lepidas.*

Σηπίδια nominant apud Athenæum Alexis, Antiphanes, Eubulus, & Aristophanes in Thesmophorijs. Dorton σαπίδια inter hepsetos, hoc est, inter pisciculos minutos, elixari solitos numerat. Legitur & σηπίδιον (cum Teutidio, & Polypodio) apud Athenæum in Philoxeno: quam vocem mutilatam putat Zoographus, & legendum σηπίδιον. Σηπίδαριον apud Phyllium, vel Phrynium, vt author est Athenæus. Σηπίδιον, Σηπίδαρια exponit Pollux. Sepaceus adiectiuum, quo vtitur Iulius Cæsar Scaliger, puto à Sepia deriuari. Σηπίαλλις species est vitis Varrino.

*In Aiba.*

## MORALIA.

*Hæretici.  
Lib. 2. ad  
uers. Marc.*



TITVR Sepia atramento, vt suæ consulat saluti: at homo vafer, veluti hæreticus, atramento veritatem obfuscat: cùm enim conuinci se animaduertit, nebulas, nugasq; ac tenebras offundit, ne victus videatur. Sic elegãter, & appositè Tertullianus hæreticos Marcionitas Sepijs comparat. Nam veluti hæ vbi sensere se apprehendi, effuso atramento, aquam turbant, atq; ita absconduntur: Eodem modo illi, vbi succumbunt in ea disputandi palæstra, hæc est, cùm erroris arguuntur, conuincunturq; tenebris ceu Sepiæ atramento obiectis disputationi sese eripiunt. Atticus Philosophus non inelegans Platonis propugnator faceret dicebat, Aristotelem in suis scriptis facere, quod facit in mari Sepia; vt enim



A enim hæc sparso sub oculos, manumque piscatoris suo succo elabatur; ita ille depræhendi metuens, sententias de industria obscuritatibus obfuscet. Potest & per ipsam Sepiam intelligi diabolus, per eius verò atramentum deliciae, atque diuitiæ. Vt enim illa nobis atramentum suppeditat, quod lucernæ immixtum facit, ut homines nigri appareant, amoto priori lumine; ita etiam diabolus deliciarum cupiditates, atque diuitias, & voluptates nostris instillans cordibus, nigros hoc est pessimos nos reddit, & inquietos, amoto vero Dei lumine, ac amore. Rursus ut Sepia inter alios, duos longos habet pedes, quibus cibum ad os transmittit, & quibus in fluctibus se tanquam anchoris stabilit; tempestatem aduertendo; sic cum multos habeamus affectus, & desideria duobus inter cætera opus est, scilicet amore Dei, & proximi, qui semper longi esse debent, ut istis mediantibus cibum diuinæ gratiæ, & gloriæ possimus demere; & nos in huius mundi fluctibus fortiter stabilire. Amor enim Dei, & proximi anchora est, hominem contra fluctus tentationum, ac tribulationum confirmans: quia pro certo nullus stabilis in fide, & moribus efficitur, nisi in amore Dei, & proximi confirmetur. Vnde Ecclesiastes: *Esse firmus in veritate domini.* Sepia vltima meretricem quoque denotat, & prostituta pudicitia mulierem. Vt enim ad vltimam Sepiam pisces

Diabolus.

Cap. 5.

Meretrix.

B accurunt, & sic à piscatoribus capiuntur, sic ad illam luxuriosi, & molles, odore hoc est, impudicitia allecati, demonum retribus se retrahunt dicentes. In odore unguentorum tuorum curremus, nimirum ad perditionem.

## HIEROGLYPHICA.



D verò, inquit Pierius Valerianus, præcipuum super Sepia significatum apud Ægyptios Sacerdotes erat, ut per eam significaretur hominem, qui multa pulchra, & magna pollicitus, daturus omnino speciosa virtutis exempla videbatur, & per summam inde ignominiam scelerè lapsus, omnium fefellerit expectationem: ea enim cum spectandam se venatoribus præbuerit, simulatque in se aciem instrui conspexerit, & classicum cant,

Hieroglyph.

lib. 8.

pulchra incæpta turpiter cedentia.

atramentum in aquas euomit, quibus infectis, dempta que ita venatoribus congregiendi copia, elabatur. Quod si inter fugiendum acciderit, ut aperto iterum campo depræhenda-

C tur, statim in effutam atramenti nubem se recipit, atque ita sapius, ac identidem frustratur venatoris spem, nulla sui facta copia, ut depræhendi possit: idque non in congressu tantum facit, sed plerumque etiam ludendi studio quodam, atque etiam insidiandi. Sumptum hoc Hieroglyphicum est ex Horo. Sepia se tutim subducens periculum denotat apud Ægy-

L. 2. c. 110.

Perculū.

ptios, teste Coelio Calcagnino. Huiusmodi verò occultationis causa confictum à Græcis credit Pierius, Therim in Sepiam commutat solitum, dum, vel eiuderet, vel serio fugigaret Pelea illam sequentem. Ita denique hominem, qui multis simulationum inuolucris tegeretur, essetque occultæ, multiplicisque naturæ, prætam Sepiam notabant. Alij mendacium ex hoc figmento intelligi volunt, propterea quòd Grammaticus Triphon ait, ἐν τοῖς

Homo occulte natura.

ἰχθυοῖς μέρεσι μελαίνεται ἢ ἀμαυροῦται, in extremis quippe partibus nigrescit, & obscuratur. Sed hæc propriè ad melanurum piscem pertinent, quam quidam ineptè cum Sepia confundunt. Cæterum literas sacras cum Ægyptij significare vellent, iuncum, cribrum, & Sepiam ponebant. Iuncum autem, quia eo pro calamo utebantur, Sepiam verò, quòd eius ad scribendum atramento uterentur, ut scribit Pierius. Quanquam etiam hinc per Sepiam atramentariam thecam significari posse putet, cum apud Persum pro ea ponatur,

Litera Ægyptiaca.

Dum canit.

*Nigra quod infusa, vanescit Sepia lymphæ.*

Nos tamen pro atramento ipso hic poni supra probauimus. Sanè Græci atramentum σπηροτικόν appellat. Cribrum autem sub Sepia ponere ideo commenti sunt, quia ea prima sunt arma, quibus in pane conficiendo utimur, atque id apud Ægyptios ex iunco contexi solitum. Admonebant autem ea cribri cœlaturâ ita iunco, & Sepiæ subiecta, cum

qui victui necessaria comparasset, literis dare operam posse: cui verò desit prouisæ frugis in annum copia, alij dedatur arti, aliamque sequatur industriam necesse esse. Sunt etiam, qui amorem conjugalem in vito firmum, in famina lubricum significare si vellent, Sepiâ

Amor conjugalis.

tridente confossam pro huiusmodi rei Hieroglyphico faciant, propterea quòd Sepia femina si percussa fuerit, mas auxilium adferat, quòd si mas percutiatur, femina aufugiat.





**T**HETIS mater Achillis infantem igne fouit, interdiu situm ambrosia, sic demum illi conciliatura immortalitatem. Id quod aduertens Peleus altius inclamauit. Inde ad Nereides digressa narratur Thetis, cui alioqui fuit insitum, formam demutare. Quin & cum ea coisse primum creditur Peleus in Sepie sp̄ciem conformata. Euripides Pelea cum Thetide semel coisse tradit, idq; in Sepiade promontorio, quod in Magnesia stauit Plinius. Meminit huius fabule Iohannes Tzerzes, his versibus.

Φασί τιν' Θέτιν φεύγουσαν Πήλεος σιωουσίαν  
 Πρὸς πῦρ πρὸς ὕδωρ τρέπεσθαι, πρὸς φύσιν τῶν θηρίων.

Πρὸς δὲ σιπτίας πῶποτε μορφῶν μεταβαλῶσαν,  
 Πηλεὺς αὐτὴν κατερχεῖται, καὶ γὰρ μωσυεζύγη.

Τὸ δ' ἀλληγορικώτερον τοῦ τοιοῦτοῦ ἀξίουσα,  
 Κατὰ πῦρὸς τρέπετο πεισεῖν, καὶ κατ' ὕδατων

Κὰν τοῖς δυσβατοῖς ὄρσει βορὰ θηρῶν γίνεσθαι.

Τέλος αὐτὴν κατέχρηεν ἐν σκοτῶν κρυπτομένῳ,  
 Ὡστερ σιπτίαν τῷ θόλῳ τοῦ μέλανος κρύβεισαν.

Εἴτε καὶ παρὰ θαλάσσαν ἐκφεύγουσαν ἐκ εἶνον,  
 Ὡς Ευρυπίδης γέγραπεν ἐν Ἀνδρομάχῃ τοῦτο.

*Aiumi Thetim fugientem Pelei congressam,  
 In ignem, in aquam verti, in naturam ferarum.*

*Inq; Sepia aliquando formam conuersam,  
 Peleus ipsam detinuit, & nuptijs coniunctus est,*

*Magis autem allegoricè: hunc non dignata,  
 In ignem vertebatur, ut caderet, & in aquas,*

*Etiam inaccesses montibus esca bestijs ut fieret,  
 Postremò ipsam detinuit in tenebris absconsam,*

*Quemaamodum Sepiam, atramento nigro absconditam,  
 Sive iuxta mare effugientem illum,*

*Ut Euripides scribit in Andromache illud.*

### PROVERBIA.



**V**LTV mutabilis albus, & ater, Horatius. Quo in loco Porphyrio Grammaticus annotat prouerbiali figura dictum, albus, & ater, & pro eo, quod est bonus, & malus: & Horatium, album, ad liberalem, aut lætum reddidisse: atrum ad fordidum, & ærumnosum. Huc festiuiter alludit Matrona apud Athenæum de Sepia loquens.

lib.4.

Ἡ μόνη ἰχθύς ἐοῦσα τῷ λευκῷ καὶ μέλαν ὀϊδὲ, id est.  
 Quæ cum sit piscis, sola album nouit, & atrum.

Est enim, inquit adagiorum author, Sepia colore albo, sed succum habet atrum, quem spargit in meru, ne deprehendatur.

*Et nigrum niueo portans in corpore virus.*

de Sepia videtur pronunciaffe Ouidius in fragmento, quod Halieuticon inscribitur. nam H sequens versus deest. *Perca sequitur Sepiam.* Ἐπιταί μέρη μελανούρη. hinc malè vertit adagiorum author pro Melanuros Sepiam.

### EPITHETA.



**S**EPIA propter dolos, quos machinatur piscibus, dum eos venatur, δολόφρων, δολόμητις, dicitur Oppiano: καρδαλέα siue audax, quòd maiores quandoq; pisces aggredi audeat, ac mas faminae à tridente percussæ auxiliari in hominum conspectu. ταγλις ας σηπίας nominat Eubulus, quòd in sartagine coqui solita sint. Nicander φοξήλιδα fugitiuam, quòd sparsa atramento manum captantis effugiat. Ob atramentum nigrum dicitur furua apud Gyraldum. tarda fugæ apud Ouidium.



V S V S I N C I B I S .



QVAMVIS Pythagoras Sepia vesci prohibebat suis, non tamen ob id ceteri abstinerunt. Nam cum amphidromia olim celebrabantur, moenas cum Sepijs mollire, & plurimos cirros diligenter stringere assolent, ut loquitur apud Athenæum Eubulus. Aristophanes in Thesmophoriazulis.

Quando darentur.

Ἰχθὺς ἐώντιαί τις ἢ σπηρίων. idest.

Emptus est piscis aliquis, vel Sepiola.

Et Theopompus in Venere.

Ἀλλ' ἐτραγε πλεῖσθαι πλεῖσθαι διαλαβεῦσθαι (διαλαβὼν legit Natalis Comes) καὶ τοῦτο πολυπόδιον, vertit Dalechampius.

Sepiam, & qua exiguum Polypum hunc interceptit, arode.

Et nunc quoque in omnibus Italiae piscarijs venales habentur, ijs inquam, in quibus marini veneunt pisces, non alia, quam cibi gratia; Quamvis alioqui ganeones, ac delicatuli Sepiam aspernentur, & pauperculis relinquunt, nam insipida est, nisi optimè præparetur, condiatur, coquaturque nam sic grata, sapidaq; efficitur. Duplex autem eam coquendi modus est: aut enim assatur, aut elixatur: Idque tum recens, tum asservata. Nam Galli Sepias exiccant, non aliter quam Græci Polypos. Miror certè cur recentes nullius in Oceano sint pretij, ut scribit Bellonius, cum à coquis, inueteratis, aut sale conditis præferantur. Sed fortè id ideò fit, quòd cibi fastidium recentes adhuc pariant, & salitæ ieiunia verna egregiè solentur. Sunt autem Sepiæ aliæ maiores, aliæ minores: Mores sale conservantur in Illyride, indeq; Venetias deferuntur, uti, & Genua Mediolanum. Auicenna, inquit, Rubien (aliqui Sepiam interpretantur) est conveniens cibus: qui tamen salus & inueteratus atram bilem gignit, Venerem promouet. Simeon Sethi Sepiam difficile concoqui, parumq; in se continere succi falsi ait, quòd si tamen concoquatur, non parum Cnucrimenti corpori id ferre. Caterum quia crudos procreat humores (ut supra ex Galeno in genere de Mollibus scripsimus) oportet eam condimentis acrioribus conditam esse, vinumque vetus, & tenue superbibere. Venetijs, & Romæ omni tempore habentur, sed optimæ putantur mensibus Ianuatio, Februatio, & Martio. Præstant autem cum sunt gravidæ, teste Aristotele. Elixantur magna ex parte, assisque præferuntur, uti fortè, & apud priscos. Nam elixatum mentionem facit Alexandrides in Protesilaos, ubi symposium nuptiarum Iphicratis, qui Cotys regis Thracum filiam ducebat, describit, nulla assarum mentione facta. Quo autem modo sint elixandæ Alexis ἐν Πονήρῳ docet, inducto coquo hæc loquente.

Hist. 3. cap. vli

σπηρίαί πόσου  
Δράχμης μίας τρεῖς. τῶν δὲ τὰς μὲν ὀλεπτάνας,  
καὶ τὰ πτερύγια σαυτεμῶν ἐφθα ποῶ.

Τὸ δ' ἄλλοσῶμα κατατεμῶν πολλοὺς κύβους  
Σηπίας τε λεπτοῖς ἀλοι δειπνοῦντων ἀμυ  
Ἐπὶ τὸ πηγανὸν σίζων ἐπεισιῶν φέρω. idest.

D A. Sepia quatuor B. vna drachma

Tres. A. harum brachia

Es pinnas accipe, dissectasq; elixa;

Corpus reliquum in quadrata frustra multa discinde,

Triso sale perfrica, & canare statim ac inceperint,

Accedens, è stridente serpagine nobis offer.

Nam in fartagine coquebant olim, ac elixabant, vnde Eubulus τὰ γλυκιστὰς σπηρίας νομι-  
νᾶτ. Eis, cum in cibum parabantur, oculos eximi solitos, monstrat hic verus Plauti.

Iube elidere oculos, iidem ut Sepys faciunt coqui.

Bonum autem ius ex eis fieri negant piscatores absq; atramento. Quapropter piscatores ut scribit Bellonius, cum per senectutem deficientes super aquam fluctuantes, vel viuas, vel mortuas extrahunt, in primis dant operam, ne atramentum (quod aliàs dum se persequi sentiunt, effundunt) temerè diffuat. Bartholomæus Scappus Sepiam in iure suo cocturus, recentem exossat, & pedes, seu brachia abscindit, ut tantummodo alveus relinquatur cum vesicula, qua atramentum continetur, tum eam cultro per medium dividit,

lauatq;



lauat q̄; cartilagine omnes exteriores, interioresq; in aqua frigida, aut tepida, donec al-  
 bescant, deinde dissecat eandem in plures partes, & in olla fictili, aut vase alterius gene-  
 ris coquit cum butyro, aut oleo oliuarum, additis alijs minutim concisis, aqua modica,  
 pipere, cinnamomo, croco, & pauco vino, aut omphacio, & salis modico, tandemque  
 herbas adiungit virides contusas in mortario. Quod si verò iusculum nigrum esse velit,  
 vt eius est atramentum, herbas non imponit, sed miscet atramentum cum vini modico,  
 aut omphacij, coquitq; iterum, ad ebullitionem vsque: tum inferre iubet supra inspa-  
 ris aromatis dulcibus. Nonnunquam brachia, seu citros cum ita cocta Sepia infert, lauatos,  
 & in plurimas partes diuisos, & sic cum ea coctos. Infarciunturque aliquando Sepiæ hoc  
 pacto, vt idem scribit. Exempto osse, & brachijs abscissis, lauantur, & implentur caseo,  
 ouis, pane minutim trito, aut confuso, vuis passis, herbis tuis, pipere, cinamomo,  
 croco, commistis primum omnibus, tempore ieiunij loco casei sumi possunt amygdale  
 tusa, & loco ouorum auium, oua alterius piscis cruda. Impletæ coquantur in sartagine  
 cum aquæ pauillo, & olei, ita vt vix testæ appareant. bulliunt deinde paulatim, donec  
 quibus infarcitæ sunt, tumeant, iterumque parum omphacij additur, & aqua tincta cum  
 croco, pipere, cinamomo, & sale recoquantur per duas horas, aut paulo minus. Platina  
 Sepias elixas subinde ab ahenis extractas, & cum pipere, ac lasere conditas infert. Sunt  
 qui pipere condiunt, cinamomo, coriandro, viridi mentha vel arida: item qui vitello  
 oui, aceto, vel agresta, olei modico, vbi ebullierint, obligant. Sepijs cum nucibus, & alio  
 paratis vescuntur quidam, inquit Mathiolus, vt in Venerem salatiores prorumpant. Qui-  
 bus autem condimentis Sepiæ sapidiores euadant, docet Apitius in quibus: In Sepia far-  
 tili condienda piper, Ligusticum, apij semen, careum, mel, liquamen, vini condimenta  
 coctiua calefacies, & Sepiam inde apertam perfundes, atque ita facies, coctam cerebellis  
 elixis eneruatis cum pipere tritis, quibus commisceas oua cruda, quod satis est, piper in-  
 tegrum, esitia minuta, & sicca, sus, & in bullientem ollam mittes, ita vt coire impensa  
 possint. Alia Sepias condiendi ratio, & materiæ. Sepias elixas ahenis in frigida mi-  
 sceas cum pipere, lasere, liquamine, nucleis, & ouis, vt videbitur, condies. Alter: Sepias,  
 piper Ligusticum, cuminum, coriandrum viride, mentam aridam, oui vitellum, mel, li-  
 quamen, vinum, acetum, & olei modicum, bullite finito: & vbi bullierint, amylo obliga-  
 bis. Sepias veteres aliqui præmacerant primum lixiuo ex cineribus, & parte calcis facto,  
 deinde aqua dulci: deniq; purgatas, concisasq; intestinorum instar condiunt, coquantq;,  
 vt audit Zoographus. Sepiæ coctæ, teste Dioscoride, atramentum dum estur, egregè con-  
 coquitur: aluumq; mollit. Dophilus apud Athenæum ait Sepiam elixam teneam effi-  
 ci, ori gratam, concoctu facilem, & aluum leuiter subducere: succum qui ex ea gignitur  
 sanguinem extenuare, excretionemq; per hæmorrhoidas mouere: Oua quoq; in siccum  
 eiecta a quibusdam edi cocta in sartagine scribit Rondeletius.

Lib. 9. c. 4.

Lib. 2. cap.

20.

Lib. 8.

## VSVS IN MEDICINA.

Lib. 8. de  
comp. med.  
sec. loca.

VMVNTVR varia ad varios morbos ex hac remedia. Vt mur autem  
 vel tota Sepia, vel aliqua eius parte, vt ouis, atramentum, testa, quam *οσπανον*  
 vocant Dioscorides, & Athenæus. Galenus Sepias stomachicis prodesse  
 ait Kirandes, Sepia, inquit, elixa in cibo vesicæ, rebus, & dysuriæ mede-  
 tur: Vrinam quoq; citere ait Plinius, & lentorem renum dissicere. Acetum  
 in quo Sepia suffocata est cum oleo mistum, ei, qui marini Hippocampi venenum hausit,  
 propinat Aetius. Ad dentium dolorem: inquit Galenus in Euphoristicis, quorum putami-  
 na, Sepiam, & oleum misceto, & coquito, donec tertia pars relinquatur, & tepidum ore con-  
 tineto. Aluum soluent Sepiæ, teste Plinio, in cibo data, decoctæq; cum oleo, & sale, & fa-  
 rina. Ad venerem præritandam quidam eisdem cum nucibus, & alio paratis viuunt.  
 Hippocrates Sepijs ad morbos muliebres frequentissimè vitur, vt in curatione vteri  
 auersi ad coxam. Ad vesperam, inquit, mazam coenat. Si verò parum voluerit, & Bolbi-  
 dia parum Polyporum generis, & Sepiolas paruas in vino, ac oleo coquito, & edenda dato.  
 Et eodem libro eadem bolbidia, & Polypodia, aut Sepiolas similiter præparata, ad men-  
 ses ciendos sumi iubet. Vitur quoque idem Hippoc. Polypis, aut Sepiolis tostis super pru-  
 nas ad puerperij purgamenta a partu purganda. Cornelius Celsus atramentum Sepiæ al-  
 uum emollire scribit. Idem Dioscorides. Soranus apud Galenum ad alopecias atramen-  
 tum hoc illinit, scarificato prius loco. Oua Sepiæ vrinam mouent, teste Plinio, renumque

picuitas

Ad morbos  
mulierum.Lib. 2. de  
mor. mul.Ex Atra-  
mento.Lib. 1.  
κατὰ τὸ π.Ad Alope-  
cias.

Ex Ouis.



**A** pituitas extrahunt, & renes purgant. In cibo sumpta urinā mouent, & renum grauedinem tollunt, inquit, Marcellus. Idem ad cincturas, & maculas corporis abolēdas ex ijs remediū hoc facit. Oculos, inquit, vel oua Sepiæ in aqua solue, & cum melle permisce, atq; inde maculas perfrica, citò abolebuntur. Potionem hanc ad menses ducendos prescribit Hippoc. *Lib. 2. de nat. mul. & lib. de morb. mul.* Cantharides quinq; auulsis pedibus, alis, & capite: deinde tribulos ad mare nascentes vna cum radice, mensuram quanta est Conchæ testa, terito: & anthemī luteam internā partem siccā tritam, Conchæ testam (hanc mensuram) addito: & seminis apij tantundem, & Sepiæ oua quindecim: & in vino dulci diluta bibenda dato. Et cum dolor habuerit, in aqua calida desideat, & aquā mulsam aquosam bibat. Idem rursus in iisdem libris ad coxā vteri aduersi curationem docet: At in mensibus (tempore quo menses uere debent) si sanguis eruperit satis est: sin minus Cātharides quatuor bibat, pedibus, & alis & capite reiectis: & pēoniæ grana nigra quinq; & Sepiæ oua, & apij semen cum vino modicum. Et rursus alibi in eodem morbo: Mane Sambuci baccas sex dato in vino meraco, & Sepiæ oua decē, aut duodecim. Et iterum: Cū mulier i, aut partus purgamenta non fuerint purgata, aut menses non prodierint, aut etiam vterus durus fuerit, &c. in potu exhibere oportet pharmaca veterina, aut Sepiæ ouis, aut castorio admistis, &c. Ex Sepiæ testa tūm vsta, tūm non vsta plurimæ fiunt medicinæ. Hæc fungosa est, nec vt ostreorum silicea, abstergendi, siccandiq; similiter vt ostreorum testæ vi pollet: sed partium est tenuiorum, vt ait Galenus. Legitur in succedaneis Galeno adscriptis, pro Sepiæ testa pumicem substitui licere in medicamentis. Vegetius Veterinarius suffitum constituit contra languorem morbi pestilentialis ex Sepiæ ossibus, & alijs quibusdam remedijs. Apud Plinium extrahunt tela corpori inhærentia ex aqua. Marcellus Empiricus vstorum cinerem impositum educere quæcunq; corpori inhæserint, scribit. Aegineta verò nō vsta abstergere vitia cutis. efficaciora tamen habētur, si vrantur, plusquē absterforiæ facultaris vstione acquirere mihi videntur. Dioscorides Ostracum Sepiæ vstū, donec pars interior, & fungosa, ab exteriori crusta abscedat, tritūq; alphas (idest vitiligines) furfures, & ephelides (vitia cutis in facie aliqui vertunt) exterere prodidit. Galenus ad vitiligines, ephelim, lentes, psoras, vsto eo nos vitia affi mat, quod abstergeat, exiccet, & tenuium sit partium. Ad lentigines, & scabiem idem prescribit Aënius. & Galenus quoque ad scabiem commendat. Q. Serenus, inquit:

*Luida si macule faciem lentigo decoram, Erucam, atq; acidum laticem simul illine malis.*

**C** *Nec prodesse valent natura dona benigna, Sepiola cineres ex ossibus omnia sanant.*

Gabriel Humelbergius Rauenspurgeosis, qui hocce versus commentatus est, scribit duplicem esse huius ossis substantiā, vnam quidem internam pumicosam, & teneram, qua auri fabri vtuntur: alterā externam duriorē, siliceam, crustaceamq; in qua cum asperitate aliqua est læuitas: atq; huius cinerē lentigines, & alias corporis defædationes exterere. Medetur, inquit Plin. & lentigini, cæterisq; vitijs, ex ossibus Sepiæ ū cinis. Idem & carnes excrefcētes tollit, & humida vlcera. Ad alphas cōuenit crocodilea, & tostæ Sepiæ testæ. Paul. Aegineta. Vstæ smegmatis quibusdam apud Aetium ad elephantiasim miscentur. Galen. *L. 32. c. 10* Sepiæ partem ossēā admiscet emplastris candidis, quæ vlceribus dyssepulotis conueniunt. *L. de compo. med. x. c. 7. c. 10.* Vegetius Veterinarius ait: Si animal fecerit vulnus, ossa Sepiarum, & testas etiam ostrearū in puluerem rediges, & ærei quoque vasis fuliginem pariter miscebis; quæ benè tusa si frequenter asperferis, siccatum vulnus celerius ducet cicatricem. Galen. sanè vlcera desiccare ait. Et pilos attenuare, sicut pumicem Kiranides. Apud Aetium, & Galenum medicamentis pilos attenuantibus adnumerantur, vel citrà vstionem: nā aliàs ostreorum testas vri iubent. Ad strumas mirificè prodesse Sepiæ ossa cum axungia vetere contusa, & illita scribūt *Ad strumas.* Plin. & Marcellus Empiricus. Miscent, & hodie medici quidam compositis illis medicamentis ex diuersis rebus valdè siccantibus vstis, quæ aduersus bronchocelas propinantur, teste Zoographo. Ad oculorum varia vitia ab omnibus ferè medicis commendātur. Nam cum sale fossili trita vngues oculorū absomit, & eliquat, vti Paulus Aegineta, & Aetius tradunt. Dioscor. eisdem immiscet salem ammoniacum loco fossilis ad eadem oculorum vitia. Archigenes apud Galeonē ad albugines, Sepiæ testam tritam cum melle subigit, & vrit, *Ad oculorum varia vitia.* læuigatq; postea pharmaco, & hoc sublinat. Galen. in euporisticis ad easdem, & oculorum vlcera os Sepiæ crematum dissoluit cum melle, & inungit. Miscent quoq; id oculorum collyrijs ad cicatrices extergēdas; ad quas etiam per se combustum valet, cum melle cōritū teste Alexandro Tralliano. Plinius cicatrices oculorum cū melle sanare pterygia cū sale, & cadmia singulis drachmis author est: Aetius os illud crudum oculorum cicatrices extergere, atq; eorum vlcera exsiccare affirmat. Galenus non planè crudum, nec tamen vstum, sed tostum esse cudit: *Καὶ ὀπίθιν καυθῶν αἰ δὲ ὀπτιώμενον τε καὶ λειούμενον (τὸ τῆς σπτίας ὄσρανον)*



ὄσρακον) ὁ δόντας τε λαμπρῶς, καὶ ξηραίνει τα ἔλκη. Vbi animaduertendum inquit Zoographus, quod Aetius dixit, oculorū vlcera hoc remedio sicari, Galenum (nisi mutilata sit lecto) ad vlcera simpliciter retulisse. Oculorum tumorem, ruboremq; Sepiæ cortex cum lacte mulieris illitus sedat, & per se scabritias emendat. Inuertunt itaq; genas id agētes, & medicamentum auferunt post paulum, ofaceoq; inungunt, & pane imposito mitigant nocte. Eodem cortice, & nyctalopes curantur in farinā trito, & aceto illito. Extrahit, & squamas cinis eius. Hæc omnia Plinius. Nec ab his diuersa scribit Marcellus, dum ait: Sepiæ testa interior, quæ mollis est diligentissimè trita, & muliebri lacte permixta, atq; inunctione adhibita, oculorum caligini, albugini, & cicatricibus plurimū prodest. In iumentis quoque albugines oculorū emendat flatu oris immista, testibus Dioscoride, & Plinio. Apud Vegetium albi vitæ detergēt ista curatio: Sepiæ marinæ ossis rasi scrupulos denos, croci, salis ammoniaci, myrrhæ, crocodili stercoreis, ana scrupulos duos. misce. In Hippiatricis Græcis etiam Sepiæ ostreaco succus foeniculi, & alia miscentur in collyrium ad leucomata oculorum: & mox ad suffusionem eidē raso adduntur sales Attici, simus crocodili, &c. Columella si album, inquit, in oculo bouis est, trita Sepiæ testa, & per fistulā ter die oculo insufflata, sanat. Tardius vltam tritamq; canibus ad albuginem adhibet. Author est Columella cicatrices oculorum in equis extenuari cum fossili sale trita Sepiæ testa. Eadem recipitur in collyrijs absterforijs apud Aetium. Alcohol ad conseruandam oculorum sanitatem (in libro secretorum qui Galeno adscribitur) præter cætera accipit rubien, id est Sepiā (os Sepiæ potius) ablutam marinam. Sepiarum testæ palpebras mūdant, Kiranides. Conformatæ in collyria læuigandis asperis palpebris affricando accommodātur, vt Dioscor. prodit, Galen. mediocri, inquit, huius testæ scabritia vti solemus etiam ad magnas in oculis asperitates (quas συνώσεις nomināt) collyrij ex ea formam effingentes, & donec sanguis elidatur intricātes: quo facto postea cathæretica collyria efficacius adhibētur. De hoc remedio etiam Plinium sentire putat Zoographus cū scribit: Adijciunt & officulis eius genas, si terantur sanari. Dentificijs quoq; aptissimum est os Sepiæ. Marcellus eius molle hisce misceri postulat. Dioscor. vsto vitur ad dentes extergendos: ceteri crudo. Apud Plateariū ad dentes dealbandos commendatur, si polline eius subtili in panno lineo posito fricētur. Ad faciem dealbandam eundem pollinem cum vnguento citrino miscet. Galenus ex Critone smegma dentium quo albi, & odorati redduntur hoc describit. Nitrum, testam Sepiæ, myrrham æqualiter miscens, vtitur. Idem in Euporisticis ad dealbandos dentes, aliaq; eorum vitia sananda: Dasupodis caput vstum cū foeniculo quā albissimo, & Sepiæ tritis ossibus vtere. Incertus quidam apud Zoographum Sepiarum testas adijcit, tūm dentificijs, tūm compositionibus ad os humidum, cruentumq; detergendum, & gingiuarum carnem instauradam. Marcellus combusti puluerem ex melle cōtritum, adiecta gutta ammoniaci gingiuis, & dentibus prodesse scribit, si ita perfricentur, vt nihil ex eo in fauces descendat. Teste Plinio, Sepiarum crustæ farina præparat cutem medicamentis alopeciam replentibus. Ex obscuro probat Zoographus os Sepiæ tritum, & cum aqua potum thoracis vitijs, & asthmaticis omninò prodesse. Hæc sic cecinit Visinus:

*Os bibe contritum, facilis pulmone resurget Spiritus, & vitium pectoris omne feret.*

De medio osse Sepiæ, quod est molle, puluerem facies, & in mixtione conditi optimi iecorico (hepatico) ieiuno per triduum dabis, ita vt in dextro latere aliquandiu iaceat cū acciperit, & postea diutissimè deambulet, ita iubet Marcellus Empiricus. Galenus in Euporisticis ad supprimendum alui profluuium, Sepiæ testam, & capillamenta cremata ex vino vetere porui offert. an verò capillamentorum nomine cirros, seu pedes eius accipere oporteat, an τριχῶδη illa, quorum pro branchijs eis vsum esse Rondelietus conijcit, querendū Hippocrates vbi vterus puerperæ procidit, Sepiæ testam usam, & vino imbutam cum pilis leporinis lana excipit, & apponendam præbet. Quod si mulier prægnans menses profuos non habeat, stercus asini tritum, & rubricam, ac Sepiæ testam, trita, simulq; linteo illigata apponit. idem quoq; scripsit libro de sterilibus.

## V S V S I N V A R I I S.



Hif. 4. 68.

TVNTVR Sepijs piscatores ad capiendos pisces, vt his verbis testatum reliquit Aristoteles: Nidores deniq; genera quæque piscium appetunt: vnde etiam carunculas Sepiarum deustas, odoris gratia escam hamis affigunt: ita enim fit, vt pisces auidius accedant. Et Plinius: conueniunt, inquit, pisces ex alto etiam ad quosdam odores, vt Sepiā vltam, & Polypū: quæ idè conijciuntur in nassas. Tarentinus ad marinos mugiles, scaros, & mullos escā ex Sepiarū testulis cum sisymbrio viridi (quod est bryon Zoographo) aquā,

marina,



A farina, & caseo bubulo mistis utitur, dum retibus nauat operā. Sepiū expetitur aurifabris, nam cum id ex duabus constet partibus, superiori scilicet dura, ac leui, inferiori autem fungosa, facile in eam partem fungosam annulorum, cæterarumq; rerum formę imprimuntur, quæ metallis igne colliquatis expleri solent. Anaxilaus apud Pliniū tradit atramento Sepię tantam vim inesse, vt in lucernā addito æthiopes videantur ablato priori lumine. Confir-  
 mat id Sextus Empiricus his verbis: Iam verò, & præstigiatores lucernas ærugine, & Sepię atramento vngentes, faciunt vt qui adsunt, modò eris colorem habere, modò nigri esse videantur, propter paruum eius, quod admistum est, insperionem. Quapropter Plinius scribit in Sepijs miram esse naturam: nec tamen ex eis fieri atramentum ad pingendum, aut scribendum. ad quæ verba notat Dalechampius septentrionales populos nigro Sepiæ, addito tantillo aluminis atramenti loco scribere, nec incommodè. Rondeletius quoque atramentum Sepiarum pro atramento scriptorio in vsum cedere posse affirmat: quòd niger sit humor, & glutinosus. Videtur, inquit Angelus Politianus, olim atramentum Sepiæ humore furuo confectum fuisse, vnde Sepiam atramentum vocarint, ex quo Martianus. Dehincque nigello puluere, qui ex fauilla confectus, vel Sepia putaretur, illato per cannulas eadem resanari. Coci Sepiarum oculos elidunt, vt pro vnionibus vendant: His enim mulieres quædam Italæ vnionum vice se exornant.

*Æthyopes  
vt videan-  
tur.*

*Ad scriben-  
dum.*

*Lib. 35.*

*cap. 6.*

## V E N E N V M.



VENENATVM esse Sepiæ morsum tradit Ælianus, dentesque ipsius validos latere, minus tamen violenter, quàm Polypum mordere. Oppianus quoq; Polypo, & Sepię venenatum morsum tribuit, sed ex igui detrimenti: quem fortè cum malè Vuottonus intellexisset, morsu non lædere Sepiam scripsit, sed noxiam quandam saniem ex eius corpore effluere. Eius autem morsus venenum cecinit his iambis Philes.

*de animal.  
5. cap. 44.*

Ἄλλὰ σκόπει μὴ ζώσαν εἰς χεῖρας λάβοις  
 Ἄλλος γὰρ ἂν φθάνοι τις, ἐκτεῖρας βλέπων  
 Ὀδόντας ὄξει εἰς ἀπόκρουρον σῶμα  
 Καὶ δῆμα πικρὸν ἐξιοῦ προσημένον.

Quos sic exposuit eodem versuum metro Gregorius Bersmannus Annabergensis:

*Sed tu caue viuam in manus vt suscipseris,  
 Quin potius alius te prior, probauerit  
 In ore, acumen dentium recondito,  
 Pe stemq; morsus labidam ve nefici.*

## DE SEPIOLA RONDELETII. Cap. V.



RISCICVLVM hunc inter Mollium genera referendum meritò nobis separatim descripsit Rondeletius his verbis. Sepiæ, inquit, nascēti similis est; pollicis crassi magnitudinē non superat; octo pediculis cōstat; duas proboscides habet, nec sepium in dorso, nec gladiolum habet: vtrique lateri pinnula veluti ala parua affixa est, rotunda, nec figura, nec situ pinnis Sepiarum, & Loliginum similis; neque enim angusta, longaq; totam alutū ambit, vt in Sepijs, neque lata, & in angustum angulum terminatur, vt in Loliginibus, sed rotunda, parua, vtrinque veluti adnata modicam alui partem occupant, neque ad extremum vsque corporis protensa. Colore est vario; paruulis enim punctis in dorso notatur.

*De pisc.  
lib. 17. cap.  
10.*


Ore, oculis, fistula, partibus internis à Sepijs non differt. Carne molliore, & delicatiore est quàm Polypus vel Sepia. Vèrè maxima copia capitur cum reliquis piscibus, & ob paruitatem negligitur, cum tamen, vt dixi, suauissimus sit. Huius pisciculi nullam quod sciam, mentionem fecerunt Aristoteles, Athenæus, Oppianus, Aelianus, Plinius, ob id cum no-

*Nominis  
ratio.*

F 2

meu

Sepiola Rondeletij.





men desit, Sepiola non absurdè vocabitur, non quòd ex genere Sepiarum sit, sed quòd corporis forma Sepiæ similior sit pisciculus, quàm Loliginibus, vel Polypis. Quòd enim Sepia non sit, ostendit pennarum magna differentia; item quòd Sepio careat. Alterius esse generis à Loliginibus arguit corporis forma, quæ in hoc lata est, in illis longa; tum quòd gladiolo destitutus sit. Cum Polypis verò numerari non potest, cum Polypis omnes proboscibus careant, ut antea ex Aristotele docuimus, hic verò duas habeat, easque longas. Hæc Rondeletius, ex quo huius pisciculi partem pronam, & supinam depinximus.

## DE LOLIGINE MAIORI, ET MINORI. Cap. VI.

### ORDINIS RATIO, ÆQVIVOCA.

Placenta  
genus.



VM non admodum inter se maior, & minor Loligo differant, multa quæ à scriptoribus tradantur, quæ utriusque conveniant, necessarium mihi visum est, utriusque; historiam hoc unico capite complecti. Teuðis præter hunc piscem etiam est πέρμα πλακυστῶδες, ut exponunt Hesychius, & Varrinus. Ad quæ verba, panificij, inquit Zoographus, aut placetæ genus fortè fuit instar Teuthidis in cirros quosdam diuisum. Nam Alexis (citante Athenæo) in Eretrico coquum exponentem facit, quoniam pacto ex Loligine placenta, siue libi, siue farciminis genus fieret, scilicet abscissis pinnis, infarta pinguedine, & aspersis recedioribus, & delicatioribus aromatis. Atque id farcimen (πέρμα quoddam panificij genus intelligit Zoographus) ab Iatrocle in artopœico Teuthidem vocari Pamphilus refert. Teuthis Arcadiæ ciuitas Stephano, & Pausania. In Lexico communi Græco scribitur esse nomen ducis in Aulide, qui Palladem vulnerasse fertur. Lolius (ita Gazæ Loligo maior vocatur) nomen maximi rethoris, vel oratoris, ad quem epistolam scribit Horatius, Homeri poemæ exemplar veræ virtutis continere; & in Iliade quantum detrimenti animorum nostrorum perturbationes adferant, in Odysseæ autem quòd virtus valeat ad benè, beateque viuendum.

Lolius re-  
thor.

### SYNONYMA.



Teuðos.

Hist. 4. c. 1.

Lib. 17. de  
piscib. c. 4.

De Aqua-  
ril. lib. 2.

Loliginis  
minoris sy-  
nonyma.

Lib. 28.

hierogl.

Lib. 17 de  
pisc. ca. 5.

SYNONYMA ut distinctè tractentur (confusa enim à plurimis authoribus conscripta sunt) Loliginem in maiorem, minoremque diuidemus. Maior itaque Teuðos à Græcis nominatur, ut Aristotele, & Nicandro, Gaza Lolium ficto Latino nomine transtulit, ut à Loligine distingueret, quam Teuðida vocant. Legitur in vulgatis Aristotelis codicibus plarumque Teuðisba: ytonum, non oxytonum, ut aduertit Zoographus; vnde, & genitiuus pluralis Teuðων ultimam syllabam circumflectit. cum tamen alibi paroxytonum reperias Teuðων, à recto singulari penam flexo Teuðος, sicut apud Athenæum, Nicandrum, & eius Scholiastem quoque scribitur. Quæ de causa Teuðος accètu in prima circumflexo semper scripserim. Loligo magna ea est, inquit Rondeletius, quam Calamar nostri vocant, à thecæ scriptoriæ similitudine: siue quòd in ea reperiantur, quæ ad scribendum necessaria sunt, videlicet atramentum, & gladiolus, qui altera parte cultrum, altera calamum siue penam refert, minimè verò officula duo, ut quidam imprudenter contra αὐτοψία scripserunt, quorum alter cultri, alter calami loco sit. Robertus Constantinus in supplemento linguæ lat. Montpelij calamar vocari asserit. Prouinciales Tothona corrupto vocabulo pro Teutho vocant. Massilienses Tante. Romanis quoque, & Venetis Totena dicitur testis est Bellon. Baionenses, ut ait Rondelet. Cornetz appellant Loliginem magnam, Corniches paruum, quamquam utramque vocem Robertus Constantinus Loligini minori adscribat. Iam verò Loligo minor Teuðis à Græcis nominatur. Nota igitur vocabula hæc Teuðος, & Teuðis, species significare diuersas: cum alia pleraque piscium nomina in similes terminationes exeuntia, nisi sexu differre soleant. Sic Cantharus, & Cantharis, piscis idem videtur Vottono; similiter Cammarus, & Cammaris: Carabus, & Carabis: Phycus, & Phycis. Iam synonyma prosequamur. Calamaro, & Calamato nomen Italis vsitatum est. Vnde Petrus Valerianus piscem atramentarium vocat. Gallis præsertim Santonibus Casseron dicitur. A nostris, inquit Rondeletius, Glaugio, corrupta voce, opinor, ex gladiolo, quamquarta

Montpe-







ὄσλιγγας.  
Lib. 7.

Venter.

De par. 4.  
cap. 5.

Atramen-  
tum.

Lib. 7.

3. Halienar.

4. His. 6. 1.

Gladiolus,  
eiusq; de-  
scriptio.

His. 4. 5. 1.

4. De par.  
cap. 5.

Plin lib. 9.  
cap. 28.

ὄσλιγγας vocat Scholiastes Nicandri. Circa Teuthi, & Teuthidis alueum maiores pin- E  
næ sunt, quàm circa alueum Polypi, aut Sepiæ. Athenæus ex Aristotele Loliginem ha-  
bere plurima Sepiæ similia probat, eundem scilicet pedum numerum, & promuscides,  
& è pedibus inferiores quidem paruos, superiores maiores, promuscidem dextram cras-  
siorem, corpusculum totum, molliusculum, & oblongum, quæ omnia, & maiori, & minori  
Loligini conueniunt. Porrò corpusculum, siue *σωματίον* Athenæus hic appellat, quod *κοι-  
λίαν* Aristoteles dixit, Gaza ventrem; de eo enim sic scribit: Sepijs, & Polypis vter simi-  
lis, tum figura, tum tactu est. At ijs quas Loligines appellamus, bina quidem conceptacu-  
la ventris speciem gerunt: sed alterum minùs ingluuiem imitatur, & tactu discrepat, quo-  
niam corpus etiam totum carne molliore constat. Ineptè Albertus Magnus, & Isidorus  
Loligini squamas tribuunt. Hæc de partibus externis, & primùm quidem de atramento.  
Habent hoc vt Polypi supra apud mutim potius positum, vt ait Philosophus. Sepiæ verò  
infra ad aluum. Præter atramentum, succum quendam purpurascentem continere Ron-  
deletius author est, quo censet Loligines coctas subpurpureas reddi. Cæterùm Athe-  
næus de Loligine loquens ait: *ἔχει δὲ καὶ θολὸν ἐν τῇ κύσει οὐ μέλανα, ἀλλ' ὠχρὸν*, id est:  
Habet autem & atramentum in vesica non nigrum, sed pallidum. Cui etiam subscribit F  
Oppianus hoc versu:

*Τευθίδες: οὐδ' ἀρα τῆσι μέλας θολός, ἀλλ' ὑπέρουθρος.*


*Loligines: neq; his nigrum atramentum, sed subrubrum.*

Athenæus rursus de Polypo tractans scribit: *ἔχει δὲ καὶ τὸν λεγόμενον θολὸν οὐ μέλανα,  
καθὰ περὶ σπῆια, ἀλλ' ὑπέρουθρον*: habet atramentum non nigrum, vt Sepia, sed subrubeum.  
Ex quibus locis concludere nequeo nunquid Polypo, & Loligini eiusmodi coloris sit atra-  
mentum. Nam *ὑπέρουθρον*, & *ὠχρὸν* videntur differre. Cæterùm cum scribit Aristoteles  
Mollia v. scribis carere, sed mutim habere, & atramentum, non ait nigrum succum omni-  
bus inesse, vt quidam putarunt, quoniam atramenti (*τοῦ θολοῦ*) nomen v. tatur; nam hoc  
nomine intelligere potuit succum etiam non nigrum. Nomen igitur atramenti propriè  
Sepiæ conuenit succo illi nigro, & excrementitio, cæteris quidem Mollibus, vt Polypo,  
Teutho, & Teuthidi impropriè. Postremò, vt docet Aristoteles, Sepiæ, Loligini, & Lo-  
lio partes duræ, ac solidæ intus per dorsum, & corporis prona continentur; quas non eo-  
dem appellant nomine: sed quod insertum Sepijs est, Sepium (*Σήπιον*) vocant; quod Lo-  
liginibus (*ξίφος*) gladiolum. Differunt enim quòd Sepiæ robustum, latumq; est, inter spi- G  
nam, & os mediam præ se ferens naturam, fungosam intra se complectēs, & friabilem cor-  
pulentiam: Gladiolus arctior, & cartilagineosior est: forma etiam discrepat pro alueorum  
modo, quibus insertus continetur. Vnde quoq; Athenæus tradit Loligini testam (*ὄσρακον*)  
exiguam esse, & cartilagineam: ratio est, quia terreni minùs quàm Sepia obtinet, vt docet  
Aristoteles his verbis: Quòd plurimùm terrestris materiæ habeat Sepia, argumento Se-  
pium est, quòd tale, tatumq; sit hoc enim Polypus caret; Loligo cartilagineosum, & tenue  
gerit. Loligo, inquit Franciscus Massarius, per dorsum, & corporis prona procurrente  
gladiolo cartilagineo: Vnde à thecæ calamariæ similitudine, quoniam seu cultrum, seu ca-  
lamum retinere videatur, piscem Calamarum appellant. Alij exactius hunc gladiolum  
depingentes angustum cartilagineum pellucidum esse scribunt ab vna parte cultrum, ab  
altera calamum referre. Itaq; cum nihil desit, quod ad thecam scriptoriam videatur ne-  
cessarium, habet enim etiam atramentum in muti, aptissimè apud multas nationes, Gallos  
dico, Italos, Hispanosq; piscis Calamarius nuncupabitur. Quatuus autem ex Aristotelis  
verbis supra positis pateat *τὸ ξίφος*, siue gladiolum ad Loliginem pertinere, *σήπιον* autem  
ad Sepiam: tamen locum quendam ex eodem Philosopho in libris de partibus Anima H  
lium adducit Zoographus, quo probat Sepium quoq; de Loliginis ostraco, seu testa dici:  
Verba autem eius hæc sunt Gaza interprete. Loligo sepium cartilagineosum, ac tenue ge-  
rit, & minus atramenti continet, quàm Sepia. Sed quia locus ei non occurrebat, dum ea  
scriberet, an Græcè Sepiam legatur, dubitat. Profectò à me hic locus nullo modo obser-  
uatus est, nec ab alijs etiam, qui hæcenus de Mollibus commentarios doctissimos edi-  
dèrunt. Et puto hunc locum in Aristotele neutiquam inueniri, calamiq; aut scriptores lapsu  
deceptum Zoographum. Ego Loliginis Illyricæ maximæ præ cæteris gladij iconem ad-  
dididucidioris doctrinæ gratia. Diaphanus is erat, & crystalli etiam instar splendidus.  
Minoris verò iuxta positi, sunt Loliginem Venetarum. Hæc sunt omnia quæ, nisi fallor  
communiter de vtriusq; Loliginis partibus externis, internisq; dici à nobis potuerunt: re-  
stat nunc vt vtramq; inter se differre demonstremus. Non enim cum Scholiaste Nicandri  
errandum putamus, qui *Τευθίδε* foeminam: aut cum VVottono,  
qui nobis



**Loliginis minoris Venetæ gladius.**

**Loliginis maioris ex Illyrio gladius.**



qui nobis considerandum relinquit, an Lolius à Loligine specie differat, an solo sexu, quòd scilicet Loligo mas sit, Lolius femina. Quandoquidem satis clarè ex his dictis Aristotelis patet specie inter se dissimiles esse: Loligine verò grádior, qui Lolius nominatur. Quippe qui vel in cubitos quinq; excreseat. Vnde Athenæus non rectè Teuthum à Teuthide magnitudine sola distinguit. Nam præterea & pinnis differunt, vt eodem loco Arist. paulò post docet, sic inquit: Pinnulæ etiam circundantes illæ totum in Lolio alucū ambiunt, cū in Loligine partem aliquam relinquunt. Idem alio in loco clarùs aperuit: Pinnula, inquit, cū in cæteris, tū in grandium Loliginum (lego Loliorum, nam in Græco legitur *μεγάλων τευθῶν*) genere iuncta, perpetuâq; gestatur: minores verò, quas Loligines vocant,

Lib. 7.

De par 4. cap. 9.



*Hif. 4. c. 1.  
Lib. 7.*

*Lib. 2. de  
pisc.*

*Hif. 4. c. 1.  
Lolij duo  
genera.*

*Aristot. cor  
rectus.*

cant, non circumactam per totum alveum, sed de medio orfam habent. Postrema quoq; pars alvei, quæ retula est in Polypo, & Sepia, in Loligine valdè acutur, in Lolio verò medio modo se habet. Quapropter iure dixit alias. Pars enim Lolij, quæ exit in acutum, latior est. Athenæus ex eodem de Loligine maiori, seu Teutho scribit, accedere ad tres dodrantes, colore lubruffo esse (*ὄσπερ πύρρον*): & ex dentibus inferiorem in eo minorem, superiorem verò maiorem, vtrumq; nigrum, accipitris rostris figura non absimilem, discisso alveo ventriculum suillo similem videri. Quæ ferè omnia non modò Teuthidi, sed etiam Sepiæ sunt communia; rostrum autem in Lolio nò prorsus nigrum est, sed ad nigredinem tendit. Lolium igitur sic describit Bellonius: Ipsa quidem Loligine maior est, vt cubitorum interdum quinq; esse solet, inquit Aristoteles. Exteriore quoque corporis nota aliquantulum à Loligine discernitur. Pars enim Lolij, quæ exit in acutum, in Loligine latior est. Quinetiam pinnulæ totum Lolium ambiunt (pictura Rondeletij hoc non ostendit, vt notat Zoographus) iunctæ, perpetuæque, quæ alioqui in Loligine partem aliquam relinquunt. Minus autem accedit ad Polypum quam Sepia. Nam corpus ei oblongum est, cartilagineum, duabus pellibus obductum: gladium arctiorem, & magis cartilagineum in tergo continens, translucidum vitri modo, tenui theca inclusum: rostrum aquilinum, psittaci figura. Sed eodem modo atram etum quod Sepia emitit, & cirros octonos habet, breves tamen: in quibus totidem acetabula conspicies, quot in Sepijs. Ac præter illos octonos, duo quoq; longa flagella, seu promuscides multis in extremo acetabulis circumfessa videbis: quibus à longè Cancros, Vrfos, Astacos, Paguros, & omne pisciculorum genus arripit. Porrò Lolij acetabula præter Sepiarum, & Polyporum morem, tribus introrsum aculeis offeis robustis, in gyrum munita sunt: quibus veluti vncinis arripit quod cupit, vt non omninò sit tutum Lolium manu in ipso mari contrèctare, ac præhendere. Latas in gyrum diffundit pinna: a cuius ore corneo gula prætenditur angusta, & vsq; ad stomachum longa, quàm habet amplissimum, atque adeò in glauiem oblongam, quæ hunc præcedit. Eadem ferè Rondeletius his verbis. Piscis est pelagijs, gregalis, ex Mollium genere, pedibus, promuscibus, capite, oculis, ore, lingua, fistula, partibus internis quibusdam, coeundi modo Sepiæ similis. His verò dissidet. Corpore est longiore, rotundiore, in acutum desinente. Sepia breuior est, & latior, durioreq; carne. Sepiæ os internum in prona parte situm quod Sepium vocatur, robustum, latum, media natura inter os & spinam, friabile quid, & fungosum continens. Loliginis τὸ ξίφος, id est, gladius, tenuis est, angustus, cartilagineus, pellucidus. Promuscis dextra crassior. Atramentum nigrum non infra, vt in Sepia: sed propè mutim. Pinnulæ latiores sunt quàm in Sepia, non totum aluum ambientes, & in angulum acutum in lateribus desinentes. Et paulò post. Præter atramentum, inquit, succum quendam purpurascens continet, vnde subpurpureas Loligines coctas reddi puto: Loliorum autem duo sunt genera, maiores, & minores, quod his verbis Aristoteles docuisse videtur: Loliorum genus pusillum admodum est, & facie quoq; à Loligine dissidens. Quæ Gaza melius sic vertisset. Est autem genus paruorum Loliorum, facieq; à Loligine dissidens. Nam Græca sic leguntur: *Ἐστὶ δὲ τὸ γένος ὀλίγων τῶν τευθῶν*. Zoographus hinc legendum censet. *Ἐστὶ δὲ τὸ γένος ὀλίγων τῶν τευθῶν*. vel *Ἐστὶ δὲ καὶ γένος ὀλίγον* &c. Loliginis minoris descriptionem hanc nobis scriptam reliquit Bellonius: Octo cirros, vt Sepia habet, multò quàm Polypus breuiores, Sepia tamen longiores. Atramentum nigrum continet Sepiæ modo. Grandem quoq; habet aluum, & fistulam, vt Sepia; gladium etiam in tergo, alteri tantum huius parti inhaerentem. Duo crura, siue duas proboscides longas exerit in cirrorum congerie, teretes, multis in extremo torulis, seu acetabulis cōcauas, quibus cuncta quæ venator, capit, & ori admouet: & ad saxa, quibusdam veluti iactis anchoris confirmat. His etiam vitur, quoties de more palpat, & pisciculos retinet: quibus maiores quoq; nonnunquam euincit. Rostrum porrò illi est psittaco simillimum. Rondeletius pediculorum numero, promuscibus, oculis, capite, corporis forma, gladioli substãtia, atramento, deniq; partibus omnibus tum externis, tum internis per similem esse Loligini maiori scribit, excepta pinna, & gladiolo, & parte extrema: pinnam enim latam esse inferiori loco magis, quàm in Lolio, gladiolũ quoq; & partem extremam acutiorem. Loliginis maioris Saluani, & minoris Rondeletij, item eius, cuius picturam Venetijs accepimus, rubris vndiq; maculis conspersam, icones tribus hisce tabulis delineatas damus.




Loligo maior alia nostras rubris vndiq; maculis conspersa.





Loligo eadem, vel saltem simillima cum præcedenti.






Loligo Saluiani maior.





Loligo minor Rondeletij, cum suo gladio?

E



F

## L O C V S.

De par. 4.  
cap. 4.Histor. 56.  
aquatil.

Li. 9. c. 30.

Lib. 21. de  
animal.

Lib. 7.

L. 9. c. 15.



ELIQVA Mollia propè littora versantur, ibique vitam degunt, Loligo verò in profundo mari, vt testatur Aristoteles his verbis: Loligo sola ex ijs gaudet alto, vitamq; pelagicam agit. Idem etiam de Lolio scripsit in-quiens: Pelagius tamen Lolius non alio modo, quàm Loligo consistit. Saluianus in omni mari satis frequentem, & notam esse ait. In nostro mari, inquit, Plinius, Loligines quinùm cubitorum capiuntur. Sed Ari-  
stoteles Lolium ad tantam magnitudinem peruenire author est, nulla loci facta mentione. Albertus Magnus refert Loliginem reperiri quinq; cubitos longam in Sixto Mauritaniz flumine. Abundare etiam in mari propè Eubœam ex Archestrati versu apud Athenæum citato colligo, nam multas esse scribit venales in Dio, & Pyrrha oppidis Eubœæ. In Pon-  
to quoq; Loligo reperitur, teste Plinio, cum absit Sepia.

G

## V I C T V S.

Hb. 8. c. 2.  
Lib. 2. de  
aquatil.

GAUDENT piscibus Loligines: nam tradit Aristoteles, In Mollium genere Loligines, pisces vel maiores euincere. Bellonius, Cancros, Paguros, Astacos, & omne pisciculorum genus suis longis prætenturis superare, & arripere affirmat, diligenterq; quicquid in stomachum dimiserint atterere rostro, quod robustissimum habent, indeque cuncta, quæ in eius stomacho percipiuntur, pulmenti faciem habere.

## C A P I E N D I R A T I O. H

Lib. 3. de  
pisc.

APIVNTVR plurimis modis, vt nobis declarauit Oppianus. Postquam enim astutissimas dixisset, subdit hos versus:

*Quamuis sint tales vigili capiuntur ab arte  
Piscantis, ponto quoties voluuntur in alto,  
Currentes rapiunt, pelagi non agmina cunctis  
Sunt instructa dolis, capis falluntur, & hamo,*

*Qui madida degunt terra, qua flatu inundat,  
Hi plus mente vigent, istorum corpore paruos  
Imbelles tenues potiùs cum Caride parua  
Teubide (cum) Cancro capies, longisq; flagellis.*

Lib. 4. de  
pisc.

Vt alibi hamo etiam venari docuit his verbis:

Piscator



A

*Piscator virgam contorto fune globatam  
 Preparat, innumeros insigens desuper hamos  
 Piscibus exitium forti mucrone propinquis,  
 In quibus insigit fallacem Iulidis escam.  
 Et resupinatos sub lymphis occultit hamos.  
 Furivam medys fraudem suspendit in undis.  
 Cum videat fixam Loligo rumpit in escam,  
 Dumq; premit fusum se circum fila volutans  
 Cuspide confossus, quo se conuellere frustra  
 Nititur, & luctans contra sua tergare voluit.*

## NATATIO, VOLATVS.

B

**N**ON natant tantum suis pinnulis, quibus alueus earum circumdatur, ut ait Aristoteles: sed ipsi etiam volant, ut habet Plinius inquiens, Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens. Quod & Oppianus testatur, canens,

*— Et sicut aera magnum  
 Loligo, Miluusq; rapax, & mitis Hirundo.*

Et rursus ibidem.

*Loligo, Miluusq; rapax, & mitis Hirundo  
 Cum timeant magnum venientem e marmore piscem  
 Ex mare profiliunt scindentes aera branchis.  
 Non Volucrum species, non est Loligo natantum.  
 Turmatim fertur ponto, gestitq; volaret  
 Inferius multo se tollit mitis Hirundo.  
 At radunt summam milui lati aequoris undam:  
 Hos nanti similes dices, similesq; volanti.*

**C** Idem Plinius ex Trebio Nigro tradit Loligines interdum volare tanta multitudine, ut nauigia quoque demergant. Et Albertus Magnus, Loliginem scribit quinque cubitis esse longam in Sexo flumine Mauritaniae, & iuxta Oceanum volitare sagittae modo: tantaque multitudine, ut naues submergant. Neque id omnino esse incredibile putat Rondeletius, cum plurimae mutuo complexae natent: ideoque multa simul capiuntur. Caeterum volatu longo tempore exercere non possunt, quod notauit etiam Albertus, & Isidorus. Loligo inquit ille, alis (pinnis) suis in aera se attolit: sed quia flatus ventorum sustinere non potest, paulo post ubi ventis concutitur, ad aquas redire cogitur, & in profundum relabitur.

## ÆTAS, SEXVS.

D



**A**THENAEVS ex Aristotele Teuthi, ac Sepiæ vitam breuem esse asserit: verba Philosophi hæc sunt: viuendi spacium tam Sepiæ, quam Loligini breue: nam exceptis paucis bimatum non complet. Plinius quoque de Sepia, & Loligine locutus, ait: Neque his bimatu longior vita. Loligo mas, & femina hoc inter se differunt etiam præter illud commune discrimen, quo omnia Mollia in genere distingui diximus, quod ut scripsit Ari-

stoteles, femina intestina duo continet veluti mammas, quæ si aluo inspecta disseces, facile videris: quibus mas omnino caret. Loligo mas, inquit Rondeletius, a femina differt. quod intus meatus duos habet, quibus mas caret, sicuti in Sepijs euenit. Quamobrem errant, qui Loliginem feminam esse putant, Lolium verò a Gaza nominatum marem, cum etiam in Lolio differentia maris, & feminae modo dicta reperitur.

*Lib. 7.*

*Lib. 5. Hi-*

*stor. ca. 15*

*Lib. 9. c. 3.*

*Hist. 4. c. 1*

*De piscib.*

*17. cap. 4.*



G

COITVS.



## COITVS. PARTVS.

Hist. 5. c. 6



VM Aristoteles generaliter complicationem Mollium docuisset, qua utuntur in coitu, hæc subinde infert: Sepiæ verò, & Loligines νέουσι ἀμα συμπεπλεγμένα τα σώματα καὶ τὰς πλεκτάνας ἐφαρμόπτουσαι καταντικρὸ ἀλλήλαις, νεόντες ἐναντίως: id est, Natant inuicem complicatæ ex aduerso, ita vt os ori, cirri cirris respōdeant è regione, natantes interim in contrarium. Nasum etiam dictum (τὸν μυκτῆρα) alter in alterius nasum in-

Rondeletius  
fallitur.

Lib. 7.

Li. 9. c. 51.

Plinij error

Lib. 1. de

gen. ca. 15.

De par. 4.

cap. 5.

Parius.

Hist. 5. c. 6.

Aulo's.

Aristoteles

correctus.

Hist. 6. c. 5.

H. 5. c. 18.

Li. 9. c. 51.

De gene. 3.

cap. 8.

Hist. 5. c. 18

ferit. Quo loco Rondeletius pro νέουσι legit ὀχεύουσι, vel ὀχεύονται. Quod quidem clarius dicitur, inquit Zoographus, si quis diligentius Aristotelis verba seorsim consideret. Si verò apud ipsum Aristotelem argumentum, hoc est, ea quæ præcedunt & sequuntur, respicias; nihil mutare opus est: tractat enim ex professo de animalium coitu: & cum Polypos terræ niti dixisset in coitu, ὁμῶ δὲ Πολύπους ὅταν τῶν λεγομένων κεφαλῶν ἐρείση πρὸς τῶν γλῶ &c. Sepiæ, & Loligines natant simul, & coire subiungit: natando autem utrunq; sexum in contrarium ferri, utpotè corporibus è regione, & ex aduerso applicatis. Athen. quoq; Aristotelis verba recitans νέουσι legit. Plinius, Sepiæ, & Loligines, inquit coeunt linguis, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes. ore & pariunt. Sed Polyphi in terram verso capite coeunt: reliqua Mollium tergis, vt canes. Qui locus, inquit Zoographus, cum ex Aristotele sit conuersus, linguis tamen Mollium vlla coire is non dixit: sed neq; tergis, vt canes. In verbis Aristotelis ἀμα συμπεπλεγμένα τα σώματα καὶ τὰς πλεκτάνας ἐφαρμόπτουσαι. nostri codices rectè post συμπεπλεγμένα distinguunt, & sequentia pariter construunt, hoc est σώματα similiter, vt πλεκτάνας referunt ad ἐφαρμόπτουσαι: Apud Athenæum verò hæc citantem, distinctio est post σώματα: quod Plinium induxisse videtur, vt ore, & linguis ea coire putaret: cum tamen proximè scripserit Aristoteles eundem coeundi modum Mollibus cunctis esse. κατὰ σώμα γὰρ συμπλέκονται, &c. sed λόγῃ aliud ei est συμπλέκεσθαι, aliud ὀχεύειν, & σπέρμαίνειν. quod non animaduertit Plinius. Quamobrem quod Gaza etiam vertit, Mollia ore coeunt, non probo: cum Græcè legatur συμπεπλεγμένα. Aristoteles certè, Mollia non linguas, sed pro ijs carnosum quiddam habere tradit, quo voluptatem esculentorum discernant. Pariunt etiam ea corporis parte (teste Philosopho) quæ fistula dicitur: qua coire eas nonnulli arbitrantur. Εκτίπτει δὲ κατὰ τὸν φτυῆρα, καὶ ὅν ἔνιοι καὶ ὀχεύουσαι φάσιν αὐτάς. Sed hoc ex vulgi, vt rectè annotauit Zoographus, vel piscatorum quorundam potius, quàm sua sententia ab Aristotele dictum. Alioqui dubium non est, quin & coitus, & partus eadem omninò parte, non locis diuersis fiant. Theodorus pro φτυῆρα legisse videtur φουσητῆρα: hoc est fistulam, quam alibi ἀβλὸν vocat. Zoographus κατὰ τὸν μυκτῆρα καλούμενον legere mauit: quoniam proximè τὸν καλούμενον μυκτῆρα nominauit, hoc est appellatum nasum in Mollibus: nasus enim verus, hoc est figura, simul & vsu nasus, non habetur nisi in sanguineis respirantibus: & paulò antè dixerat, æstimatum à nonnullis genitale in vno crinium inseri εἰς τὸν μυκτῆρα δηλαδὲς. Et rursus de Loliginibus, & Sepijs: Ἐναρμόπτουσι δὲ τὸν καλούμενον μυκτῆρα. Sed siue, inquit Zoographus fistulam, siue nasum legamus: neutra istarum partium, vel coire reuera, vel parere possunt Mollia. Rursus de Sepiarum, & Loliginum coitu agens Philosophus, τῶν δὲ νέουσι, inquit, ἡ μὲν ἐπὶ τὰ ὀπίσθεν, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ σώμα ποιται: Gaza vertit: Natantus alteri terrosum, alteri anteuersus in os agitur. Quod quo pacto quadret, non assequor ait Zoographus. Nam si partibus supinis iunctis coeunt, & os ori, cirri cirris è regione respōdent, vt dixerat, νέουσι δ' ἐναντίως, id est opposita inuicè natatione utuntur: non conuenit sexum alterum retro, alterum os versus natant, sed os versus utrunque. Sed hæc inspicere necesse est, si quis de veritate admodum cupit esse sollicitus. Pariunt in alto: teste quoque Aristotele confertum ijs ouum quale Sepijs est. Quæ sic transcripsit Plinius: Loligines in alto conferta oua edunt, vt Sepiæ. Qua quoque earum appareat gemina: quoniam, vt ait Philosophus, vulua earum ita articulata est, vt bifida cernatur. Et teste eodem prodeunt è singulis Loliginum ouis, Loligines singulæ, vt in Sepijs contingit.





## MORES. INGENIVM.



**L**OLIGINEM minorem, siue *τενιδία* Aristoteles apud Athenæum inter pisces gregales numerat. Sed Aristoteles, si fides sit vulgatis codicibus Græcis, *τενιδόν* non *τενιδία* inter gregales pisces recenset his verbis: Gregales deniq; sunt Thunni, Aleces, Gobiones, Vocæ, Lacerti, Corruli, siue Gracculi, Dentices, Mulli, Malleoli, Elegini, Sacri, Aristullæ, Sargiaci, Lolij, Papaueres &c. Plinius quoque, & Oppianus Loligines gregales esse testantur, cum hic eas turmatim ponto ferri, ille verò scribat tanta multitudine è mari volare, vt nauigia demergant. Quæ comprobanda his Æliani verbis: Loligines, Accipitres marini, Hirundo pelagia, cum quippiam metiunt, ex mari exilire dicuntur: ac Loligines quidem pinnarum longissimo, & sublimi tractu gregatim morantur auium efferrî. Sanè maior his quoq; astutia, quam Sepijs, ac contra plura pericula se muniendi potestas. Nam & atramento (quod vt in Sepijs, postquam emissum est, rursus accrescit, ita vt nunquam eis desit copia eius teste Aristot.) & volatu se liberant, ab imminente

*Lib. 7.  
Loligines  
gregales.  
Hist. 9.  
cap. 2.*

hoste, aliove periculo: quamuis in astutia pares esse Sepijs his versibus innuat Oppianus de Sepiarum calliditate antea locutus, qua fugiunt pisces horrendos infuscata prius aqua.

*De animal.  
9. cap. 52.*

*Hist. 9.  
cap. 37.*

**B** hoste, aliove periculo: quamuis in astutia pares esse Sepijs his versibus innuat Oppianus de Sepiarum calliditate antea locutus, qua fugiunt pisces horrendos infuscata prius aqua.

*Lib. 3. de  
pis.*

*Loligo, atque alij, qui findunt æra pisces  
Tales inueniunt artes: non est liquor ater  
Illis, purpureos potius de corpore fundunt  
Humores: sed fraude pares, astutij, putantur.*

Sed natura de Loliginibus magis sollicita esse debuit, quam de Sepijs. Nam hæc cum littorales sint, minorum piscium, ac minus celerum natatu iniurijs exponuntur, quos tantum aquæ infuscatione decipere sufficiebat: Loligines verò cum in alto degant, maiorum piscium ac maximè velocium periculis obijciuntur, vnde eis etiam volatum natura concessit. Promuscidibus quoq; quoties tempestates vrgent, ad saxa aliqua adherentes (non aliter quam Sepiæ) se veluti anchoris iactis stabiliunt, vt author est Aristoteles. Vnde Ælianus. Loligines, & Sepiæ duabus sunt tanquã promuscidibus præditæ, quibus ad saxa, cum est in mari tempestas, adhærescunt; & tanquam anchoris iactis firmatæ fluctuum incursionibus, resistunt. Post cum est tranquillitas, solutis promuscidibus rursus natant. Non contemnendam

*Hist. 4.  
cap. 1.*

*Lib. 12. de  
animal. c.*

**C** scientiã tenentes vitandi sanè tempestates, atq; ex periculis salutem conseruandi. Loligini quoq; illud accidit memorabile, vt, si fides sit Olao Magno, solo tactu manû stupefaciat.

*1.  
L. 21. c. 10*

## DENOMINATA.



**M**OLLIA omnia communi vocabulo *τενιδία* nominantur, hoc est Loligini similia apud Athenæum. *τενιδιωδίατασποπος*, Suidas. Dicitur etiam *τενιδος*, aut *τενιδις* voce diminutiua *τενιδιδιον*, quod frequens est apud Athenæum. Doryon hepsetis *τενιδια*, & *σηπιδια* adnumerat. Et Græcos imitati Latini Loligunculas, & Sepiolas dixere Plautus.

*Emitto Sepiolas, Lopades, Loligunculas.*

*In Casina.*

## SYMBOLICA.



**D**E Sepijs, & Loliginibus Matro. Græcus poëta dicebat, quod solæ inter pisces, quid album, quidue atrum sic, noscerent, vt ait Rhodiginus. fortè, inquit Zoographus, quia caro eorum alba est, atramentum verò in se continet. Sed Athenæus ex Matrone de Sepia tantum hoc refert, potest tamè & de Loligine, alijsque Mollibus atramentum effundentibus intelligi.

Themistocles, vt in ipsius vita refert Plutarchus, Erethriæo ciui cuidã exprobrans ignauia dixit: *ἢ γὰρ καὶ ὑπὲρ πολέμοις ἐστὶ λόγος, οἷα θὰ περ αἱ τενιδίδες μάχαιραν ἔχετε, καρδίαν δ' οὐκ ἔχετε.* idest, sanè & vobis aliquid de bello dicendum est, qui Loliginum in morem gladium quidem habetis, cor autem non habetis. Succum Loliginis pro malignitate noxia, & virulentia nimia malitiæ posuit Horatius de Capitolino amico hæc dicens.

*Malignitas.*

*Saty. 4. ser.  
lib. 2.*

*————— Hic nigra succus Loliginis, hac est  
Aerugo mera. —————*

Vt enim Loligo foris alba est, intus ob atramentum nigra; sic Capitolinus fictus amicus, beneuolum se prius ostendit, deinde latens intus venenum euomit.



## P R Æ S A G I A.

Tempesta-  
tis signa.

Li. 26. cap.  
vlt.

Quæst. na-  
tur. 18.

Physic. 9.  
cap. 113.



**Q**V. BERNATORES, inquit Cicero, cum exultantes Loligines, aut Delphinos se in portum conijciētes viderint, tempestatem significari putant; Plinio verò Loligo volitans, Conchæ adhaerentes, Echini affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Quæstioque est apud Plutarchum: Quid est quod Loligo conspecta magnæ tempestatis prænuncia est? An quia inquit, Mollium genus omne natura frigoris impatiens est? Caro enim eorum nuda, & glabra est: non testa, non pelle, non squamis munitur: duram verò, osseamq; partem interius gerunt. Vnde & Mollium nomen eis datum est. Quamobrem cum adeo non facile patiantur, imminentem tempestatem ilico percipiunt. Vnde Polypus in aridum procurrat, & lapidibus (*πετρίδους*) adhærens ventum iam iam adesse significat. Loligo autem exultat, frigiditatem, & in profundo maris commotionem fugiens. Habet enim hæc mollium omnium partem carnosam imprimis mollem, ac teneram. Eisdem ferè causas reddidit Psellus, interprete Ioanne Corterio, inquit: Loligo piscis est carnis superficie molli, vnde *μαλακίων* nominatur. Tenuissimus enim existens neque testa, neq; pelle, neq; squamis tectus, inter malaciorum (Mollium) genera numeratur. Cum sit igitur nudus, omniq; destitutus operimento, hyemem facile, cuius pater iniurijs, restudens, in aquæ superficie natet. Cum igitur nautæ pisciculum istum mari supernatare vident, instare hyemem (tempestatem) colligunt, non aliter quàm Polypum petrae inhaerentem ventos significare. Indidit enim Deus virtutes quasdam animalibus ad futurorum præsentionem: ut quæ essent salutaria, sequerentur; quæ autem damnosa deucerent. Hactenus Psellus.

## E P I T H E T A.

**H**Ερόποιτα γινεθλα τευθίδας vocat Oppianus, quod volent per ærem. Apud Epicharmum ποταίναι τευθίδες dicuntur. Sed hoc recentes fortè significat, inquit Zoographus, non epitheton est. Ποταίνια τὰ πρόσφατα Doricè Ποταίνι, πρόσφατος. Αε πετεναι και ποταναι epitheta fuerint, eiusdem significationis, volucres, volaces. τευθίδια απαλα appellat Pherecrates, quod molli cute, & tenera sint intesta. Loligo nigra dicitur Horatio, quod succum in se nigrum contineat.

## V S V S I N C I B I S.

Teuthide  
egere.

**T**ευθίδα vilem fuisse pisciculum scribunt Scholiastes Aristophanis, & Suidas. Vnde prouerbialiter Athenis Teuthide egere dicebantur, qui tanta egestate premerentur, ut vilissima quæq; querere cogerentur. Aristophanes in Comædia, cui titulus Archanes.

Ον ἐπ' ἴδοιμι τευθίδος δεόωρον, id est,  
Quem etiam video Teuthide egentem.

Nihilominus ab Obsophagis Loliginem in delictijs fuisse legimus. Nam Teuthidion nominatur in conuiuio, quod Philoxenus Cythereus describit. Et Pherecrates apud Athenæum ἐν δουλοδιδασκαλίᾳ docet, in cæna lauta apponi Loligines: Nostrisq; temporibus à diuitibus, & ganeæ operam nauantibus summoperè appetuntur, & commendantur, præsertim si à petito coquo apparentur. Hinc Castor Durantes in Thesouro sanitatis:

Antiquis abiecta fuit Loligo, probatur  
Sed nunc, bancq; pesunt sepè, probantq; coqui.

L. de alim.

L. de simp.

3.

Quo autore frigida est in primo gradu, humida in secundo. Præfertur parua, quod carne teneriori, cum sit, facilius concoquatur, quàm grandior, faciliusq; digeratur. Paulus Aegineta Loliginem difficilem cōcoctu esse scribens: intelligendus videtur, quatenus omnia Mollia durè sint carnis, & difficile coquuntur, ut tradit Galenus: Nam Loligo facilius, alioqui, ut ait Dyphilus apud Athenæum, quàm Sepia concoquitur: καὶ οὐκ εὐσώμος. Mas-  
farius



A farius vertit, sed insuavis est, id quod Dyphili verba sonant: VVottonus cōtrario sensu ori gratam esse, Bellonius etiam magis gratam dixit. Zoographus iudicari vult, quibus recen- tes hos pisces gustandi facultas est. Iohannes Bruyerinus Loligines inter lautas epulas reponi vidit, sed vteunq; parentur, duras esse, & ægè concoqui ait. Gratam esse etiam te- statur Castor Durantes, qui insuper addit appetentiam augere, & optimi esse nutrimenti. Licebit itaq; ευστομον in Dyphili supra citatis verbis simpliciter legere, & ori gratū verte- re. Præfertur grauida, nec capta in mari mortuo. Arcestratus, qui gulæ causa, vt scribit Athenæus, terram, mareq; peragrauit, de Teuthide scripsit:

L. 21. de re cib. c. 13.

Lib. 7.

Τευθίδας ἐν Δίῳ τῷ περιπέφ' παρὰ χεῦμα  
Βασύρα κη' ἐν Αἰβρακίᾳ πᾶμπληθύνει ὄψει.

Quæ sic vertit Dalechampius.

Teuthidas in Dio, & ad Euripum sita ἔγρηθα,  
Et in Ambracia in ceteris nobili, per multas videbis.

Romæ meliores iudicantur mensibus frigidis, vt Nouembri, Decembri, Ianuario, Februa- tio, Martioq;, varijsq; modis præparantur, vt Sepiæ. Eubulus in Orthanna apud Athe- næum Loliginem in sartagine ait coqui solitam Aristophanes Το μὲν τάγλων Τευθίδων Ἐφέσων ὀψίζον, idest, Ad sartagine[m] Loliginum (in qua Loligines friguntur) stridentem, assate: Contra in Thracum regis conuiuij descriptione Anaxandrides τευθίδας ὀψίας, id- est Loligines assatas nominat. Et Eubuli in Auge apud eundem Athen. hic citatur versus:

Præparatio Lib. 3.

In equiti- bus.

Παρέντε τρωτῆ τευθίδε ζωοτομένη,  
Assata inflicta vulnera Loligini.

Eadem fortè, inquit Zoographus, fuerit τουθίδε ὠνδυλευμένη, nominata à coquo apud So- tadem comicum:

Ἀστειὸν ὄψθη τευθίδε ὠνδυλευμένη, idest  
Urbanum quiddam visa est mihi Loligo condita.

In quam & Charmus Syracusanus (qui in promptu habebat versiculos, & parœmias de vnoquoque ferculo) hæc verba accommodabat. Σοφὴ σοφὴ σὺ: scitè nimirum, & sapienter coctam, & apparatusam insinuans. est enim, & sua coquorum sapientia. ὠνδυλευμένη, τὸ δι- σαγμένον (fortè διασασαγμένον Zoographus) ἄρτυμα, ἢ ἐρ' ἐνίοι μεμονδυλευμένον, Varinus. Antiphanes in Cyclope Lurconem Arcestratum exuperans, inquit, esto nobis mugil Hi-

Loligo far- cta.

mettius: torpedo sub testa cocta: Perca discissa: farcta Loligo. Vt autem farciantur, præpa- renturque nobis declarauit Alexis apud Athenæum, qui in Eretrico hæc loquentem co- quum introducit.

Τευθίδε, Πίναι, Βαθίδε, δὴ μὲς ἀφύαι  
Κρεὰ δὲ ἐντερίδι ἀλλὰ τὰς κη' τευθίδας  
Τὰ πτερυγία αὐτῶν σιωπτικῶν ἑκατὶὸν μικρὸν παραμίξας περὶ πᾶσας  
Ἡδύσματι λεπτοῖς χλωροῖς ὠνδυλευσα.

Quæ sic transfert Iacobus Dalechampius.

Teuthides, pinna, batis, aphyarum natio:  
Carnis & interaneorum frustula: Teuthidas  
Concisis earum alis, adspis admixto paululo insperso sale,  
Sctamentis ex olere viridi, minutim iuso, farctas conditui.

Rondeletius Loliginem ita paratam, tibi, placentæ, aut farciminis genus esse putat, quod & ipsum Teuthis nominatur. Obseruatur à coquis in primis, ne dum cirri abscinduntur, & præparantur ad cocturam, atramentum effluat; deterius enim ius conficitur sine atramen-

In Atho.

to, vt in Sepia quoq; diximus. Vnde sic cecinit Iulius Cæsar Scaliger:

Tum Santonum Loligines cito, & magicis  
Cursu, & iuuveribus sportula atq; iumento  
Paronè linireue fluitante subuectus,  
Aut Almadys, vt loquuntur Hispani  
Vlro nigrantem sanguinis sui succam  
Se aiunt datur a, condantur vt rectè.

Vt sapidiore[s] reddantur Loligunculae, nos docet Apitius: Ad Loliginis, inquit, conditu- ram in patinam teres piper, rutam, mellis modicum, liquamen, carenum, & olei guttas. Alia Loliginis conditura. In Loligine farcti piper, Ligusticum, coriandrum, apij semen, oui vitellum, mel, acetum, liquamen, vinum, & oleum amylo obligabis. Ischia de Loligine ex eodem; sublatis cruribus in pulmentum tundes, sicuti assolet pulpam in mortario, de in- liquamine diligenter fricatu: & exinde ischia plasantur. fixantur etiam farina asperta, &

Lib. 9. c. 3.

L. 2. cap. 1.



De reculi.  
li. 3. c. 103

addito succo maliarantij, comeduntur quouis anni tempore in Italia, omniq̄ ætate si magne fuerint, sed valde nocent paralyticis, & concoctioni sunt rebelles, quare in aqua coquuntur, & vino, additis pipere, sale, & herbis odoratis. Romæ autem, vt scribit Bartholomæus Scappus, minores fricantur, maioribusq̄ præferuntur, condiunturque in iure hoc modo. gladiolo, & oculis exemptis, inspiciuntur cirri, nunquid eis arena adhærescat, vt sæpè euenire solet, dein sepius lauantur, quod fiet melius cum à corpore auelluntur, tum modico sale asperguntur, frixanturque in oleo oliuarum, post calidæ seruantur, tum succo arancij mali irroratæ, & pipere asperso. Cauendum autem, ne in eo oleo, in quo frixæ sūt, incoquatur quicquid ex farina sit, aut quod coquendo albū facere velis. Quippè dum frixatur, rupta vesica, atramentum effunditur, & tingitur oleum. Sin in iure voles, præparatæ eo vt superius diximus, modo imponuntur. æneo cacabo, aut vasi fictili cū oleo, aut butyro, dein paulatim frixantur, addito aque tantillo, quantum ad tegendum eas satis est, mox superinduntur aromata, cum cœpis modice contusis, & prius frixis, aut herbis, & oleribus, vuis crispini, & omphacio claro. Si vero hoc modo præparare volueris sine atramento, eximitur vesica, deinde in aqua elixatur, recentiq; frigida iterum perfunduntur, ac deinceps in iure coquuntur. Loligines maiores virulentæ hoc modo coquuntur, demptis gladio, & crinibus, seu cirris lauantur, vt ab arena purgentur, qua sæpius vndequaq; obsidentur, tum plures in partes diuisæ, ponuntur in æneo vase, aut fictili cum oleo, frixantur paulatim, addunturque aromata, tantumque aque, vt superemineat, hinc coquuntur diu; longa enim coctione est opus. Vbi ferè coctæ sunt, atramentū cū vino Cretico, aut alterius generis albo, & omphacio commiscentur, imponunturq; & rursum ebullire aliquantulum sinuuntur, mox seruantur ad vsum. Quod si minus liquidum ius volueris, addenda amygdala, aut olera cōtusa cum vuis passis. Farciuntur quoq; vt idem Scappus author est, hoc modo. Medicæ magnitudinis Loligo mundatur, & quæ eximenda sunt, eximuntur, cirri, seu barba cum aqua, & sale coquuntur, atramentum in vesica reseruat. mox farcitur corpus reliquum mixtura facta ex caseo Parmensi (is enim præstantissimus apud nos indicatur ad condiendum) medulla panis tenuiter trita, vitellis oui, herbis cōcisis, pipere, cinamomo, vua passa, croco. Vbi verò dies est ieiunij, loco casei, & vitellorum oui sumuntur amygdala, aut nuces iuglades, aut auellane cōtuse cum panis frustulo madefacto in omphacio. Farcitum ita vbi fuerit corpus, imponitur vasi cum butyro, & aqua quodad supernaret, additis eius cirris in mediocres partes concisis: paulatim omnia coquuntur cum modico sale, & aromatibus. cocta vbi ferè fuerint, herbis minutim cōcisis, aut amygdalis contusis vinoque albo commistis, & omphacio inspissatur ius, quod si flauedinem habere desideres, croci parum commiscetur, si verò nigrum esse cupis, atramentum eius loco croci postulatur.

## VSVS IN MEDICINA, ET ALIIS.

De comp.  
secun. gen.  
lib. 1.



**A**THOR est Archigines apud Galenū Loligines stomachicis conuenire in cibo. Assatas prodesse torminosi Marcellus Emphyricus. Acron commentator Horatij scribit Loliginem esse genus piscis, à quo atramentum fit: nisi potius in quo legendum sit. Nam ex Sepia atramentum fieri ad scribendum idoneum constat, de Loligine id nondum comperitum.

## DE LEPORE MARINO.

### Cap. VII.

**A**DDAMVS huic libro historiam leporis marini omnium quæ mare alit, animalium venenosissimi. Ita nos iubent plurimorum authoritates virorum, qui hoc animal inter Mollia referendum esse indicarunt, etiam si multa quò ad naturam, & partes, ei desint, quæ superius diximus Mollibus vniuersis inesse.





A

## ÆQVIVOCA.



EPV S Latinis simpliciter à pedum leuitate vocatur animal quadrupes, hirsutum, & velocissimum, quod Græci λαγών quoq; simplici nomine, aliqui δασύποδα vocant, Sed de æquiuocis Leporis in Lepotis terrestris historia silius dicitur. Lyram piscem vulgò à Gallis Gronaut (alij Gornat) dictum aliqui Leporem marinum esse putant. Germani quidam Seehan, idest Gallum marinum appellant, vt Rondeletius scribit. Zoogra-

phus ab alijs etiam Seehass, idest Leporem marinum dici putat; quanquam hic Lepus venenatus non sit, cum in cibis cōmenderetur, vnde Albertus ait: Lepus marinus duplex est: vnus vulgò Gornellus dicitur, Gallicè Gornais. Phlegma, & mucū pituitosum, inquit Zoographus Germani vocant Schnuder, alij Snot, vt inferiores Germani: à quibus hoc phlegmaticum animal Snottolf vocatur: quod nomen tamen etiam alijs quibusdam pituitosis piscibus, & mucosis attribuitur. Nam Seehass, idest Lepus marinus Germanorum (alius quàm Græcorum, & Latinorum) siue ab oris figura, siue aliam ob causam dictus, & à mucō Snottolf, duorum, aut trium generum (ni fallor) reperitur; quibus communis est figura orbicularis. Est & alius piscis oblongus eodem nomine.

## SYNONYMA.



VI Lepus marinus Latinis dicitur. Græcis λαγός, & λαγός θαλάσσιος. Neq; enim eam distinctionem probo quam adferunt Hesychius, & Varinus, dicentes, quod λαγός per ω de terrestri dicatur, λαγός per o breue de marino, & fluuiatili; cum fluuiatilem Leporem nullum nouerim. Βαμβάδονες κίχλαιτε καὶ λόγοι Epicharmus in nuptijs Hebæ, vt citat Athenæus: sed melius alibi βεβραδόνες (id est membrades & λαγός, quan-

quam si qui pisces λαγός dicantur, nuptijs, & conuiuijs apti, illi planè à Lepore venenato, de quo agimus, diuersi fuerint. Horatius:

*Nec scarus, aut poterit peregrina inuare lagois.*

Ser. 2.

Vbi dubitat Acron, an lagois sit genus piscis, quod in mari Italo non inueniatur, aut auis quæ carnē leporis habeat. Germanicè Lepus marinus venenatus circumlocutione efferri debet, ein giftiger Meherhass, oder ein giftiger Kleiner Muttelfisch. Liebre de la mer Hispanicum est. Cæterum Lepus marinus sic dictus est à colore Leporis terrestris, quem Græci ἐμπερνον vocant, quod sit percnæ (ea est oliuæ non acerbæ, nec omninò nigrescentis species) similis. Et Plinius colore tantum Lepori terrestri similem esse scribit. Idcirco miramur omnes Cardanum, cum tria genera Leporis marini descripsisset, ex Rondeletio hæc subdere. Hæc velut reiectanea quædam maris (inquit) vt Lepores marinos descripsi, quid enim his cum Leporibus simile? nec veneni quod potissimum signum, quodque in eis lethalissimum habetur, vlla mentio fermè habita. Propior forsan descriptio alterius reiectanei à Bellonio recitati, quamquam nec hoc forsan Lepus marinus dici possit. Sed à colore multis rebus nomina imponuntur, & inter pisces leuco, leucisco, glauio, erythrino, Melanuro; auisū puta passeris, merule, turdi nomina ad pisces eiusdem coloris sunt

Ety mum.

Lib. 7. de  
var. rer.Cōtra Car-  
danum.

D translata. hoc & in alijs contingit animantibus. Quapropter non mirabimur Plinium, qui terrestri, marinoq; Lepori nil præter colorem commune inesse scribit. Et quamuis hic color Leporinus in omnibus speciebus marini Leporis non inueniatur, sufficit tamen in aliquo reperiiri genere. Monspelienfes Imbrigo vocant, hoc est ebrū, quod viuis colore ex rubro nigricante, quali plerunque ebrij esse solent, existat. sed mortuus ex fusco albicat.





# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.



*De anima!*

*7. cap. 45.*

*Color.*





*In apolo-  
gico.*

**L**ACTENVS fuit à paucis cognitus Lepus marinus, tum quia rarus est, tum etiam, quia variè à veteribus descriptus. Ælianus cochleæ, testa exemptæ aptissimè comparat. cui sanè persimilis est. Plinius offam informem. hoc est massam carneam, ut exponit Rondeletius, potius quàm piscem vocat. Neq; enim pinnas, neq; oculos, neque alia membra aptè distincta in hoc videas, quemadmodum in alijs piscibus, ob id substantia, siue carne, non corporis specie Loligini parvæ assimilavit Dioscorides. Alij caudatæ Loligini similem fecerunt: nigrum in superficie scholiastes Nicandri commemorat. Ælianus ex omni parte ad tetreni leporis similitudinem, præter pilos accedere tradit. Πυρρὸς, id est sordidus à Nicandro cognominatur. Scholiastes dicit, quoniam γλυρόδης est. Zoographus γλυρόδης legit per iora in prima. Nam γλύν per iora, rhyphon id est sordes significat Varino. Lepus marinus, inquit Auicenna, est animal ostracosum lutosum (Bellonius pro lutofo reponit durum: nã ostraco, siue testa hoc animal tegi nullus idoneus scripsit author) declinans ad rubedinem aliquantulum, inter partes cuius sunt quædam similia folijs alusnem. Apuleius de lepore marino ait: Cùm ceterà ex ossis, duodecim tamen numero ossa, ad similitudinem talorum suillorum in ventre connexa, & catenata gerit, dum in vivis est è cubro nigricans est, mortuus fuscus, teste Rondeletio, qui etiam apud Latinum Nicandri interpretem (Leonicerum intelligit) hæc se legisse tradit. Lepus marinus ex lacertorum genere est, parvæ Loligini similis, informis magis ossa, quàm piscis. Solo colore Leporem referens. Sed nullibi inuenio in Leoniceri scholijs Leporem marinum Lacertorum esse genus, quòd si ex genere Lacertorum statuatur, quomodo parvæ Loligini similis esse potest, quæ corporis figura, & substantia nihil commune habet cum Lepore marino: & hic exanguis est, Lacertus autem sanguinis particeps: Leporis marini tria genera à Rondeletio descripta sunt, cuius etiam picturas damus. Primum genus maximè lethale est, cochleæ nudæ admodum simile, maximè posteriore corporis parte. Os habet in dorso veluti Sepia, tenue volutæ instar, contortum, qua parte caudam spectat. in lateribus Sepiarum modo pinnas habet alueum ambientes, replicatas: mox cornicula duo carnosula, qualia sunt in cochleis, altera tantum capitis parte Zygenæ caput imitatur: altera parte foramen est, per quod carnosam quandam substantiam exerit, ut in pictura vides: eandem pro arbitrio retrahit. in harum duarum partium medio rima est pro ore. Atramento, & reliquis partibus internis Loliginem refert. Idq; in hoc genere admirabile est, quòd cum in omnibus animantibus partes sinistræ dextris similes sint, in hoc valdè sunt dissimiles, vnde ossa informis merito dicitur. Odore est pisculento, tetroq;. Secundum genus superiore est maius, partibusq; internis, atramento, substantiaq; prædicto simile, item partibus externis dextra, & sinistra, reliquis dissimile. Nam parte priore duas latas appendices carnosas habet, in quarum medio rima est: paulò infra cornicula duo, qualia in superiore descripta sunt, nisi quòd acutiora, & breuiora sunt. In dorso os nullum, neque posterior pars cochleæ exenteratæ similis est. Huius posterioris partis utroq; latere, veluti in Sepia sunt pinnæ magis expansæ, & replicatæ. Tertium genus substantia, viribus, & facultatibus prædictis simile est, idcirò inter Leporis marini genera retulit Rondeletius, H pronamq;, & supinam partem huius representavit. Quod in partis supinæ medio conspicitur, est os: supraposita ori pars, alueus, qualis in Sepijs, oui figura, sed in ambitu crenatus. Ori subiecta pars membrana est tenuis, carnosula, magis expansa in rotundum, cuius ora fimbriata est, fimbriæ nigre sunt. Intus cerebri nigri parum est, gulam excipit ventriculus, ex quo oritur intestinum instar capreolorum vitis conuolutum. In medio substantia quædam est fungosa succum fuscum continens: fortassis μήκων est cum atramento suo. Toto corpore est splendido: crystallum, vel pituitam concretam, congelatamq; dixeris. Rarò admodum capitur, & vix vnquam nisi in summo æstu. tum enim à summis feruoribus omnia conturbantur, ea etiam quæ in maris imo latent. Odore est valdè ingrato, & pisculento: nauseam mouet. Hoc tertium genus Bellonius descripsisse videtur pro communi Lepore marino: Fuluum, inquit, Leporis terrestris colorem imitatur. Pulmonis marini more per mare diuagatur, tamen pinnis caret. Pellucidum habet corpus oui anserini





A anserini crassitiem non excedens, quod pro libidine huc, & illuc transfert. Gibba est illi forma parte externa, qua etiam glaber est: cōvexam internam partem ostendit: qua eadem parte nerui permulti recti, atq; obliqui apparent: quibus eo modo ferè striatus est, vt conuexa fungi pars, iisdem adstrictū corpus diffundit, diffusum verò contrahit: sese enim constringendo aquam percutit, vt in ipsa natatione fungi naturam referat. Septem habet appendices, innumeris promuscidibus stipatas ex indico in cyaneum vergentes, quibus sugendo alimentum corpori suggerit: appēdicum autem substantia fungosa est. Ceterum ex aqua emergens suam figuram amittit, & in seipsum concidit, vt pulmo marinus, quapropter in vase aquam habeate hunc cōtemplari oportet. Natat tranquillo mari: facileq; digitis cedit, si comprimatur. Tota namq; corporis eius substantia mucosa est, ac veluti cartilaginosa. Os ad cirrorum radices in concava parte situm habet. Linguam demorsus vellit, vt ari radix; paulò tamen remissius. Præter hæc commemorata genera tria alia nouimus, vnum cuius picturâ primo loco damus Lepori terrestri, colore & parte anteriori pla-

Leporis marini tres species ex Rondeletio.





Leporis marini alia species.





*Li. 16. cap. 19. de anim* nē simile, dico capite, & auribus, posteriore parte informis apparet ossa, nouem aut decem appendicibus in fine prædita. hoc verum Leporem antiquorum existimo. Alterum genus colore, & forma corporis à prædicto differt: colore enim est amethystino maculis albis variegato, binis in posteriore parte appendicibus, veluti caudis quatuor, auriculas dixeris, duas prope os, duas supra caput: dorsum habet gibbosum. Tertium est cinereo magis colore, non tamen unicolor, sed albo, & amethystino variegatum, gibbo purpurascens; quatuor appendicibus parte anteriori. eius icona datur etiam parte inferna, quæ magis est cinerea. Aliud adhuc genus Leporis marini à prædictis diuersum, Plinius, & Aelianus describunt, idq; in Oceano Indico degere, & omninò Leporē terrestrem pilis exceptis, quos erectos habet, æmulari affirmat: sed lubet Aeliani verba adscribere. Magni maris Lepus, inquit (oâ alterū, qui in alio (mediterraneo) mari nascitur, antè dixi) ex omni parte ad terreni simili.



ni similitudinem accedit, præter pilos, nã terrestres pili molles sunt, & ad tactũ haud quidquam resistentes. contra illius spinosi & erecti. hunc qui contigerit, lædetur. ipsum in summa maris aqua natare, non in altitudinem demergi dicunt. celeri, ac concitata natatione uti. Viuum eò difficillimum ad capiendum esse, quòd neq; in rete incidit, neq; ad lineæ elasticam accedit. Quum ægritudine afficitur, natare nequit. Quisquis eum manum ad eum admouet, nisi medicina adhibeatur, perit. ac si bacillo eum tetigerit, hoc idem periculum ei procreatur, quo basiliscus baculo tactus afficit. Hec Aelianus.

Lepores marini duo alij postremò descripti.



## GENVS. LOCVS. VICTVS.



**S**VMMA TIM à loco duæ species constituendæ sunt, vt alij Lepores Indici dicantur, qui in Indico mari degunt, alij Europæi, qui sunt in nostris maribus, Adriatico, & mediterraneo: num enim in Oceano Germanico inueniatur, nõdũ adhuc exploratum habemus. Plinium, si verum est, quòd in India ampliorem multò, & maiorem Leporem marinum, quàm in nostro mari dari scribit, puto à nostri maris Lepore diuersum non intelligere.

**D**Indicus enim ab Aeliano descriptus admodum dissimilis. Nam Iuba in ijs voluminibus, quæ ad Caium Cæsarem Augusti filium de Arabia tradit, Lepores marinos ternas heminas capere affirmat: sic. n. apud Pliniũ legendũ censet Rondeletius, & non vitulos marinos, vt habent quædã exemplaria, quæ longè plures heminas capere possunt: sed quidam codices alij hìc legunt mytilos ternas heminas capere, quæ lectio magis probanda, quia loquitur de capacitare testæ, tanquam vasis. Nostras vt Aelianus tradit in cæno gignitur, & sæpè cum aphyis capitur, quòd primo generi à Rondeletio descripto conuenit: is enim cum vescatur limo, alga, sordibus, in stagnis marinis lutulentis libenter versatur. Reperiuntur frequẽter inter Cycladas insulas, teste Bellonio, inter Lolios, Loligines, & Sepias. Hinc poëta vetustissimus Nicander Leporem marinum nuper in lucem editum sub alis, seu appendicibus Loliginis, & Sepiæ occultare se scripsit, cuius naturam obiter depingit his versibus:

*Lib. 2. de anim. c. 5.*

*In Alexi pharmaci*



Ὅς δὴ τοὶ ῥυτίαις μὲν ὑπὸ σλίγεσσι ἀραιαῖς  
 Τευθίδος ἐμφέρεται νεαλῆς γόνος ἢ ἀτε τευθε  
 ἢ ἀτε σηπιάδος φυλήξιδος ἢ τε μελαίνης  
 Ὅϊσμα χολή δολόεντα (δολοεσσα) μαθεῖσ' ἀγρώσορος ὀρμύλῳ.

Quos sic vertit Iacobus Grevinus:

*Porro sordidus hic Lepus, ut natalibus undis  
 Editus est, iimide forulis se Teuthidis abdit:  
 Ceu genita ex illa proles, vel Sepia is esset,  
 Quae vitream si quando peti se senserit, undam  
 Felle suo, atq; aëco quadram nigredine turbat.*

Tertium genus Rondeletij in alto mari degit, ideoque rarissimè capitur.

## S E X V S.



Li. 23. c. 1.

VM ad Rondeletium delatus esset Lepus marinus, qui lingula carnosa careret, & ore in dorso; cæteris verò cunctis partibus externis, & internis omninò similis esset primo generi, eum marè esse iudicavit, & primo loco descriptum ab eo, fæminam: quòd in ea simile quid Polyporù ouis reperiretur. Esse autem in hoc genere marem, & fæminam testis est Plinius: Grauidè, inquit, si omninò adspexerint fæminam ex eo genere duntaxat, statim nausea, & redundatione stomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio est mas ob id induratus sale, ut in brachialibus habeant.

## P R O V E R B I A.



Lib. 10.

N contabescences, quia nulla medicorum ope restitui possunt, idici poteri quorundam sententia, *Edit Leporem marinum*. Amephas apud Athenæum in Parco:

*Λαγαντάραξας, πιδι τὸν θαλάσσιον,  
 Tu qui hac conturbasti, bibe Leporem marinum.*

Idest annotante Dalechampsio, sic vinum bibe, ut posthac semper fastidias, quæ sanè expositio non placet. Nam ad redium vini inferendum solummodò, antiquos fuisse vsos Lepore marino non arbitror; quòd nimis ingens sit venenum, ut postea ex varijs authoribus probabitur. Idcirco puto eo versu mortem diram imprecari.

## HIEROGLYPHICA.



VI marinum Leporem pingunt, inquit Pierius Valerianus, humano tactu digito mihi videtur significare voluisse, vel hominem minima de causa exanimatum: quandoquidem ferunt eum, qui non modò digito, verum etiam virga Leporem marinum attigerit, quam primò exanimascere, nisi promptuarium sit remedium, etiam mori. Vel mutua damna ex eadè pictura libet interpretari (nam hic roglypticum hoc apud veteres non inueni) quia humanus tactus Lepori etiam exitialis in Indico præfertim mari: hæc Pierius

## VSVS IN MEDICINA.

*Ad pilos euellendos.  
 L. 2. c. 18.  
 Lib. 11. de symp.  
 Lib. 1. de compo. sec. loca.*



ER se tritus, aut cum marina Vrtica illitus, teste Dioscoride, capillos euellit. Kiranides: Solutus inquit, & inunctus præuulsos pilos palpebrarum non sinit renasci. Galenus etiam Lepore marino aliquos vsos fuisse scribit perdedi pilos gratia. Et Crito apud eundè psilotris admiscuit. Plinius psilotrum ait esse, vel sanguine, vel felle, vel in oleo necatum. Alij oleo ideo coquunt. Galenus in Euphoristicis: sanguinem recentem ad idem iungit. Utendi modum dilucidè exponit Marcellus Empyricus cum ait: Leporem marinum, vel eius sanguinem



**A** nem cum oleo tere: atq; ex eo vulsorum de oculis pilorum loca frequenter perunge: post quod, & si renascentur, pili molliores erunt: quibus iterum euulsis supradictum medicamē inducitur, cum verò non renascentur. Archigenes apud Galenum ad egyptopas lanæ tomentum cum sanguine marini Leporis tinctum indit. Plinius aduersus strumas laudat: Pungi, inquit, piscis eius, qui rana in mari appellatur, officulo de cauda, ita vt non vulneret, prodest. Idem faciendum quotidie donec percurentur. Eadem vis est pastinacę radio, & lepore marino imposito, ita vt celeriter remoueat. Marini Lepores oleo veteri iniecti benefaciunt discutiendis strumis, sed cum ipso oleo in plumbeo pyxide inclusi: quam diebus quadraginta diligentē alligatam oportet haberi, postea ex eo pinnula oblinēde sunt strumę, superq; eas pellis lanata non nimium tinsa, tegendi gratia imponenda est: præcipi autem oportet, ne quis hoc medicamento manus inquinat, aut inquinatas, priusquam bene eluerit, ad os referat, Marcellus Empyricus. Iubent & Lepore marino recēti podagram fricari, teste Plinio: ex quo & hoc quidā citat: sanguis eius, & fel in oleo necati cōtra carbunculos valet. Leporis mar. sanguis, inquit Auicenna, est calidus purgans morphæam, & pannū: caput eius adustum generat pilos in alopecia, propriè cum adipe vrsi, & in tyriā valdè: cum autem ex eo fit emplastrum, sicut est abradit pilos. Abstergit visum more emplastri superpositum, & sicut collyrium: hæc ille, qui præcedenti etiam capite de Lepore terrestri scripserat: Sanguis eius expurgat pannum: & cinis capitis eius remedium est, vtile aduersus alopeciam & propriè marini: sed hoc videtur Zoographo Echimis magis conuenire: nempe vt Echinus marinus efficacior sit contra alopeciā quàm terrestris: & forsitan ex diuersis animalibus remedia in vnū miscuit Auicenna. Cinis leporis marini in palpebris pilos inuiles euulsos cohibet, ad quē vsum vtilissimi minimi, vt author est Plinius. Albertus cinerem in aqua potum aduersus eiusdem venenum, & ruberæ celebrat. Apud Gal. inter Asclepiadæ oculares compositiones citatur Dionysij Milesij ad pilos palpebrarū pungentes hoc remedium: Leporem marimum in sigulino nouo vuto, & cinerem tritum ricinorum sanguine excipito, & reposito, in cornea pyxide vtitur, euulsis antea pilis. Entes ocellæ lepus illinitur tritus cum melle, Vottonus ex Plinio, tanquam de Lepore marino, cum Plinius id de terrestri scripserit.

Ad egilopem.

Ad strumas.

Ad podagram.

De comp. sec. loc. 4. c. 7.

## VENENVM ET EIVS CVRATIO.

**C** **Q**VA TILIVM animalium pauca admodum venenosa reperiuntur quòd in humore degant, qui veneno contractus esse solet vt plurimum. Sed inter ea quæ venenum habent nullū Lepore marino pestilentius. Cætera enim parte tantum aliqua venenum continent, vt Araneus piscis in spinis tantummodo id habet, & pastinaca marina in radio, cum Lepus in toto corpore id habeat, quāuis sint, qui & huic tantum in felle conueniunt. Titus Imperator à fratre Domitiano Leporis marini veneno enecatus fuisse dicitur: cum enim oraculum consulere, ac quæreret, quo mortis genere obiturus esset, responsum fuit, Vlyssis modo periturum ex τῆς θαλάσσης. Sed Vlysses pastinacę radio perijt. Titus post mortem patris cum regnasset à marino Lepore interfectus est. Is autem piscis (vt ait Philostratus) humores quosdam occultos habet mortiferos supra omnia venena, quæ mari, terrarū nascuntur. Et Neronem hunc ipsum piscem epulis miscuisse quandoque tradunt, aduersus homines sibi inimicissimos. Domitianus autem hoc eodem contra Titum fraude vsus fuisse putatur, quòd graue, molestumque sibi videretur, simul cum fratre humano, benignoque viro imperare. Io. Tzerzes.

Titus Imperator mors.

Lib. 6.

Chil. 6. 43.

**D** **T**itus autem moritur cum comedisset Lepores marinos.

Eundem Domitianum præter Titum, alios quoq; è medio sustulisse eodem veneno referunt. Quocirca Hegesander Delphus, referente Athenæo, in Artemisijs Dianæ sacris nullum inter cætera gestari (παρρησια) ait, eo, quòd videatur Lepores marinos, homini lethales magno cum studio venari, & consumere: vt piscis magna hominū vtilitate venator Deæ etiam venatrici consacretur. Plutarchus verò, mytæ inquit Eleusinijs nullum venerantur quod scitis: eodemque Iunonis Arguæ antist. honoris gratia abstinet: Nam Leporem marimum qui homini est lethalis, maximè interficiunt, & consumunt nulli. Ideoq; vt humanis, & salutaribus animalibus parcitur. Aelianus vel ob hanc causam Eleusine sacris initiatis sacrum fuisse Mullum piscem habitum putat, vel quòd ter anno pareret. Ceterum Mullum eo animali pestifero vesci Plinius nobis testatum reliquit: vescitur, inquit, eo (Lepore marino) vnus tantum animalium, vt non intereat, Mullus pi-

Li. 7. c. 36.

Mullus cur sacer Eleusinijs.

Lib. de soler. am.

Li. 3. c. 2.



Lib. 8.

scis: tenerescit enim tantum, & ingrator, viliorq; fit. In Mullo autem carnis durities ma- E  
ximè commendatur. Sed Athenæus etiam scarum Lepores marinos venari, ijque pasci  
tradit. Non sunt, inquit Plinius, minus mira quæ de Lepore marino traduntur. Venenum  
est alijs in potu, aut cibo datus, alijs etiam visu. Si quidem grauidæ si omnino aspexerint  
foeminam ex eo genere duntaxat, statim nausea, & redundatione vitium fatentur, ac de-  
inde abortum faciunt. Remedio est mas induratus sale, vt in brachialibus habeant: ea-  
dem res in mari, & tactu quidem nocet. & paulò post tradit, contrà in India cum vel in ma-  
ri tangitur, humano digito, mori, ait enim: In India affirmant non capi viventem, inui-  
cemq; ibi hominem illi pro veneno esse, ac vel digito omnino in mari tactum mori: esse  
autem ampliolem multò, sicut & reliqua animalia. Et alio loco. Lepus, ait, dirum, & vene-  
natum animal, in Indico mari etiam tactu pestilens, vomitum, dissolutionemque protinus  
creat. Huc refer ea quæ superius de Lepore magni maris incola allata sunt. Idè author de  
eo qui in mediterraneo habitat, potum non semper mortiferum esse, quandoq; enim tormi-  
na, & molestissimos dolores in ventre excitare his verbis scriptum reliquit: Lepus mari-  
nus mortem sæpe infert, aut si nihil aliud, ventrem acerbissimis doloribus torquet: quod  
repetit ferè Aelianus l. 2. 45. Lepus marinus (inquit) sumptus sæpenumero mortem intu- F  
lit; ventris saltem dolores excitauit. Gyllius addit; partum abigit, stomachum dissoluit  
Græcè legitur: λαγώς δὲ θαλάττιος βρωθεὶς θάνατον ἠνεγκε πολλὰκις: παντὶ δὲ τὴν  
γαστέρα ὠδύνησι. Cæterum visu etiam nocere, vt scribit Plinius, non vsque adeo verum  
esse puto, nisi qui aspicit, vicinus factus tetrum Leporis odorem, ac virulentiam naribus  
etiam hauriat, quomodo & mulieres abortire etiam posse censendum est. Ita & Ronde-  
letius marinum Leporem sibi allatum odore suo nauseam astantibus excitasse, hac narrat  
historia: Cum ego, inquit, piscium naturæ, varietatisque cognoscendæ studiosissimus,  
piscatorium forum frequenter inuiderem, cumq; piscatores proposito præmio allec-  
tati, certatim ad me si quid rari aut noui in mari caperent, vel in littus eiectum reperirent, ad me  
deferrent: ecce piscator Leporem marinum cum aphyis, & Loliginibus in faucibus Mal-  
guriæ captum, nunquam à se aliàs antè visum, aspectu foedo, odore tetra, betæ folijs  
inuolutum mihi offert: quem cum diligentius contempleret, mihi, multisque, qui vnà me-  
cum erant, nauseam mouit. Sed ne hac quidem à piscis inspektionè reuocatus, dissec-  
abam, partesq; omnes internas rimabar: quum interuenit mulier quædam de mariti mor-  
bo me consultura, cui quum ad dissectionem attentior statim non responderem, odor, pis- G  
cisq; conspectus vomitum, dissolutionemq; ventriculi protinus creauit & de ventris dolo-  
re (erat autem grauida) grauitè quæri cœpit, vt iam abortus timendus foret: quem ad-  
stringentibus emplastris ad retinendum foetum ventri, lumbisq; admotis prohibui, & vt  
aliquot dies Cancris vesceretur, consului. Permulti sunt huiusce rei locupletissimi testes,  
viri boni, & studiosi, qui ea quæ dixi symptomata, & in se, & in grauida experti sunt, & vi-  
derunt vt omnino ex his, quæ de Lepore marino veterum litteris prodita sunt, huic nostro  
(Lepori) competere experientia docuerit. Hactenus Rondeletius, qui & tertium quod  
descripsit genus, splendore diutius inspectantibus dolorem oculorum, capitisq; adferre in  
se ipso expertus est. Reliquuum est vt de accidentibus dicamus quæ post venenum assum-  
ptum insequuntur. Id natura manifestè calidum est, & arrodens, Bertutius eadem esse testatur,  
quæ ex cantharidum potu euenire produnt authores: sed nō omnino ita esse subinde pate-  
bit. Primum gustu, & odore depræhenditur, quia pisculentus quidam, & virosus sapor ab  
eis percipitur, vt scribit Dioscorides παρακολουθεὶ γένους ὁμοικίχθυσιν βρωμωδεσιν, vbi ma-  
lè vertunt, piscium virus olent. Nam Aetius eadem habet: Lepus marinus, inquit, repe-  
ritur ferè inter Loligines, animal paruum, virosus odorem habens; comitatur autem co- H  
medentem, sapor in ore similis piscibus, virosus. Et Scribonius Largus ait eius gustum non  
ablimilem esse illotis piscibus, aut etiam putentibus, sed ante omnes cecini: Nicander:

Symptoma  
ea ex lepo-  
re marino.In alexi-  
phar.

Φιδίεις δὲ λαγοῖο κακοφθορεος ποδὸν ἐμπης  
Ουλομένω. τὸν κῶμα παυσεῖ εἰτέ κεν ἄλμης  
Τοῦ δὴ τοι λεπίδων μὲν ἰδὲ πρίματος πέλειο δμῆ  
Γευθμός ἰκθυοῖς νεπέδων εἰτε σαπρωδέντων  
Ἡε καὶ ἀπλευτων ὁπόταν λειπὶς ἀυξίδα χρανη:

Quos sic transtulit Iacobus Greuinus:

Quod si fluctu uagi Leporis lethale venenum  
Deprendas, tædum qui sumpserit, balat odorem.  
Qualiter exempta reliquo cum viscere squama,  
Vel putridi quod olent neq; loto corpore pisces,  
Talis & immundo sapor obuersatur in ore.

Vbi



**A** Vbi autem in ventriculo, & intestinis hoc venenum sedem figit, naturalem illarum partium œconomiam turbat, doloresq; varios excitat: Primum enim teste Dioscoride aliis dolore afficitur: & ut scribit Aetius, color corporis ad arquatam similitudinem permutatur, deinde plumbeus redditur cum faciei tumore: incenduntur autem pedum plantæ, & pudendum tumefactum cohibet urinae effusionem. Progrediente verò malo ægri etiam cœrulei coloris lotium (ὄυρον θαλάσσιον, violaceâ urinam, Auicennæ interpret) emingunt, quandoque etiam sanguinolentum: deinde nauseabundi facti biliosa vomunt sanguine permista, & piscium loturam olentia. Exudat item graueolentia, & omne piscis genus auersantur, præter Cancrum. Qui sumpserunt, inquit Scribonius Largus, Leporem marinum, stomacho, vesicaq; adficiuntur: ita ut urinam quidem difficulter, & cum dolore, purpureique coloris reddant. Stomacho item tento, & dolenti sunt, auersoq; ab omni esca, præcipuè pisce. Nauseant præterea & subinde reiiciunt spumosa: interdum biliosa & sanguinolenta, & maxime cum simulauit, aut nominauit aliquis piscem. In summis litoris pusilli fluctus videntur subinde audire. Oculi eorum exulcerantur, genæ inflantur: coloris mali, vel plumbei fiunt: minutatimq; per tabem, quasi phthistici consumuntur. His adnumerat Auicenna

**B** cōstrictionem anhelitus, & difficultatem, rubedinem oculorum, tussim siccam, sputum sanguinis, icterum, & angustiam, dolorem renum, excrementum alui violaceum, quandoque mucosū, ructus piscosos cū fœdine. Addit præterea plures, qui euadunt, in phthisin incidere: Plurima horū, atq; maxima symptomata vetustissimus poëta cōplectitur his versibus.

*Fen. 4. doc.  
6. tract. 2.  
cap. 4.*

*In Alexi-  
pharm.*

Τῶν ἢ τοι ζοφῶεις μὲν ἐπὶ χλοῶς ἔδρα με γήοις

Ἰκτερόεις, σάρκες δὲ περισολάδλω μιν ὄσπυ

Ἐπὶ δὲ μάλα τὰ δὲ δόρπα κατὰ στυγὲν ἀλλοτὲ ρινῶς

Ἄκρον ἐπὶ οὐδαίνων σφυρὰ πύμπρατα, ἀμφὶ δὲ μύλοις

Ἀνθεάτε βρυόετα κυλοιδιόωντος ἐπί ζει.

Δὴ γὰρ ἐφορμάθησαν ὀλιζότερη κρίσις ἔρων

Ἄλλοτε πορφυρῆ, τὸτ' ἐπιπλέον ἀιμάσσουσα.

Πᾶς δὲ παρὰ δρακίνοι φανείσιν ἐχθαίρειται ἔλλοψ

Ἄτὰρ ὁ ναοσίβεισ ἀλίω ἐμυδαζατο δαίτα, id est

*post bibitum hoc virus viridis stagnans in fellis*

*Excrementa manent, tenebroso lumina visu*

*Caligant, liquida abeunt in corpore carnes:*

*Nausea adest, tumet alta cutis, talisq; calefcunt:*

*Subq; cauis oculis, roseo fucata rubore*

*Apparet facies, sistensq; vrina moratur,*

*Quæ nunc purpurea, nunc sanguineo esse colore*

*Cernitur, & quomocūq; videt contemere piscem*

*Assolet auersans, æqualiter æquoris lager.*

Quibus autem ex epoto Lepore moriendum est, ij totidem diebus moriuntur quot vix erat Lepus, quamuis incerti temporis veneficium esse auctor est Lætinus Maccæ apud Pliniū. Hic non prætereunda est à doctissimis viris agitata quæstio, num Lepus marinus lædat peculiariter pulmones: Id enim scripsit Galenus non vnico in loco, ut libro de Theriaca ad Pisonem. Quædam, inquit, inueniuntur, quæ corporis partes quasdam peculiariter lædunt: Lepus enim marinus pulmonem vlcerat. & libro primo de compositione medicamentorum secundum genera statim ab initio sophistis eos cauillantibus, qui de medicamentis scripserunt, quæ certas corporis partes vel lædunt, vel iuuant, respondet: At hoc cauillum, inquit, eos qui ita iocantur, arguit facultatis medicamentorum adeo esse imperitos, ut pulmonem solum ex omnibus corporis partibus à Lepore marino exulcerari ignorent. Contra Rondeletius fatetur quidem esse medicamenta, quæ certis quibusdam partibus vel prosint, vel obfint; non tamen veritati consentaneum esse putat, solum pulmonē à Lepore marino lædi. Nā, inquit, Paulus Aegineta, & Aëtius, qui omnia ferè sua ex Galenō transtulerunt, veneni huius graua, ac læuia symptomata varijs in partibus traderunt, de peculiari pulmonis solius affectu, ne verbum quidem. Dioscorides etiam, ac Plinius quanta sit eiusdem veneni perniciēs satis fusè declarant, at quòd soli pulmōni noxam inferat, non dicunt. Non solum itaq; sententijs omniū, qui de Lepore marino scripserunt, sed etiam experientiæ aduersatur Galenus. Clarissimus medicus Iohannes Gortheus Nicandri egregius interpret, cū videret poëtam hunc eius rei non meminisse, ut Galenum cum eo, & alijs conciliaret, certa quædam accidentia, quæ poëta post huius veneni haustū superuenire scribit, à Lepore marino ortum trahere autumat. Maxime, cū Nicander dicat carnes tabescere sensim, & paulò post.

*Li. 31. c. 2.  
An peculiariter pulmo-  
nes lædat.*



Vndique malas Ceu flos exorians, tumidas tumor occupat ambas.

hæc annotat: Corpus nutrirî definit, vel quòd à Lepore humores non possit sibi assimilare, vel propterea quòd pulmones malo quodam Leporini veneni occulto tandem exulcerentur, vnde febris, & tabes fiunt: quod quidem vlcerati pulmonis malum Nicander aperte indicauit, scribens genas rubescere, & velut roseo colore pictas videri: hoc enim fit humorum in pulmonibus putrescentium calore in faciem sublato. Et sanè ita est, vt scribit Gorrhæus. Non enim, vt huic respondet Rondeletius, aliorum morborum, symptomatumque communis nota est genarum rubor, sed pathognomicum signum Leporis marini assumpti, si alia quæ supra Nicander retulit, signa adfuerint. Sed de his satis: Ad remedia alexipharmaca nos conferamus, quorum non paucus est numerus. Sed ante omnia prospiciendum corpori purgantibus medicamentis, vt si non omne venenum, saltem modica eius quantitas per aluum euacuetur, visq; veneni compescatur, & à partibus principibus, cordiq; vincis reuellatur. Idcirco Nicander in principio curationis propinat hellebori radicem, & succum scammonæ: ait enim:

Conclusio. Remedia contra Leporem marinum.

Τῶν μὲν φοιήσσαι ἄλις, ὡς οἰνὴ ἐλλεβοροῖο Νειμείας τὸ τε δακρὺν βοδάλοιο κάμωνος ὄφρα ποτὸν νέποδος τε κακοῦ ἐκφυρματα χεῖν. Contra hunc Phocæicum veratri porrige potum, Eliciensis, recens lashtëmas carpti colorbuniz Perniciosa mali vt compescas pbarmaca piscis.

Notandum est hoc in loco Nicandri quosdam φοιήσσαι exponere nigrum, & cruentum. Certè Dioscorides nigrum veratrum præscribit: & Auicēna. Cum autem aduenit dies secundus, inquit, excitationis accidentium, & quiescunt, fiant ei pilulæ de helleboro nigro, & scammonio, & agarico cum succo liquiritiæ, & tragacantha partibus æqualibus, inde exhibeatur drachma, vel paulò plus cum iulelp. Nicandri Scholiastes ad ea verba ποῖτα Τῶν μὲν φοιήσσαι, hæc commentatur. Γράφεται τῶν μὲν φοιήσσαι ἀντὶ τοῦ φοικιλῶ, ἢ γὰρ τῆ ἐλλεβοροῦ ὡσίς, ἐν φοικίδι δοκεῖ εὑρεθῆναι, καλεῖται δὲ ἐλλεβοροῦ ἢ σαμμοῖαν δίδοναι, πίνων τῶ κάμωντι, ἵνα κοιλίας φερόμενης συγκριθῆ, καὶ τὸ τοῦ φαρμάκου κακοῦ αἰωδὸν ἀφραγῆ. φοιήσσαι δὲ εἶρετε τὴν τῆ μέλαρος ἐλλεβοροῦ ὡσίον id est, scribitur etiam Τῶν μὲν φοιήσσαι προφοικιλῶ. Videtur enim potus hellebori in Phocide inuentus. Iubet autem ægro dari potum hellebori, aut Scammonij, vt ventris fluxu excernatur, & disperdatur venenū. G φοιήσσαι verò dixit nigri veratri potionem. Dioscorides cum iubet dari decoctū maluz, aut cyclamini radicem cum vino ἢ ἐλλεβοροῦ μέλαρος, καὶ σαμμοῖαν ὄπου. id est, hellebori nigri, aut Scammonij liquore, non expressit pondus. vt verbum δοσῶν in eadem periodo, vel cum accusatiuo construatur, vel cum genitiuo, partem scilicet rei significante quod vsitatum est Græcis. Ruellius, & alij pondus expresserunt, nempe drachmam vtriusque, sed in scammonio apparet nimium. Lac deinde propinandum erit. Asininum laudat Dioscorides, & alij, sed ante omnes Nicander.

Lib. 28. c. 10.

Ἄλλοτε βρωμικῆντος ἀμελγομενος λάγα πίνος. Interdum enixamulsum lac potet aslle. Plinius & asininum lac, & equinum, bubulumque priuatim ijs, qui marinum Leporem hauserūt, auxiliari scribit. Scribonius Largus præscribit etiam lac muliebre, Dantur hæc lactis genera, vel per se, vel cum melle, aut passo quotidie. Lactis loco poterit dari decoctum maluz, tam radicis, quàm foliorum: quod etiam magnam aduersus hoc veneni genus vim obtinet; inflammationes enim, & punctiones Leporis marini mitigat, non aliter quàm lac ipsum: idcirco subdidit hunc versum post citatum Nicander:

2. cap. 21.

Ἡ χύτρω τήξας μαλαχῆς ῥυθώωντας ὀράμνες. Insuper elixada lubrica iuscula maluz.

Lib. 25. c. 10.

Scribonius Largus, prodest, inquit, & maluz sorbitio bene vncta, & salsa. Auicenna ait: Iuuant & coliculi maluz, & folia altheæ recentia elixata, aliàs semen altheæ recens elixatum: Plinius, folia ait, Altheæ cum radice sua decoctæ Leporis marini venena restinguunt: & vt quidā dicunt si vomatur. Aetius post lac cum mulso potū, aut decoctum maluz confestim vomere iubet. Deinde radicis cyclamini tritæ dat drachmas quatuor cum vino diluto, aut veratri nigri drachmam vnā: aut scammonie scrupulos duos cum bubulo lacte, vel aqua mulsa. Aegineta non cyclamini, sed peucedani radicem è vino propinat: lapsu fortè librariorum. Nam Dioscorides, de cyclamino agens radicem eius contra venena, præfertim Leporis marini è vino bibi docet. Lepori marino aduersatur & cyclaminos, Plinius. Extat apud Zoographum codex manuscriptus Græcus κατὰ τὸ ὄφρα, Dioscoridiatri-



**A** di attributus: hic lac muliebre laudat, & veratrum album: neq; enim, inquit, metuendus est ab eo vomitus. Iuvat ab initio vrina humana quoq; pota, & vomitu reddita, *ἔρον ἀνδροπιον ποθέν καὶ ἕραθόν.* Auicenna etiam hanc vrinam eidem malo prodesse tradit. Resina item cedri ex vino oboli pondere sumpta alexipharmaci naturam præstat. Nicander.

*Καὶ τότε κεδρίνης πέλανθ βαρὸς ἐμμοραπίσης.*

*Tum quoque cedrinae uiginii granavesina.*

Pro κεδρίας λείας μετ' ὄνου apud Dioscoridem legit Zoographus κεδρίδας, idest cedri fructus, sicut & ἀρκυρίδα dicimus multitudinis numero, idque ex Aetio. Nam resinam cedri numero singulari cedriam dicimus: quam itidem Aetius in hoc malo non cum vino bibi, sed cum passo delingi præcipit: Sed & Dioscorides libro primo, Cedria, inquit, in passo sumpta contra venena Leporis marini auxiliatur. Plinius cedri succum vocat, inquiens. Suadent & contra venenum Leporis marini bibere in passo cedri succum. Alibi ad idem medicamentum cedrides, idest fructus cedri commendat, quos innominatus quidam per se edi iubet. Asclepiades apud Galenum dat obulum, & semiobulum cedriæ. Aetius eius bina, ternauè cochlearia per se sumi iubet, aut cū passi cyathis duobus, tribusue.

*Dioscorides correctus.*

*Lib. 4. c. 5.*

**B** Dat idem etiam baccas iuniperi tritas per se, aut cum passo plurimo. Acinos mali punici laudant Dioscorides, & Aetius, atque alij. Nicander omne genus mali punici: & mustum vis expressum, ita ut ex oliuis oleum solet exprimi.

*Βρύκοι δ' ἄλλοτε καρπὸν ἄλις φοινώδεα σίδης.*

*Κρηπιδος οἰνωπῆς τε, καὶ ἡ προμῆνειον ἔουσι*

*Συὸ δ' ἐκ ἀιγίνητιν: ὅσαι τὰ σκληρεὰ κάρφη*

*Φοιοὶ ἀραχνήεντι διαφράσσει καλυπτῆ.*

*Ἄλλοτε δ' οἰνοβρώτα βορώω ἐν κυρτίδι θλίψαις*

*Ὡσπερ νεοττεύουσαν ὑπὸ τρωπῆ ροιν ἐλάϊω.*

Idest Greuino interprete.

*Punicei interdum, cui Creta est patria, mali*

*Formosum poterit potu ager sumere fructum:*

*Oenopeseq; & quod Promenium nomine dicunt,*

*Aeginetique item: & tenui quacunque rubentes,*

*Et duras cute habent, mollique putamine crustas:*

*Quandoq; exemptas grauidis è vitibus uvas*

*Exprime fiscella, noua ut excolentur oliua.*

Scholiastes οἰνωπῶν, προμῆνειον, & ἀιγίνητιν tres diuersas mali punicæ species facit. & forsitan, inquit Zoographus, tres illæ species sunt, quarum vna acidum, ac vinosum, altera dulce, tertia μέσον (id est medijsaporis, muzum vulgò nuncupant) pomum profert. His quartam speciem addit apyrenon dictam, quam Nicander quoq; videbitur comprehendisse si ita legatur: ὅσαι τὰ σκληρεὰ κάρφη, idest, & quæ molles nucleos rubentes tenuissima distinguunt membrana. Nam licet τὰ σκληρεὰ legamus, per antiphrasin, tamen molles nucleos interpretatur scholiastes. Dioscorides quoq; punici mali acinos cum succo scammonæ, & melicrato dari iubet. Aetius etiam per se commendat. Incertus de remedijs morborum secundum loca Græcus author nondum impressus, Dioscorides falsò putatus (citur à Zoographo) mala punica vinola, & eorum nucleos in cibo laudat. Ex malo punico acerbo, inquit Plinius, fit medicamentum, quod stomachice vocatur, vtilissimum oris vitijs, narium, aurium, oculorum caligini &c. contra Leporem marinum hoc modo; Acinis detracto cortice tuis, succoq; decocto ad tertias, cum croci, & aluminis scissi, myrrhæ,

*Li. 23. c. 6.*

**D** mellis Attici selibris: sed hic locus Zoographo suspectus est, quoniam remedia aduersus Leporem marinum intra corpus sumuntur; hoc autem vitijs externis tantùm applicari potest. Apud eundem, ubi habet: peculiariter valet potum contra venena, quæ data sunt è Lepore marino, buprestique, ut Aristoteles tradit, dorycniium: quidam codices melius legunt, & ut Aristoteles tradit, contra dorycniium, nimirum lac muliebre prodest, de hoc enim antea erat locutus. Commendat etiam alifinatis vtriusque radicem potâ è vino, & potos hippocampos. item ostrea quæ etiam fricta, & in cibo sumpta prodesse ait Valerianus, apud quem & hoc legere est; Ranæ fluuiatiles si carne edantur, iusu è decoctarum forbeatur, profunt contra Leporem marinum. Cùm pisces alios omnes auerferentur, teste Dioscoride, & oderint qui marinum Leporem hauserunt, solos fluuiatiles Cancros coctos libenter edunt, & admisto vino tritos bibunt. Inditiũ, & spes salutis est, cùm pisces amare, & in cibosmittere expetunt. Pro his verbis καὶ πίνουσιν οἰνωπῶν μεμιγμένω ἐπ' αὐτῶν, in antiquis codicibus inquit Goupilus, legitur καὶ πίνουσιν ἀφελούμους, idest Cancros solos ex piscibus

*Pliny suspectus locus.*

*L. 28. c. 7.*

*Li. 6. c. 30.*



admittunt, & concoquunt, & vtilitatem ex eis percipiunt. Codex manuscriptus Zoographi habet, καὶ τῶν μόνων πείσσοισι. Aegineta Cancros fluuiatiles duntaxat pro remedio dari iubet, si admiserint. Sed loci eius lectio fortè melior est apud Aetium; qui sic loquitur: Edat & Cancros assidue, piscem enim nullum admittit. Quod si piscem edere possit signum id salutis iudicabis: Et Aëuarus. Quod si pisces ægri ingerere nequeunt, solos fluuiatiles Cancros coctos edant, bibantq; vinum, cui ipsi sine admisti. Cæterum salutare est si piscem edere sustinent. Canceri fluuiatiles, inquit alibi Plinius, triti, potique ex aqua recentes, seu cinere adseruato contra venena omnia profunt, priuatim contra Scorpionū ictus cum lacte asinino, vel quocunque. Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, & contra Leporem marinum. Aëtius desperatis ob eorum hoc venenum Cancrorum fluuiatilium crudam carnem contritam è lacte propinat. Cùm itaque veneno huic aduersam vim habere Cancros fluuiatiles ex tot authoribus probatum sit, quàm malè in ἀντιβαλλόμενον libello Galeno falsò adscripto pro Lepore marino Cancer fluuiatilis substituat, quilibet oculatus viderit. Auicenna Echinum assum recentem, aut sanguinem eius, & sanguinem anseris dari præcipit. Extollit etiam Dioscorides sanguinem anseris calidum, vel dum fluit è vulnere, vt habet Kiranides. Eundem quoque Aëtius calidum cum passo bibendum præcipit: Plinius cum olei æqua portione. Galli sanguis sanat eos, qui Leporem marinum comederunt, Kiranides. Præfertur & à quibusdam aduersus hoc malum humanus sanguis calens è venis potus, non aliter quam lac è mammillis: & vulpis caro inassata, quin & theriaca diatessaron tribus diebus pota. Ossa asini contracta, & decocta auxilio esse testes sunt Plinius, & Auicenna. Præterea, vt Aggregator citat ex Auicenna, fistulæ pastoris aureus vnus, vel alter liberat. item Lutum sigillatum. Terra quoque sigillata, authore Galeno liberat vomitu. Idem Aggregator auxilia quædam aduersus morsum Leporis marini recenset: ridiculè nimirum, cùm nullus authorum periculi ex eius morfu meminerit. nec alia quàm, quæ prius simpliciter cõtra venenum eius sumpti retulerat: nisi quòd ex Hali abbate (lapsu fortè interpretis) Leporem ipsum marinum emplastri modo impositum, suo morsui mederi recitat. Magni maris Leporis venenum hoc modo curatur: Radicè, vt scribit Aelianus, ad idè mare in insula quædam nasci fuerunt, haud quaquã in vulgus ignotã, quæ animi affectionibus illius, qui sic affectus fuerit, medetur. Ea enim animo deficientes natibus admota facit, vt is reuiuiscat, & recrectur. Sin negligitur, tam sanè valida perniciè hic lepus præditus est, vt ad mortem vsque hominis morbus procedat. Hæc Aelianus.

Lib. 23. c.  
10.

Lib. 16. c.  
19.

Finis Libri Primi.



**A** VLYSSIS ALDROVANDI  
 PHILOSOPHI ET MEDICI  
 BONONIENSIS,  
 DE ANIMALIBVS EXANGVIBVS  
 RELIQVIS QVATVOR,

**B** Liber Secundus.

QVI EST

**D E C R V S T A T I S,**

Et Primùm

**DE IIS IN GENERE. Cap. I.**



**PROOEMIUM. ORDINIS RATIO.**



**C**RVSTACEORVM vocatorum animalium, quæ nuper, cum de Mollibus ageremus in genere, exanguia esse etiam, satis, ni fallor, ex Aristotele probauimus, tractatur secundum tribuimus locum, præferimusq; Ostracodermis: non quod maiorem nobis præbeant utilitatem (ob hanc enim plurima Testaceorum, nominatim verò Ostrea, & Purpuræ Astacis, Cancris, Locustis, cæterisq; crustaceis essent præferenda) sed quod membra omnia distinctiora habeant, perfectioraque atque item plura. Adhæc maior etiam est prudentia

in his in quærendo cibo, maiorque in persequendo, fugiendoque hoste celeritas: & maius denique in pugna robur, ad quam apta habent instrumenta, hastas nimirum, quibus nonnunquam, non aliter ac equites hastati tanto concurrunt impetu, vt rumpere eas velle videantur. Contrà Testaceis, humida cum sit eorum natura, parum cerebri, ac per consequens prudentiæ nihil, vel parum, ac motus etiam parum natura tribuit. Hæc igitur ob rationes crusta rectis minus perfectiora ostracoderma iudicamus.





## SYNONYMA.

Lib. 11. ca.  
37.



Li. 9. ca. 31.  
Lib. 9. de  
animal. 6.  
Etymum.

VÆ Græci, & præsertim Aristoteles *μαλακόσρακα*, Latini hoc tempore Crustacea vocant: Plinius Crustata, cum inquit: In mariis Crustata, & Cartilaginea priores dentes habent. Alibi molli testa operata reddit, & contacta crustis tenuibus, item crusta fragili inclusa, ut quibus fragilia operimenta. Idem hæc Aristotelis verba: *Ούτε δὲ τῶν μαλακίων οὐδὲν οὐτε φθιγγεῖα, οὐτε ψοφεί οὐδὲνα φυσικὸν ψόφον, οὐδὲ τῶν μαλακοσράκων*; ita vertit: Mollia nec crusta intesta, nec vocem, nec sonum vilium habent. Cancros etiam omnia Crustata quandoque vocat, ut ubi loquitur: Cum Carabi à cæteris Cancris distant cauda. Apud Aelianum, ubi habetur, *τῶν ὀσρακοτάτων καὶ ὀσρακόδερμων καὶ τοῦτοῖδιον*, interpretes vertit: Testa, crusta uè intestorum hoc etiam proprium est. Vocantur autem *μαλακόσρακα*, quòd tegumentum non æquè durum, ac densum habeat, ut *ὀσρακοδερμα*, quæ *ὀσράκω* hoc est testa dura, & silicea integuntur, neque molle operimentum veluti pisces squamosi, aut molles, sed durius Mollibus, & tenuius Ostracodermis.

GENVS. DIFFERENTIÆ.  
DESCRIPITIO.

In cō. aph.  
hipp. lib. 1.  
De fac. a-  
lim. c. 34.  
Lib. 9. c. 31



Exercit.  
245.

De par. 4.  
cap. 8.

4. de part.  
cap. 5.

Cur ossibus  
careant.  
De var.  
rer. lib. 37.

ARDANVS enumerans Crustatorum genera, septem constituit, nimirum Astacos, Squillas, Locustas, Erinaceos, Vrsos, Cancros, Paguros. Galenus: Astaci, inquit, Paguri, Cancri, Locustæ, Carides, Gammari, & id genus alia tenui testa concluduntur, duritiæque Testaceis sunt similia. Plinius Cancrorum genera facit, Carabos, Astacos, Maias, Paguros, Heracleoticos, Leones, & alia ignobiliora. Speusippus simile esse dixit, Astacum, Carabum, Cancrum, Pagurum, Nympham, & Arcton, id est Vrsam. Diphilus malacostraca vocat Astacum, Carabum, Carida, id est Squillam, Cancrum, Leonem. Quæ omnia Iulius Cæsar Scaliger duobus generibus comprehendit, differentiâ à forma corporis desumptâ. Omne Crustatum, vel caudatum, vel rotundum. Illius cauda expressa, & extenta est: huius cauda, quasi operculum, alii exitum obrigit, & ventris infimæ parti ita applicatur: ut caudæ speciem præ se ferat nullam. Rotundum Græci *καρκινον*, Latini transpositis elementis Cancrum. Caudatum vulgus Gammaram. Quod nomen Plinius cum prioribus libris omisisset, in catalogo recenset sine vlla descriptione. Quæ profectò diuisio bimembris est, & admodum erudita. Sed nos cum Aristotele, quem ubiq; sequi ferè consueuimus, quatuor statuemus genera. Sic enim ille ait. Summa eorum (crustatorum) genera quatuor numero sunt: Locustæ, Gammari, Squillæ, Cancri: quæ singula in plures species distinguuntur, quæ non modò forma, verùm magnitudine multum inter se differunt: alia enim magna, alia parua admodum sunt. Et alio in loco: Crusta autem intestorum, inquit, genus primū Locusta: cui proximum genus alterum est, quem Gammaram vocant. Et paulò post: tertium genus, inquit, Squilla; quartum Cancer. quorum sanè plura habentur genera. Alibi quinque constituere videtur, Echinum his quatuor generibus annumerans: sic enim loquitur: Natura autem Crustatorum, contrà quàm Mollium constat. Altera enim carnis mollitiæ extrâ habent, altera intrâ: Hinc foris terrenam duritiem obtinent: quanquã Echinus nihil habeat carnis. Sed perobscure hæc pronunciat Aristoteles: quemadmodum etiam Plinius, ubi ait: Eodem genere sunt Echini, quibus spina pro pedibus. Nam vel ad proximum genus referre videtur, nimirum crustata; vel ad remotius, scilicet exanguia, quorum summam meminerat præcedentibus aliquot capitulis. Nos de Echino inter Testacea agemus (nam inter ea pluribus locis disertè admodum Aristoteles numerauit) & ea quæ hic dicuntur vniuersalia, in quatuor eis generibus iam prænomina-tis comperies. Crustata igitur aliqua ex parte testatis sunt similia. Quæ enim foris terrenâ portionem, ac duriusculum tegumentum obtinent, eis assimilantur, quod meminuit Aristoteles: Crustata, inquit, omnia extra se munita seruantur, velut Cancri, genusq; Locustarum, atque etiam Testatorum. Quatenus autem molle, carnosumq; intus continent, Mollibus comparari possunt. Nil autem ossis habent. Neque enim conueniebat, ut scribit Carda-



**A**nus, quod ossa iuncturis indigebant: atque ob id extensione, quæ sub crusta fieri non poterat: materia etiam sicca, quæ integumento absumebatur, oberat ossium generationi. Communes habent cum reliquis exanguibus partes, ut caput, alveum, gulam, ventrem, & intestinum. Alveus teste Aristotele, totius corporis indiscretus est: ne enim caput distinctum, nec aliud quidquam. Quæ ratio est cur Galenus Malacostraca omnia capite truncarit: nã cum in quibusdam animalibus solum id fecisse naturam dixisset. addit: τοῖς μὲν οὐδέτερον ἐστὶ (de capite, & collo loquens) τοῖς δὲ ἢ κεφαλὴ μόνη. παράβοις μὲν οὐκ ἔστι, καὶ ἀσακοῖς, καὶ σαγούροις, καὶ καρκίνοις, οὐδέτερον. τοῖς δ' ἰχθύσι ἅπανσι κεφαλὴ μὲν ἐστὶ, τραξήλος δ' οὐκ ἐστὶ, hoc est: his quidem neutrum est: illis verò caput tantum. Locustis quidem igitur, & Astacis, & Paguris, & Cancris neutrum. Omnibus autem piscibus caput est: collum neutriquam. Et aliquantò post Malacostraca omnia eadem lege conclusit: Ἀλλὰ καρκίνοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ποῖς μαλακοστράκοις, κεφαλὴ μὲν οὐκ ἔστι: τὸ δὲ τῶν αἰσθησίων τε, καὶ τῶν κατὰ προαίρησιν κινήσιων ἐξηγημῶνον μόριον ἐστὶ, δι' ἃ πᾶν τὸ αὐτοδι κατα τὸν θώρακα πεταγμένον, ἔνθα περ αὐτοῖς ἐστὶ νᾶ πάντα τὰ τῶν αἰσθησίων ὄργανα. Sed & Cancris, & alijs Crustatis caput deest: partem verò, quæ sensibus, & motionibus à voluntate pendens, illi sanè in thorace sitam habent, in quo omnes sensuum sedes eis habitant. Viderur maluisse Galenus quãtum ad animantes istas attinet, in Aristotelis sententiam totis ire pedibus, qui è corde sensum, motumq; omnem, tanquam è fonte manare credebat, quàm ijs caput tribuere, ut ipsius verba hæc apertissimè docent: Ὡς δ' ὁ περ ἐν ἡμῖν ὁ ἐγκέφαλος, τοῦτ' ἐν ἐκενοῖς εἴη ἂν τὸς ζωοῖς τὸ μόριον, εἰς ὃ τὰ εἰρημένα ἀναφέρεται. ἢ εἰ μὴ ἐγκέφαλος ἐστὶν, ἀλλὰ καρδία τοῦ τῶν ἀπάντων ἀρχῆ. Itaq; quod in nobis cerebrū est, id sit in alijs animantibus pars illa, ad quam, quæ dicta sunt (scilicet sensus, & motus) referantur: aut si cerebrū non est, certè cor horum omnium principium fuerit. Quocirca Galenus penitus eius fuit sententiæ, crustata omnia capite carere. Est & alius eiusdem sententiæ locus, ne quis putet prædictos locos esse solos, aut depravatos, in quo sic idem scribit, Καρκίνος τε οὐκ ἔστι, καὶ σὺμπαν τὸ τῶν μαλακοστράκων γένος, ἢ δὴ καὶ φάλαινα, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν παραπλησίων, τὰ μὲν οὐδ' ὅλως ἔχει κεφαλῶν, τὰ δὲ οἷον ὑπογραφεῖν μόνον. Cancer igitur, & uniuersum Crustatorum genus, præterea balenæ, & multa alia eiusmodi, vel capite omnino carent, vel eius solummodo rudimentum habent. Quod verò balæna in eo numero recensetur, mendo non caret; neque enim balæna ex genere Crustatorum, neque capite caret: sed id habet discretum, & distinctum. Quare Rondeletius κολύβδαιναν, quæ inter Crustacea à veteribus recensetur, vel simile aliud affine Crustati piscis in meum reponendum iudicat. Nos quidem ita censemus, ut Cancris caput sit indiscretum, reliquis verò caudatis discretum, quamuis id sit exiguum. Sic enim nos sensus ipsi docent. Quocirca cum ultimo loco dicat Galenus rudimentum quoddam capitis inesse quibusdam Malacostracis, de caudatis intelligendus est, quæ paruū admodum habent caput, & os. Idcirco imbecille dicitur Crustaceum genus. Eiusmodi oris, & capitis exiguitatis necessitatem, declarat Cardanus his verbis. Nam si, inquit, magna copia cibi ore esset amplectenda, Crusta sicilè frangeretur; præterea strangularetur animal, cum non esset quo dilataretur Crusta coarctatum. Quod si itaq; caudata Malacostraca caput habeant minutum, quomodo verum erit καριδας à capitis magnitudine dictas, ut vult Athenæus? Ὡνομα θησαν δὲ καρίδες ἀπὸ τοῦ κάραι τοῦ πλεῖστον γὰρ μέρος τοῦ σώματος ἢ κεφαλῆ ἀπὸ πησθηκατο. dictæ sunt καρίδες à dictione κάραι. capite; maximam. n. corporis partem caput occupat. Quare vel dicamus Athenæū, & qui ipsū secuti sunt, κεφαλῶν sumere pro thorace, & capite καταχρηστικῶς, vel quod magis puto, à magnitudine capitis denominari, quod inter cætera crustata id maximum habeat. In capite os est, quod protinus ventri excipere in omnibus, præterquam in Locustis testatur Aristot. his. n. gulam ante ventrem exiguam esse: mox à ventre intestinum, quod (inquit) Ebcustis, & squillis, & Astacis rectà in eadem desinit, qua excrementa emittunt, & oua pariunt. Alio autè in loco; Habent stomachū, inquit, ori continuo iunctum, exiguum proportionem suorum corporum magnitudinis. Hunc excipit venter, in quo Locustæ, & Cancrorum nonnulli, dentes alios habent, quoniam superiores illi fecate non satis queant. Hinc intestinum simplex vsq; ad exitum excrementi deijctur. Dixerat etiã antea ventrem bifulcū gulæ subiungi, ex eius medio intestinū simplex, & tenue procedere, q̄ sub applicato exteriori operculo desinat. Habent præterea in ore dētes duos priores, ut idē testatur, his verbis: Crustata, tū Locustacea, tū Cancris binos dentes habent priores. Et Plinius: In marinis (inquit) Crustata, & Cartilaginea priores dētes habent. Cæterū dētes nō erāt satis: quia magna cibus eorū eget præparatione, & cōtritione, quò ad intima corporis penetrare queat, quocirca natura alios tres in vētriculo cōstituit: alteri secus lineam

Alveus.  
Histor. 4.  
cap. 3.  
8. De usu  
par.

Galeni er-  
ror.

Galenus cor-  
rectus.

Colubda-  
na.

Lib. 37. de  
var. rer.

Lib. 3.  
Carides ut  
de dicta.

Os.  
Histor. 4.  
cap. 2.  
De par. 4.  
cap. 5.

Dentes.  
Lib. 11. ca.  
37.



Io, inferius autem tertiū. Quemadmodū in Locustis & Astacis admodum est manifestum. **E**  
 Qui in ore sunt dentes, longi, non rotundi sunt, testeque Philosopho, tegmine operati duplici, inter quę talia quędam interiacent, qualia Locustarū suo loco dentibus annexi dicemus. intra hos binos dentes, est carnosum illud, quod linguę proportionatur, eiusque effigiem gerit. Supra autem os oculi siti sunt, non omnibus eodem modo: Sed quibusdam à latere supra, continuò sub pronò, amplo distantes discrimine, eodem authore. Duri ij sunt omnibus, aptique cum intrò, cum foras, cum etiam in obliquum moveri; quocirca palpebris carent. Quod his verbis Aristotelis comprobatur: Quę enim crusta integuntur, inquit, vsu careāt palpebrę necesse est, cum nisi celeri cutis officio prestanti non possit. Sed tamen vice eius tutelę duritię oculorum hæc omnia nutriuntur, quasi per palpebram obductam quoddam translucidum ceruant. Celeriter item mouentur, & in obliquū. Cardanus in latus moueri ait nostri comparatione, directè autem, oculorum suorum. Melius enim esse, ut altero vtrinq; prospiciant, etsi diuersis oculis, quam vtroque simul nec antè, nec post. Prominere autem, quoniam à lateribus: quia aliter antè penitus prospicerent: à lateribus autem collocari, quia si supra caput, non viderent, antè verò non poterant, quia os infra reponere necessarium fuisset, quia caput habent immobile: neque ante simul **F** os & oculos esse, quoniā oportuisset latam esse faciem, vnde in motu etiam tardiores euasissent. Cæterum quanquam duros habeant oculos, nihilominus celeriter mouentur quia inter omnia animantia, quibus tales dati sunt oculi, celerrimè eos mouent, quod ex his Philosophi verbis conijcio: Oculi, inquit, ijs omnibus duri sunt, & apti, tum intrò, tum foras, tum etiam in obliquum moveri: quales etiam sunt parti plurimæ Cancrorum, imò verò mobiliore. Caput quoque eorum, quamuis exiguum multis partibus durioribus munitur, ut cornibus, & appendicibus. Cornua autem habent, non solum ad pugnandum, sed etiam ad prætentandum iter. Nam visus quibus contingit exactus, mobilibus cornibus non indiguerunt; quæ planè eo carent, ea habent, ut Cochleæ: item quæ parum vident, ut Crustacea. Pedes habent octo, qui omnes in obliquum flectuntur, ut inquit Aristoteles, sicut & Insectorum. Quod sic transcripsit Plinius. Pedes omnibus octoni, omnes in obliquum flexi. Ideo autem eos obtinuerunt, ut possent ingredi, teste Aristotele. Ingredi autem oportebat, ut victum quærant, victum autem non in terra affixum, aut vnico in loco colligendum, sed diuersis in locis dispersum, ac mobilem. Quare rectè Cardanus: Oportet autem, inquit, omnia Crustacea pedes habere, & pamphaga esse. Nam si nutri- **G** ri debuerant solidiore alimento, & non omnino terra, ut Echini, sed meliore motu indiguerent, at in Crustaceis penuræ adijci non poterant propter latitudinem. tenues enim frangerentur, crassæ ineptæ motui: quare pedes habere necessarium fuit. Quibusdam etiam brachia forcipibus denticulata sunt binò: *χίλας* Græci vocant: Furcas Apuleius; pedes bifurcos, & bifurcatos Gaza, & post eum Massarius: alij bifurcos, & bifidos: Quidam etiam Chelas dicunt Græco nomine seruato. Horum brachiorum pars superior in primoribus his, ut loquitur Plinius, mouetur, superiore immobili: hisque pro manibus vtuntur, hoc est non ingrediendi, sed cibum apprehendendi, ac retinendi causa. Quamobrem quoque contra, ut ait Philosophus, quàm pedes, hæc brachia flectere solent: Eos enim in cauum, hæc in orbem flectunt, & circumagunt. Quod autem hic ait in cauum flectere, id alibi clariùs introrsum flectere dixit. Omnibus verò magna ex parte, eodem Aristotele authore, grandior, & validior forceps dexter, quàm læuus est. Quod breuiter sic Plinius: Dextrum brachium omnibus maius. Caro colore sanguinis rubra (quod mirum, cum sint exanguia) & tactu lento, nec, ut prodidit Aristoteles, similis carni. Idem ait in aluo humorem esse pallidum, & minuta quędam oblonga, & albida: ruffa etiam alia maculis dispersis. Et quæ **H** mutem, siue papauer appellant, amplius parciusque habere omnia hæc genera: brachiarū quoque communem esse annexum omnibus. Tabellas quidam Latini vocant, quas Aristoteles *πλάκας*: quibus eorum crusta coagmentantur, & quasi articulantur. Lapidem esse sub crusta refert Cardanus ex excrementis genitos, qui cum ea decidunt: & ob id qui lapides hosce quærunt, maximos in ijs quærere, quæ crustam veterem exuerunt. Sed hæc de Cancris ab alijs scriptoribus traduntur.

De par. 2  
cap. 3.

Oculi ubi,  
& quales.  
His. 4. c. 3.  
De par. c.  
13.

Lib. 37. de  
var.

His. 4. c. 2.

Cornuacur  
habeant.

Pedes quot  
His. 4. c. 2.  
Li. 9. c. 31.  
De par. 4.  
cap. 8.  
Li. 3. de  
san. & lib.  
37. de var.  
rer.

Chela.

Li. 9. c. 31.

De par. 4.  
cap. 8.

His. 4. c. 2.

His. 4. c. 3.

Li. 9. c. 31.

Caro.

His. 4. c. 2.

Papauer.

Branchia.

Lapides

sub crusta.

Lib. 37. de

var. rer.





## VISVS. GVSTVS. SOMNVS.



**H**EBES omnibus visus est: non solum quod oculos habeant duriores & prominentes, sed quia etiam à lateribus positos. Valent gustu, & odoratu: Gammari odore escarum allectati facillimè capiuntur. Dormiunt quoque, ut his Aristot. verbis comprobatur: Aquatilium quoque, somnus apparet, ut pisetum, Mollium, & Crusta operitorum, Locustarum inquam, & ceterorum generis eiusdem, & paulò post: Mollia quoque, inquit, ad morem similem dormiunt, ut pisces: nec secus quæ Crusta operiuntur.

*Histor. 4.  
cap. 9.*

## NATATIO.



**N**UNCEDVNT obliquo motu: nec natant more Mollium, pedibus, & pinis, sed cauda tantum, rursusque ea tantum, quæ caudam habent. Docet hoc Aristoteles his verbis: Crusta inrecta, ut Locustæ, caudis suis natant, celerimèque retrosum pennarum caudæ adiunctarum beneficio. Itaque quæ cauda carent, ut Cancris natare non possunt. Pedes enim Crustatorum ad natatum inepti sunt. Nullum quoque crustatorum, vel vocem, vel sonum vllum emittit naturalem, ut idem testatur.

*Sonum, aut  
vocem nul-  
lã emittere  
Histor. 4.  
cap. 9.*

## LOCVS, VICTVS. ÆTAS.



**A**RISTOTELES Crustata minus, in salis aquis, quæ sũt potulentiores, quod sint natura frigida, & exanguia, sed in stagnis marinis, & iuxta amnium ostia gigni tradit: Athenæus ex eodem in saxorum foraminibus: itemque in locis limosis. quod sanè postremum de testatis verum cõperi, & in Aristot. legi: quamobrem pro *μαλακιστρακα* legendũ erit apud Athenæum *ὀσπράκοδεσμα*. De Testaceorum victu locutus Aristoteles, subdit

*De gen. 3.  
cap. 11.*

*Lib. 3.*

Crustacea omnibus vesci, sic inquit: Idem vescendi modus Crustaceis est: nam ea quoque omniuora sunt: quippe quæ, & lapillos, & limum, & algam deuorent, atque etiam stercus, ut Cancris saxatiles. Carnes etiam nimirum appetunt. Nulla Crustacea respirant, sed aqua per fistulam egerentia refrigerantur. Humorem ore accipiunt, quibusdam terminibus depellendo, emittuntque meatu oris superiore, obductis meatibus, qui inter fluxit. Duplex ille metus sub oculis est. Quoties ergo aquam acceperint, utroque tegumento obturant, atque ita respuunt humorem. Longam eis vitam esse scribit Plinius, sed hoc priuatim Aristoteles de Locusta memorat.

*Athenæus  
correctus.*

*Hist. 9. c. 2*

*Non respi-  
rant.*

*Lib. 9. cap.  
31.*

## SEXVS.



**I**N Mollibus, inquit Philosophus, & crusta coopertis mas habetur, & femina. Et alibi de exanguibus loquens. Eorum quoque alijs toto genere sexus uterque est, ut Mollibus, & Crustatis: eodemque authore, differt mas à femina, magnitudine, crassitudine, operculo: idem amplius in femina est, ac distantius, & hirsutius, & opacius, quale etiam femina Locustarum sortiuntur. Idem alio in loco: Habent, inquit, in hoc genere mares tenues genitales meatus: feminae vuluas membranas ad intestinum fissas hinc, atque inde, in quibus gignitur ouum. Vuluas has esse bifidas etiam alibi docet. In pedibus quoque differentia est, nam feminae, ut inquit, Plinius, primus pes duplex, mari simplex. Partes etiam, recte Philosopho, supinas, & capitis ita crustacea habet, ut alteræ ad accipiendam, reddendamque aquam branchiarum specie conditæ sint: alteræ planiores, latioresque in feminis omnibus, quam in maribus consent. Et iterum alio in loco ait: Nonnulla maris meatum, ac feminae differentia distinguit: quippe cum uterque tenuis sit, & albidus, & humorem intra se continens pallentem: uterque etiam ex pectore pender. Et

*Histor. 4.  
cap. vii.*

*De gen. 1.  
cap. 1.*

*Histor. 4.  
cap. 3.*

*De gener.  
cap. 2.*

*Lib. 9. cap.  
31.*

*De par. 4.  
cap. 18.*

*Histor. 4.  
cap. 2.*

post.



post. Maribus sanè præ fæminis propria in pectore carne bina quædam candicantia constant, discreta à cæteris partibus, colore, formaque promuscidi Sepiarum proxima: verùm hæc torta in verriginem more Buccinorū, quorum origo acetabulis, quæ subdita pedibus nouissimis ordinantur.

## COITVS. PARTVS.

*De gen. 1.  
cap. 14.*

*De gen. 1.  
cap. 11.*



*De gen. c. 8  
PARTVS.*

*Oua 1.*

*Histor. 4.  
cap. 2.*

*Histor. 4.  
cap. 2.*

*De gen. 2.  
cap. 1.*

**C**OIRE, ac parere percipiuntur. Coeunt autem, veluti, prodidit Aristoteles, modo eorum, quæ in auersum mingunt, cum alterum supinum, alterum pronum applicauerint caudas. Etenim, ne parte supina superueniant pronam impediunt caudæ præ suarum pennarum proluxa appendice: alibi qua parte coeant, explanat his verbis: Meatus ille interior idem excrementi, & vuluæ est, tum ijs, tum etiam Crustatis. Est enim qua semen genitale per meatum emittant, idque parte corporis supina, qua putamen distat, & mare illabitur, faciunt. Quæ obrem ea parte mas cum foemina copulatur. Nam si mas siue semen, siue membrum, aut aliquam virtutem, siue vim aliam emittat, admoueri ad meatum vulualem necesse est. Incipiunt autem Venerem exercere ineunte vere, aliquando etiam cum ficus maturefcunt. Aristoteles, inquit Athenæus, libro quinto historia animalium scribit ex ijs quæ testa molli operiuntur, Locustas, Squillas, Astacos, & id genus alia coire à tergo more quadrupedum, idque veris initio prope terram: interdum verò cum maturefcere ficus incipit. Hæc Athenæus. Diutius quoque, teste Philosopho, hæc quam cætera coeunt more insectorum. Sunt enim exanguia, & ob eam rem frigida natura. Partus similis est, vt antè dicebat, partui Mollium, Cartilagineorumque; quod per coitum pariant. Nam sepe mas coniunctus cum fæmina visus est. Fæmina ouum rubidum parit membrana obuolutum prætenui, ventri, laterique, ac vtriq; intestino annexum, idque ad carnem vsque adhærens. Hoc est quod dicebat Philosophus: Fæminis, huius generis, locus ouis deputatus iuxta intestinum omnibus. Et alibi ait: Crustatorum omne genus sibi iuncta continet oua, itaque fouet. Cardanus cur ea sub cauda habeant iuncta ventri, his verbis examinavit: Verùm id maximum nec ab vilo fermè animaduersum, quomodo perfecta cum sint intus, oua rursus sub cauda adhæreant, quæ latior ob hoc in fæminis, idque præcipuum signum sexus, latitudo caudæ in Astacorum genere, cum natura nil frustra agat, formam verò in vtero dederit necesse est, vt integra pariat, quod & de Locustis fatetur Aristoteles: laxatis igitur membranis illis parit, quæ proprio humore sub cauda statim colligit, fibrisque annectit: ibi fouentur quoniã frigida sunt simpliciter, & animalis comparatione: quædam enim simpliciter tantum, vt piscium, quæ fotu non indigent, quædam sola foetus comparatione, vt auium. Gammari autem vtroque motu ideo fotu indigent. Nascuntur igitur annexis adhuc ouis animalia: nam cortices caudæ postquam Gammari exuerint, annexi conspiciuntur: quam ob causam in cauda pinnas quinque etiam Gammari habent, vt eundo oua non atterant, aut excutiant. Oua Crustatorum imperfecta esse dicit Aristoteles, quod foris edita incrementum capiant. Commutant enim, inquit, inter se vices Insecta, vt quæ ouum pariant imperfectum, vt pisces squamati, & Crustata, & Mollia. Horum enim oua vermen imitantur, quippè quæ foris incrementum recipiant. Vestiuntur, eodem teste, hæc oua putamine duriore.

## NATVRA. MORES.

*Histor. 8.  
cap. 1.*



*Crustæ exu  
unt, & qñ.  
H. 5. l. 17.*

**D**E M tradit hyberno solùm tempore condi, diebus scilicet frigidissimis: Et Plinius de Cancris, hoc est Crustaceis loquens ait: Omnia eius generis hyeme leduntur autumno, & vere pinguescunt. Bellum quandoque inter se ciuile quodammodo gerunt: Et quæuis chelis plus valeant, quam antennis, aut cornibus: tamè his potiùs pugnant, quàm nulli penè alij sint vsui, quàm ad pugnam, & defensionem, vt scribit Cardanus, natura verò armis minus vtatur necessarijs. Cùm alijs verò animalibus pugnant chelis, quod eadè sit ratio victoriæ quæ cibi. Imbecille alioqui Crustaceum genus. Hinc Plinius: Vniuersi, inquit, vbi aliquando congregantur, os ponti euincere non valent: Quamobrem regressi circumcunt apparetque: tritum iter. Mutant omnia crustam, aut corticem. Sed quo tempore? Crusta sua, ait Aristoteles,



**A**teles, & Locustæ, & Cancræ, tam nuper nati, quàm post, exuuntur per ver, quemadmodum angues membrana vernationis, quàm senectutem appellant. Et alio in loco clariùs: Locustæ, inquit, inter marina, & Gammari exuunt (operculum) aut vere, aut autumno post partum. Iam captæ aliquæ sunt Locustæ, mollem habentes partem superiorem, quod crusta iam circumrupta, detractaque esset: inferiorem autem duram: quia nondum esset disrupta. Non enim similis his, atque exanguibus exutio fit. At quia mirum videtur, quod corticem exuant, idcirco causam huius rei indagavit Cardanus, sic scribens: Cur neque Testacea, neque Testudines mutant corticem, Crustacea verò mutant? In Testaceis prius moritur animal, quàm testa sicari possit. Testacea etiam motu non indiguerunt, propterea à testa non impediuntur: triplici igitur causa non mutant: quia non mouentur; quia parum viuunt: quia non siccantur: durior enim testa, & crassior quàm crusta: in testudinibus autem testa incrementum non impedit. Nam in Crustaceis non solum prægrauaret, & motum siccitate, sed etiam paruitate incrementum impediret. Et rursus, Crusta quoque, inquit, cum sicca sit natura, mutatione indigebat: atque tunc cum mutaretur, & cum mutata esset, mori ex inedia necesse fuisset, atque ita non excedere annum, cum tamen Locustæ diuturnæ sint vitæ. Itaque & mutare corticem omnia Crustacea, & pedes habere, quæcunque perfecta essent, fuit necessarium.

*Histor. 8.  
cap. 17.*

*Lib. 37. de  
var. rer.*

## VSVS IN CIBIS, ET VARIIS.



**A**UTUMNO, & vere pinguescunt: at plenilunio magis: quia, ut dicit Plinius, sydus tepido fulgore mitificat. Idem scribit Aelianus his verbis: Testa, crusta uè intestorum hoc etiam proprium est, ut ad decrescen-

*Li 9. c. 37.*

*Lib. 9. de  
animal. c. 6*

tem Lunam ex inanitate, & exilitate corporis laborat, quod quidem ipsum declarat Testacei generis Purpuræ, Buccinæ, Spodyli, & his affines: itemque Crustacei generis Paguri, Locustæ, Astaci, Cancræ, & id genus.

*De gen. 1.  
cap. 19.*

**C**onfirmatque idem Aristoteles cum ait: Generis exanguis Mollia, & Crustata optima sunt cum uero gerunt. Quod enim sanguine carent, nec pinguedo in ijs consistit, hinc pro portione pinguedinis fecernitur in seminale excrementum. Ex his itaque cognoscere licet ea ad cibum eligenda esse, quæ sunt pinguis, plenaque humore, & succosa: talia autem sunt in plenilunio tempore verno, & autumnali, & cum sint prægnantia. Diocles Charystius apud Athenæum scribit Squillas, Cancros, Locustas, Astacos grati saporis esse, vrinamque mouere. Sunt tamen dura carne. Vnde Mnesitheus Atheniensis in libro de edulij, Locustarum, inquit, Cancrorum, Squillarum, & huiusmodi reliquorum difficilis est coctio, atque adeo laboriosior multò, quàm ceterorum piscium. Difficiliter quoque corrumpuntur quanquam non leuiter alant. Quocirca præparatione sua & coctione egent. Mnesitheus elixa magis laudat quàm assa. Horum bona pars viua cum tegumento suo feruenti aquæ inijcitur ad coquendum, elixa dum uè, vbertim, affatimque feruere finitur, & dum bullit, despumatur. Quidam in aqua, & oleo elixant, hisque vinum addunt. Sed melius aceti modicum loco vini aquæ simplici inditur. Sic enim cortex omnium magis, ac citius rubicundo colore perfundetur: quod signum esse solet, iam susque deq; elixa esse. Aptè dehinc ex bene piperato, salitoque aceto comedentur. Cocta, inquit Galenus, Malacostraca in aqua potulenta firmi sunt alimenti, cum autem in se succum salum contineant, si in eadem coquantur, eum amittunt, ac deponunt, aluumque propterea sistunt. Idem suadet Malacostrata vitanda esse eis, qui attenuante diæta uti volunt, ob carnis duritiem, & lentum, ac pituitosum eorum humorem. Iam verò conferre omnia ad canis rabidi morsus, rabidis prodesse, feridos, adustosque humores refrigerare, ac diluere Levinus Lemnius tradit. Cardanus author est lapides intra corticem, & carnem Malacostracorum contineri ex excrementis genitos, eos cum crusta decidere non simul, sed paulò post, & ob id qui lapides hos quærunt, maximos in his quærere, quæ crustam veterem exuerunt: Ex quibus facile est conijcere hos lapides alicuius esse vsus; cuius autem sit, me latet, nec ille id addidit, forte eandem habebunt facultatem quàm lapides in Cancræ reperti, de quibus postea.

*Lib. 3.*

*De alim.  
fac. 3. c. 34*

*Li. de vict.  
atten.*

*Lib. 3. de  
occult. nat.*

*Li. 7. c. 37.*





DE LOCUSTA. Cap. II.

Histor. 4. cap. 2.



LOCUSTA insectorum, inquit Aristoteles, primum genus Locusta est: proximum, quem Gammatum vocant. Quo loco forte aliquis dubitet cur Gammaro, quem ασκων vocat, praeferat Locustam. Mihi quidem in praesentia nulla alia occurrit ratio, quam mirabilis Locustae corporis conformatio, & ingeniosa fabrica, quamvis alioqui Gamarus maiora habeat brachia bilucis dentata forcipibus, atque ideo robore longè præcellat Locustæ. Cernis ne ut cornua hæc vibret ad viam tutò capescendam, & ad pugnam aggrediendam sine hostis metu? Cernis ne aculeos? magnam item illam in dorso, & capite asperitatē, qua, & propulsat iniurias, & bellum infert? articulorum vincula, & tabellarum nexus, vnde non tam milites loricas suas inuenerunt, quam vel Mauors ipse ille Homericus magis ad bellum, quam nostra hæc Locusta, instructa arma obtinuit? Præterea non minus festiuè, quam eleganter dicebat in Locusta cum integra apponitur in mensis, tria esse commoda, Dorion quidam tibicen apud Athenæum διατριβὴ καὶ εὐωχίαν, καὶ θεωρίαν, id est, exercitationē, quæ fit animi gratia, & consumendi tempus, edulium, & contemplationem. Nam in frangendis pedibus, thorace diuellendo, caudaq; detrahenda, manus, oculiq; exercentur; dein cibus est gratus conuiuii: ac postremò mirabilis eius fabrica consideratur. Habes igitur cur primum Locustæ locum tribuerimus.

ÆQVIVOCA.



DE Locusta insecto, quod ακρίδα Græci dicunt, item de Locusta vocata venefica famosa, & Neroni carissima; multa in nostro opere de insectis diximus, & hinc non repetimus. Iam verò apud Aristotelem Carabus etiam Insectum vocatur in lignis nascens aridis, de quo inter Scarabæorum genera vide in eadem de Insectis historia, Gaza modò taurum, modò fullonē vertit. Vnde Hesychius παράβους dicit tradit τὰ ἐν τοῖς ξηροῖς ξυλοῖς σπωλλίτια, in arenibus lignis nascentes vermiculos. Macedonibus quoque τὸν πύλλω, id est, potam vocari παραβιν inuenio. Et Callimedon rhetor Carabi cognomē obtinuit, quod Locustis admodum delectaretur, uti postea dicitur pluribus. Vixit tempore Demosthenis, inter opophagos præcipuus: meminit eius Plutarchus in vita Demosthenis, & Athenæus, qui ipsū vocat φιλιχθιδω, & διάσροφον τοὺς ἀφθαλμοὺς, id est auidū piscium, & distorsis, atq; limis oculis, στράβῦ, ut interpretatur Dalechapius. Nam citat Athenæus hos Timoclis versus ex Curioso —

Carabus ob sophagus. Lib. 7.

Εἰδοὶ καλιμέδων ἀφρα... Ο Καραβος προσῆλθεν ἐμβλέπων δέ μοι... Ως δ' ἴω ἐδόκει πρὸς ἕτερον ἀνδρῶν ὄντινα... Ελάλει σιωεὶς δὲ γ' οὐδὲν εἰ κότεως ἐγὼ... Ως ἔλεγε ἐν ἐὼ ἐνευον διακηνῆς... Τῷ δ' ἀρε βλεπουσι χωρὶς καὶ δοκοῦσι αὐκόραμ.

Vertit Iacobus Dalechampius. Deinde Callimedon Carabus Repente processit, ac me respiciens, Ut quidem videbatur, alterum quendam hominem Alloquebatur: ego verò, ut par est, nihil cum intelligerem Eorum quæ dicebat, loquenti annuebam inaniter. Huius alia certè, quam appareret, pupillæ vident.

Alexis in Phœdone, seu Phædria eundem voracitatis taxat; item Eubulus in Conferuatis: Ἐτεροὶ δὲ θεοῖσι συμπεπλεγμένοι, Μετὰ παράβου σιώεσιν, ὅς μόνος βροτῶν Διώεται καταπιεῖν ἐκ ζέοντων λοπαδίων, Ἀθροὺς τεμαχίτας ὡς τ' ἐνεῖναι μηδ' ἔν.

Quod est, ut idem interpretatur Dalechampius: Alij verò cum dijs complicati Familiares Carabo sunt, qui solus hominum Deglutire potest è feruentibus patinis Conferuim falfamentorum pulpamenta, sic ut nil edant ceteri.

Carabus caupo. Lib. 3.

Fuit & Sarambus quidam caupo Carabus cognomine celebris apud Athenæum, qui optima vina parabat. Carabis verò nomen loci est teste Suida; sed fortè legendum, ut putat



**A**tat Zoographus, Carambis. Nam Carambis Promōtorium est Paphlagoniæ, authore Etymologo, dictum *καρὰ τὸ κάρα καὶ τὸ βάλειν*; caput enim eius multū in pelagus procedit.

## SYNONYMA.



**A**RABVS modò pro Locusta marina, modò pro Gammariis, siue Astacis à veteribus accipitur. Nam Epicharmus in Hebes nuptijs apud Athenæum, quem Archestratus Astacum, Carabum, idest Locustam vocauit, vt pater his verbis: Adfunt Colybdænæ, & Astaci, quibus parui pedes, longaq; brachia: Carabos nuncupant. Vnde Hermolaus apud Plinium existimauit diuersum fortè esse Carabum à Locusta, quòd cum de Locustis scrip sisset, de Carabis subinde sic loquatur. Sed cum verba Plinij, vt rectè annotat Massarius, mutuata esse cernantur ab Aristotele, atq; vbi Carabus in illo legitur, Locusta conuertit à Plinio videatur, erunt sanè Locusta, & Carabus eadem, non diuersa. Nam quando Plinius paulò infra, Cancrorum genera, inquit, Carabi, Astaci, Mææ &c. non distinxit

**B** Carabos à Locustis antea nominatis, sed Cancrorum genera nobiliora indicauit. Athenæus quoq; ceu diuersa genera nominat Carabum, idest Locustam, Astacum, seu Gammarium, & Carida, hoc est Squillam. *Καράβος* igitur animal hoc marinum Græcis dicitur, de quo nobis sermo est. Etymologus, & Varinus sic appellatum putant, *καρὰ τὸ τῆς κάρρα βάλειν*, quòd capite incedat, vel quòd capite sic multum prominente: Cancrorum enim genus capite carere quodammodo videretur, quòd non à pectore distinguatur. Apud Alexandrum Trallianum *καράβος* nihil aliud quàm *κάρραβος* est: nominat enim *λυκούσας*, & *καράβιδας*; vbi Iacobus Goupylus: Inducimus, inquit hæc verba, *καὶ λυκούσας*, suspicantes ab aliquo adscripta, vt *τῶν καράβιδων* significatio ostenderetur. Nam, & *καράβιδες κάρραβοι*, à Latinis Locustæ appellantur: Hæc ille. Sic Gammari, inquit Zoographus, & Cāmarides non differunt. *Καράβιδες* alioqui testibus Hesychio, & Varino sunt γράες vetulæ apud Methymæos. Possunt sic appellari Locustæ à siccitate, & scabritie testæ suæ, quam nimis exficcatam (vt reliqua huius generis) veluti senectam exuunt. Et hinc sanè ab aliquibus γραφιαῖοι, dicti, nimirum ab aculeis *πρὸς τὸ γράφειν καὶ χαραττεῖν*, id est ad scribendum, & insculpendum idoneis. *Αιγίλορος*, Carabus Hesychio, & Varino: ita forsitan dictus, vt coniecit Zoographus; à caudæ motu, à quo ælurus, id est filis, alio nomine ægilurus dictus videretur ijdem etiam *καβαρεός*, & *Κηραφίς* Carabum significant. Inter recentiores quidam non sine errore Locustas marinas *ακρίδας* dici putant; cum *ακρίδες* insecta sint, quæ Locustæ Latinis nuncupantur. Bisas (alias Visas) Pagurus est marinus, inquit Kiranides, qui & Carabus dicitur, à similitudine visaion, id est tegularum rubearum. Trallianus *ἐπι βισαλῶν ὀπιτηδεύσαι* in capite de dysenteria hepatica dixit: vbi Goupolus inquit: Vir quidam Cretensis doctissimus nos docuit hæc voce significari à vulgò Græciæ carbones incensos, ad assandos pisces cōparatos. Aristophanis Scholiastes *παγούρους τοὺς παρ' ἡμῖν κάρραβους* exponit. Locusta, inquit Isidorus, quòd pedibus sit longis, veluti hastata. Vnde & eam Græcitam maritimam, quàm terrestrem Astagonia vocant. In Italia hodie Lagousta, & Alagusta in Liguria vocatur: alibi quoq; Lauchrina. Langousta Massilia: in Hispania Logusta. Belgio Stuer crabbe: Anglia à Lopster. Eliota Anglus diuersis locis Astacum, Locustam & Leonem interpretatur à Lopster. Germanicè, inquit Zoographus, circumscribemus, ein Merkiebs, oder humer art.

**D** GENVS. DIFFERENTIA.  
DESCRIPITIO.



**L**OCUSTAE, inquit Plinius, Crusta fragili muniuntur in eo genere, quod caret sanguine, nec aliorum Crustatorum meminit. Vti etiam vbi à aquatilia tegumento, quo muniuntur, distinguit, crustis ait Locustas esse intectas: Quod modò ad formā pertinet, Locusta marina, teste Pierio Valeriano Gammari fluuiatilis similitudinem habet, longè tamen maior est atq; vastior, & albicantior, cum Gāmari subnigricent: quanquā nigricantes admodum Locustæ in Ligustico mari cōspiciātur. Frōt ē supra oculos angustiorē quā Gāmario esse docet Aristoteles, faciemq; latiore, ac pectus angustius, rotumq; corpus durius, & minus car-

Lib. 3.

Lib. 9.

Carabū eūdem esse cum Locusta.

Lib. 3.

Carabi etymum.

Lib. 7.

Carabis.

Aegilurus.

Bisas.

Visas.

Lib. 12.

Locusta etymum.

lib. 9. c. 30.

Li. 9. c. 12.

locusta qd differat ab Astaco.

Hist. 4. c. 2



notum, differreque ibidem dixerat brachijs, quæ denticulatis forcipibus Gamarus protendit: atque etiam quibusdam alijs d' scriiminibus, quanquam non magnis: Hinc Bellonius: Locusta, inquit, siue Carabus, & Vrsa, tam maior, quam minor, nullos habent forcipes: quo nomine ab Astaco maximè differunt. Quem omnes hæctenus secuti, chelas Locustis adimunt. Sed non ita intelligendus est philosophus, vt forcipes Locustæ neget, sed quod tam magnos non habeat, vt Astacus: nam forcipes habere non vnico in loco scripsit, vt vbi ait: Genus Cancrarium, & Locustarium similia inter se sunt, eo quòd vtrumque brachia forcipibus denticulatis habeat. Et alibi: Pedes, inquit, Locustis vtroque ex genere quini vltimis annumeratis, qui in forcipem exeunt denticulatam. Quare & Iulius Alexandrinus, dum ait, Locustæ, quæ *καράβοι* sunt, chelæ denticulatæ tantum, nimirum ex quinque vtrinque pedibus: maiores illi vnico, non gemino, vt in forcipatis Astacorum chelis, aculeo sunt, eoque dentis in modum formato, rem acu minimè tetigit, & Philosophi iam allata verba non est assecutus. Verum quidem est, quòd chelas Carabi habeant, easque diuersas ab Astacorum chelis, & non ita forcipatas, sed vnico veluti dente munitas. Sed quòd chelas in singulis pedibus esse dicit, id falsum: nec hoc dixit Philosophus, plures duas enim habere non possunt, nec erat necessarium, cum ijs tanquam manibus vtantur, quæ duæ sunt, nec plures in ijs animantibus, quæ manus habent, aut quid illis propositione respondens: Gillius duos Locustæ pedes forcipatos, alios dentatos facit. Reliquas nunc differentias prosequamur. Carabus, inquit, Bellonius hirto (aspero) sunt corpore: Vrsa verò, Astacus, Pagurus, Cicadaque læui, & quemadmodum Maia à Paguro, sic Carabus ab Astaco ipsa asperitate dissidet, tota enim anterioris corporis pars Carabi aculeis riget. Hinc *γρᾶφιστος*, dictas Locustas à Diphilo Siphinio putat Zoographus, quanquam alij sic nuncupatas velint, ob coloris varietatem. Sed huius animalis asperitatem testatur quoque Tiberius Cæsar apud Suetonium. Is enim in paucis diebus quàm Capreas attigit, piscatori, qui sibi secretum agenti, grandem nullum inopinanter obtulerat, perficari eodem pisce faciem iussit, territus, quòd is à tergo insulæ per aspera, & deuia crepsisset ad se. Gratulanti inter pœnam quòd non Locustam, quam prægrandem ceperat, obtulisset: Locustæ quoque lacerari os imperauit. Locustam, & Cancrum inter se differre tradit Aristoteles, quòd Locustæ caudam habeant, Cancris verò ea careant. Conueniunt autem in denticulatis forcipibus, quos in dextra parte, eodem teste, grãdiore, robustioreq; habent. Parte enim dextra efficaciora sunt animalia omnia. Cur verò Locustis cauda sit, & non item Cancris, rationem hanc adfert Aristoteles. Locustis enim, inquit, vt nantibus cauda utilis est: natant enim cauda, quasi remo innitendo: at Cancris inutilis est, quoniam vitam agere terrenam, cauernasque subire solent. Hæc ille, qui & ad natandum pinnas Locustæ in cauda quinas esse scripsit. Quòd repetens Bellonius, pinnas, inquit, quinas habet in cauda, reliquum quoque caudæ corpus, quinque tabellis læuibus loricatur. Author est Aristoteles cornua bina, tam mari, quàm fæminæ prælonga, & aspera ante oculos esse, ijsque alia læuiora cornicula subiacere. Plinius tamen aspera esse negat, sed propria rotunditate præpilata. Oppiano ea, & Aeliano dicuntur *κέντρα*, id est stimuli, seu aculei, quemadmodum chelæ, *δολιχαί* id est, longæ. Aristoteles *κέρτα* vocat, Plinius cornua, nos antennas. Aelianus in dorso esse ait. Indeque fortè Carabi *κέρτα δρυβελή* cognominauit. Dentes præterea habent Locustacea primores binos maiusculos, & gulam ante ventrem exiguam, in quo nonnulli quoque dentes sunt, quoniam non satis erant superiores illi. Continent quoque in eodem ventre humorem similem mui. Cor earum ex nigro rufescere obseruauit Bellonius. Mare autem cum excipiunt ore, id transmittunt ad suas brachias (*τα βραγχαιδῆ*) quas ipsæ, vt ait Aristoteles plures, quàm cætera crusta intacta obtinent. Sūt duris oculis, vt reliqua Crustacea esse diximus. Vnde apud Plautū Menechmus interrogatus, nū solerent sibi vnquã oculi duri fieri, respondet nō minus facetè quàm verè.

*Quid tu me Locustam censles esse homo ignauissime.*

Nisi dicamus, hinc Locustam insectum esse, quod pariter durioculum est. Est & meatus quidam secundum Aristotelem a pectore pendens, qui ad excrementi exitum pertinet; feminis pro vulua, maribus genitalis seminis receptaculum. Meatus hic iuxta cauum, inquit, carnis cōtinetur, ita vt media caro interiaceat: intestinum enim deuexū pertingit: meatus verò à cauo applicatur. Nec secus quam in quadrupedū genere hæc habetur. Nulla maris meatum, ac fæminæ differentia distinguit: quippe cū vterq; tenuis sit, & albidus, & humorē intra se continens pallentē: vterq; etiã pectore pendet. Ad quorū omnium confirmationem lubet breuiter ea quæ Rondeletius in descriptione Locustæ exactius, clariusq; scripsit, adiungere. Locusta, inquit, duo habet cornua ante oculos magna, initio aspera, & aculeata deinde

De par. 4.  
cap. 8.

A Cancro  
quid differat.

Histor. 4.  
cap. 2.

Lib. 14 fa-  
lub. ca. vlt.

Chelarum  
usus.

Vi à cancro  
differat.

Histor. 4.  
cap. 8.

De partib.  
4. c. 8.

Hi. 4. c. 2.

Lib. 2. aqua  
til. c. 3.

Li. 9. c. 30.

Dentes.

Cor.

Branchia.

Oculi.

Histor. 4.  
cap. 2.



**A** deinde rotunditate præpilata, in exortu crassissima, quæ paulatim magis, ac magis ita gracilescit, ut tandè in tenuissimū cirrū desināt, in omnemq; partem pilæ instar flecti possint. Initio quaternis articuli distincta sunt, ut cum nullus ingruat metus meatu, cornibus ad latera porrectis, in pauore ipsidem erectis, obliquè in latera procedant. His alia duo cornua articulata, læuora, minora, tenuiora subsunt: quibus pisciculos, ut opinor, allicit, & venatur. Oculi cornei semper prominentes, & exerti, in obliquum mobiles, aculeis acutissimis, firmissisque vtrinque tanquam propugnaculis muniti. Oris lateribus additæ appendiculæ, tanquam parui pedes ad tutelam. Dorsum asperrimum est, & aculeatum, velut è frōte aculeus magnus eminet. In lateribus branchias habet veluti è pilis coagmentatas: pedes plures quaternis: quia sanguine carentia pluribus mouentur notis, quàm quatuor, siue terrena sint, ut Scolopendræ, multipedæ: siue aquatilia, ut Mollia, & Crustata. Sunt igitur Locustis pedes vtrinque quinoi, annumeratis extremis chelis, quas Gaza, modò forcipes denticulatos, modò brachia forcipata interpretatus est. Flectuntur omnium pedes in obliquum, chelæ verò introrsum. Cauda læuis, & sine aculeis ex quinque tabellis contexta, in pinnas quinque desinens, natandi causa. ei quasi remo Locusta innititur, estq; in ea si-

*Cauda.*

**B** tum totius corporis robur, quod experieris si ea parte Locustam apprehendas: nam valida, frequètique agitatione è manu elabitur, nec nisi corpore apprehensam, vel è cornibus suspensam, retinere queas. Cætera omnia cum sint ex Aristotele superius allata, libenter prætereo: Locustam quam hic appinximus, cum omnibus notis, tum à veteribus, tum recentioribus traditis, optimè quadret, non opus est describere. Saltem meminisse, ac obseruasse dorsi colorem, cuius nullus quod sciam mentionem fecit, sufficiat: hic enim medius est inter atrum, & cæruleum, itemque chelarum, quas miror multos recentiores negasse, quum habeāt, ut Aristotelis autoritas, quam supra scripsimus, & nostra autopsia satis declarant. Sunt tamen exiguæ admodum, nec cum ijs, quas habent Astaci comparandæ: dēs earum superior triplo maior inferiore, vterq; caret totus tuberculis, & in fine acutus, quū in Astaci chelis vterque dens sit obtusus. Non prætereunda sunt Locustarū genera, si quæ sint ab authoribus tradita. Vrsam connumerasse Aristotelem Locustaceis prebat Iulius Cæsar Scaliger, quòd ei, & Locustis idem tempus partendi assignauerit. Idem proximum Locustæ genus facit Astacum, quòd illi multū sit similis. Dissimillimam tamen ab Astaco Locustam ait, quòd nec forcipes, ut ille habeat, totaque sit horrida. Leonum brachia, au-

*Genera.**Exercit.**245. contra**Card.*

**C** thore Plinio, cancris similia sunt, reliqua Locustæ. Et Aelianus: Marinus Leo cum Locusta, inquit, similitudinem habet, præterquam quòd maiori habitus tenuitate, & gracilitate est. Hac ratione quidam, & hunc ad Locustas referunt. Et Plinius Elephantum his verbis: Elephantum Locustarum generis nigri, pedibus quaternis, bisulcis: præterea brachia duo binis articulis, singulisq; forcipibus denticulatis. Cæterum Rondeletius, & Bellonius melius Astacorum genus faciunt hunc Plinij Elephantum, ut & alia superius cōmemorata. Paulus Iouius Leonem Plinij esse putat eum, qui vulgò Gammarus dicitur, eundemque Astacum Oppiani, quasi verò huius poetæ ab aliorum authorum Astaco sit diuersus. Idem etiam per Carabum putat Oppianum intelligere Leonem, qui Theodoro sit Gammarus. Mihi Oppiani Carabus Locusta est, de qua nunc agimus, quod etiam Zoographo placuit.

*L. 32. c. 11**Lib. 32. c.**11.*

## LOCUSTS.



**D** ON vno loco semper permanēt Locustæ marinæ, sed hinc inde vagantur, prout cœli constitutio est: Nam littora potiùs, ut prodidit Philosophus, vernis, hybernisque temporibus expetunt. Conferuntq; se in altum æstate, cum aliàs calorem, aliàs frigus prosequantur. Vnde Plinius ait: Hyeme aprica littora sectantur, æstate in opaca gurgitum recedunt, & aliàs tradit Locustas viuere petrosis locis, Cancros mollibus. Et Philosophus aspe-

*Hist. 5. c.**17.**Hist. 5.**cap. 17.*

ris, inquit, saxosisque locis proueniunt: Cumq; ibidem de Locustis, ac Gammaris esset Locutus, subiungit neutrum genus limosa amare: indequè fieri ut Gamari apud Hellepontum, & circa Thasum gignantur; Locustæ circa Sigæum, & Athon. Quæ omnia ex eo repetijt Athenæus. Quanquam Astaci, inquit, Bellonius, in Oceano multum sint populares, Locustæ tamen in eo maris tractu, rariores esse solent. In Euripo mari teste Aristotele non generantur; in Indico verò quaterna cubita implent, ut auctor est Plinius. Gonzalvus Ouiedus testatur inueniri etiam in Oceano Indiæ Occidentalis, sed quàm sint magni, non addit. Mare quod Cananoram circumfluit, plurimas alit. Nam arce ius insulæ, ut

*Lib. 3.**Lib. 2. a-**quat. c. 3.**Hist. 9. c. 37.**Lib. 9. c. 3.*



# Vlysis Aldrouandi

Locusta marina.





**A** narrat Iohannes Barus, cum ei præfset Laurentius Britus, ab Indis obfessa, Hispanisque ob extremam famem diuinum numen implorantibus, mare repente intumuit, & cum vndis terram superfluentibus magnam vim Locustarum euomit, quibus famem illi plusculis diebus non sine miraculo solabantur. In mari Ligustico Locustas nigricantes conspexit Pierius Valerianus.

*Lib. 1. de-  
cad. 2. c. 5.*

## VICTVS. ÆTAS.

**P**ASCUNTUR, inquit Aristoteles, venatu pisciculorum, circa sua cubilia, quæ in alto, locisque asperis, cauernosisque faciunt. Quidquid ceperint, ori admovent suo forcipe, vt Cancris, pisces maiores quoque euincunt eodem teste: murænas, & con-gros etiam maiores deuorare, cibosque ore terere (quod ostendit oris constitutio, & gulæ angustia) obseruauit Bellonius: lutum, & herbas comedere scribit Albertus. Locustis omni-bus vita diuturnior data est, teste Philosopho.

*Hist. 8. c. 2.*

*Li. 2. aqua-  
til. c. 3.*

*Ætas.*

*Hi. 5. c. 17*

## CAPIENDI RATIO.

**P**ISCATORES non ignari Locustas hyeme, ac vere circa littora versari, æsta-te verò in alto mari, oris litoralibus, atque alijs id genus indicijs consecretantur loca aspera, & limosa, quoties captutam in alto lubet exercere. Tarentinus ad hæc ca-piendas ad aliquid alligat mormyrum, Purpuras decem cum oleo contundit, & musci pa-rum (*καὶ βρύον τι μικρὸν* Andreas Lacuna vertit, ex bryoque pauxillum madens) inspuit, mox exponit in saxum, & sic capit.

*Geopon. 20  
44.*

## NATATIO. INGRESSVS.

**N**EGAT Bellonius pedes anteriores, qui cæteris maiores sunt, in natatu moueri, sed pinnulis, quas partim sub cauda gerit, partim in extremo eiusdem, tñ quaternis reliquis pedibus natate assertit. Partes igitur, quibus ad natandum vtuntur, sunt pedes, & cauda; quod etiam Aristoteles dixit his verbis: Locustæ pedibus, non gressus (vt Cancris) sed natatus causa subni-tuatur. Cancris nandi studiosi non sunt, quandoquidẽ ad natatũ cauda vsu est, illi autem à natatione abhorrent. Et alibi: Locustæ, inquit, suis caudis natant, celerrimèq; retrorsum, pinnarum caudæ adiunctarum beneficio. Plinius ait: Cætera in aquis natant; Locustæ re-plantium modo fluitant: hoc est, vt exponit Massarius: Cruftata omnia in profundo natant, exceptis Locustis, quæ anguim modo supernatant. Aliter ingrediuntur cum sunt in pa-uore, aliter cum nihil formidant. Nam, vt inquit Aristoteles, incedit Locusta natura sua antè, cum nihil metuit, demissis in latera cornibus: at vbi metuit, fugit retrò, longèq; sua cornua porrigit: Verba Græca eius hæc sunt, Βαδίξει δὲ κατὰ φύσιν ἰδρὲ εἰς τὸ πρόσθεν ὅταν ἀφοβῆ, κατὰβάλλων τὰ κέρατα πλάγια. ὅταν δὲ φοβηθῆ, φεύγει ἀναπαλιν, καὶ μακρὰν ἐξακοντίζει. VVotonus vertit, seseq; longius eia culatur. Sed videtur Zoographo ἐξα-κοντίζει eferendũ ad κέρατα, vt Gaza quoq; fecit. Plinius videtur vertisse: si nullus ingruat  
**D**metus, recto meatu cornibus, quæ sũt propria rotũditate præpilata, ad latera porrectis: is-dem erectis in pauore, obliquè in latera procedunt: In hac re nõ consentit Aelianus cum Aristotele. Is enim: Locusta, inquit, cum nullius rei metu afficitur, tum anteuersus progre-ditur, non prætensis quidem, sed obliquatis in latera cornibus (*πλαγιασας δὲ ὑποκαὶ ἐκεί-σετα κέρατα*) vt ne aqua contra natationem veniens reprimat cornua, & inde ultra pro-gredi prohibeatur. Sin fugit, & retrocedit tum penitus demittit, & laxat sua cornua; πα-ρῆκει αὐτὰ τελέως) & tanquam remis altiùs demissis scampham propellens, sic sese com-mouens, multum conficit itineris.

*Lib. 2. a-  
quatil. c. 3.*

*Li. de com.  
animal.  
gressu.*

*Hist. lib. 8.  
cap. 2.*

*Li. 9. c. 30.*

*Lib. 9. de  
animal. c.  
25.*





## SEXVS.

*Histor. 4.  
cap. 2.*



SEXVS quoque discrimen satis manifestum est: Nam vt ait Aristoteles, differt mas à Locusta foemina, quod foemina primus pes duplex sit, mari simplex. Piana etiam parti supinae annexa, foeminae maiores, & quae collo proximae sunt, minores habentur. mari omnes equè minores, nec vsquam per diminutionem dissimiles. Ad haec mari in nouissimis cruribus, veluti calcaria maiuscula prominent acuta, quae foemina parua habet, & lauiora. Addit praeterea Rondeletius in caudae supina parte foeminam habere appendices duplices, pinnis similes, ad contegenda, & conseruanda oua, mari autem has esse simplices, & paruas. Sunt, qui & magnitudine corporis distinguunt, vt foeminae maiores sint, mares minores. Testatur quoque Aristoteles vuluam bifurcam esse foeminis.

*De gener.  
3. cap. 8.*

## NATVRA. MORES.

*Histor. 8.  
cap. 17.  
Lib. 9. cap.  
30.*



*Histor. 8.  
cap. 2.*

*Lib. 9. cap.  
30.*

*De ani-  
mal. lib. 9.  
cap. 25.*

*Lib. 1. ver.  
histor.*

*Lib. 18. c. 2*

*de piscib.*

LAETENT eodem testante circiter menses quinq;. Et Plinius inquit: Latent mensibus quinque, similiter Cancris, qui eodem tempore occulantur. Dimicant, vt ait Aristoteles, inter semore arietum cornibus, quae extolles, vibrantesque; feriunt aduersarium: sed vniuersae etiam plerumque tanquam gregis collegium visuntur. Plinius quoque cornibus inquit inter se dimicare: at Aelianus: Quod si, ait, Locustae inter se pugnant, alij contra alios, ita erectis cornibus veniunt, vt in incurrentes arietes allidunt, & conserunt frontes. Ad hanc earum bellicosam naturam respiciens Lucianus, inquit per iocum, occidentalem partem Tarichanes inhabitare, gentem oculis anguillinis, & facie Carabea bellatricem, ac mordacem. Cur modo tam acriter inuicem bellent, his verbis tradidit Albertus: Gregatim, & aciebus instructis pugnant cum alijs aciebus generis sui pro pascuis, vel foetu, vel foeminis. Laedi non posse, nisi sub cauda tradidit Rondeletius.

## ANTIPATHIA.

*Histor. 8.  
cap. 2.*

*Lib. 11. c.  
vlt.*

*Lib. 10. ca.  
38.*

*Lib. 9. de  
animal. ca.  
25.*

*Lib. de fo-  
ler. anim.*

*Lib. 9. cap.  
vlt.*

*Histor. 8.  
cap. 2.*

*Lib. 1. de  
animal. ca.  
23.*



NON conueniunt inter se Locustae, & Polypi. Euenit vsu, inquit Philosophus, vt Locustis Polypi superiores sint, & adeo vt si eisdem in retibus senserit Locusta Polypum, praemetu moriatur. Quae sic Plinius: Polypum in tantum Locusta pauet, vt si iuxta viderit, omnino moriatur. Idem testatur Aelianus, cum ait: Tam vehementer Polypum Locusta extimescit, vt si quando vno, & eodem reti ambo capiantur, haec continuò moriatur: Alibi causam huius intestini odij hanc reddens: Locusta, inquit, adeo inimicitias cum Polypo graues habet: quod hic cum illius brachia circumplexus fuerit, aculeis quos in dorso insitos habet, praclarè contemptis, & pro nihilo habitis, illam ipsam circumplicans, suffocat. Cuius sanè rei haud inscia Locusta à Polypo summè refugit. Eadem tradidit Plutarchus. Nam rationem reddens, cur sibi Polypus a Muræna, & congro metuatur, ait: Ab his enim malè tractatur, neque laedere vicissim potest ob lubricitatem elabentes, sicut rursum Carabus, illis in complexum venientibus vincit: nam tenuitas non est aduersus asperitatem auxilio: Polypo autem acetabula intrudente perit. Quocirca nequeo satis mirari Hortum Apollinem, qui scribit à Locustis vinci Polypos. Conger etiam Locustam pauet, vt prodidit Plinius. Et Aristoteles: Congros, inquit, Locustae conuincunt: nam elabi non queunt propter crustae asperitatem. De Polypi, murænae, & Locustae inimicitijs, haec Aelianus: Malum ingens, & morbus agrestis, & inhumanus, inimicitia, atque odium inhærens, penitusque insitum: quod etiam ratione carentibus natura ingenuit inexpiabile, atque implacabile. Muræna cum Polypo capitali odio dissidet. Polypus cum Locusta graues gerit inimicitias. Muræna etiam teterrima hostis est Locusta, atque infestissima. Muræna Polypo brachia abscindit, dentium firmitate: post autem in eius ventrem subiens, his eum malis, quibus verisimile est, afficit. Haec enim è genere nantium est, ille verò serpentium more graditur. Quod si Polypus in saxorum colorem se vertat,



**A** veritat, nihil ei astutiæ hæc fallaces profunt. Muræna enim eius veteratoriam planè tenet. Cùm verò Polypus Locustas a se comprehensas strangularit, exugit carnes, atque earum succum exhaurit, ac nimirum Locusta cornibus erectis iracundia furens, in eum modum murænâ mulieri iratæ similem lacefcit. Hæc igitur aculeos, quibus hostis præmunita est, mordicùs tenet. Illa verò pedes acutos tanquam manus prætendens, vtrinque cuti inhæ- rere fortissimè non intermittit. Muræna indignatur, seseque huc, & illuc versat, & acutas testas amplectitur, quibus cõfixa remollefcit, & succumbit: deniq; remissa iacet. Locusta ex hoste instituit prandium. Hæc Aelianus, vt opinor ex Halicuticis Oppiani, in quibus Lib. 2.

Ἐξοχα δ' ἀλλήλοισιν ἀνάροισιν ἔχθρος ἔχουσι

Καραβος αἰκτὴρ μύραινα τε Πολύποδιστε.

Ἀλλήλους δ' ὀλίκουσιν ἀμοιβαίοισιν.

Vertit Lippius.

*Polypus insidijs, & duntis Astacns (carabus) armis,*

*Et muræna ferox inter se bella lacefcunt,*

*Et cadem alternant in prælia fana ruentes.*

**B**

## COITVS. PARTVS.



**R**E coire Locustas marinas Plinius: Aristoteles more quadrupedum retrò mingentium, scripsit: scilicet fæminam caudam supinam exponere, marem autem suam superimponere, & applicare. Cocunt autem verè iuxta terram, & quæ per coitum conceperunt oua, eodem teste, gerunt vtero tribus mensibus Maio, Iunio, Iulio; tum deinde sub alio in rugas deponunt (deinde oua in appendicibus supinæ partis reponunt) quæ oua

Li. 9. c. 51.

Histor. 5. cap. 17.

vermium more augentur. Quod idem de Mollibus etiam, ac de piscibus ouiparis intelligitur: ouum enim omnium ita accrescit. Fit igitur Locustarum ouum arenidum in partes octo diductum: singulis enim operimentis, singula quædam cartilaginea iunguntur, quibus oua adhærent: totumq; quasi species vna consistit: vnumquodque enim illorum cartilagineorum in plura scinditur quæ si discreueris, patent: sin aspicias tantùm, compositum quiddam apparet. Fiunt maxima, non quæ iuxta meatum, sed quæ media sita sunt: minimaq; nouissima continentur. Magnitudo minimis, quâta granis ficuum est. Nec meatum ipsum vlla contingunt, sed per medium hærent: vtraq; enim ex parte, caudam dico, & aluum, bino maximè distinguitur intervallo: sic enim operimenta quoque disposita sunt. Sed quoniam latera ipsa complecti satis non possint, addito extremo cuncta teguntur, idq; velut operculum obturat. Videtur profus Locusta cartilaginosis illis particulis mandare oua, cùm emittit, caudam adducens, & protinus comprimens, inflectens que sese parere. Cartilagineæ verò illæ appendices per id tempus augentur, atque ouorum capaces redduntur. Partus enim in ijs recipitur, vt Sepiarum in sarmentis, & qualibet colluione collocatur. Locustæ ad hunc pariunt modum. Mox vbi ea sui corporis parte intra diem maximè vigesimum oua concoxerint, abigunt vniuersa: conglomeraaq; ita in idem, vt & foris congelita appareant. Tum ex eo Locustæ proueniunt intra diem maximè decimum quintum: & sæpe minores, quàm vt digiti magnitudinem expleant, capiuntur. Excludunt igitur oua ante Arcurum: abigunt iam concocta, atque absoluunt ab arcuro. Hæc omnia

**D** summa quadam diligentia ab Aristotile sunt tradita. Qui etiam negat oua Locustarum maris femine, vt Mollium aspergi, nec sine ratione, sic enim alibi, inquit, Locustacei generis fæminæ apud se partum exponunt: quomobrem ampliores ipsæ, quàm mares habent tabellas, vt oua seruentur. Mollia foris reponunt, fæminis huius generis mares aspergunt, quomodo ouis mares in genere piscium: reddunturque oua glutino coherentia ad speciem vna: At Locustaceis tale quid fieri nec visum est, neque ratione exigitur: conceptus enim eorum sub fæmina continetur & crusta intectus est. Plinius, Locustæ & reliqua, inquit, tenuioris crustæ ponunt oua super oua, atque ita incubant, Locustæ etiam nuper natæ exuunt senectam more anguïum, non aliter quàm parentes post partum.

3. de gener. cap. 8.





## DENOMINATA.

**K** *Αράβιος* diminutiva vocula, est parua Locusta, seu paruus Carabus. In vulgari tamen Lexico exponitur nauicula. *Καραβοειδης*, & *Καραβόδης*, Carabi, seu Locustæ speciem gerens, quæ Caraborum genere est. Gaza apud Aristotelem *Καραβοειδης* verit Locustacea.

## MORALIA.

Peccatores



**ER** Locustas peccatores intelligi possunt: ut enim ille hyeme læduntur, contra autumnò, vereque, ac multò magis plenilunio pinguescunt: Ita hi dum prosperis fruuntur temporibus, luxuria dīfluunt, & opulentiā pinguescunt: sed sub vitæ exitum, ob metum condemnationis perpetuæ, gracilescunt, lædunturque maximè. Et quemadmodum Locustæ efferuntur suis cornibus, ita illi superbia, sed contra eum tegmen corporis sit ad-

modum in Locustis fragile, ita & peccatores, cum maximè superbiunt, quam ocysimè ob corporis fragilitatem, vel momento temporis extinguuntur. Sicut verò Locustis dentes in ventre, ita isdem, dum etiamnum florent, nulla est alia cogitatio quam circa gulæ, & venetris voluptates. Tales quoque dici possunt conuitiatores, & inuidi, qui in cordis gremio, tanquam in stomacho dentes habent. quia de iam impressa in animis aliorum fama, quod possunt detrahunt maledicendo, & mentiendo, neque felici aliorum fortuna acquiescunt vnquam, sed oportunum inuestigant tempus, quo eam de bono statu præcipitent.

Conuitiatores & inuidi.

## HIEROGLYPHICA.

Tyrannus in cines.



**EGYPTII** hominem municipij sui longè principem, sed tyrannica in ciues dominatione vrentem notare si vellent, Polypum, & Locustam dedingebant: Si quidem Locustæ, ut ait Horus, in Polypos exercent vires, eosque vincunt. Quamuis Aristoteles, ut dictum est, à Polypis Locustas vinci scribat. Apud Pierium Valerianum popularis seditionis hominem studiosum significare qui volunt, Locustas duas marinas sese inuicem in-

curfantes pingunt. Videre enim est sæpe vniuersas, tanquam gregis collegium celebrare, dimicare interim inter se cornibus arictum modo, ac mutua flagellatione inuicem sære: & genuinum est, inquit, Pindarus iunicem inuidere.

Lib. 18.  
Hierogl.  
Popularis  
seditionis  
homo studiosus.

## EPI THE TA.

**LOCUSTAM** vocat Oppianus *ἀεικλήρα* ob difficilem eius accessum: *τροχιών* ob asperum dorsum: *πρᾶπρον* ob motum celerem, ac rapidum: deniq; *ἔσφυρα*, a caudæ forma, quæ in fine acuta est.

## VSVS IN CIBO.

**CALLIMEDON** fuit cognominatus Carabus, quòd hoc cibi genere impensè delectaretur. Itaque Alexis in Doride horum piscium valde fuisse avidum tradit his verbis:

*Piscium mercatoribus decretum est,  
Ut asunt aneam Callimedonti statuam  
Ponere diebus festis Panatheorum, quæ inter pisces alios  
Dextra manu assam Locustam habeat.  
Et enim illorum artis solus seruator,  
Alij verò omnes damnum, ac calamitas.*



A Machon Comicus de Archephonte parasito hæc scribit:

Κληθείς ἐπὶ δεῖπνον ὁ παράσιτος Ἀρχεφῶν,  
Ἰπὸ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἠνίκα  
Κατὰ πλουσίων εἰς Αἴγυπτον ἐκτὸς Ἀττικῆς  
Ὁ μὲν περὶ αἰετῶν παρασιτίου ποικίλου  
Ἐπιτραπέζιος, καραβωντὲ ἀληθινῶν  
Ἐπί πασιλόπαδος τ' εἰσενεχθεῖσης ἀδράς,  
Ἐν ἡ τε μαχίσκοι τρεῖς ἐνήσαν κωβίοι,  
Ὅδς κατεπλάγησαν πάντες οἱ κεκλημένοι,

Quos versus sic transtulit Iacobus Dalechampius:

*Inuitatus ad cenam parasitos Archephon  
A Ptolomeo rege cum  
In Aegyptum nauigasset ex Attica,  
Saxatili, varioque imposito mense  
Obsonio, admotis omnibus Locustis  
Lapideis, allataque patina confertissima,  
In qua gobiorum frustra fuere iria,  
Visa non sine stupore conuiuio omnibus.*

Hic Dalechampius annotat per lapides Locustas intelligi grandes, quarum testæ ob se-  
nium saxea sunt duritie. Locustas, inquit Athenæus, magno studio conquisitas in cibo, ac  
pretio fuisse, multis locis citatis è comicorum fabulis citare licet. Sufficiet tamen in præ-  
sentia Aristophanes, qui in Thestophoria Zulis ait.

Lib. 3.

*An piscis quis emptus est? an Sepiola?  
An Suilla quæpiam lata? an Polypus?  
An mugil postis? an Orphus? an Squalus? an Loligines  
B. Non per Iouem A. Raiane? B. Nec sanè hæc inquam.  
A. Vuluane? aut pulmo, aut tecur aprî?  
Num faui? num porca sumen?  
Num anguilla parua, num Locusta magna  
Cuius esu mulieribus defesses auxiliemini?*

C Eliguntur grauidè tempore plenilunij. Præferuntur in Italia ab Octobri vsq; ad Aprilem.  
Præferuntur etiam maximæ, quales Antiphanes apud Athenæum inter alios cibos nomi-  
nauit. Capiuntur tales in mari Indico, & circa Aphicæ quoddam litus loco petroso, ve  
scribit Senefius. Laudantur & à Phyllo, siue Phyllocho, siue Aristophane in Urbibus.

In epistol.

*Πολυπόδιον, σπιδαρίον, καραβοί, άσακον, άσρεα, χήιας,  
Λεπάδας, σολιδάας, μύς, πίννας, κτένας, ἐκ Μινθίμνης, id est,  
Polypodum, Sepiolam, Carabum, Astacum, Ostrea, Chamas,  
Lepadas, Solenas, Musculos, Pinnas, pectines ex ethymna.*

L. 9. c. 30.

Anaxandrides apud Athenæum assatam Locustam esse scribit in conuiuio Cotys. Co-  
quuntur etiam in aqua feruente, sed viuæ. Nam, vt inquit Plinius, vnum hoc animalium  
genus, nisi viuum feruenti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum. Bellonius con-  
sulto quidem Locustas clibanis aliquando coxit, atq; hoc pacto lapidiores esse adinuenit,  
quam quum inferbissent. Nam quouis modo aliter coctæ, mutim (id autem esse putant  
piscis sterces) expuunt: cum tamen ea motis totius piscis pars lapidior sit: reliquæ enim  
pulpæ duriores sunt, hæc verò fluida, & mollis: vnde vulgare illud dictum apud Prouin-

Coctura  
melior.

D ciales: *De la Langusta meglior la merda, que la grusta.* Noster, ait Rondeletius, ore, & ano di-  
ligenter stupâ obturatis, ne succus interior effluat, in furno assant, alij in feruente aqua eli-  
xant, alij crusta spoliatas in frustra diuidunt, aromatis, aceto condientes, apij, folijs asper-  
fis. Apud nos verò non aliter coquuntur quàm Astaci, quos Leones vocant. Extant hæc cõ-  
dituræ apud Apitium: In Locusta, inquit, & Cappari piscibus conditaneis, capam Palla-  
canam cõcisam indurabis, teres piper, ligusticum, careum, cuminum, caeotam, mel, ace-  
tum, vinum, liquamen, oleum, defrutum, hoc ius abijcito sinapi in elixuris. Locustæ præpa-  
rentur hoc modo. Aperiantur, vt assolet, cum testa sua, infundantur eis deinde piperatum,  
& coriandratum, atq; ita in craticula assentur. Quum exsiccata fuerint, adijcies eis in crate  
magis magisq; donèc ritè assentur. Locusta verò elixa cum cuminato, rectè inferes piper,  
ligusticum, petroselinum, mentham siccam, cumini plusculum, mel, acetum, liquamen: si  
voles folium, & malobathrum addes. Aliter: Estitia de cauda Locustæ sic facies: Foliū acci-  
pies, vuam prius demes, & elixabis, deinde pulpam concides, & cum liquamine pipere, &

Lib. 18. de  
pisc. c. 3.

Lib. 9. de re  
cul. c. 1.



Lib. 3. *ae*  
*re cul. cap.*  
175.

Lib. 3.

Lib. 2.

ouis esitia formabis. Aliter: In Locustæ condimentum elixæ, piper, euminum, ruta, mel, acetum, liquamē, & oleum assumitur. Aliter. In Locusta piper, ligusticum, cuminum, mentham, rutam, nucleos, mel, acetum, liquamen, & vinum rectè adhibemus. Bartholomæus Scappus præstare scribit Locustam Astaco, eoque esse teneriori, elixari addito sale mox exemptam carnem, & reliqua interiora, ut Crusta illa maneat, lauari, ac deinde contundi, addi caseum tritum, oua, & herbas: quibus omnibus vnà commistis impleri, Crustam, frigi deinde in oleo, aut butyro, ac postremò ex varijs saporibus siue intinctibus, & aromatibus facto iusculo seruari in lancibus ad vsu. Plus carnis Locustæ habent, quâ Cancri, vt ait Diphilus Siphinius apud Athenæum. Maesitheus Atheniensis in libro de edulij, quem citat idem Athenæus, Locustarum, inquit, Cancrorum, Squillarum, & huiusmodi reliquorum, difficilis est coctio, atq; adeo laboriosior multò quàm cæterorum piscium. Assari quàm elixari pisces illos magis conuenit. Simeon Sethus de Locustis tantummodo agens, difficulter concoqui scribit, sed admodum nutrire, & falsi humoris, sicciq; participes esse, & siquidem sæpius aqua dulci coquantur, ventrem cohibere. Cornelius Celsus de Locusta sic loquitur: Minimè intus vitiatur. Vbi Guilhelmus Pantinus eius enarrato, omnia quæ molli Crusta integuntur per Locustam intelligi cupit, vt Gamma-ros, Cancros, Astacos, quæ duritie carnis quadam similiter, ac testacea constant.

## VSVS IN MEDICINA, ET ALIIS.

Lib. de cõp.  
med. sc. lo-  
ca d. ca. 4.  
Lib. 7.  
Li. de mor.  
mul.  
Lib. 3. de  
diæa.



Ad dysente-  
riam.

Lib. 3. Ha-  
lieur.

NON VENIUNT stomachicis auctore Galeno. Ostracoderma, inquit Alexander Trallianus, in cibo non admodum vtilia sunt partibus circa thoracem vlceratis, & pus excreantibus: tamen cum humor morbi causa falsus, & biliosus fuerit, nihil absurdi est præbere Pectunculos, Buccinas, Astacos, Locustas, Eisdem præscribit Hippocrates pnerperæ, vt melius purgetur. Idem in morbo, in quo stercus per os eijcitur, capitalibus partibus coctis vtendū suadet: & τὸ ὑγρὸν κατὰ βου, Locustarū humorem, aluum mouere, ac vrinam ciere scribit. Carabos, & Astacos coctos esitatos, eorumq; ius potum contra dorycnij venenum prodesse Dioscorides tradit. Extat hæc cõfectio medicaminis miri aduersum dysenteriam apud Marcellum Emyricum: Testam Locustæ, id est illam (pi- G) nosam, vel aculeatam, quæ est iuxta caput, combures nitidè, & postea teres, vt in tenuissimum puluerem rediges: & sic ei, qui ventris fluxu, vel rasura laborabit, ex vino vetere, si non febricitabit; aut si inæqualis erit, ex calida aqua dabis; ita vt de singulis Locustis, testas singulas integras exustas per triduum bibat. mirè sanabitur. Auctor est Simeon Sethus testas earundem combustas, ac potas cum vino meraco renes calculosos expurgare, multumque arenosi lotij educere. Apud Oppianum Carabus esca est cantharo pisci capiendi idonea.

## DE ASTACO. Cap. III. ÆQUIVOCA.

Hist. 4. c. 2.  
Lib. 5. c. 1.  
Li. 5. c. ult.  
Li. 7. c. 37.  
hist. eccles.



**H**X Crustatis proximum Locustæ genus est Astacus, teste Aristotele. Multa hoc ipsum nomen significata habet apud antiquos. Apud Herodotum H Astacus nomen viri, apud Plinium regio Byzantiorum. Nicephorus & alij locum in Bythinia statuunt, qui Astacus dicitur, de quo Trebellius Pollio: Scythæ, inquit, Bythiniam inuaserant, ciuitatesq; deleuerant, denique Astacum, quæ postea Nicomedia dicta est, grauitè vastarunt. Testatur & Eusebius Astacum urbem ampliatam, à Nicomede Bythiniæ rege Nicomediam appellatam. Apud Volaterranū verò Astacus vrbis est in ora Asiæ minoris, sinumq; cognominat Astacensem, ab Astaco Neptuni, & Olbiæ Nymphæ filio. Strabo eam urbem in Calcedonia statuit, atque à Megarensibus, & Atheniensibus conditam, his ve bis testatur. Post Calcedonum sequitur litus, quod Astacenus sinus appellatur, qui Propon-tidis pars est. In eo condita est Nicomedia, dicta à nomine Regis eiusdem Bythini, qui eam condidit. Multi enim eodem nomine vocati fuerunt, quemadmodum Ptolemæi, propter prioris claritatem. In ipso sinu fuit vrbs Astacus, quam Megarenses, & Athenienses condi-

condi-



A condidere, & postea Dædalus, à qua sinus nominatus est. Deinde à Lyfimacho dicta, habitatores eius Nicomediam à Nicomediæ conditore translatis sunt. Apud Pollucem ἀσάκος aurium, siue auricularum pars caua nominatur. Astacus nomen pueri Calphurnio in Eclogis. Gammarum (cammoron habet Dioscorides) aconitum vocauere teste Plinio, quod sit radice cammaro simili, hoc est Astaco, vt quidam volunt. Colora Latine, Cammarus Calepino: qui ex Apitio hæc verba recitat: Vel Cammarum defrutum mittas, quod Romani coloram vocant.

L. 27. c. 3.

Colora.

Lib. 2.

## SYNONYMA.



PICHARMVS in Hebes nuptijs, quem Arcestratus Astacum dixit, Carabum, id est Locustam esse declarat his verbis apud Athenæum:

*Adsum Colybdæna, & Astaci quibus parui pedes,  
Longaq; brachia, Carabos nuncupant.*

Astacus.

Carabus.

Lib. 3.

Est tamen, vt subdit Athenæus, suum, peculiareq; genus Carabis, id est Locusti, Astacis, Caridibus, id est Squillis. Eodem auctore Attici Astacum per o proferunt Ostacum dicentes, quemadmodum, & Ostaphidas pro Astaphidas. Epicharmus in mari, & terra, inquit:

*Κόσαχοι γαμψόνοχοι,* vertit Dalechampius:

*Et curuis unguibus Ostaci.*

Ostacus.

Astacorum vno in loco tantum meminit Plinius, vbi inter Cancrorum genera eos numerat. Quocirca Gaza cum non sciret quid apud Latinos vocaretur Astacus, vulgi nomen secutus Gammarum transtulit, vt notat Rondeletius, quamuis Gammarum vocabulum antiquum esse non ignoret, citans hoc Martialis:

*Concolor in nostra Gammare lance rubes.*

Li. 9. c. 31.

Plinius: Aconitum, inquit, radicem habet modicam, Cammaro similem marino, quare quidam Cammaron appellauere. Vbi Franciscus Massiacus Plinium Cammari nomine Astacum intellexisse putat. Zoographus Squillam, cum Theophrastus radicem aconiti esse scribat, tum specie, tum colore similem *καρίδι*, id est Squillæ, sic enim legit, non *καρία*, vt Gaza, qui nuci transtulit: neque *καρίδι*, vt Marcellus Virgilius, qui tamen rectè marinx Squillæ conuertit. Dioscorides aconiti genus alterum radices ait habere, ὅσπερ *πλεκτάνας καρίδων μελαίνας*, id est vt cirros Squillarum nigras. Auget hanc eius opinionem Athenæus, qui Squillarum species sic dictas fuisse veteribus Romanis his verbis tradit. *Καμμάρος*, Cammari, Epicharmus in Hebes nuptijs:

*Præterea boca, smarides, aphyæ, Cammari.*

Li. 27. c. 3.

Aconiti radix qualis.

Lib. 7.

Horum etiam Sophron meminit in mulieribus mimis. Est autem Squillarum species, & ita à Romanis vocantur, Eustathius in hoc Athenæi loco legit *κάμμοροι*, sic eum scribit. *Κάμμορος* fato suo, vel morte infelix, & miser homo. Significat autem hæc vox aliquando etiam Squillas, teste Athenæo, his verbis. *Κάμμοροι καίτι (λέγε ἔστι) γένος καρίδων ὑπὸ Ῥωμαίων οὕτω καλούμενον*. Et fortè (inquit idem Eustathius) vulgus inde corrupto nomine *καβούρους* dixit. Nos quidem Cammarum antiquorum Astacorum genus esse, quod alij Squillam fluuiatilem hodie nuncupant postea probabimus. Dicuntur *Ἀσάκος* ex sententia Rondeletij, quasi *ἀσάκοι*, id est non destillantes, sed abundè fluentes: quod tubercula plurima, tum alba, tum purpurea guttarum, siue lachrymarum specie forcipibus inspersa habeant. Itaq; author Glossarij non bene *καρίδες* interpretatur Cammaros. Quidam Astacum Aristotelis Elephantum dici putant apud Plinium. Vulgò in Italia dicitur Gammaro, & Cambaro, & peculiariter is, de quo hoc capite in primis agemus, Gammaro di mare. Venetus hunc Astacum, corrupto quasi nomine ab Astaco, nominat. Galli, & Normanni Hormar. Illyrici Larantola; Mompelienses Langrous. Gillius Massilienses, ait, & Leonem & Astacum, ex Plinio diuersos pisces, vno eodemq; nomine Ligombaudos nominant: Idè Astacum, inquit, Græci, & qui accolunt Adriaticum sinum etiam hac ætate sic vocant. Eadem his verbis Bellonius. Astacum Massilienses, vñ Ligumbault, Genuenses Lombardo vocant. Quo etiam Græcum vulgus antiquam Astaci appellationem adhuc retinuit. Constantinopolitani Liczuda, vel Lichuda appellant. Hispanicè Cammaron dicitur. Germanicè Humer. Polonicè Kakmorski. Hungaricè Rack. Anglicè à Creuylse of the sea. Nam

Odyss. 6.

Etymms.

Lopster Anglorum Locusta est, vt scribit Zoographus, non Astacus: quanquam Eliota diuersis locis, Astacum, Locustam, & Leonem interpretatur à Lopster. Quidam apud Anglos



Astacum Crabbe fische appellari scribunt. Sed hoc nomen nimis generale cum sit, potius omnibus Crustaceis conuenire censeo. Crabbe enim Crustata omnia apud Belgas, Germanos, Anglos, ut ab earum linguarum peritis accepi, dicuntur, priuatim tamen Cancer.

## GENVS, DIFFERENTIA, DESCRIPITIO.



**R**LVRA sunt Astacorum genera. Differunt magnitudine, & loco. Ab ea alia minora, alia maiora, ab hoc quaedam marina dicuntur, quaedam fluuiatilia: quae duo tantum inuenio. Maiorum autem tria nouimus: maximū; quod quibusdā Leo est, & Elephāntus Plinij: minimū, & quod mediā inter utrumq; magnitudinē habet, generis sui nomine insignitum, & cuius hanc descriptionem nobis tradidit Aristoteles. Differt Gamma-  
rus à Locusta brachijs, quae denticulatis forcipibus protendit: atque etiam quibusdam alijs discriminibus, quanquam non multis. Et paulò post: Gamma, inquit, color, quod ex toto dixerim, nitet; nigrisq; maculis dispersis euariat. Pedes inferiores ad grandes usq; dispositi octo, tum grandes ipsi longè maiores, extremaque parte latiores, quam Locustae habentur: sed non specie eadem, dexter enim suum extremum latum, & oblongum, & tenue habet: sinister crassum, & rotundum. Vterque tamen scissus in extremo, perinde ut maxilla tam infra, quam supra dentatus est. Verum dexter pusillos, ferratosq; dentes continet omnes: Laeuis primos ferratos, intimos velut maxillares; scilicet parte inferiore quatuor, & continuos: superiore tres non continuos: uterque tamen partem mouet superiorē, ad inferioremq; astringit. Blasus item uterque situ inferiore, tanquam nati ad capiendum, premendumque. Duo supra eos grandes habentur: alij hirtiusculi, paulò ab ore inferiores: mox branchios circumdant, non sine hirsutia frequentes, quas assidue mouet. Flectit, atque in os adducit duos illos hirtiusculos pedes. Sirculi etiam graciles geruntur à pedibus, qui ori proximi habentur. Dentes huic quoque duo, ut Locustae, supra quos cornua breuiora, tenuioraque, quam Locustae. Quatuor item alia adsunt cornua, specie quidem duobus illis similia, sed tenuiora, & breuiora. Super haec oculi constituti sunt parui, crassiusculi, non ut Locustae masculi. Frons quasi quaedam acuta, & aspera, supra oculos extat latior, quam Locustae. Denique facies acutior, & pectus latius quam Locustae, rotundumq; corpus mollius, & carnosius. Pedum autem octo numero pars scissa in extremo bifurcatur: pars desinit indiuisa, quatuor enim bifurces sunt, reliqui quatuor simplices ex toto pertendunt. Quod aut collum appellant, quinque partium foris est: & sextum latius, illud situm loco nouissimo habetur, tabellis continuatum quinque, interiora verò in quibus faemina prius pariunt, quam foetum edant, hirtiuscula quaedam quatuor continentur, quibus singulis spinæ singulae breues, arctaeq; eminent ad exteriora. Pectus corpusque totum laeue est, non more Locustarum aculeatum, & asperum; verum in pedibus magnis aculeos partis exterioris maiores esse manifestum est. Haecenus Philosophus, qui rursus subdit, alterutrum forcipem semper esse grandiozem, nec vnquam parem utrumque visum fuisse. Hoc & alibi tradidit non sine ratione his verbis: Gamma soli non certum, sed alterutrum aequè, ut fors tulerit, forcipem habent grandiozem, tam mares, quam faeminae. Causa cur forcipem habeant, quod ex eo genere sint, quod forcipem habet. Cur alterum grandiozem incertè; quod non integrum sui generis naturam tenet, sed ita degenerat, ut quod ad aliud destinatum est, eo non eodem, sed ad gressum utatur. Astacum sanè non nouit Cardanus, dum eum sine cauda depingit, cancerum constituens, cum quid Cancer sit ignorasse videatur. Nam, ut contra eum dicebat Scaliger, si Gamma, hoc est Astacum, vocat eum qui cauda caret, Cancerum dicet, illud quod habet caudā. Ceterum ad reliqua quae supra ex Aristotele attulimus, examinanda pergemus. Descriptionem hanc Astaci nobis exhibuit Bellonius, parum ab Aristotelis diuersam; Astacus à Carabo non magnitudine tantum (est enim ille grandior) sed & ipso etiam colore differt. Carabus enim tantum modò rubet, Astacus ex rubro, fuluoq; luescit. Carabus blasos, atque acuminatos anteriores pedes habet, Vrsae marinae modo, Astacus extentos, & forcipibus dentatos, partemque mouentes superiorem astringendo ad inferiorem. Cornua praeterea ante oculos Astacus gemina habet, sed paulò quam Carabus minora: quibus eodem modo iter praetendit, intus concaua, sub quibus alia quoque eodem numero minora latent, ac tenuiora:

*Hist. 4. c. 2.  
Astaci co-  
munis de-  
scriptio.  
Color.  
Pedes.*

*Dentes.*

*Oculi.*

*Frons.*

*Ut à Locu-  
sta differat*

*Collum.*

*Pectus.*

*Forcipes.*

*De par. 4.  
cap. 8.*

*Cardani er-  
ror.*

*Descriptio  
ex Bellon.*




**A** super quæ oculi constituti sunt crassiusculi, non autem, vt Carabi maiusculi. Læuem habent costam sine aculeis, præterquam anteriore parte, quo loco rostratam ostendit, ad robur in certamine. Dimicant enim Astaci inter se, arietum more, cornua attollentes. Pedes vtrinque quatuor habet, quorum duo priores in extremo bifidi sunt ad incessum: alij duo natatui magis inseruiunt, quàm apprehensioni. Tabellas in cauda quinque videas. In collo autem deinceps, hoc est vsque ad caudam pinnulas paulò magis hirsutas, quibus in natando commodè vtuntur. Hactenus Bellonius: cuius sanè descriptioni non conuenit eius icon, vt non sine ratione ipsum Rondeletius carpsit. Nam in Astaco què depinxit, quaterni pedes bifidii non sunt, imò nulli, sed oēs articulis tantum intercepti, & in vngues, siue *πλῆκτρα* desinentes. Et cum Elephantum Plinij Astacum adultum existimet, vnam scribēs, eandemque vtriusque descriptionem esse, sibi apertissimè contradicit, dum inquit: Pedes vtrinque quatuor habent, quorum duo priores in extremo bifidi ad incessum: alij duo natatui magis inseruiunt, quàm apprehensioni. Deinde duo brachia in eiusdem Astaci delineatione binis articulis, singulisq; forciculis denticulata nusquam comparent, sed illa sunt reliquis quaternis crassiora duntaxat, in singulos vngues, siue *ωλῆκτρα* desinunt, quæ altera parte, vel serrata, vel hirsuta spectantur. Quare quod pro Astaco proposuit, neque Locustæ, neque Astaci formam aptè refert, sed potius commentitia res est. Nos verò cum videamus apud nullum authorem hactenus extitisse veram, & accuratè depictam Astaci figuram, hanc quàm exactissimè depictam damus. Hic & colore, & forma optimè cum Philosophi supra allata descriptione congruit. Nam thoracis pars superior, quam dorsum lubet appellare, itemque colli partes superiores, vnà cum caudæ lamellis quinque, exterius nigris, & liuidis maculis distinguntur. In summa Astacum hunc pro vero agnoscimus. Sed ne cuipiam hoc dubium moueat, propterea quòd collum eius sex partibus distinctum depinximus, cum tantùm quinque habere Aristoteles cogat credere, omnesque quot quot hactenus de Crustaceis scripserunt doctissimi viri quinque etiam partibus collum delinearint: dicimus partem primam thoraci proximam, quandoque multò minorem cerni, quàm in hoc Astaco nostro, ita vt proculdubio credendum sit Aristotelem hanc partem non annumerasse colli partibus, sed thoracis. Huic subiunxi duos alios Astacos mediæ magnitudinis, sed prædicto minores; quorum prior corpore magis est vario, antennæ enim quæ satis sunt longæ, rubent, item brachia, non tamen vbiq; sed hinc, & inde, ac medius præcipuè brachiorum articulus, thorax supina parte ferrugineus est, collum partim dilutè rubet, partim cinereo est colore, quali sunt etiam pedes, brachia in omnibus articulis aspera tubercula per longitudinem ex ordine posita habent, forcipumque alter dentatus vtraque parte tum superiore, tum inferiore, alter his dentibus priuatus, cuius pars inferna, & superna, quamuis longior, tamen recta magis, & æqualis. Posterior Astacus supina parte nigricat, prona lutescit, lateribus nigris maculis variegatis; cornua, & appendices, quæ ori prostant, mineaceo colore splendent, chelæ maiores in hoc, longioresque, quàm in priore, & paucioribus tuberculis, denticulatae intus exiguis tuberculis. Postremò addidi Chelam Astaci marini ex Zoographo, paulò breuiorem quàm depingitur, faciem hominis ridiculam repræsentantem. Nam chelæ pars minor maximum, & aquilinum nasum refert: & quæ in vtriusque partis confinio eminent verrucæ, oculos, si supercilia addantur. Superiorem partem, quatenus, seu cornicula quatuor supra nasum, & frontem eminent, caruleo, aliove colore si pictor inducat, ad repræsentationem pilei auriti, & ad latera descendentes ita tamen, vt lateant aures: retro, & circa tēpora pili prominat nigri. Facies partim albo inducatur pigmento, partim roseo succo niteat. Linguae instar partis chelæ maioris tubera (Rondeletius dentes nominat) fuerint rubicundo colore insigniēda. Quod si cristam quoque è pennis, caudæ præsertim gallinacei, capi, aut pauonis nutantem, foramini summo indideris, planè Gorgoneam, & terribilem habebis faciem.

*Bellonij icō  
reprobatur*

*Chela faciē  
hominis  
ridiculā  
repræsentās*











Aftacus mediæ magnitudinis prior.






Vlysis Aldrouandi  
Aftacus medix magnitudinis alter.





Chela Astaci marini ex Zoographo.





## LOCVS.

E

1. Halicu.  
H.5.6.17.



*ARABVS insidias faciens, atq; Astacus acer  
In saxis habitant curuis, & pascuacarpunt.*

Oppianus, interprete Lippio. Tamen author est Aristoteles, in leuibus terrenisque locis Astacos prouenire, Locustas in asperis, & petrosis, neutros in canosis. Quare circa Hellespontum, & circa Thasum Astacos nasci; circa Sigæum verò, & Atho Locustas. Quocirca Aristotelem grauissimum authorem, & cæteris fide digniorem secutus Franciscus Massarius, in his Plinij verbis, Locustæ degunt petrosis locis, Cancri mollibus; pro Cancri legit Astaci. Nusquam non in Oceano frequētes: in Euxino tamen pōto nulli, quod his versib. cecinit Oppianus.

*Noxia non Ponto saua educantur in isto.  
Et parui pisces nequidquam hostile timentes  
Securi degunt undis, procal Astacus ingens,  
Polypodes desunt magni, desuntq; Paguri.*

F

## C A P I E N D I R A T I O.

Hif.4. c.8.  
H.4. c.2.

**E**OS odore escarum allectatos capi, scripsit Aristoteles, cum veller probare Crustata omnia odorandi facultate insignita esse. Capiuntur autem eodem modo Astaci, quo Carabi.

## SEXVS. COITVS. PARTVS.



**Æ**MINA in hoc genere nihil planè differt à mare, teste Aristot. Nam, & mari, & fæminæ forceps alteruter grandior more incerto est: parem verò vtrumque neuter vnquam habere visus. Coeunt eodem modo, quo cætera Crusta inæcta, quæ caudata sunt hoc est more quadrupedum retrorsingentium, vt fæmina caudam supinam exponat, mas suam superponat, & applicet. A bruma iam oua ferre incipiunt. Aristoteles ante Arcturum oua excludere: abigere iam cocta, & absoluta reddere scribit.

## NATVRA. MORES.



H.8.6.17.

De anim.  
8. cap. 22.

Halicut. 1.

**R**E excipit mare, vt idem author est, cum Locustæ ad branchias transmittant. Sine humore longius è mari deferri nequit. Quamobrem inquit Bellonius rarò viuis Lutetiæ visitur, putrisque est antequam eò perueniat, Cardanus tamen contrà, Astacorum eam esse naturam ait, vt citius putrescant quàm moriantur. Senectam, vt tradit Aristoteles exuunt verè, aut post partum, vt Locustæ. Tam sunt loci patrij amatotes, vt si, teste Aeliano, quem Astacum comprehendisti, cum longissimè exportes, relicto ibi signo vade ipsum cepisti, eodem eum ipsum, vnde compræhensus fuerit, arrepsisse reperies: si modò ita ex mari exportaueris, & deinde sic propè deposueris, vt ad mare adrepere queat.

Quæ Oppianus sic cecinit:

*Astacus immensum thalami sub pectore amarem  
Condit sponte sua, nunquam de limine cedit,  
Inuitum si quis piscem iraducat in altum,  
In propriam subito gestit remeare cavernam,  
Et cudit, & querit illo saltare profundo,  
Ex quo piscator cymba, linoq; fugauit,  
Non alios ponti non vult habitare recessus,  
Non aliam querit patriam, sed sæpè penates  
Demissos repetit, consuetaq; saxa rcuist.*

*Sic dulecm*



*Sic dulcem patriam gentes cupiere natantum,  
Et pontam, & natale solum, quod stillat amorem  
Illis, & pectus spargit dulcedine blanda.  
Mortali generi patria quid dulcius extat?  
Quid grauius misero, si longis finibus errans  
Sic procul à patria vitam tollerare coactus?  
Exilium, durumq; iugum perferre necesse est,  
Externas inter gentes, ignotaq; rura.*

## ANTIPATHIA.

**A**STACVS Polypum extimescit, vt ait Aelianus, proculdubio ex Oppiano, qui sic canit.

*Polypus insidijs, & duris Astacus armis,  
Et murana ferox alterno Marte domantur.*

**B** Sunt eadem de Locusta dicta à superiori capite ex iisdem authoribus.

*6. de ani-  
mal. c. 22.  
Halicent. 2.*

## HIEROGLYPHICA.


**P**OTEST per Astacum non ineptè designari amator patriæ, quamuis enim hic in peregrinis sit quandoque sedibus, proculque à patrio fumo, tamen veluti Vlysses apud Homerum:

*Post varios casus, post tot discrimina rerum.*


tandem in patrium reuertitur solum.

*Amator pa-  
triæ.*

## NUMISMATA.

**C**  Tarentinorum nummi cuiusdam ænei altera parte Neptunus Nereo insidet, dextera manu tridentem, sinistra scutum tenens, infra aurem Nereum Carabus, aut potius Astacus cernitur, supra Nerei caput, & ante Neptuni pectus litera NE inscripta, à tergo Neptuni ΤΑΡΑΣ, altera vero parte Tarantem Neptuni filium videtur licet equo insidentem, infra cuius pedes duæ conspiciuntur litera: æ. nimirum ΣΑ. Quibus omnibus significare voluerunt, Neptunum ab eis pro Deo tutelari coli, qui non modò belluis illis marinis dominatur, sed etiam omnibus, qui in ipso mari continentur, piscibus vltioribus, Crustatisque etiam, Tarantem autem Neptuni filium ab altera parte excudi curarunt, quod ipse nomen urbi, ac fluuiio imposuerit.

## TEMPERAMENTVM.

**D**  ON defuere, inquit Iulius Alexandrinus, qui calido temperamento statuere Astacos coloris argumento, quem ex coctura rubrum contrahunt. At qui in crusta tatum id, frigida quippe, sed cum terrestri alicuius parte, operati caloris qualitatem accipiens deterfione multa, rubri id coloris aspectu manifestatur, vt in iride, vt in sanguine, vt hic in Astacis, Crustaceisq; omnibus, vt in alijs omnibus, vnde deterfus appareat in crustaceo tegumento calor cum rubore. At candor in carne suus, atque integer maneat. Hactenus ille. Frigidus vero, & humidus esse temperamento testatur Simeon Sethi.

*De salub.  
15. c. 8.*





## V S V S I N C I B I S .



**A**STACI omnes marini, tam maiores, quam minores carne prædura sunt præditi, vt Crustata, omnia. Quocirca difficulter in ventriculo concoquuntur, tardeq; descendunt, ac ventrem reprimunt: At ritè confecti, & præparati non imbecilliter alunt. Simeon Sethi vix etiam concoqui posse ait præsertim magnos: paruos enim facilius cõfici, celeriusq; descendere: caudas eorum (hoc est crura) difficilius etiam concoqui, crassiorisq; esse succi: idcirco cõdimentis calidis emendari, & ab eorum esu vinum vetus, & rubellum potari.

Interest etiam vbi capiantur in Methymna enim optimi perhibentur. Nam Phyllius, siue Phrynicus, siue Aristophanes apud Athenæum in Urbibus hæc dicit:

*Polypodium, Sepiotam, Carabum, Astacum, Ostrea, Chamus, Lepadas, Solenas, Musculos, Pinnas, Pectines ex Methymna Deligite.*

Qui autem magnos amat, ex Alexãdria portari curet, si propè eam degat. Sunt, inquit Cardanus, Astaci insipidiores, & duriores è mari, quam è fluminibus: adeò vt in Scoria cum ederem nullius pretij mihi viderentur. Fortè Cardanus non benè coctis, nec benè conditis vesceretur. Nam Matron Parodus apud Athenæum Astacum inter ceteros pisces lautiores, in Attico quodam conuiuio appositos ait. Mæsitheus assos elixis prætulit, & ideò clibano incoqui voluit. Non parum falsi habent succi, & minus tamen, quam testata. Fiunt etiam hystia ex Astacis. Eximuntur enim apud Apitium de sua testa, & in mortario conteruntur cum pipere, & liquamine optimo pulpæ, inde hystia plassantur, & formantur.

*Lib. 2. c. 1.*

## V S V S I N M E D I C I N A , E T A L I I S .



**S**YMPANICIS Astacum rarò, & folius voluptatis gratia offerre iubet Trallianus. Podagricis quoq; prohibebitur, præsertim si ex pituitoso humore ortum ducat. Nam talem humorem ab Astacis generari idem Trallianus author est. In Cardialgia autem conuenire ait, quia non facilè corumpatur, & acris, mordacibusq; humoribus resistat. Aëtius in curatione colici affectus ex pituitoso humore, Squillas, & Cæcros interdicit, Astaco autem pro voluptate frui permittit.

*Ad Cardialgiam.*

Plinius medicus de dysentericorum cibo tractans, ac de calore nimio, Ostracoderma, & Astagines optimi cibi esse tradit. Putat Bellonius per Astagines eum Astacos intellexisse. Ex eorum chelis nauræ salina sua conficiunt, in quibus sal in piscatione reponunt, Apud Belgas talis chelarum vsus est. Aedes cum tam amplæ sunt, vt habitantes canthari, aut annuli ferrei, aut mallei pulsus vix exaudiant, itaque tintinnabula in his locis procul ab ostio sitis tabulato, aut muri eminentiori loco affigunt cum loro annexo, aut filo ferreo crassiusculo, per domus penetralia, si quæ sint obuia deducto ad ostrum vsque, quo pertuso filo chelam Astaci, loco manubrij annectunt, quod apprehendit manu, cum quispiam pulsare tintinnabulum cupit.

## D E L E O N E , S E V E L E P H A N T O .

Cap. IV.

## Æ Q V I V O C A .



**L**EONIS vocabulum pro rege apud Græcos accipi non reperi vnquam, minorque quod scribit Isidorus: Leo Græcè rex interpretatur Latine, eò quòd sit princeps omnium bestiarum. Est autem Leo animal quadrupes, omnium animantium ferocissimum, & generosissimum, vno excepto homine, præcipuè cum colla, armosq; vestiunt iubar, quod ætate accidit. Est etiam nomen sideris cœlestis apud Latinos, & Græcos, ex numero duodecim Zodiaci signorum. Serpens etiam quidam sic vocatur, alio nomine καρχήδωνος dictus

*Rex Leo dicitur.*

*Leo animal quadrupes quale.*

*Serpens leo.*

Nicandro.



**A** Nicandro λέων dicta fuit Elephantiaſis etiam apud Arerem; At λέωνυρλωφύλαξ, Leo frōnis cuſtos, dicta fuit Athenis ærea Leonis effigies ſuper fronte eo, ex quo aqua efferebatur, ἐπιταῖς ὑπὸς ὑδάρα δίκαις teſte Polluce, cui etiam λέων dicta fuit tremendæ ſaltationis ſpecies, ab Athēnæō tamen inter ridiculas ſaltationes recenſetur: Denique λέων eſt nomen viri proprium, vti Latinis Leo. Similiter Elephantaſis quadrupes eſt omnium ferè animalium maximum, Europæ incognitum, duobus celebre dentibus, ex quibus opera fiunt eburnea. Significat ἐλίφας poculi genus apud Athenæum, item morbum apud medicos illum, qui Latinis lepra dicitur.

In Theriaca.

Elephantiaſis equivoce.

## SYNONYMA.

**B** **P**LERÆQUE nationes, vt inquit Gillius, etiam nunc Leonem nominantes Aſtacum, arbitrantur Leonem eſſe Aſtacum. Maſſilienſes enim, & Leonem, & Aſtacum Ligombaudos nominant, & Itali quandoque utroſq; Leones, quamvis etiam ſint qui diſtinguant, maiorem Aſtacum hoc nomine appellantes. Plinius etiam ſeparatim de Aſtaco, & de Leone tractat: & Athenæus utrumque diſtinguit, cum inquit Aſtaco Leonem maiorem eſſe. Belgæ Leonem marinum appellant Ondocht. Neapolitani, inquit Gillius, genus quoddam Cruſtatorum etiam nunc Elephantaſis vulgò nominant: ſed hunc ne, an alium appellent, iudicare non poſſum, cum piſcem non viderim, hæc ille. Platina à vulgaribus ideo Leonem piſcium ſuſpicatur, quòd Leonis terreſtris animalis colorem, ſimilitudinemq; quandã habeat: quam cum ego nullam in eo offendam, ita ob magnitudinem appellari putem.

## GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

**C** **E**LEPHANTVM Plinij eundem facit Bellonius cum Leone, nec ab Aſtaco grandi diſtinguit, vt ex eius hiſce verbis apertiſſimè declaratur. Plinius, inquit. Elephanrum marinum ſic depinxit, vt eius delineatio Aſtaco planè conueniat. Inter marina, inquit, ſunt Elephanti Locuſtarum generis, nigri, pedibus biſulcis. Ego verò pro pedibus biſulcis quater nos intelligo, quos duo etiam brachia utrinque ſubſequentur. Addit præterea brachia duo binis articulis, ſinguliſq; forficulis denticulata, quæ in Aſtaciſ cernimus. Nam ſingula grandia Aſtaci brachia, binis articulis intercipiuntur, & denticulatis forcipibus biſulcis armata ſunt. Quamobrem aduicium Aſtacum à Latinis Elephantaſis etiam dictum fuiſſe crediderim, nam Aſtaci quãtò maiores exeunt, eò nigriores euadunt. Quod autem ad Leonis appellationem attinet, conijciendum eſt Græcos Aſtaciſ grandibus nomina immuſſe, & Leones potiùs, quàm Elephantos appellare maluiſſe. Nam, & Aelianus eam deſcriptionem tribuit Leoni, quam Plinius Elephanto. Oppianus.

Li. 2. aqua vil. cap. 3.

Leo Plinij & Elephan- tns idem.

Τὸν ἡτὸι ἄρῶεις τε λέον, βλοσυρὴν τε ζύγαινα.

Quod ſic Lippius vertit.

Magno horrore Leo, poſt hos horrenda Zygena.

**D** Aelianus Leonem marinum Locuſtæ ſimilitudinis eſſe ſcribit, ſed corpore magis tenui, ac gracili; brachiaque habere, tum maxima, tum Cancris ſimilia: & cœruleo colore eſſe, ſubnigriſque diſtingui maculis. Conſtat igitur Leonem eundem eſſe piſcem quem Elephantaſis; ac plerumque eos hallucinari, qui noſtra Eſcreuiſſas Leones eſſe putant; hæc Bellonius. Sed cum verba Aeliani integra non adducat de Leone, imò quædam etiam omittat quæ ſcitu fore digna iudicauit, ea hic ſubiungam: Marinum Leonem inquit, Locuſtæ ſimilem eſſe ſcio, præterquam quòd tenuior, & gracilior apparet, & ex aliqua Cruſtatarum ſuarum parte cœruleus, & cœruleo colore eſt, & ſubnigriſ maculis diſtinguitur, Gillius. Ignauus eſt (ὠδύς) Forcipes illius maximæ, Cancrorum forcipibus figura ſimiles ſunt. A piſcatoribus bene peritis, membranas quædam habere dicitur appéſas ex teſtis, & colligatas, ſub quas ſubiectæ ſint molles carunculae, & teneræ, quæ Leonis adeps appellantur. Hactenus Aelianus. Iouius quoque Leonem Plinij ab Aſtaco non ſeparauit. Rondeletius verò quidem Aeliani Leonem, & Plinij Elephantaſis non diſtinguit: ſed Plinij Leonem, & Elephantaſis.

Lib. de animal. 14. cap. 9.

phantum



*Athenæus  
correctus.*

*Lib. 9. cap.  
31.*

*Leonis Rō-  
deletij de-  
scriptio.*


*Cauda.*

*Contra Bel-  
lonium Rō-  
deletius.*

*Extr. 245.*


phantum diuersos esse liquidò ostendit, his verbis: Athenæus obiter tantum ex Diphilo **E**  
Leonem inter Malacoderma recensuit, quo in loco pro μαλακοδέρμων perpetam legitur  
ὄσρακοδέρμων, vt ex contextu apparet: Τῶν δὲ μαλακοδέρμων καρὶς, Ασακός, Κάραβος,  
Καρκίνος, Λέων τοῦ αὐτοῦ γένους ὄντα διαφέρουσιν. μείζων δ' ἐστὶν ὁ Λέων τοῦ Ασακοῦ.  
Aristoteles nullam omninò mentionem fecit. Plinius nominauit tantum. Cancrorum  
genera, Carabi, Astaci, Mæx, Paguri, Hæraclæotici, Leones. Libro 32. cap. 11. notam addit,  
qua à similibus secerni possit: Leones, inquit, quorum brachia Cancris similia sunt, reliqua  
pars Locustæ. Ex quibus verbis quisnam sit verus Leo, post longam, diligentemque omnis  
generis Crustatorum inuestigationem certò me cognouisse existimo, qui cum minimè cō-  
temnendus, imò spectatu dignissimus esse videatur, paulò fufius qualis sit exponam. Λέων  
à Græcis dicitur, ita à Latinis Leo, à colore flauo, vt arbitror, quò coloratus est, dum viuit,  
& è mari captus educitur, & quòd hirsutus sit. Astaco corporis specie affinis est, sed bra-  
chia longiora habet, forcipes tenues, & latiusculos, quorum scissura maior, quàm in vllò  
alio Crustatorum genere pro corporis ratione. Tuberculorum, qui in Elephantis sunt lo-  
co, brachia villis vestiuntur, & aculeata sunt. Pedes tres, qui proximè brachia sequuntur,  
longiores sūt, aculeati, in calcaria terminati: vltimus exiguus, breuis, & tenuis, neque aculeis, neque pilis munitus. Prater eà ab Astaco dorsi aculeis differt, quibus cum Locusta cō-  
uenit. Vtrinque cornua duo longissima, tenuissimaq; habet, item alia in fronte breuia, in-  
ter quæ vnum in fronte eminent acutum, neutra parte serratum: hæc sunt oculorum pro-  
pugnacula, qui cornei sunt, & prominent. Corpus totum vndulatum est, instar panni ex  
hircorum, camelorumque pilis contexti, camelotum vulgò appellamus. Cauda perinde ac  
in Astacis in pinnas quinque definit, sed lineis magis distincta. Captus Leo circa Lerinum  
insulam (quæ nunc insula D. Honorati dicitur) nō procul ab Antipoli, ad me missus est. Hæc  
qui cum Plinij verbis conferet, ex brachijs Cancris similibus, Locustæ corpore, Leonem  
esse, quem depinximus, facillè iudicabit. Ex Cancris enim permulti brachia pro corporis  
magnitudine longa habent, hirsuta, forcipata: corporis Locustæ figura longa est, cauda ex  
tabellis constat, dorsum aculeatum, quæ in Leone nostro expressa spectantur. Non minus  
absurdè de Leone, quàm de Astaco loquitur author libri de Aquatilibus. Nam quemad-  
modum Astacum adustum, à Latinis Elephantum dictum fuisse credit: ita Græcos Astacis  
grandibus nomina immutasse, & Leones potius, quàm Elephantos appellare maluisse.  
Nam Aelianus, inquit, eam descriptionem tribuit Leoni, quàm Plinius Elephantò. Etro **G**  
idem sit Leo Aeliani, & Elephantis Plinij, an propterea rectè concludetur eundem esse  
Plinij Elephantum, & Leonem? Sic enim ille concludit. Constat igitur Leonem eundem  
esse piscem quem Elephantum. Non vides Plinium hunc ab illo apertè distinxisse? Nam  
cum Plinius de Elephantis dixisset, paulò post Leones subiunxit, & notam diuersam ad-  
dit: quorū brachia, inquit, Cancris similia sunt, reliqua pars Locustæ. Alius est igitur Plinij  
Elephantis, alius Leo, quem hoc capite expressimus. Hæc omnia Rondeletius, ex qui-  
bus vt dixi apparet, eum consentire cum Bellonio, quod idem sit Aeliani Leo, & Plinij  
Elephantis: sed alium esse Plinij Leonem, ab eius Elephantò manifestè declarat. Quid in  
tanta controuersia senserit Cæsar Scaliger, nobis non aperuit eo in loco, vbi Cardanum  
docet, quot sint Crustatorum genera, & quænam: sed alio in libro suo nobis suam se de-  
claraturum sententiam est pollicitus. Prædicto tamen loco fatetur, se vidisse Astacū, cuius  
brachium puerilis brachij magnitudinem æquaret. Ergo non magnitudine Astacum à  
Leone, aut Elephantò distinxit, quemadmodum Diphilus apud Athenæum, qui Leonem  
Astaco maiorem esse scripsit, sed aut forma, aut nullo discrimine per Astacum, & Leonem  
idem intelligens. Est apud me Astacorum genus insigni conspicuum magnitudine, qua **H**  
à vulgari differt Astaco, & non nihil corporis figura; planè à Rondeletij Leone, si eius ico-  
ni, quàm nostræ apposuimus, fides aliqua sit habèda, magis diuersum, quàm ipse Astacus,  
cuius imaginem superius spectandam proposui. Is igitur Brundusij captus, ad me missus  
est ab Archiepiscopo Brundusio. Leonem vulgus adhuc ibidem vocat, est autem ma-  
gnitudine tredecim palmorum: brachij dexteri ea magnitudine, qua se conspexisse refert  
Iulius Scaliger, sinistrum autem multò tenuius. Quod miror Rondeletium in sua icone  
non expressisse; nisi eius Leo hoc in se habeat proprij, vt eadem sit vtriusque brachij gran-  
ditas, quod tamen in animum inducere nequeo, cum sit ex Astacorum genere, qui alte-  
rutro brachio semper differunt. Erant etiam nostri Leonis huius chelæ tuberculis interius  
ab vtraque parte, tanquam dentibus munitæ, quæ in Rondeletij Leone desunt. De colo-  
re eius nil certi habeo quod dicam; quandoquidem crusta eius tantum exempta carne ad  
me missa fuit, quæ iucundè iubeat, vndè conijcio, coctam antea fuisse. Plinium, vbi Ele-  
phantum





L





phantum suum nigrum esse declarat, aliqui intelligere purant per nigrum violaceum colorem exsaturatū. (Nam *μαύρος* Græcè de nigro, vt de Aethyope, & cæruleo, vt de mari dicitur) sic violas nigras Virgilio dici. Iidem Astacos inde purpurei, & violacei coloris esse existimant, rubere autem cum sunt cocti. Non suppressendos duxi duos alios Astacos, propterea quòd sint Rondeletij Leoni valdè congeneres. Pedibus enim, ac brachijs differunt, itemq; cornibus. Nam hæc multo sunt vtriq; longiora, ita vt vlt. a chelas protendantur. brachia quoq; & pedes crassiores, tres vtrinq; pari ferè magnitudine, quippè posterior dimidia parte minor est, quem pictor in secundo non expressit. Vtriusq; etiam brachia admodū aspera, imò aculeata præsertim parte interna, sed prioris maximè hirsuta, & pilosa. His adiungo Astacam marinum, quem Humer vocant Germani, ex descriptione septentrionalium regionum Olai magni. Ingentem esse scribit, inter Orchades, & Hebrides insulas, & tam validum, vt hominem natantem chelis apprehensum suffocet. Sed non probo quod pedes omnes bifurcos pinxerit, & caudam tabellis tam multis construxerit. In eadē tabula idem Olaus Magnus depingit Astacum duodecim pedum, qui deuoratur à monstro marino, vt hic conspicitur. Forcipibus, inquit Gillius, firmiter Astaci, & Leones retinent, quidquid comprehenderunt. Cum enim Massiliæ multas Boopes, Manarum genus, & Leones, & Astacos cepissent, nauiculamque vbi huiusmodi pisces captiui tenebantur, in litus expulsam reliquissent, & vulpes in eam ipsam ad exedendos Boopes inuasisset, accidit vt hæc in horum forcipes pedem poneret, ex quo totam noctem retenta, mane à pilcatoribus capta fuit.

*Forcipium vis.*

*Vulpes pedibus aëre  
ta ab Astaco capitur.*

## A N T I P A T H I A.


**A**VDIVIT aliquando Aelianus, terrestrem Leonem summè timere marini Leonis aspectum, absurdum scilicet, ac formidabilem; sed neq; odorem eius ferre; itemq; illum ipsum (terrestrem Leonem) marini extritarum crustarum puluerem in aqua bibentem, à ventris morbo liberatum iri.





Astacus similis pediculo marino.

Z





## Vlyfsis Aldrouandi

Astacus marinus, qui hominem apprehensum suffocat.





Astacus duodecim pedum, qui decoratur à Rhinoceros marino.





## VSVS IN CIBO, ET ALIIS.




FERVNT Leonem marinum à Belgis appellari Ondocht, propterea quòd à mensis amoveatur, nihilq; in cibo valeat. Apud nos tamen lauris apponitur cōuiuijs: In furno enim admodum calido, sine aqua, liquamine, vel oleo lentè coquitur. Sunt qui eum, vt scribit Platina, carbonibus circumuallent, crebroq; voluant, ne comburatur: coqui item ex aqua, & aceto, vt Cancros fluuiatiles plus tamen cocturæ requirere, quòd cras-

*De anim.* sior sit, & durior: Aiunt teste Aeliano, adipem Leonis ad hoc ipsum homines adiuuare, vt  
*14. cap. 9.* squallidæ, & infuscatae faciei nitorem afferat. Cum rosaceo in vnguentum conformatus, formæ pulchritudinem conciliare, & venustum splendorem enitere facit.

DE ASTACO PARVO MARINO  
RONDELETII. Cap. V.

STACVM hunc inquit, marinum paruum vocamus, vt à magno differat: vt etiam ab Elephâto, & Leone distinguatur, cuius solus quòd sciam, Athenæus meminit. Ex Ostracodermis, inquit, sunt Squilla, Astacus, Locusta, Cancer, Leo: quæ eiusdem cum sint generis, differunt: maior autem est Leo Astaco. Est Astacus hic semper paruus, nec ferè vnquam magnitudinem picturæ nostræ superat. Capite, & thorace est rotundiore quàm fluuiatilis, in lateribus inciso, è capite eminet cornu latiusculū, magnū si totū corpus spectes, vtrinque serratum, inter oculos situm, quos recondit, & exerit. Cornua quatuor oculis præfixa sunt. Duo breuiora cornu serrato viciniora, alia duo multò longiora, flexibilia, articulata. Chelam vtrinque vnicam habet denticulatam, quaternis articulis connexam. Vtrinque pedes sine forcibus. Collum, siue cauda tabellis constat, & in pinnulas desinit. Sub cauda appendices sunt ouis reponendis destinatae. Astaco huic viuo corpus rubescit, G alioqui lineis cœruleis transversis variatum. Rarus, ac bonæ carnis est, firmiorisque quàm Elephas, melioris quàm Locusta. Differit à fluuiatili, quòd sit dum viuut, colore fusco, corpore longiore, & strictiore, cornu frontis latiore, & breuiore. hæc Rondeletius.

Astacus paruus marinus Rondeletij.





A  
DE CAMMARO, SEV ASTACO  
FLUVIATILI. Cap. VI.



VNT qui Cammaron apud veteres nostrum Astracū fluuiatilem, quem *Cammaro antiquorū* vulgò vocant Gammarum, esse negent. Ab hac enim quæstione capitis *num Gammarus fluuiatilis.* inquit *καμμαρον* ? nunquid Squilla est? Sic ex Athenæo docere videntur, quum inquit: *Κάμμαροι καὶ τι (ἔστι) γένος καρίδων ὑπὸ Ῥωμαίων οὕτω καλούμερον*: id est. Cammarus appellatur etiam Squillæ

quoddam genus à Romanis. Sane vt dicam cum doctissimo Casare Scaligero, à Squilla parua Gammarus parum differt, si minus accuratè consideres. Diligentius intuenti recognoscetur Gammaro rostrata facies, Squillæ mutila. Gammaro pedes duo priores, quibus pro manibus vtitur, forcipatis: Squillæ vniformes: Squillæ lamellæ latiores: ipsa tota compressior. Puto igitur Gammarum antiquis fuisse nostrum hunc fluuiatilem Astacum. Alioqui si is non esset Cammarus, nullo nomine ab antiquis designaretur. Non enim est Cancer fluuiatilis. Et Varro cum iubet villaticis anatibus præberi Cammaros, de marinis intelligere non potuit. Et Galenus aliud fecit ab alijs omnibus nomen flexu diminutiuo, *Lib. 3. de vt ab Astacis, & Squillis differret; enumerat enim inter Crustata ἀστακούς, καὶ παγούρους καὶ καρκίνους τε, καὶ παραβούς, καὶ καρίδας, καὶ καμμαρίδας.* *Lib. 3. de Squilla, vt ex Athenæo quidam putant. Plinius quoque Cammarum à Squilla distinxit. alim. facult. Nam quodam in loco, vbi sex, & septuaginta piscium genera recenset, Cammarum enumerat, cum postea Squillam eodem capite pronunciet. Non sunt etiam hac tempestate. L. 3. c. 21. audiendi medici, qui Astacos nostros fluuiatiles Cancros existimant, cum Canceris sit corpus rotundum, teste Aristotele, & cauda non extensa, sed corpori applicata: Astacus verò sit corpore longo Locustis simili, quòd capite, collo, ac tabellis sit distinctus.*

C  
SYNONYMA.



N fluuijs itaque istiusmodi Crustata, quæ à marinorum Astacorum figura, Astaci fluuiatiles, *Καμμαρίδες* à Galeno, *καμμαροι* apud Athenæum nominantur, proueniunt. Nam non benè apud eum Eustathius legit *καμμοροι*, vt monui superius. Aristoteles is peculiare nomen non designauit, sed inter Crustata minutiora, quæ nomine carent, posuisse videtur. alij Squillam fluuiatilem vocant: Roman, ac Veneti, Gammarellam, & fluuiatilem Gambarum, & Gammarum, quo postremo vocabulo Gaza in sua versione apud Aristotelem Astacum vocauit, Latinumque fecit. Hodiernis Græcis, Caranis, & Caranidia, à Caride nomine detorto, appellatur. Gallis Escreuisse. Flandris Kreuits: Anglis Creuis, Creuise, Crauyishe, sed marinum Astacum etiam Angli à sea Creuyse nuncupant. Proxima vox Germanica Krebs. Illiricè Kax.

D  
GENVS. DIFFERENTIA.  
DESCRIPTIO.



RONDELETIVS nobis suum fluuiatilem Astacum sic descripsit. Corpore est rotundo (terete, nã vt cylindrus, & globus, vel circulus differunt, ita teres, & rotundum. & ipse Rondeletius paulò inferius Cancros rotundos, Astacos longos esse scribit Zoographus) capite in cornu latiusculum breue, & acutum deficiente, sub quo latent oculi. Capiti præposita sunt cornua quatuor, duo breuiora, alia longiora, articulata, flexibilia, in tenuitatem pili definentia. Vtrinque chela vnica est, aspera, denticulata, articulis quaternis cõnexa. pedes vtrinque quaterni, bini chelis propiores bifidi sunt, & hirsuti, bini posteriores in calcar definunt. Posterior corporis pars, quæ collum appellatur, sex tabellis cõstat, cauda pinnulis quinque, media



*Lib. 2. de  
aquatilib. 3*

*Hist. 4. c. 2  
An habeat  
branchias.*

*Arist. cor-  
rectus.*

*Mutum nō  
esse hepar.*

*Lapilli  
Astacorū  
ubi.*

media scuti formam refert, & articulata est: vtrinque duæ communi articulo, postremæ proprio colligantur. Os dentibus munitum, vt in Locusta, & Cancris. Carnis aliquid in ore, & lingua. Sub cauda appendices sunt, in quibus ova reponuntur. Diligens etiam in suo describendo fuit Bellonius. Nam probans huic esse ex Astacorum genere, sic inquit: Nam eius bifurca brachia duabus tantum articulationibus intercipiuntur, quæ duo pedes vtrinque forficulis in extremo denticulati subsequuntur: reliqui quaterni non diffinduntur. Caudam quoque vt Cammarus quinque tabellis locicaram, pinnulasque in extremo quinque habet: ambobus (Astaco tum fluuiatili, tum marino) idem ferendi, & excludendi modus: iisdemque ambo cornibus, dentibus, rostris, mucronibus, tibijs, & externis partibus præditi sunt, quod idem de internis dicere par est. Porro Cammati (fluuiatilis) ventriculum mutis vndecunque ambit: multi falsò eius stercus esse credunt: ego verò eius hepar esse puto. Multorum ciborum capax est stomachus, tam miro artificio fabricatus, vt etiam in eius fundo alterum os comperias suis maxillis, & dentibus refertum. tot in lateribus branchias habet, quot pedes. Porro vtrinque in Cammatis spiraculum, seu foramen sub cortice ad latera oris videas, per quod aquam ore acceptam referunt. Quidam porro calculi in Cammari capite reperiuntur, quos Carcinia nomine vocauerunt. Hactenus ille. In his in primis controuersum est, num branchias habeat. Nam Aristoteles de Astacis marinis loquens non branchias, vt Gaza, & Rondeletius transferunt, sed βραγχιωειδῆ dixit, hoc est partes branchijs similes: rectè VVottonus, veluti branchias. Sic enim ait Philosophus: Hæ os circumdant non sine hirsutia frequentes, & assidue mouentur. Τα βραγχιωειδῆ τὰ περι τὸ σῶμα διατέα καὶ πολλὰ. Ταυτὰ δὲ διατελεῖ κινῶν. Ego, inquit Zoographus, citros potius quàm branchias, aut βραγχιωειδῆ has partes alidas dixerim. quid enim branchijs simile habent? non situm, non substantiam, aut figuram, aut vsum. Motum dices similem esse. Atqui verum nō est, quòd assidue moueantur. Astacum enim fluuiatilem cum vitreo vase maximè perspicuo aqua pleno inclusissem, citros illos obseruavi moueri quidem, & celerimè, non tamen assidue, nec semper: sed in commotione aliqua ipsius Astaci, aut affectu, tum rursus quiescere prorsus. Bellonius mollia laterum additamenta, branchias in eis appellat: Tot, inquit, branchias in lateribus habent, quot pedes. Verum nos illa quanquam specie branchijs non dissimilia, nec intrà, nec extrà aquam moueri vnquam vidimus. quare alium earum esse vsum puto, fortè ne aqua introrsum penetret, vel ad motum progressionis, natationisue eis adiuuentur: non ad cordis, & caloris natui refrigeratione: qui branchiarum in piscibus sanguine, & corde præditis vsus est, vt in terrestribus pulmonis. Exanguia verò omnia in terra pulmone, sic in humore eodem, & branchijs carènt. Ad hæc quæ branchias habent aquatiliū, & aqua subeunte refrigerantur, extra aquam diu viuere nō possunt: Cancris verò plurimis diebus possunt. Ego sine cibo in sola aqua ad dies tredecim viuum seruaui nuper, mense Octobri: aqua singulo, vel alterutro quoque die mutata, in angulo zete nostræ calefactæ. Sed neque vt aquam ore acceptam reddant, dum cibum in humore capiunt, branchijs opus est Astacis. Vtrinque enim ad latera oris per foramina quadæ aquam remittunt: vt in extractis ab aqua apparet, si contempleris supinos. Et hoc Bellonius quoque obseruauit. Aristoteles verò in libro de Respiratione, circa finem capuis vndecimi (vt nos distinximus) nec branchiarum, nec foraminum, satis clarè, quibus reddatur aqua, in hoc genere meminit, cum scribit: Τα μὲν ἔσω μαλακὸς σπασκα, διὸν οἷον Καρκίνοι καὶ οἱ Κάραβοι παρὰ τὰ δασέα ἀφίαισι τὸ ὕδωρ δια τῶν ἐπιπυγματίων. paulò antè autem dixerat, quòd non refrigerandi gratia, sed necessariò dum cibum in aqua capiunt, eam admittant, vt & Cete, & Malacia. Item historie animalium 4. 2. Ταυτὰ δὲ θαλαττῶν δέχονται μὲν παρὰ (abundat hæc præpositio) τὸ σῶμα τὴν πάντα τὰ τοιαῦτα. ἀφίαισι δὲ ἐπιλαμβάνοντα (Gaza videtur legisse ἀφίαισι δὲ ἐπιλαμβάνοντες) κατὰ μικρὸν τούτου μόριον οἱ Καρκίνοι, οἱ δὲ κάραβοι παρὰ τὰ βραγχιωειδῆ. Ἐχουσι δὲ τὰ βραγχιωειδῆ, πολλὰ οἱ Κάραβοι. Quæ Gaza sic transtulit: Mare omnia eius generis ore excipiunt, sed Cancris parte oris exigua ducta respuunt: Locustæ suas ad branchias transmittunt, quas ipse plures quàm cætera habent. Quasi verò haustam ore quam aliundè Carabi, aliundè Cancris emittant: cum in citato loco ex libro de Respiratione, vtroque eadem parte emittere clarū sit: quare hic etiam pro οἱ καρκίνοι, εἰ δὲ κάραβοι, non aliter quàm illic legerim, οἱ τε καρκίνοι καὶ οἱ κάραβοι. Hoc etiam constat eandem partem Aristoteli diuersis nominibus, modò τα βραγχιωειδῆ, modò τα δασέα nominari. Hæc cuncta scitu digna, & noua ex ipso Zoographo referre placuit. Mutum quoque quæ ambit vndiquaque ventriculum, non benè opinatur Bellonius esse hepar, quod tantum sanguine præditis animalibus datum est. Porro de lapillis, quos in se continet Astacus, dubitatur quo hæreant in loco, quoque sint numero. In magnis, & an-


notis




**A** nosis Astacis lapillum aliquando reperiri, in proximo supra foreipes articulo, audiuisse se meminit Zoographus. Reperiuntur, inquit, Georgius Agric. bini lapilli globi dimidiati figura, in Cancrorum (sic Astacos vocat) fluuiatilium capitibus. Videntur illi summo ventriculo adiuncti. Cardanus lapides candidos gigni in oculis, cortice deposito duriore mollem induere, lapidesque tunc fieri maximos tradit, absumpta materia corticis in lapidibus. Crescunt eis, ut ait Albertus plenilunio globi dimidiati duo lapidum instar sub oculis interius, in foemellis præcipuè, cum suphar exuerunt. Germani vocant Krebsaugè quòd quasi formam habeant oculi, vel Krebsstein. Hæc itaque sunt, quæ in Astaco fluuiatili conspici possunt. Quamuis autem non dubitem, quin eadem omnia in marino quoque reperiantur, hoc tamen loco dicenda erant, propterea quòd Astaco fluuiatili omnia quæ dicta sunt, ab authoribus adscribantur. Pergam nunc ad eius genera, quæ à recentioribus duo constituuntur, magnitudine potiùs, & loco, in quo degunt, differentia, quàm figura corporis. Minores vocant saxatiles, lapidosos Cancros Albertus, propterea quòd sub lapidibus degant, apud Germanos, & Heluetios familiares, dicti Steinkrebs, & Thulkrebs: parte supina albicant, prona nigricant; elixi non vndiquaq; rubescunt, sed partim albicant. Maiores nigriores à Germanis dicuntur Krebs simpliciter, ab Heluetijs Edelkrebs, hoc est nobiles, quòd in nobilium patinis sint frequentes. Hoc superius descripsimus ex Rondeletio, & Bellonio: qui etiam obseruauit in Pado captos rotundiori esse corpore, magisq; erenato quàm in Sequano, cuius dexter pes sinistro tenuior est. Ego duo aut tria horum fluuiatilium Astacorum obseruauì genera, si color discrimen faciat. colore enim tantùm differunt, & non alia quapiam quod sciam parte. aliud enim cæruleo, aliud ferrugineo, aliud obscurè nigricante colore est. Qui igitur primus depingitur, ferrugineo est colore, cum eo quem Zoographus depixit, & maiorem Astacum appellat idem, si iconi fides sit habenda. Rondeletij icon ab huius differt in cauda, & corpore, quod latius, & breuius apparet in Rondeletij icone. Reliqua genera cum eiusdem ferè sint magnitudinis, vnica icone ostenduntur. His adiungo iconem aliam quæ prona parte monstrat oua, ut collo annectantur.

*Genera 2  
Astacorum  
duo.  
Saxatiles  
quales.*


*Astacus fluuiatilis alius.*



*Astacus fluuiatilis alius.*







## L O C V S.



BIQVE in Europa sicubi nō defunt fluuij torrentes, riuī aut lacus abundāt, tamen in Hispania, licet nō defint flumina, inueniri negantur. In Gallia cōtra frēquētissimi sunt, & maximi, maximè verò in Pannonjā; vbi carri multi onerantur eis exportādis aliō. Viennæ Pannoniæ superioris supra triginta currus Astacis onustos non semel numerauit Iulius Alexandrinus in foro, quod ab hisce Gammarium vocant. Nouus Orbis dictus etiam minimè ijs caret: Quin optimos in fluuijs Americanis inueniri à nauigatoribus relatum est. Vtrunq; genus tū saxatile, tū quod grandius, & nobilius est, frequens est in Helueticis, & Subalpinis regionibus. Sed saxatile loca amat lapidosa: alterum verò grandius plana, & lauia, & terrena.

## V I C T V S.



Dep. is. flu.  
cap. 35.

ARCOPHAGI sunt hoc genus Astaci, & Scatophagi. Cadaueraque sectantur. Nā si in aqua, vel equus, vel canis, vel quoduis aliud animal submergat, mox tanquā vultures magna frequentia adnatant, nec recedūt nisi quidquid sit carnis, arrolerint. Quo spectaculo quidam inquit Rondeletius aliquādo commotus, quemadmodū ex boue caso apes, ex equo Vespas, ita Astacos fluuiatiles gigni existimauit. Quamobrem equos mortuos in aquam conijciendos aliquoties curauit, tandem euentu ab eadem sententia diductus est. Cancer fluuiatilis (ait Albertus Magnus) vt dicunt periti piscatores etiam in gurgustia (nassas) intrat ad lucium, & rodit eum. Canceri etiam lapidosi qui sub lapidibus degūt, carnes comedunt adeo, vt (quod Zoographus etiam est expertus) carnibus in Danubio alligatis nauibus, & in aquam suspensis adhæreat magna Cancrorum multitudo. Aiunt quidam animal esse amphibium, vesci herbis, noctu ad pascua exire, præsertim Iunio mense: ranas etiā appetere. Albertus: Cancer, inquit, lacte potatus, sine aqua multis viuit diebus. Zoographus, vt retuli, Astacum domi viuum in aqua per dies tredecim conseruauit.

## C A P I E N D I R A T I O.



APIVNTVR virgulis diuisis in summitate, quibus intestina aliqua, aut ranarum corpora inserta sunt, aut baculis, quibus iecinora iam foetentia transfiguntur, ordine dispositis, iuxta gurgites aut loca quæ habitare solent, denis duodenisue: inde reticulo circumit piscator, virgas singillatim eleuans, subiectoque reticulo cum Astacus non adeo celeriter possit se explicare, decidit in reticulum. Ita piscator magna cum voluptate centum aut ducentos refert-



A refert domum benè robustos, & viuaces, ac magnos. nam parui ad escam sublimem non tam faciliè accedunt: & vbi accesserint, antequam capiantur, excidunt. Alij plurimos sic capiunt: ranas decoriatis, ita vt cutis appendeat, infigunt baculis fissis, & sic disponunt hos baculos per riuos, vt distent à se inuicem duarum vlnarum spacio, aut circiter. Mox vbi accesserint Astaci, eleuant baculos, statimque altero reticulum subtus tenente decutiunt. Sunt qui, vt innumeros capiant, nassæ iecur aliquod imponant, in riuo medio. Alij iecur vitulinum dissectum in aliquot partes oleo frigunt, & in nassa suspendunt. Alij hircinum iecur benè assatum, camphora præparata (sic inuenitur in libello quodam Germanico) illinunt, deinde omento vituli, vel ouis recenti circumdant, & tabellæ alligant secundum artem. Pica etiam inter cætera eos venatur, & fertur picam quandam ab Astaco, quem secum in arborem detulerat, collo compressam ab eo perijisse.

## S E X V S.



MARES, inquit Albertus, in ea parte, qua corpus ad caudam continuatur subtus, quatuor longas habent virgulas prominentes, quibus fæminæ carent. Cauda etiam maris rotundior est, & plænior, & spissior; fæminæ autem magis tenuis, & vacua, & lata, quasi compressa. Et alibi, mares à fæminis non differunt: nisi quòd fæminæ membra maiora sunt: & coopertiorum, siue tunicarum (tabellarum) in cauda, distantia est

maior in fæmina.

## C O I T V S. P A R T V S.



ODEM autore in coitu mas primùm ascendit supra dorsum fæminæ: ea verò mox se supinam vertit: atque ita mas coit cum ea, confricando se ad eam sine egressu ouorum. Oua pariunt per anum, per quem etiam excrementa reddunt. Neuter verò sexus membrum habet, quod in coitu intret corpus alterius, sed per applicationem portarum (meatum) coeunt. Christophorus Encelius Saluendensis ore correprodit. Carda-

Cnus iam exculsa iuncta corpori manere scribit, donec excludantur foetus. Idemque meminuit minimos Astacos caudæ matris adhuc adherentes se conspexisse, quod etiam à Zoographo est animaduersum. Albertus ait: Oua fæminæ primò in corpore sunt valde compressa: deinde paulatim exeunt, & virgulis sub cauda curtis adherent, donec complentur.

## N A T V R A.



ESTAS, seu crustas, & hi singulis exuunt mensibus: quo tempore lapillos in capite multo grãdiore gerunt. Hyeme latèr mensibus quinque; nam eius frigore leduntur admodum. Crustam autem veris tempore prodeunt exuunt. Putant aliqui hiberno tempore eos quoque apparere, ac ad litora prodire: æstate autem recedere gregatim ad aquas optatas. Lunæ vim quoque sentiunt, quemadmodum Crustata omnia, &

Ostracoderma. Nam nouilunio admodum emaciantur, fiuntque excarnes, plenilunio contrà pinguescunt, vt etiam vèrè, & autumnò.

## E M B L E M A T A.

ALCIATI hoc est emblemata in Parasitos.

Quos tibi donamus, fluxuales accipe Cancros:  
Munera conueniunt moribus ista tuis.  
His oculi vigilantes, & forfice plurimos ordo  
Chetarum armatus, maximaq; alius adest.  
Sic tibi propensus stat pingui abdomine venter,  
Pernicesq; pedes, spiculaq; apta pedi.  
Cum vagus in triujs, mensas, sedilibus erras,  
Inq; alios mordax scommata salsa iacis.



## TEMPERAMENTVM.



TEMPERAMENTVM, inquit Michael Sauonarola, non inuenio ab authoribus determinatum. Sed quia sunt de genere piscium, & somnum inducunt, idque vehementer: iudico ipsos frigidos, & humidos, ita vt frigefaciant in primo ordine, humectent in secundo. Castor Durantes frigidos in secundo statuit, humidos in primo. Sunt quidam, qui calidos putarint, quòd inter coquendum rubescant: quorum certè argumentum valde frigidum est. Color enim non indicat rei temperamentum, vt alibi me apud Galenum legisse memini. Deinde si indicaret, crustæ tantum naturam ostenderet, quæ cocta rubedinem contrahit, non autem partium interiorum, quibus vescimur, & de quibus iam est quæstio. Nec omnium fluuiatilium Astacorum crustæ coctæ rubescunt prorsus: nam qui inter saxa, lapidosaq; loca habitant, cocti pallidiores sua crusta cernuntur. Coctione autè rubescunt crustæ: quia calor ignis partem terrestrem in humido consistentem deterget, dum in ipsam agit mediante humido.

## V S V S I N C I B I S .



PÆTER Chelas, & caudam, nil in his est, quod comedas: atque ea cum ob frigidam intemperie, tum etiam duritiam, & crassitiam malè audiunt. Quapropter non admodum concoctionem promouent, & longiore in ventriculo mora mandatis in caput frigidis, & humidis vaporibus soporè inducunt: cocta nihilominus satis nutriant, & sanguinem iuccumq; non facile diffluentem generant, & pituitosum. Facilius autem digeruntur quam marini, & melioris, suauiorisq; carnis existunt. Vnde Cardanus ait se admodum delectatū in cibo fluuiatilibus, marinos verò abhorruisse semper. Castor Durantes:

*Astacus, & molli carne est, & denique suauis,  
Præditus, hincq; ideo per facile excoquitur.*

Minores, qui inter saxa capiuntur, illaudent sunt, commendatioris, qui sunt maiores, & cocti rubescunt, viuos, ac recentes conseruari aiunt si enalibem apposueris. Commendantur autem præcipuè Martio, & Aprili mensibus: & magis crescente luna quam decrecente. Reperiuntur aliquando in his intricatæ venæ albæ, Germani Nestel hoc est ligulas vocant; improbantur hi in cibis, vt omnes pisces ita affecti. Dum itaque coquuntur, non simplicem aquam desiderant, sed mixtam cum aceto, aut omphacio, feruentemq; vt caro eorum fluida firmetur, coquaturq; facilius: apud plurimos nobiles in Italia sic cocti mensis apponuntur, cum acerrimo aceto, sale & pipere. Tortam ex Gammaris tempore ieiunij hanc nobis describit Platina. Ex Cammaris elixis quod bonum est, in mortario tundes. Succum deinde amigdalinum cum aqua rosacea per setaceum transmulum præparabis, aut si id non poteris, ius pisorum, aut cicerum alborum seruabis. Passulas, & ficos quinque conteres. Modicum petroleini, amaraci, betæ parum incoctæ, minutatim concides: cinnami, zinziberis, saccari, quantum sat erit, addes. Mixta hæc, & benè tusa cum ouis lucij, vt concreta melius coquantur, in testu benè vncto, ac subter, superuè incrustato, ad focum pones flamma procul, coctum saccaro, & aqua rosacea suffundes. Membra omnia hoc eduliu lēdit. Ex libro Germanico Baltassaris Stendelij coqui. Cancros (sic nominat Astacos) in olla, vel in sartagine coques (sed in olla sapidiores fiunt: facilius tamen aduruntur, nisi caueatur sedulo) affuso vino, vel aqua, condies sale, & modico pipere. Cura ne exundet ius effervescentes, cum pulchrè rubent, satis iam cocti sunt. E Cancris serum, & coagulum: Cancellos paruos detracta crusta, quam & fel sequetur, & vena caudæ media extracta, in pila tundes crudos; lac affundes, & colabis (vel transiges per cribrum æneum, id est, multis exiguis foraminibus pertusum) defundes in sartagine, & cochleari assidue permiscebis, ne aduratur: sic etiam maculis, vel punctis pulchrè variabitur. Lento igne coques; guttam aceti affundes, vt coaguletur. Tum in cribrum æneum fundes, modicè onerabis. De sero iusculum facies, & croco colorabis. Coagulum in partes secabis; cibus est delicatus. Crustatum sartura: Cancris elixis crustas, & chelas separabis: & quidquid bonæ est pulpæ minutatim concides: modicum salis, & aromatum pollinem addes: cum ovo permiscebis: & hac

*In lib. 20.  
de sanis.*

*Torta.*



**A** & hac fartura rursus implebis crustas, & in veru ligneo super craticula leuiter affabis: sunt qui butyro frigrant, id quoque leuiter. Addit & alios modos de pulpis cōtusis, quos omittit Zoographus. Sunt qui pulmentum de Astacis sic fermè parent: Astacos coquunt, terūt cum medulla panis cādidi, & cum lacte amygdalino per setaceum transigunt: agitant cum sex ouis, modicum aromatici pollinis addunt. Ius ex eisdem parat Bartholomæus Scappus hōc modo. Integros coctos aqua, vino, aceto, sale, pipere, in mortario tundit, addita aqua tepida, dein colat per setaceum, hæc aqua erit rubicunda, eiusdemque cum Astacis saporis, iusque vocatur, hoc luteum magis efficiunt caudæ, & chelæ Astacorum Vere, & Autumno. Fiebat quoque olim garum ex Cammaris. Plinius: sic alex (hoc est piscosum falsamentum à suo liquamine nondum separatum) peruenit ad Ostreas, Echinos, Vrticas, Cammaros, Mullorum iecinora, innumerisque generibus ad saporem gulæ cœpit sal tatescere. Plautus apud Festum in Nerita.

*Muriatica autem video in vasis stanneis,  
Bonam Naritam, Cammarum, & Tegenia,  
Echinos fartos, Couchasq; piscinarias.*

**B** Videntur quoque olim hi in rubris scutellis mensis fuisse appositi ex hoc Martialis versu:

*Immodici tibi flaua regunt chrysendeta nulli:  
Concolor in nostra Gammare lance rubes.*

Si quis, inquit Georgius Pictorius, in vino sublimato in vase Cancrum imponat, & accendat, statim rubescet, quem deinde viuum, & rubeum, spectaculi vice ridiculi, conuiuis inter coctos apponet. Putat Zoographus melius esse, Cancrum filo ferreo, vel aliter tenere suspensum, ne vasis caliditate pereat, vel amburatur: quod aliquando factum vidit.

## VSVS IN MEDICINA.



**A**d canis rabidi morsum, eandem omnino Astacis fluuiatilibus facultatem, quam Cancris tribuere veteres, neque vnquam sefellisse experientiam compositi aduersus veneni genus id de veteri descriptione ex fluuiatili Astaco medicamenti, ritè atque in tempore exhibiti vsu quotidie multo testatum, comprobatumque esse Iulius Alexandrinus affirmat; qui in medicarum quoque facultatum aliarum, quarum non est hic enumerandarum locus, vsus, inquit, experimur eosdem, reportamusque hodiè sæpe Astacorum eiusmodi præparatione, quos nobis olim de Cancris prodidere authorū scripta. Hæc ille contra Rondeletium, & alios, qui non probant medicos, qui Astacis eam vim in cibis, & pulmonum vitijs inesse existimant, quæ Cancris: quoniam carne sunt præhumida, dissipatu facillima, ac pauci nutrimenti. Sanè Leonellus Fauentinus carnem eorum cuidam ad phthisim miscet. Electuarium ad ad marasum, & phthisim ex descriptione Bartholomæi Montagnanæ: Caudarum Cancrorum fluuiatilium præparatarum libræ dimidium: seminum intybi, acetosæ, scariolæ, lactucæ, cuiusque drachma sesqui: nuclei pinei purgati vnciæ duæ: sacchari secundæ decoctionis vnciæ quatuor: mellis violacei quātum sufficit, miscentur. Ad talem aliqui commendant ius de Astacis fluuiatilibus in plenidunio captis. Ipsos etiam Astacos riuales, & fluuiatiles in cibo commendant: liquore arte chymica ex eis distillato partes tabidas, macie, & atrophia cōfectas, illinunt, & perfricant. Tunduntur, inquit, Ryffius, Astaci crudi cum suis crustis, & chymicis instrumentis ad ignem lentum in vaporem soluuntur: qui densatus in aquam colligitur, utilis ad tabem, & atrophiam. Hæc præparationes nimis supersticiosas iudicat Alexander Benedictus; quin per se prodesse admodum phthisicis affirmat. In hæctica febre etiam laudantur. Primo, inquit Gaynerius, in lixiuio bulliant, donec testa eorū possit remoueri, deinde in aqua hordei coquātur perfecte. Sed quoniam concoctu difficiles sunt, si in eadem mensa cum alio cibo sumantur, leuior præponatur. Vel abiectis extremitatibus toties in lixiuio forti lauentur, donec grauis eorum odor non amplius sentiatur: deinde in aqua hordei ritè decoquantur. Eorundem carnē ad antidota analeptica secreta, ter lixiuio, vel aqua salsa si lauetur, donec odor teter abierit: ex aqua hordei, aut fero butyri coquatur. Decoctū ex chelis, & caudis crudis è cortice exutis in aqua hordei empyemati eū febre valida, addito saccharo plurimū cōseruare author est Cardanus. Ad icterū celebratur hoc ex Anonymo: Astacis fluuiatilibus iunioribus quinquaginta cōtusis exprime succū: cui admiscebis tātundē chelidonij, vel distillati

*Pulmentū.*

*Ius.*

*Li. 3. de v. c.  
cul. c. 113.*

*Garum ex  
Cammaris.  
Lib. 3. c. 8.*

*Ad canis  
rabidi mor-  
sum.*

*Salub. lib.  
15. cap. 8.*

*Ad phthi-  
sim.*

*Ad Hæcti-  
cam febrē.*

*De sanit.  
tuen. lib. 3.  
cap. 57.*

*Ad icterū.*



ex eo liquoris: hoc eger quaternis haustibus ebiber: manè scilicet, ac vesperi sub somnū per E  
*Ad vrinæ*  
*retentionem.*  
*Ad calculū.*  
 biduum: deinde vtendum balneo sudatorio, de chelidonio similiter. Si vrinā impediatur  
 propter calculum, aut stranguriam, sic facies. Cancrum viuum in mortario teres, vinum af-  
 fundes: sine ira per noctem: postridè manè exprimes, & colabis, & propinabis partem su-  
 periolem, id est, puriorem, ægroto. Miscebis etiam in potu semina vrinam cientia; rapha-  
 ni, apij, vel petroselini, lithospermi; & nucleos persicorum in cibo dabis, ex incerto. Simile  
 remediū inuenit Zoographus commendari ad tenesum, & prouocandam aluum. Car-  
 danus tradit Astacorum horum cortices, cum pectore, & reliquo corpore in furno sicca-  
 tos curare vrinæ postuium, puto rectiūs vrinæ retentionem. Vnguentum ad partium  
 corporis consumptionem, & atrophiam hoc describit Zoographus: Astacos fluuiatiles  
 viuos cum iecinote vitulino tere, & læuiga: deinde cum olei oliuarum, & laurini, ana li-  
 bra semis, vnguentum conficito. Ad clauos, & alia infixā corpori extrahenda: Adipem  
 leporis misce cum cancro crudo contrito, & impone loco, quem clauus, aut quidquid est  
 subierit: ex aduerso autem tres, aut quatuor fabarum flores illiga: & per horas duodecim  
 relinque. Remedium quod ad cephalæam efficacissimum putant, tale extat apud Ale-  
 xandrum Benedictum. Cancrum fluuiatilem coctum diligenter tritum, refrigeratumq; F  
 cum oleo scilicet curbitino, aut violaceo, aut rosaceo, naribus supponunt, vt olfactu iu-  
 uet. Ad periculosam linguæ, & gutturis inflammationem, quæ febris aliquando super-  
 uenit, & exercitus epidemio malo sæpe inuadit, Germani à colore vocant die Bruni: re-  
 media ex Astaco fluuiatili plurimuū commendantur, sunt autem ab alijs aliter, vt sub-  
 scribemus ex libris Germanicis manuscriptis, interprete Zoographo. Primum est huius-  
 modi. Astacum viuum contusum cum aceto colando exprime per linteum. Purganda au-  
 tem, & radenda lingua est, deinde spatulam ligneam inductam panno cocci colore, in  
 succum illum intringe: sic linguam, & os perfricato. Secundum. Astacus refrigerat.  
 hunc circa caput, & cādam euisceratum in pila contrunde diligenter: & aquam inde lin-  
 teo expressam, ore tenere ægroto iube, ita vt collum sursum (retro) ac deorsum mo-  
 ueat, nec tamen deglutiat. Tertium quod à duce quodam militum frequenti experi-  
 mento cognitum accepi: Astacos circiter decem viuos contere: & stillatitios liquores,  
 intybi, rosarum, & papaueris erratici affunde, inde expressus succus viuum rubellum  
 refert, eo linguam abluere, & diligenter, ac penitus gargarizare oportet: deinde etiam  
 haustum eius mediocrem bibere. Linguam abstersam, & purgatam laido insulso per un-  
 G  
 ge, post horam, aut dimidiam quidquid viscidæ pituitæ infederit, rursus absterge, &  
 succo Astacorum præscripto denuo laua. Mirè sanat, etiam si crustæ densiusculæ iam  
 occuparint linguam. Quartum. Decocto saluæ in aqua os diligenter collue. Deinde  
 succum de Astaco viuo contritum expressum propina: & potionem para huiusmodi.  
 Fungos de sambuco, & cerasa viscida (quæ acida sunt, & nigricant) sicca, aut recentia  
 cum pauco alumine in aqua coquito, quæ colata bibi debet. Postremò os colluatur  
 aqua pura alumine permista. Quintum. Salua equi auenam, aut hordeum pasti, os egro-  
 ti diligenter colluitur: deinde ex Cancris viuis contusis humorem exprimes, eodemque  
 rursus lauabis. Quod si viuos habere non potes, pollinem de Cancris aridis in clibano to-  
 stis insperge, postquam equi salua ablueris. Anonymus quidam manuscriptus, quem citat  
 Zoographus ad paralytin hoc scribit remedij genus: Pullum ciconiæ rostro sub alam incli-  
 nato suffocabis puluino imposito: deinde (incisum nimirum minutatim) in alembico ra-  
 sario stillatitium ex eo liquorem colliges, & primū membra paralytica decocto Can-  
 crorum absque sale abluere, deinde liquore è ciconia collecto inunges: atque hoc alternis  
 facere aliquandiu perges. Aiunt quosdam omnino resolutos, contractos, & claudos H  
 huius remedij vi egregiè restitutos esse, neruos enim extendit, & dirigit. Cum mulieri  
 mamilla ob lactis abundantiam suppuratur, & cancrosa fit ac perforatur, tum caro  
 illa infecta, & partes vicinas exedens, hoc modo breui tempore curatur: Bufonem cras-  
 sum occide quocunque modo, & ligno infixum domum portes, & in bilance ponderes,  
 addasque eiusdem ponderis Cancros viuos, & in olla rudi vitreata, opertaque, & lu-  
 to munita, ita vt in medio tantum foramen exiguum relinquatur, vrito super pruna,  
 mediocri calore non intermisso, & hoc cinere vtitor: ex Innominato. Puluerem de  
 Astacis fluuiatilibus vstis infla aduersus vnguem oculi, sic enim in equo appellatur mor-  
 bus. Puluerem ex oculis eorum cum aqua foliorum persici potum, post venam sectam  
 Leonellus Faentinus commendat ad pleuritidem notham. Lapillorum quoque magnus  
 ad varios morbos celebratur vsus: hi cum ex viuis, & recentibus eximuntur glauco, &  
 sub cæruleo colore sunt, triti, ac poti, vt ait Albertus cordis robotare vires dicuntur.



- A** Dentes infricatus ex eis pollen dealbat, & purgat. Idem cum face vini albi arida, vlceribus cauis pudendorum infpergitur vtiliter. Carbones è tilia aceto reftinctos cum eodem pol-line aliqui propinant aduerfus sanguinis grumos ex lapfu, & hæmoptoicis. Officula de pol-plitibus leporum cum lapillis Cancrorum (vt ait quidam Obscurus) trita è vino bibuntur, *Ad calculũ* vt prauos in ventriculo, aut alibi humores exficcent. Videtur, inquit, Zoographus, & ad calculum renum promouendum, & album muliebrem fluxum, & coli à pituita dolores, & epilepsiam idem remedium per fe, vel alijs admixtum profuturum. Nam Cardanus pro-hibere hos lapides generationem calculorum in renibus, ac genitos diffoluere tradit. Uri-nam mouent non in homine tantum, fed etiam in iumentis. Sunt qui æqualem feminum vriticæ partem addant, & ad proliciendam vrinam propinent noctu è lecto, è stillatio fra-gorum liquore, aut vino, aut aqua. Idem aduerfus calculum auxiliari promittunt. Puluis contra calculum, vt in libro quodam Germanico manufcripto reperit Zoographus. Ie-coris leporini vsti, apij, id est, petroselini vulgò dicti: feminis aquileiæ, fingulorum vnciæ duæ. Maxillarum lucij, nucleorum perficorum, sanguinis hircini, lithospermi feminum, faxifragæ feminum; lapillorum de Aftacis, Zinziberis albi, cinnamomi fingulorum vncia.
- B** Anifi, coriandri, vtriusque femiuncia, macis drachmæ duæ: faccari vnciæ quinque mifcean-tur. Ad lunaticos oculos equorum aliqui lapillos hosterunt, & melle exceptos il linunt, quod alij etiam ad cicatrices, & vngues oculorum in equis adhibent. Albertus oua eorum *Quorum fa-cultas.* ad venenatos serpentium morfus commendat. Aduerfus scabiem puerorum à phlegma-te falfo, testas Aftacorum tritas, oleo rofaceo excipe, & inunge. E testis Aftacorem in olla toftis aliqui puluerem faciunt, egregiè ficcantem.

## V S V S I N V A R I I S.

**E** S C A ad pisces capiendos mense Septembri commodè fit ex Aftacis paruis, & tene-ris, vel caudis eorum, Extremis forcipibus Aftacorum elixorum cutis affricata, rubeo-lore, seu fuco tingit: fed vergit ad croceum. Si Aftacum mortuum in meatum aliquem talpæ imposueris, relinquet illum propter foetorem: nec repetet, donec fortè multò pòst tempore foetor omnis euauerit.

## DE ASTACO CARABOEIDE.

## Cap. VII.



**E** R M A quadam media est inter Carabum, & Aftacum, quem Carabo similem Aftacum nuncupauit, siue *καρaboειδής*. Est autem pari magnitudi-ne cum Aftaco fluuiatili, aut paulò longior, colore cinereo ferè omni cor-poris parte, antennis quatuor, duabus longioribus, reliquis breuioribus; pedibus hirsutis, item chelis, siue forcipibus, qui vt Locustæ partem infe-riorem breuem habent, ad quam superior multò longior adducitur. Pe-

des duo priores chelis proximi tabellas in extremitate circum vndique ferratas habent ad natatum faciliorem fortè vtilis, dorso est læui, vt Aftacus, aut Squilla, collo nouem tabellis constante, quarum tres priores sunt sine appendicibus, reliquæ eas habent. Lata

**D** est admodum cauda, & quinque pinnis constans.

## DE GAMMARO TERRESTRI.

## Cap. VIII.

**C** R V S T A C E I quoddam genus in terra latitat, maximè in India Occidentali, Cuarassas vocant, tam prope Gammarorũ formam, vt cum effossum è terra con-spexisset Iulius Cæsar Scaliger, ac roganti quid esset, in sepulchris inueniri alijs di-citassent, à Gammaris abstinuerit diu.



## DE SQVILLIS IN GENERE.

## Cap. IX.

## Æ Q V I V O C A.



QVILLÆ gibbæ quâdoq; apud scriptores generis nomine intelliguntur, quod & magnitudine ferè media sint inter maiores, minoresq; qui Venerijs hodie simpliciter Squillæ dicuntur: & à Græcis hodiè Carides. Quare cum Gillius Veneris Squillas quasdam dicit vocari paruis Gammaris similes: an rē acutangat, alijs iudicandum relinquo: Græci, vt dixi, Carides dicunt, & Caramidia Bellonio teste: quarū color nigricat. Cæsar Sc-

Lib. 2. de  
aquat. c. 3.

liger tamen Squillā minimam ab Adriaticis generis nomine vocari scribit. Oppianus verò etiā luporum piscium à Squillis interitū decantans: non alias quàm Gibbas intellexit, vt Rondeletio placet. Et quæ medici veteres de Squillarum alimento tradit, de Gibbis potissimum accipienda putat. Quocirca quæ hoc capite de Squillis dicuntur, vel ad omnia Squillarum genera pertinent, vel incerto earum generi adscribenda erunt. Nā à veteribus multa absolutè proferuntur, quæ ad propriam quendam speciem referenda erant, veluti maxime ad gibbam. Squilla præterea Latinis genus est bulbi à medicis frequenter satis vsitatum, σκίλλη Græcis dictum. Καρίδες ab Hierocle in Hippiatricis Græcis nominantur abscessus quidam; Ruellius Squillares furunculōs interpretatur. Athenæus refert ex Ephoro, urbem circa Chium insulam καρίδες dictam fuisse, quod ibi multæ nascerentur Squillæ, καρίδες præterea oppidum Stephanus agnoscit, quod in Phrygia ait fuisse. Καρίς idē quod καρία, seu καρικὴ seu καρινή Eustathio, qui sic inquit: Ἡ δὲ καρία καὶ καρικὴ λέγεται, καὶ καρίς δὲ. Caris quoque Gallia; fluuius Gregorio Turonensi. Cher hodiè. In Legerim se exonerat. Squilla vulgò Bononiæ Campana vocatur.

Lib. 3.

## S Y N O N Y M A.



PLINIO in piscium catalogo nominatur Scylla: vbi Squillam legere mauult Zoographus, quæ Græcè καρίς dicitur: nisi reuera Scyllæ nomine monstrem aliquod marinum intellexerit, cum Phorcum quoque Deum marinum in eodē catalogo recenseat. Sed de Scylla monstro plura dicemus alibi. Gaza Ciceronem secutus, & Plinium καρίδα vertit Squillam, & τὸ καρίδιον (qua voce vtitur Aristoteles) Cicero Squillam paruam. Ob-

Lib. 32. c.  
vlt.  
Scylla mon-  
strum.

Profodia  
καρίς voca-  
la.

seruandum est primam voculæ καρίς semper produci: vt apparet in carminibus Oppiani, & Arcestrati, & multis ab Athenæo citatis versibus. Vnde nō sine ratione aliàs κορίς & κορίς dicitur, vt Sophroni in Mulieribus.

Vide pulchras Couridas, vide Cammaros,  
Vide amica illas aspice, vt rubent, vt leues, & hirsute sunt.

Ira quoque Epicharmus in terra, & mari: Couridas phæniceas vocat. Idemque in Logo κορίδας dixit hoc carmine:

Aphyas simul, & flexuosas κορίδας:

Simonides verò:

Thynnīs Loligo: gobijs κορίδες.

Lib. 3.  
Etymon.

In Caride penultimam Attici corripunt, & proportionē quidem cōgrua, vt censet Athenæus, quia vox illa ἀπὸ τοῦ κάρη, id est, à capite ducta sit, quod Squillis maiusculum est. Varrinus quoque, & Eustathius à capitis magnitudine dici putant, fortè ex hoc Athenæi loco. Quemadmodum itaque à voce γραφή, id est, pictura, vel scriptura deriuatur γραφίς, id est stylus, vel penicillus: & à βολή id est, iactus, βολίς id est, iaculum; sic à κάρη καρίς fingi probabiliter admodum conijciunt. Alibi etiam Eustathius inter exempla ἀντιγραμματομοῦ (vbi nomina, vel diuersas, vel easdem res significantia, litteris transpositis conueniunt, vt γλῆ, γολῆ) καρίδα quoque & ἀκρίδα ponit: & sanè cōuenit ei cū Locusta, quod similiter saliat. Scarus piscis, vt & Scaris (σκαίρος ἢ σκαρίς) à verbo σκαίρειν, qđ est salire, saltare; dicitur

Scarus pi-  
scis unde  
dicitur.



**A** dictus est Athenæo, & Eustathio. Fuerint autem fortè eiusdem piscis nomina Scarus, & Scaris, sicut perca, & percis; nisi potius legendum sit *καρίς* id est Squilla: nam ea quoque à verbo *σκαίρειν* sic dicta, s initiali abiecto videtur teste Varino, idque magis Zoographo placet, quàm vt Scaridem quoque piscem faciamus, cum id nomen apud authores non extet. Apud poëtas iota, siue media syllaba frequenter producit. Eubulus in Orthanne.

*Καρίδα καθ' ἡμέραν κατὰ τὴν κατεσπασ' αὐθις*

*Squillam humi deponui, & retraxi postea.*

Idem in Iaelmo:

*Ὁρχοῦ το δ' ὡς καρίδες ἀνδράκων ἐπι*

*Πηδῶσι κυρταί, id est.*

*Saltabant, vt Squilla super prunis*

*Gibba salium.*

Plura alia eiusmodi, apud Athenæum legere est exempla, in quibus media syllaba *καρίδος* producta cernitur. Sed in soluta oratione (vt Aristotelis, & Athenæi libris) eam syllabam acui reperies, cum producta circumflecti deberet, genitiuo tantum plurali excepto. Solius

**B** Eupolidis testimonium, qui corripuit, profert Athenæus:

*πλευ*

*Ἀπαξ ποτ' ἐν φαίανος ἐφαγον καρίδας*

*praterquam*

*Semel aliquando in Phaeacis adibus Squillas comedi.*

& aliud eiusdem in Populis:

*Ἐχων τὸ πρόσωπον καρίδος μάσλιτινς, id est.*

*Faciem habens Squilla punica.*

Reddit quoque Athenæus, cur mediam corripuerint Attici, rationem hanc, quam solus Isaacus Casaubonus affecutus videtur: Apud Atticos quanta est dyssyllaborum in is desinentium prior: tanta est in illorum obliquis media syllaba. vt *βολὴς βολίδος*: *γραφεὶς γραφίδος*: contrà *ψηφὶς ψηφίδος*, *κρηπίς κρηπίδος*. In *καρίς* priorem corripiebant Attici. Vnde quid sequatur clarum est, at illi poëtae, qui priorem in ea voce producebant, mediam quoque in obliquis necessariò longam statuebant. *Κουρίδες*, *καρίδες* Hesychio. Colybdenæ nomine Epicharmus (vt Nicæder vult) pudendum marium intelligit, Heraclides in Opsartityco apud Athenæum, Squillam. Squillæ nomen Veneti, vt dictum est, Gibbæ simpliciter tribuunt: Burdegalenses verò Crange. Cammarum Romani olim speciem vnam Squillarum appellabant, vt placet Athenæo: posteriores ad multa Cruftata Locustarij generis hoc nomen transtulerunt. Nam & Astacum fluuiatilem sic nominant Itali, vel potius Gammarum, & Gammarellam: & Squillam gibbam Massilienses Carambotum: Romani Gambarellam: & similiter paruam fluuiatilem, vt Bellonius scribit: quam alij Gambarozolam: Galli Prouinciales Caramot: vt Crangonem idem Caramote, quam Itali Gambaro di mare, vel Cammarugiam appellant. Germanicè, inquit, Zoographus, Squillas omnes Meer krebslein rectè appellabimus, siue simpliciter, siue cum differentia Sonder Scheren id est, sine forcipibus. Inferiores Germani, & Frisij, & Hollandi Squillæ speciem quandam paruam vocant Garnat, Gernard, Gernier: Garnole, Gibbam, vt putat idem Zoographus: quàm Bellonius Lutetiæ Guerette vocari ait: pro quo fortè scribendum Guernette, vt à Germanis sumptum sit id nomen, non corruptum à Gallico Cheurette, vt ipse Bellonius putat: Licebit autem hoc etiam vnus specie nomine abuti pro genere, adiectis differentijs. Eliota Anglus Squillam interpretatur à Schrympe: Zoographus ab Anglis accepit à Schrimpe speciem esse Squillæ, vel Cammari maiorem: & aliam minorem, quam vocant à Pran: aut fortè contrà, non enim satis meminit.

*Colybdena.  
Cammari  
quid olim  
Romanis.  
Astacus flu  
uiatilis.*





# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPITIO.

Lib. 4. de  
par. c. 8.  
Squilla, &  
Cæcri dif-  
ferentia.



Gaza error  
Lib. 4. de  
par. cap. 5.

Aristoteles  
correctus.

Quid squil-  
lis propriū.  
An chelas  
habeant.

Histor. 8.  
cap. ult.  
Color.  
Cornua.

Lib. 11. c.  
37.  
Oculi.

Intestinū.  
1. de ani-  
mal. c. 30.  
Gammari,  
& Squilla  
parue di-  
scrimen.

Exercit.  
24.

Magnitudi-  
ni differit.  
Squill. In  
dica qua-  
les.

Lib. 16.  
de animal.  
cap. 13.

De san-  
tuen. 3. ca.  
58.  
lib. 4. c. 2.

QVILLAE, teste Aristotele, à Cancrario genere differunt, eò quòd caudam habeant: ab crustario verò, quòd forcipe carcant; idque, quoniam plures habeant pedes: eò namque redundantia illa absumitur. Pedes autè obtinent plures, quòd magis ad nandū, quàm ad ingrediendum sint suapte natura propensiores. Græcè sic legitur. Αἰδὲ καρίδες, τῶ μὲν καρκινοειδῶν διαφέρουσι τῶ ἔχειν κέρπον: τῶν δὲ παραβοειδῶν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν χηλὰς: αἱ δὲ ἔχουσιν διὰ τὸ πλείους ἔχειν πόδας: ἐνταῦθα γὰρ ἡ ἐκείθεν ἀνύλωται ἀύξησης. πλείους δ' ἔχουσι πόδας, ὅτι νευσικώτεραί εἰσιν ἢ πορευτικώτεραί. In his verbis Gazæ translatio pro παραβοειδῶν, non rectè habet crustarios, librariorum nimitum lapsu, nam crustarium esse, omnibus crusta rectis convenit; quare Locustaceos vèterim, ut & ipse Gaza alibi vertit, quòd cùm hoc in loco non convenire putat Zoographus, asserens Locustas etiam forcipibus carere; quamobrem, inquit, Latine Astacorios fingamus licet, fallitur. Habent enim Locustæ forcipes, quemadmodum suo loco ex multis locis Aristotelis comprobauimus. Deinde hæc verba ὅτι νευσικώτεραί εἰσιν ἢ πορευτικώτεραί, inuersa esse apparent, legendumque; ὅτι πορευτικώτεραί εἰσιν ἢ νευσικώτεραί. idcirco enim inquit plures pedes habeant Squillæ, quoniam ad incedendum magis, quàm natandum comparatæ sunt. Hoc & res ipsa indicat, & versio Gazæ: & Michaelis Ephesij in scholijs verba hæc. τὰ δὲ λέγει ἔχειν πολλὰς πόδας διὰ τὸ μᾶλλον, lege ἥτιον νεῖ ὅ μᾶλλον, ut & Gaza vertit, & ex sequentibus apparet) νευσικὰ εἶναι ἢ πορευτικὰ. εἰ μὲν γὰρ ἦσαι μᾶλλον νευσικώτερα, εἶχεν ἂν ὀλίγους πόδας. ἐπεὶ δὲ μᾶλλον εἰσι πορευτικὰ, ἔχουσι πολλοὺς πόδας. Rondeletius proprium Squillis esse scribit carere chelis, harumque vice brachia maiora pedibus habere. E contra Bellonius nequaquam audiendos censet, qui forcipibus carere Squillarum pedes existimant. Conciliari fortè possunt cum Aristotele, eumque insequente Rondeletio, si hunc dicamus chelas propriè dictas, quales Astaci antè cæteros habent, Squillis negare: Bellonium verò pedes forcipatos simpliciter eis attribuere, non quòd maiores, & propriè dictas antè chelas habeant. Indicæ sanè Squillæ, teste Aeliano, in Gange fluuio chelas maximas habent. Color Squillis non semper idem, nam, ut author est Aristoteles, nigrescunt yères, postea albedinem suam recipiunt. Cornua etiam habent, eaque Oppiano teste acuta, & in summo capite posita. Aelianus aculeum acutissimo triremis rostro similem, & securas, serræ modo habere ait: Rondeletius Oppiani verba de Squillis suo aculeo lupos piscēs interimentibus interpretatur peculiari-ter de gibbis. Nam quæ minimæ sunt, inquit, cornu carent. Crusta fragili, ut ait Plinius, inclusis, oculi rigent. Locustis, Squillisque magna ex parte sub eodem munimento præduri eminent. Intestinum quoque eis, veluti Locustis, & Astacis, recta in caudam fiit, quæ excrementa emittunt, & oua pariunt. Nunc pergam ad genera. Tria hæc recenset Aelianus, ἐλειους siue palustres, & quæ algis victitant; πετραίους siue saxatiles, quæ tertiæ sunt. Sunt hæc partim à victu, partim à loco sumptæ differentiæ, à quo & aliæ marinæ, aliæ fluuiatiles dici possint. Nam quem ego Astacum fluuiatilem, & Camarum nuncupavi, alij Squillam fluuiatilem vocant. Sed quænam sit inter eum Gamarum, & Squillam, præcipuè minorem, cui alioqui, quàm alteri alicui generi similior est, differentia, nos his verbis docuit Cæsar Scaliger: Sanè, inquit, à Squilla parua Gammari parum differt, si minus accuratè consideres. Diligentius intuenti recognoscetur Gammari rostrata facies, Squillæ mutila. Gammari pedes duo priores, quibus pro manibus vitur, forcipati, Squillæ vniformes: Squille lamellæ latiores, ipsa tota compressior. Hæc ille. Iam prosequamur. Magnitudine quoque differunt: Sunt enim & magnæ, & parux, quas Gambarettos in Italia vocant, & maiores rursus non semper eadem magnitudine: sed omnium maximæ existunt Indicæ, utpotè Locustis maiores, & forma diuersa. Harum enim, teste Aeliano, quæ ex mari veniunt in Gangem, forcipes maximas habent, & tangentibus asperæ sunt, quæ verò ex mari rubeo in Indum excidunt, læues, audio habere spinas (ἀκαρδὰς crustas, vel doisa læuia) sed oblongos, & implicatos ab eis dependentes cirros, & forcipibus carere. Differunt itaque hæc Squillæ Indicæ non tantum magnitudine, sed & forma corporis totius. Cardanus autem fluuiatiles à marinis sola magnitudine differre asserit; sed fluuiatiles vbi coctæ sunt, subfuluas esse. Aristoteles tria Squillarum genera recenset, νεύδα's, hoc est, gibbas, καράγγονες, crangones vertit Gaza: & paruas



A & paruas, quæ nunquam maiores sunt. Rondeletius species plures facit, quia ad tres superius prædictas referri non possunt omnes. Nam Squilla lata, quæ tum cælata, tum glabra est: præterea quæ *μαντις* dicitur, nulli rectius, quam Squillarum generi attribui potest, ut postea explicabitur. Neotericorum doctis. Cæsar Scaliger, confusa admodum cum videret Squillarum genera apud authores propter multitudinem, ea duo summa constituit, ad quæ non modo quæ tradidit Aristoteles, sed quæ etiam cæteri omnes recentiores doctissimè reduxit. Squillarum species, inquit, summæ duæ, vna vulgari Gammaro similis, ab eo ljs discreta notis, quas supra ponebamus, sed maxima: Astacum æquat magnitudine: alicubi etiam superat; quemadmodum scribit Athenæus. Vrsi hæc est Aristotelis. Vbi enim porrecta iacet, vrsi cotium extensum representat. Altera ab hac non nisi magnitudine differt, & lineamētis quibusdam, quibus tessellatæ lamellæ pictæ sunt. Hæc est *κραγγη* Aristotelis. At enim Crangen, & gibbam æquè vtrinq; habere in cauda pinnas: hoc eas differre, quia in Crange media pinna lata sit, in Gibba verò, acuta. Secunda Squillarum species tres continet modos quasi formarum quosdam. Vix enim alio, quàm magnitudine differunt. Omnes gibbæ sunt, Idcirco à Philosopho dicuntur *κίρα*.  
 B Omnes Locustæ similiores, si frontis spectes cuspidem, quàm supradictis Squillis. Omnibus pinnata cauda pinnis latis, dempta media; est enim hæc, uti dictum est, acuta. Maxima in nostro hoc Oceano, minima etiam è Garumma excipitur canistris: Ciudadam Vascones: ob exiguitatem vocant; idest auenam. pugillatim enim deuorant, sicut auenam veterinæ. Hæc etiam in mari agitat, nec rubescit cocta. Ab Adriaticis generis nomine dicitur. Mediæ magnitudinis Gambarellus appellatus ab Istris. Hæc Scaliger, quem putat Zoographus per Crangen Rondeletij Squillam cælatam intelligere, quam autem mediæ magnitudinis Gambarellum ab Istris nuncupatum scribit, Gibbam dici alijs simpliciter. Itali quidam etiam minimam Gambarellum vocant. Præter prædictas Squillarum species Mantis est Rondeletij. Item *καρίδιος* siue Squillula Conchis quibusdam inhabitare solita, de qua inter Cancellos, uti etiam de ea quàm *σκύλλαρον* Aristoteles, Gaza Squillam paruam vocat.

Exerat. 245.

Cræge Aristotelis.

Squilla gibba.

LOCVS. VICTVS.

C **R**ARTIM in dulcibus aquis, partim in marinis, ac falsis degunt: aliæque in locis palustribus, quas *ἐλειους* nominat Aelianus, aliæ propè saxa, ut quæ petrxæ ob id dictæ sunt. Oppianus.

*Carabus insidias faciens, atque Astacus acer,  
 In saxis habitant curuis, & pascua carpunt.*

Lib. I.  
 Halicut.

Et quia imos frequentat scopulos, vbi multa sunt Cöchylia, inde Horatius.

*Afferitur inter Squillas Murena natantes.*

Murene enim eadem loca amant, ut autor est Oppianus. In mari rubro, inquit Theophrastus, diffractis lapidibus intus innati apparent pisciculi, & Squillæ, & alia quædam animalia: quamquam existimo non viuos pisces in hisce saxis apparere, sed tantum eorum imagines, ut in alijs quibusdam saxis diffractis diuersas rerum effigies in meo museo licet conspiceri, & inter alia Chamam tam perfectè innatam saxo, ut quiseam arte sculptam iuraret. Quocirca de hisce figuris in saxis naturaliter insculptis intelligenda est hæc Theophrasti sententia. Maiores Squillæ profundiora amant loca, minores magis propè litora degunt. Indicum mare prope Gangem maximas alit, quas supra descripsimus

Lib. I. de pisc.  
 L. de pisc.  
 In saxis varias esse figuras piscium.

D ex Aeliano. Abundat Oceanus Germanicus, ac Gallicus Squillis, quanquam non, tam magnis, & nostra maria Tyrtheum, & Adriaticum. Magnas circa Iasum celebrat Archestratus parandi obsonij ingeniosus artifex, sed eiusmodi multas in Macedonia, & Ambracia hoc carmine.

*Ἦν δὲ ποτὶ εἰς ἄσπον Καρῶν πόλιν εἰσαφίνας,*

*Ἐν δὲ μακεδονίᾳ τε καὶ Ἀμβρακίᾳ μάλα πολλὰ.*

*ἀρίθ' οὐ μόνον ἐν λίψῃ, σπανίαι δὲ πρίασται.*

Quæ sic vertit Iacobus Dalechampius:

*Si quando Iasum oppidum Carie tu accesseris,*

*Prægrandem Squillam accipies: emere cupientibus rara hæc inuenta est.*

*At in Macedonia, & Ambracia perquam multa.*

Locus quidam *καρίδες* dictus fuit quod ibi multæ reperirentur Squillæ. Viuunt Ostreorum carnibus. Aelianus quasdam algis vesci prodidit,

I. de Animal. c. 30.



C A P I E N D I R A T I O .

SQVILLIS inescandis vitulinum fel cum farina, oleo, & aqua misce, & placentulas facito: quibus tandem in escam vteris: ex eodem etiam pharmaco mandens, inspuito in aquam, piscibusque frueris: Tarantinus.

ANTIPATHIA. NATVRA.

Lupus à Squillis superatur. lib. 1. de animal. ca. 30.



VM labrage perpetuum gerunt bellum, vt autor est Gaudentius Merula. Eduntur à Phycide, & lupo, contra cuius astutias, & voracitatem natura ipsas muniuit pari sagacitate, vt cum vincant. testatur id Aelianus his verbis: Lupus piscis à Squillis superatur quanquam piscium (vt ita dicam) maxima vorago est. Lupi igitur cum circa paludes maris degant, Squillis quoque palustribus insidiantur. Sunt enim trium generum: alia palustres, alia quæ algis vicitant, & tertia saxatiles. Porro cum se ipsas vicisci Squillæ non queunt, pro vltione extremum spiritum in victoria effundere non dubitant. Equidem earum astutias, & fraudes non grauator narrare. Cum se interceptas sentiunt, fastigium quod eminet à capite, quodque simile est acutissimo tiremis rostro, atque in summa parte secturas habet, modo ferrulæ vncinatae, hoc inquam animosæ illæ bestiolæ cum incuruarint, summa læuitate saliunt, & tanquam saltatorium versant orbem. Lupus ore maximè hiante, atque imminente, quæ est pelle tenera, & molli, Squillam ex lassitudine viribus defectam comprehendit, atque prandium fore arbitratur. Squilla primùm in guttore laxitate saltat, post aculeos in miserum venatorem defigit. huic interiora exulcerantur, tumescuntiaq; plurimum sanguinis mittunt, deinde suffocatione Lupum interficiens, interficitur. Tetigit hæc eadem Philes hisce suis Iambis.

Λαβραξ δὲ χανδὸν ἐκπιτᾶσθαι τὸ σῶμα Καρίδας αἰρεῖ, ὡρὸς τὰ κέντρα μὴ βλέπων. Τούτοις δὲ τοῦ φάρυγγος ἰξωδεκότες, ὀνήσκει τροφῆς ὀλέθριον ὄξω ἀρπάσας, Quos sic latinè reddidit Gregorius Bersmannus Amnæbergensis.

Hiante fufus ore per lacum Lupus. Capie Squillas, nil moratus aculeos, Gula sed istis intumescens icibus. Extinctus ingluuie luit penas nece.

SEXVS. COITVS. PARTVS.



ARIBVS sanè præ feminis propria in pectoris carne bina quædam candicantia constant, discreta à cæteris partibus colore, formaque promuscidi Sepiarum proxima: verum hæc torta in vetiginem more Buccinorum papaueris, quorum origo ab acetabulis, quæ subdita pedibus nouissimis ordinantur. Caro in ijs quoque est colore sanguinis rubra, & tactu lento, nec similis carni. Ab hoc pectori anfractus alter strue buccinea, crassitudine lineæ se porrigit: sub quo quædam arenæ conditioni similia, semini Hgenitali accommodata intestino adnectuntur. hæc in mare. Fœmina autem ouum rubidum parit, membranaque obuolutum prætenui, ventri, laterique vtrique intestini annexum, atque ad carnem vsque adhærens. Hæc omnia Aristoteles de Squillis proculdubio, quamuis quidã locū hunc diligenti egerit consideratione censeant. Nam ante hæc verba dixerat, Squillas ouum, clauiculaeque simili modo, quo alia Crustata, habere. Coeunt quoq; eodem modo quo Gammari, & Locustæ. Plinius ore coire Squillas dicere videtur, dum inquit, Reliqua Mollium tergis (supple coeunt) vt canes: item Locustæ, & Squillæ, Cancris ore. Hic in multis codicibus post Cancris ponitur perperam virgula. Et rectius etiam post Squillæ ponitur punctum. Quocirca sic legerem. Item Locustæ, & Squillæ. Cancris ore. vt post Squillæ puncto cludatur per iodus. Nam quod ore coeant Cancris postea probabimus, Nunc verò tergis coire Locustas, Squillasque vt canes, & aliæ quadrupedes, ex his Aristotelis verbis fit manifestum: Genera, inquit, crusta operta, vt Locustæ, Gammari,

Hist. 4. c. 2.

Plinij locus male distinctus. Hist. 5. c. 7.



**A** mari, Squillæ, & huiusmodi reliqua more quadrupedum retrò mingentium coeunt, scilicet vt femina caudam supinam exponat, mas suam superponat, & applicet. Coire solent in eunte vere iuxta terram. Iam enim coitus omnium id genus exploratus est. Interdum etiã cum ficus maturefcūt coire incipiunt. Hoc eadē modo Gammari quoq; & Squillæ coeūt.

## DENOMINATA.



**MINVTIVA** Vocula *καριδάριον* hoc est parua Squilla, extat apud Anaxandridem in Licurgo, vbi irridetur quispiam diminutiuis eiusmodi vocalis vti solitus: inquit enim.

*Καὶ συμπαισει Καριδαρίοις, μετὰ περδικίων καὶ θριπτίων,  
Καὶ ψυτταδίοις μετὰ κωβιδαρίων, καὶ σινδαρίοις μετὰ κωβιδίων.*

Quæ sic transtulit Dalechampius:

*Lusitat cum Squillulis, perdiculis, zhorriffedijs, &*

*Passerculis, cum coruulis, Tnachuridijs (ita legit Natalis) cum gobijs.*

**B** Eiusdem significationis est etiam *καρίδιον* apud Aristotelem, quam Pinius, & Cicero parua Squillam interpretantur. Et quoniam Squillarum quædam gibboso sint corpore, ac cuiuo, factum ab eis verbum *καριδῶω*, quod curuare, & veluti conglobare significat, ἐκ τῆς καρίδος χρησόν ἐστι τὸ καριδῶ, ἢ γόω ὡς εἶπεν σφαιρῶ, Eustachius: & Anaxandrides apud Athenæum, αὐτὴ καριδοῖ το σῶμα. Scyllarum autem non arbitror à Scylla, siue Squilla deriuari, quanquam Gaza parua Squillam interpretetur, *σκύλλαρος* enim Græcum est, Squilla, & Scylla Latinum.

## PROVERBIA.

**S**QUILLA rubicundior assa, prouerbiū est apud Iunium de admodum rubentibus. Anaxandrides in Cercide siue Cercio.

*Ερυθρότερον καρίδος ὀπωτῶν σ' ἀποφανῶ.* Vertunt: Assa Squilla rubentiolem te reddam.

## EPITHETA.



**N** Eupolidis versu, qui citatus est ab Athenæo hoc modo:

*Εχων τὸ πρόσωπον καρίδος μαδλετίνης,* author Etimologici *μαδλετίνης* interpretatur *δερματίνης*, id est coriaceæ. Assentior tamen libentius

Dalechamio, qui ad colorem refert, hunc versum Eupolidis sic vertens.

*Faciem habens Squilla punica.*

Nam *μάδλιω* apud veteres aiunt calcei phœnicei genus fuisse, hoc est colore assam Squillam referens. Et paulò post hunc versum Eupolidis, apud eundem Athenæum, *κουρίδες, φοινίκαι* dicuntur ab Epicharmo, vel vt in epitome Eustathij legitur *Κουρίδες φοινίκαι* puniceæ Squillæ. Oppiano *καρίδες* dicuntur *ὀλίγαι*, paruæ. Sophroni verò *καλαὶ ἐρυθραὶ*, καὶ λείως τριχίωσαι, hoc est, formosæ, rubiæ, leuiter hirsutæ, nimirum propter multitudinem pedum, qui tamen in alijs quibusdam Crustaceis asperi non sunt. *Καμυόλαι* dictæ etiam Epicharmo, & Araroti, hoc est curuæ; incuruantur enim facili, & gibbosæ euadunt: Quapropter *κουφα's* & *κυρτα's* Eubulus appellauit.

*Μάδλης  
quid.*

**D** Ex his quædam, et si non omnibus, tamen plerisq; Squillarum generibus, conueniunt.

## VSVS IN CIBIS,



**PVD** Antiquos mensis quidem apponebantur Squillæ, vt ex hoc Eupolis in Capris constat:

*Πλὴν ἀπῆξ πὸτ' ἐμφαίαικος ἔφαγον καρίδας.*

*Verum semel aliquandū in Phœacis adibus Caridas comedi.*

Videnturq; fuisse in pretio, vnde Plinius Secundus in Epistola, qua Gallo suo narrat villæ Laurentij amœnitatem, & commoda, inquit: Mare

non sanè pretiosis piscibus abundat: soleas tamen, & Squillas maximas suggerit. Et luuenalis tanquam pretiosum piscem nominat, canens.

*Epist. tib.  
1.*

*Satyræ 3.*

*Aspice*



*Aspice quàm longo distendat pectore lancem,  
Qua fertur domino Squilla, & quibus undiq; septa  
Asparagis, qua despiciat conuiuia cauda.*

*Lib. I. de-  
ipn.*

*Apicium  
quid.*

Iouius quidem hos versus citans: Ego, inquit, putauerim Iuuenalem Crustaceorum nomina confudisse, voluisseque intelligere pro Squilla Locustam, aut Leonem, qui dominis apponi consueuerint: cuius Zoographus sententiam non approbat, quòd Squillæ in delicijs præferantur Crustæis cæteris omnibus, præsertim Locustis, & Astacis, & Rondeletio teste salubriores habeantur, longeq; delicatiores. Declarauit hoc Apitius, quem scribunt in Africam profectum Squillarum prægrandium causa: cumq; ibidem paruas tantummodò reperisset reuertisse subitò, nec terram attigisse. Alijde Archestrato id narrant: sed Suidas, & Athenæus de Apitio, cuius verba (nam Suidæ deprauata sunt, & ex Deipnosophista mutuata) placet adscribere. Tiberijsæculo vixit Apitius, vir ditissimus, luxu solutus, à quo complura placentarum genera Apicia nominant. Multas nummorum cum ille myriadas profudisset ventris, & gulæ causa, Minturnis, quæ ciuitas est Campaniæ, vt plurimum degens, Squillis vescebatur magno emptis, quæ illic nascentes, & maximas Smyrnæas, & Astacos Alexandrinos amplitudine vincebant. Cùm in Africa vastæ, inusitatæq; magnitudinis audisset reperiri, continuò, ne expectato, quidem vnico die, illò naui profectus, multaq; incommoda nauigationis perpeffus, vt propius ad oram eius regionis accessit, priusquam naui exiliret (aduenturum enim rumor in ea prouincia percrebuerat) piscatores ad eius nauem contenderunt, & quàm maximas obtulerunt Squillas, quibus conspectis, num maiores haberet percunctatus, cum negassent illis grandiores, quas aduexissent vsquam in eo mari gigni, Minturnensium recordatus, gubernatorem iussit eadem via Italiam repetere, priusquam ad terram appulisset. Hæc ille. P. Gallonij gula in Squilla, & acipensere decumano notatur à Lucilio in Satyra ad Lapathum: visus autem eius perquam lepidi hi sunt:

*Calius præclare & rectè sophos: illaq; verè,  
O Publi greges Galloni, es homo miser, inquit;  
Cænasti in vita numquam bene, cum omnia in ista  
Consumis Squilla, atq; acipensere cum decumano.*

Hodie quoq; apud omnes ferè gentes principum conuiujs apponuntur, & inter lautissimos, ac nobilissimos cibos; Elixantur minores, & cum aceto comeduntur: friguntur etiam cum oleo in sartagine, farina prius aspersa. Sorades Comicus apud Athæneum:

*Καρίδας ἐλάβον πρῶτον ἀπειτηγάνισα  
ταύτας ἀπάσας, id est.  
Squillas primum accepi, coxiq; in sartagine  
Eas omnes.*

*Tempera-  
mentum.*

Assabantur olim maiores, & vt arbitror, in ficus folijs inuoluebantur. Nam sic Ananius, vel Aeanius apud Athæneum. *Τῶν καλῶν δ' ἄριστον καρίς ἐκ συκέας φύλλου, ἠδ' ὄγ' ἐδίειν χειμῆρις φθινοπωρισμῶ κρέας, .i. Bonorū optimū est Squilla ex ficus folio, & suauē edere hyeme, atq; autūno carnē.* Ischia descripsimus supra in Cāmāro, & Astaco. Squillæ alicuius sunt caliditatis participes; difficulter concoquantur, stomacho nocent, & Veneris desiderium mouent, vt ait Simeon Sethi. Aetius in curatione colici affectus à frigidis, & pituitosis humoribus, Squillam inter Crustata omnia minimè noxiam esse scribit. Traliano quoq; commendantur in colico affectu. Apud Athenæum alicubi *καρίς εὐκοίλιος* legitur: Zoographus mauult legere *καρίς*: quanquam, & ceridem piscem esse sciat, sed sicior hic est, & aluo mouendè minus aptus existimatur. Iulidum piscium saxatiliū, H inquit Aelianus, os veneno refertum est: & quemcunque piscem degustauerunt, inhabilem ad edendum, perniciosumq; ei, qui postea gustauerit, efficiunt. Piscatores cùm Squillam, quam media ex parte Iulides exedissent, & confecissent, sine vlllo precio parabilem offendissent, eamq; inopia pressi gustare aggressi essent, illorum aluos vehementes cruciatu excepserunt.





# VSVS IN MEDICINA, ET ALIIS.



**A**NERIS deſiderium excitare dicuntur, quòd in actiua qualitate non exuperent, in paſſiua humidum præualeat. Laudantur & ad mulierum conceptus, ac ſi peculiari quodam munere valeant, vt ſcribit Simeon Sethi. Græcè legitur: Σωπεργουσι δι τιμι ιδιότητι προς τλω γυναικιων κωνσιν. Ad generationem, inquit Cardanus, valet piſcis, qui Squilla vocatur, quod mihi quandoq; ſucceſſit. Oportet autem remota eſſe impedi-

menta, & purgatum etiam corpus, & vterum. Hæcicis etiam, & à morbo extenuatis, eximè prodeſſe, ſi aqua hordei ablutæ in carniū iuſculo coquantur; idem prodit. Conueniunt item ſtomachicis, vt legitur apud Galenum. Aiunt tritas, & particulæ impositas,

**B** in qua cuspis ſagittæ, vel ſpinæ infixæ ſit, naturali quadam attrahendi vi eam educere. In quibusdam locis tantæ naſcuntur, vt propè ſpithamam, hoc eſt palmum excedant, quæ quidem alijs ad hæc remedia ſunt efficaciores, teſte Simeone Sethi; qui etiam tritas, & cum oxymelite potas lumbricos, & tineas educere author eſt. Quocirca apud Galenū, vbi in quibusdam codicibus legebatur *καρδαπης* trita, & cum radice bryonię pota lumbricos educit, rectius legitur *καρπης* in vulgatis codicibus, hoc eſt Squilla. Caris marina, teſte Kiranide, circumligata Scorpionis ictum ſanat. Quod ſi ſupra preſcriptum locum ſcribas Caris, citius tollitur dolor. Si quis verò ſculpſerit Carida in lapide achate, & geſſerit in annulo, nunquam percutietur à Scorpione. Squillas marinas aliqui admilcent eſcæ ad mugiles capiendos. Si marini, & ſaxatiles piſces, inquit Florentinus, in piſcinis alantur, in cibum eis iniocere oportet Carides, gobios, & ſimilia. Merula piſcis Squilla viuente eſca decipitur, quod ſic cecinit Oppianus:

*Expediens (piſcator) hamum Squillam configit in illo,*

*Et nexam cubo plumbi ſubmergit in altum*

*Aequor, & occultis thalamos rimatur in undis.*

*Atque agit at circum ſaxoſa cubilia fraudem.*

*Erumpit merulus thalamis, & Carida viuum*

*Riualem punire ratus ſubit impia ſara.*

*Nam prædo fixum mento mucrone coruſco*

*Traxit niſentem contra, labiq; volentem.*

Lupus piſcis inſcatur per Squillam, vt idem tradidit.

## DE SQVILLA LATA, SIVE VRSA.

### Cap. X.

## ÆQVIVOCA.



**A**ΡΥΤΟΣ Urfus, aut Urfus animal quadrupes ferum, hybernorum menſium ſomno pingueſcens: cuius naturam latiffimè proſecutus eſt Plinius: Eſt prætereà ſic dictum ſignum cæleſte, quod Latini ſeptentrionē dicimus à ſimilitudine ſeptem bouū iugum ſubeuntium: Græcorum nonnulli ἀμαξαν, id eſt plauſtrum, quòd plauſtrorum ſimilitudinem referat. Eufſtathius dicit hanc Urfam fuiſſe filiam Lycaonis, nomine Caliſto: eamq; ob amoris cū

Ioue commercia à Iunone in Urfam conuerſam, atque à Diana iaculo conſectam, à Ioue eius miſerto inaſtra relatam. Aliter fabulam hanc narrant Theon Arati interpres, & Heſiodi ſcoliaſtes, quos lector per otium conſulat. Due autem ſunt Urfæ; maior helice, minor cynoſura appellatur. Accipitur etiam Ἀρυτος, pro parte orbis ſeptentrionali apud Herodotum.

*Urfus quadrupes.*

*lib. 8. c. 36.*

*Urfus ſignū cæleſte.*



## SYNONYMA



Nominis  
ratio.

Lib. 3.

Lib. 3.

De Vrsora  
ria opinio-  
nes.

Exerc. 245  
Cancer He-  
racloticus

Messacara.

Vrsora.

R VSTACEVM quod hîc depictû exhibebimus Squillâ latam appel-  
lauit Rondeletius, quod potius Squillis, quàm Locustis videatur annu-  
merandum. Carens enim, inquit, primi eius pedes forcipibus, quos  
chelas vocant, quibus munitæ sunt Locustæ: alioqui corporis forma Lo-  
custæ admodum similis. Latæ autem cognomen addidit, vt ab alijs di-  
stinguatur: nec id sine exemplo. Quippe Archestratus, vt author est Athe-  
næus, *ωλατειας καριδας* appellauit, quamquam Locustas, Astacos, Caridas confudisse vi-  
deatur: quæ tamen secernenda esse, & specie differre scripsit Athenæus, sed Aristopha-  
nes in Thesmophoria Zulis, non Archestratus, vt Rondeletius hîc scribit, *ωλατειων καρι-  
δων* meminit: quo nomine de Astacis eum sentire Athenæus conijcit. Sed estne hæc  
Vrsora Aristotelis? Rondeletius id pertinaciter negat: quod Aristoteles Vrsam videatur  
cum Cancris numerare, Bellonio contradicens, qui Vrsæ nomen Squillæ latæ imposuit,  
propterea quod terrestris Vrsi in morem, qui crasso, & recurto esset corpore, eiusque colo-  
rem referret. Profectò huius Bellonij opinionem defendit Iulius Cæsar Scaliger, & Vrsam  
Rondeletij Cancrum Heracloticum esse asserit: Squillarum, inquit, species vna vul-  
gari Gammaro (fluuiatili nimirum siue Gammaro, siue Astaco) similis ab eo ijs discreta  
notis, quas suprâ ponebamus (citauimus eas præcedenti capite, vbi de Squillarum gene-  
ribus dicebatur) sed maxima: Astacum. n. æquat magnitudine: alicubi etiâ superat quem-  
admodum scribit Athenæus. Vrsora hæc est Aristotelis. Vbi enim porrecta iacet, Vrsi cori-  
um extensum repræsentat. Et paulò post: Quoniam verò doctissimus amicus noster ad-  
uersus alium quendam scribens (intelligit Rondeletium, qui scripsit hac de re contra  
Bellonium) à nobis videtur dissentire, consilij nostri ratio reddenda est. Negat Aristote-  
lis Vrsam esse Squillam maiorem: quia seorsum ab Astacis, & Locustis, & Squillis posue-  
rit. Sanè, sed Locustaceis annumerauit, cum ei, & Locustis pariendi tempus idem assigna-  
bat. A Squillis separauit, quia sub Squillæ nomine haud notat. Aristoteles enim si eam  
pro Vrsora non accepisset, omnino ei ignota fuisse videretur. quâdoquidem eam inter Squi-  
llas nusquam commemorat. Et celebris tamen tota Græcia fuit: ad Smyrnam laudatissi-  
ma. Neapolitani, & Messanenses in Sicilia vulgò Vrsam marinum vocant Messacara, vel  
Messacaram: quæ à Græco nomine deflexa videntur, *ἡ μεζων* (*ἡ μεζων, ἡ μάσσων*) *καριδας*,  
hoc est maior Squilla, vt placet Zoographo. A Liguribus Orchetta vocatur teste Ron-  
deletio, quod nomen fortè corruptum est à vulgo pro Vrsora. Minorem enim huius ge-  
neris speciem, alioqui per omnia huic similem, Ligures Bellonio teste Vrsoram appel-  
lant. Romæ etiam vtramque speciem Mazzacaram vno nomine vocari audio. Gallis, qui  
Mediterraneum mare accolunt, nullum adhuc nomen. Nulla enim ibi eiusmodi Squil-  
la. Germanica nomina fingit Zoographus ab Vrsora quadrupede Ein Ber, ein Meerber,  
ein Berenkrebs. His maioris, & minoris discrimen addi licebit.

GENVS. DIFFERENTIA.  
DESCRIPITIO.


De Aqua-  
til. 2. c. 33.

Maioris de  
scriptio.

BELLONIVS Vrsæ duo constituit genera, maiorem, & minorem, quam  
Rondeletium Squillam calatam opinamur nominasse, & de qua se-  
quenti capite. Maior igitur, siue Squilla lata, Locustarum modo, vt scri-  
bit Bellonius, forcipibus caret, eademque est cum Locustis magnitudi-  
ne: terrestris Vrsi in morem crasso, & recurto corpore, eiusque colorem  
habet, vnde illi nomen. Proinde tabellis firmis, fortibusque loricata est,  
vt Locusta terrestris, cubitalisque nonnunquam est: antenas ad prætentandum iter non  
habet longas, sed coloris cærulei, bifidas, atque vtrinque in lateribus ante oculos duas, cor-  
num, seu cirrorû munere fungentes. Tota eius anterior pars vnico cõstat thorace, vulgus  
plastronû vocat. Quinos vtrinque pedes gerit, vngibus robustis, ac nigris munitos: falca-  
tas tibias, articulationibus quinque interteptas. Os præterea subtus habet, vt cæterum Lo-  
custarium, & Cancrarium genus. Alibi quoque in observationibus suis; Similes ferè,  
inquit,



Squilla lata authoris.



inquit, de Vrsis loquens, sunt Astaco; sed chelas non habent, ut neque Locusta: nec aculeis exasperantur, ut neque Astacus. Locusta enim toto dorso superiore aculeata est, &c. Rondelertius eam sic descripsit, & diligentius. Squilla igitur lata, inquit, Locustarum est magnitudine, sed latior multò, & magis depresso corpore, & hinc, in fronte ossa duo, utrinque unicum, in ambitu serratum, in quibusdam acutius, in alijs latius: his pinnæ duæ alligantur, inter hæc duo enascuntur cornua, initio articulata, circa medium bifida, ut ex duobus quatuor fiant, non valdè longa. Os, & oris appendices ita habent, ut in Locusta.


N

Brachia



Brachia duo habet cum aculeis, veluti clavis eminentibus, pedibus maiora, non bifida, quæ in os flectuntur, quibus cibum ori tanquam manibus admovent. Hæc quibuscula non esse videbant, pedibus annumerabant, ut quinque pedes esse dicerent. Sed hoc Squillis proprium est, chelis carere, harum autem vice brachia maiora pedibus habere. Pedes utrinque quaterni sunt, ut in Locustarum, & Cancerorum generibus. Oculi parum prominent, ob id conditi videntur: frons quadrata, & latior quam in villo Crustatorum genere. Tumores multi per dorsum sparsi sunt, ex quibus extant tubercula, quorum summa pars adeo rubet, ut carbunculos in annulorum pala inclusos esse dicas. Cauda tabellis quinque constat, & in pinnas totidem definit: in caudæ supina parte appendices sunt ad ova repouenda, quemadmodum in Locusta. interna quoque omnia similia habet.

Squilla lata Rondeletij.



## LOCUS.

**R**ARA est apud nos, inquit Rondeletius, Massiliæ aliquando capitur, Satis frequens Romæ, & Neapoli, & in mari Siculo, in Africa autem frequentissima. Hanc si ibi reperisset Apitius, non tam citò ad suos redisset. Scribit Athenæus Squillas circa Minturnas Campaniæ oppidum maiores esse Smyrnæis: quæ de Vrsæ intellexisse visus est Cæsar Scaliger: ait enim: Et celebris tamen tota Græcia fuit; ad Smyrnæm verò etiam laudatissima. In canosis locis viuit, argumento est quòd sordida, & luto obsita è mari extrahatur.

## COITVS. PARTVS.

**E**ODEM modo coit, quo Locusta, eodemque tempore, scilicet æstate. Idcirco dixit Aristoteles: Ijs etiam, quas nomine Vrsæ Arctos appellant, idem pariendi tempus natura statuit, quod Locustis: quocirca per hyemem, & vere prius, quam ova excludant, cibo laudantur: cum excludunt, deterrimæ fiunt.

## VSVS IN CIBIS.

**V**NDE patet in cibum quoque fuisse ab antiquis receptam Vrsam. Nec sine ratione. Est enim carne molli, ut Astacus. Præinde eodem modo coquere eam solet.





DEI VRSIAA MANORCE.

Cap. XI



VAM Bellonius Vrsam minorem appellat, Rodeletius, ni fallor, Squillam celatam dixit. Scaliger Aristotelis Crangen facit. A maiore, inquit, non nisi magnitudine differt, & lineamēris quibusdam, quibus tessellate lamelle pictae sunt. Haec est παύνη, Aristotelis, ait enim Crangen, & Gibba, equo utraque habere in cauda pinnas hoc eas differre, quia in Crange media pinnula lata sit, in Gibba vero acuta, hęc ille. Sed alia est Rodeletij Crange, qui hanc suam Squillam celatam, Cicadam Aeliani esse arbitratur, potius quam illam Squillae speciem, quam ipse Mantini nominat, Cicadam ab alijs existimatam. Scaliger Cicadam Aeliani eam esse putat, quae etiam vulgò à piscatoribus Vasconū sic appellatur:

Exer. 245 Cräge Scaligeri.

Bellonius vero Rodeletij Mantini, Massiliae, & Genuae Cicadam marinam vocari ait: cuius sententia Zoographus, ut ideo magis fauet, ut antiquo nomine non careat, & fingendum sit novum, quod fecit Rodeletius. Achanus certe cum Romae vixerit, inquit Zoographus, & harum quidem rerum studiosus, non potuit ignorare Cammaros Romae vulgò dictos è genere Squillarum, ut Athenaeus scribit: si eosdem Cicadas marinas putasset, non tacuisset, opinor, praesertim cum alius nemo hoc nomine sit usus. Haec Zoographus, contra Rodeletium, qui hanc Squillae speciem esse putat antiquorum Cammarum, siue Cammarum nominatum, authoribus Athenaeo, Plinio, Columella: qui Cammarum inter parvi incrementi pisces recensuit. Sanè argumentum nullum habet efficax. A colore enim id raptum sumit, quem ait magis rubescere in hoc, quam in illo albo Crustato, siue crudus sit, siue coctus, cumque colorem nulli maxime referre, quod scilicet de eo dicit Martialis.

Cicada marina.

Lib. 7.

Cammarus Rodeletij.

Immodici tibi flava regunt chrysendetaimulli;

Concolor in nostra Cammaro lance rubes;

Nos quid sit Cammarus veterum, in Astacorum diximus historijs. Ceterum Rodeletius Cicadam marinam potiore ratione nominandam esse censer, ob maiorem cum cicadis terrestribus similitudinem: Squilla vero, ut quod supra dictae similis sit, ut quod brachia priora indivisa habeat, qua nota Squillas a Locustis, & Cancris secerit dixit: Celatam vero, ut ab alijs intermiscatur. Nam quinque tabellis consistit, & dorso egregio naturae artificio variè caelatis, & sculptis, ut in pictura expressit. Squilla haec tota sibi, ut idem scribit, ossa vertebrae habet in ambitu serrata, acuta, veluti Squilla lata: quibus annexae sunt pinnae, veluti alae. Cornua duo habet, brachia duo indivisa, quibus ori osos admovent: pedes quaternos, circa os appendices, inter alias partes, caudae pinnas eadem, quas Locusta magnitudine vero differt: nam dodrantalem magnitudinem vix superat. Cancris substantia Astaco quoque similis est. Minor autem Arctos, inquit Bellonius, per omnia maiori respondet. Ligures Vrsam appellant, crassiore est quam Sparnochius (Squilla Crange) corpore, & forcipibus, ut Vrsa, caret. Praetenturis quoque binis praedita est, & rostratum caput gerit. Ceterum est corpore robusto, & recurto: omnes denique notas cum maiore communes ostendit. Sed Bellonius huius iconem non apposuit: Rodeletius expressit. Sed quia Squillam celatam Aeliani, ille Cicadam marinam putat, ideo Aeliani verba quae super ea memoriae prodidit, placet adscribere: Est etiam Cicadarum genus marinum (τάρτιξ ἐνάλιος) quarum maxima parvi Carabi similitudinem, speciemque gerit. verumtamen cornua, non similiter atque ille magna, nec aculeos habet: aspectu etiam nigrior est: & cum raptus est, stridorem quendam edere videtur. Pinnae ipsius exiguae sub oculis enascuntur, terrenarum alis similes. Hominum plerique idcirco ab ea se abstinent, sed mari reddunt, atque etiam mortuam fentes, & sordidati humatione afficiunt, quod eam dicant Perseus Iouis filio consecratam esse.

Descriptio

Lib. 13. c. 29. de animal.





## DEO CI A R A N G O N E.

## Cap. XII.

## SYNONYMA.

Hister. 4.  
cap. 2.



BI Apud Aristotelem Squillæ quædam vocantur *κράγγωνες*, aut *κράγγων*, quod nomen magis placet Zoographo: Gaza Crangines, vt delphines vertit. Apud Hesychium, & Varrinū *Κράγγων* est *ἐνυδρον ζῷον, καὶ εἶδος καρίδος*, sed melius scribitur duplici *y*, vt apud Aristotelem. Cæsar Scaliger Squillam cælatam Rondeletij, siue Vrsam minorem, facit Crangen, vt diximus superius. Alia quidem est Rōdeletij Crange, cuius iconē apponemus: Hæc Cammerugia, & Sparnochia vulgò ab Italis vocatur, à Romanis dempto primo elemento Parnochia, à nostris inquit Rondeletius Caramote (vt parua Squilla Caramor) ab alijs Longoustin, à Burgedengalensibus seruata vetere appellatione Squilles.

## DESCRIP T I O.

Color.  
Cornu in  
fronte.



Oculi.  
Cornua.

Os.

Pedes.

Cauda.

RONDELETIVS hanc sic descripsit: Est inquit, hæc Squilla palmi maioris longitudine. Crusta tenui contegitur, læui, candida, nonnunquã ex albo parũ rubescẽte; cocta verò tota rubescẽte, instar cornu pellucida. Habet è dorso enatum cornu in frõte, serratum, sursum recuruum, illius dẽticulatæ asperitates in superiore, & inferiore sũt parte, nõ in lateribus, veluti in Astacis, & Squillis latis. Oculi cornei sunt, satis prominentes, in quibus subiecta pars caua est cochlearis modo. Cornua quatuor habet, duò benè longa, tenuia, flexibiliaque, his alia duo breuiora in summo diuisa. E lateribus veluti alæ exortuntur parua, albæ, radio siue aculeo innixæ. Os, & oris appendices, cuiusmodi sunt in Locusta, & Astaco. Pedes quinos habet, præter hos brachia duo: qui in calcar terminantur, pedes terni: qui hæc sequuntur, parum diuisi, bini, & vltimi indiuisi. Posterior pars pro reliqui corporis crassitudine, & magnitudine longa, septem tabellis constans, in pinnas quatuor definit: è quarum medio extat aculeus latior quàm in Squilla gibba. Supinæ caudæ appendicibus, coeundi, pariendique modo, partibus internis à superioribus, non differt. Comprobat deinde Rondeletius se veram Squillam Crangonem exhibere his verbis: Squillam Crangona nos rectè representasse demonstrare oportet. Ac primum cum Crustatorum animantium quatuor sint genera (vt prius ex Aristotele ostendimus) nulli potius quàm Squillarum generi subijci hinc perspicuum est. Ea enim quam exhibemus, læuis est, Locustæ toto dorso aspera: chelas ante pedes non habet, vt Astaci, cauda est protensa, non rotundo corpore, & sine chelis: non est igitur è Cancrorum genere: quare Squillam esse necesse est: non latam quidem, neque cælatam, vt corporis species, & læuitas sine vlla læuitura ostendunt: neque parua, quæ maior nunquam fiat: nam ea longè minor est, quàm paulò post exhibebimus: neque Gibbam, quia gibbo caret. His omnibus accedit nota certissima ab Aristotele tradita, quæ Squilla Crango à similibus internoſcatur: *καὶ ἡ καρὶς ἡ κυρτὴ πλεὺ ὀυρὰν καὶ πτερύγια τέσσαρα, ἔχει δὲ καὶ ἡ κρὰγγη πτερύγια ἐφ' ἑκατέρῃ ἐν τῇ ὀυρᾷ: τὸ δὲ μέσον αὐτῶν ἀκανθῶδες ἀμφότεραι, πλεὺ αὐτὰ ἐφ' ἑκατέρῃ, ἢ δὲ κυρτὴ ὀζύ.* Squilla gibba caudam habet, & pinnas quatuor: totidem (totidem non est in Græco) & Crangon in vtraq; caudæ parte, quarum medium in vtrisque spinosum est, siue aculeatum, sed in Crangone latum, in Gibba acutum. Hæc nota in vtraque Squilla, & Crangone, de qua nunc agimus, & in Gibba, de qua mox, euidentissima est: & verissimam esse comperiet, qui pictas à nobis Squillas cum viuis contulerit. Hæc sunt quæ fidem faciunt Squillam Crangonem rectè nos ab alijs distinxisse. Eandem ante Rondeletium nouerat Bellonius, & sic describit: Insignibus notis à Gibba differt. Nã vbi in Gibbis multiplices cirri spectantur (anteriori præcipuè parte) pedesq; omnes in extremo bisulci, Sparnochiæ duo, oblongi tantum cirri prominent, & vngues acuminati os more Locustæ habet, & eodem modo quaternas in extrema parte caudæ

Descriptio  
ex Belloni-  
us.



## Squilla Crangon.

caudæ : quarum ea quæ in medio fita est, si pinna efferet, faceret vt quinque pinnae, vt in Astacis, & Carabis, numerarentur : sed spinea duritie prædita cernitur, ac crenis horridula est. Anteriori autem frontis parte quatuor cornua æquali ferè longitudine videas. In quibusdam locis adeo magnæ nascuntur Squillæ, vt prope spithamen, hoc est palmum excedant : quæ quidem sunt alijs efficaciores. Hactenus Bellonius. Quam autem Zoographus vidit, & delinearam exhibuit, eius color partim rubet, partim dilutior albicat, ad latera flauescit : extremitas quatuor latiorum caudæ pinnarum cærulea est : pars inter eas media acuta rubet. Media inter hoc genus, & Cancellos, siue Bernardos Eremitas esse videtur, sequenti pagina depictum crustaceum, coloris totum ferè cinerei pallidi, nisi quòd alicubi, vt in cauda, dorsoq; & chelis nonnihil cærulei habeat.

*Crangonis  
descriptio  
ex Theogra  
pho.*

## VSVS IN CIBIS.



RVSTATORVM omnium sapidissimi sunt. vnde in mensis nobilium, Romæ præsertim, primo ponuntur loco. Carne enim sunt tenera, dulci, bonique alimenti, ac multum. Vnde hecticis, & atrophis laborantibus utilissimus cibus. Coquunt hanc in Italia varijs modis frequētissimè in aqua dulci, sed meliores sunt in marina si coquantur, & cum sale, ac pipere comedantur. Optimæ sunt earum caudæ crusta spoliata, ac coctæ cū pipere, sale, & aceto. Fieri quoq; possunt ex eisdem varia iuscula iucundi saporis. Optimæque sunt à mensibus Februario, Martio, Aprili, Maio, sed Romæ omni tempore venales habentur.

*Vt coquantur.*




N 3 DE





Crustaceum, quod medium videtur inter Crangonem Squillam, & Cancellum, siue Bernardum Eremitam.



## ESQUILLA GIBBA.

Cap. XIII.

### SYNONYMA.



VAM Aristoteles *κυρτωι καρίδα* vocat, Gaza rectè Squillam gibbam interpretatus est. Cognomen *κυρτη*, seu Gibba additur propter gibbū, quem habere videntur, dum se curuant. Idcirco *καμπύλας* appellasse eas visus est Araros in Campalione, & Ophilio in Callæchro *κυρτὰς*:

*Κυρτὰι δ' ὁμοῦ καρίδες ἐν ξηρῶ πεδῶ:*

*Ac Gibba Squilla in arido solo.*

Idem in Iaelmo:

*Ἐρρηνῶ το δ' αἰς καρίδες ἀνδράκων ἔτα*

*Πηδῶσι κυρτὰι, id est,*

*Saltabani ut Squilla super prunis*

*Gibba saliant.*

Gambarel-  
lae

Græci recentiores antiquum nomen hodie non seruant, Caridas, & Caranidia vocantes, vt scribit Bellonius, quamquam Astacum fluuiatilem idem à vulgo Græcorum Caranis, & Caranidia dici tradat. Squilla hæc gibba Romæ nunc dicitur Gambarella, vt scribit Bellonius à tibijs, quæ gambæ dicuntur. multis enim cruribus prædita est; Zoographus potiùs à Gammaro diminutiuum nomen esse putat. Idem Bellonius (nisi sit error libræriorum) Parisijs hanc Squillam Guerlette vocari ait: Suspiciatur Zoographus Guernette legendum: quoniam Germani inferiores aliqui (siue hanc solum, siue aliam quampiam) Gernat appellant. Galli quidè quintam vocalem post g scribere solent e, vel i, sequente, cum hanc consonantem ita proferunt, vt ante reliquas tres vocales proferri solet. Sed Rondeletius à Parisiensibus vocari scribit Cheuretes: à suis Caramot, ad discrimen Crangonis, quam Caramote appellant. A Santonibus de la fantè, quod ægris, vt plurimum soleant apponere; à Rotomagensibus Salecoques, vel Salcoqtes, vt ait Bellonius; quarum quæ adhuc vaginis inclusæ sunt, Bouquetæ: ijs autem exutæ, des Creuettes appellantur. Armorici des Sautrelles: salit. n. Locustarum more. Massilienses vulgò vetustatis vestigia retinentes, Carambotos vocant deducto à Caride nomine. Qui Galli Oceani litus incolunt, etiam à saltatione nominant Cheurettes, quasi capreolas dicant. Galli in Neustria Bouquet, quod hirculum interpretatur Zoographus. Lusitani Caraman de Lisboa, Veneti vulgò Squillas. Germanica nomina hæc finxit Zoographus: Ein Seegitzle, ein Meer Geiss: ein Beekle, ad imitationem nominis Gallici Cheurette, idest hœdi, quo vtuntur Rupellæ, vel à gibbo vocat ein Hegerling, ein Hogergetnir.

GENVS.



A  
GENVS. DIFFERENTIA.  
DESCRIPITIO.



CALIGER tres facit Squillarum minorum species, omnes gibbas: maximam, quæ Crangon fortè est Rondeletij: minimam, quam Vascones Ciudam vocant, Adriatici maris accolæ Squillam: mediæ magnitudinis Gambarellum vocatam ab Istris: quanquam Itali quidam minimam ita vocent. Sed videntur veteres Gibbæ nomine vnicam tantummodo speciem κατ' ἐξοχλὸν intellexisse: cui nimirum Scaliger mediâ magnitudi-

*Exercit.*  
245.

nem assignat. Squillarum generi, inquit Aristoteles, quas gibbas vocamus, quini vtrinque (pedes) situ quo cæteris: quorum proximi capiti acutiores, & quini vtrinque; alij ventri iuncti, quorum extrema latiuscula sunt. Tabellæ ijs nullæ parte supina: prona similis Locustarum est. Sed vetus Aristotelis interpres, Squillæ gibbæ, inquit, duodecim pedes habent, vtrinque sex. Ibidem Squillis gibbis caudam esse tradit, & pinnas quaternas. Nec plura de hac Squilla, in ijs, qui nunc extant libris Aristotelis inuenio, de corporis, ac partium singularum forma. Bellonius senos, inquit, ante frontem gerit valdè tenues cirros, quibus Dioscorides aconiti radices in tenues fibras abeuntes comparauit: Caudam contractam, in cuius extremo pinnae sunt (vt in cæteris Locustis) quinq; quarum quæ medio loco posita est, ferratam, spinosam, duram, atque in acutum fastigiatam formam habet, quamobrem quaternas tantum illi connumerauisse pinnas (vt in Crangone dicitur) satis fuerit. His addatur Rondeletij descriptio, quæ talis est: Gibbæ Squillæ Crangonibus tenuiores sunt, maximè in cauda extrema, in fronte cornu gestant, veluti Crangones, magnum pro corporis ratione. Oculos, alas, pedes, cornua, os, oris appendices, interna omnia similia Crangonibus habent, caudæ initium in tumorè erigitur, vnde illi nomen: ab hoc tumore cauda tenuior, & gracilior esse inceptit, in pinnas quatuor desine: harum medium acutius est, quàm in Crangonibus, vt dictum est: qua nota, & gibbo à Crangonibus Squillæ distinguuntur. Cardanus addit forcipes pedibus duobus prioribus, ijque manuum vice vt, fortè cum Bellonio deceptus, qui non audiendos putat, qui Squillarum pedes forcipibus carere arbitrantur. Sed satis superius demonstratum, Squillis proprium esse, carere chelis. Sanè in Rondeletij icone nulla forcipum, aut chelarum vestigia apparent, vt neque in nostra, quæ meliùs legitimam Squillam gibbam repræsentat (quamuis in colli inferiori parte plurimas habeat appendices, quæ nullæ sunt in Rondeletij icone) & eadem sit magnitudine, qua depicta cernitur. A nostris diuersam aliam iconem exhibet Zoographus, nimirum hanc, quam putat esse Gibbam Rondeletij. Picturam minorem esse voluisset, & caudam minus directam, vt cognomini responderet. Sed admodum differt hæc pictura à Rondeletij. Ostendit enim sex, seu mauius quatuor antennas longas, duas exteriores Simples, alias verò duas statim à principio bifidas, vt quatuor esse videantur: deinde quatuor pedes priores forcipatos; duos maiores quinq; constantes internodijs, si forcipes annumeres, duos minores quatuor internodia habentes.


*Histor.* 4.  
*cap.* 2.

*Lib.* 2. de  
*aquatib.* 3.

*Descriptio*  
*ex Ronde-*  
*letio.*

*Squilla*  
*gibba Zoo-*  
*graphi for-*  
*ma.*


Squilla gibba Rondeletij.





Squilla gibba nostra .

Squilla gibba Zoographi, Venetijs ad ipsum missa.





LOCUSTARUM S. IPARTVS.

IN Santonum littore maxima earum copia est, & alibi quoque in littoribus Germanie & Belgij. Oua pariunt, & generant more Locustarum; quia sunt illius interanea perfamilia. Vterum autem gerunt menses circiter quatuor teste Aristotele. Græcè legitur: Τῶν δὲ φύλων ἡ κύκλις ἐστὶ περι τείσσαρας μῶνας. Quocirca rectè Gaza legit τῶν κύκλων, non φύλων.

Histor. 5. cap. 17.

NATURA. MORES.



VOD antea de Squillis in genere dicebamus ex Aeliano, & Phile, nimirum Lupum piscem ab eis vinci, & interrimi, vbi eas deuorarit, id Rondeletius, & Bellonius in capite de Squilla Gibba retulerunt, nam cornu frontis elatum in palatum Lupi infigunt. Sanè Crangones idem facere possunt, quorum cornua dura admodum, quamuis pauciora, minimæ verò non possunt, cum cornu eiusmodi careant. Oppianus tamen de Squillis paruis, per quas Gibbas intelligunt, hæc canit Lippio interprete.

Ut lupum piscem occidant.

*Sunt Squille exigua, sunt paruo in corpore vires:  
At magnum est saturo præclarum labraca ventre  
Interimunt astu: properat, gestisque teneri  
Labrax pisciculos, qui paruo robore possunt  
Non dare terga fuga: non a quo occurrere Marte.  
Occisa occidunt hostem, perimuntque necantem;  
Cum Squilla victu piscis sorbentur aperto,  
Turmatim in medium descendit turma palatum,  
Et feriunt cornu quod fronte insurgit acuto.*

Saltant vbi tanguntur, ac tangentem sepe expauescunt; corpusq; in aqua gibbosum arcuato motu promouent cruciarum modo: quod Anaxandrides in Pandaro annotauit his versibus.

*Οὐκ ἐπιχερυφαῖς ὀρθοῖς ὠβηλτις ἔσθ.  
Αὐτὴ δὲ καριδὸς τὸ σῶμα καμπύλη  
Αγκυράτ' ἐστὶν ἀγκυρὸς τοῦ σώματος.  
Sic curues, haud recte futurus es vir optime:  
Squillarum more, arcuatum corpus hec flectit,  
Obiectæq; ante corpus ancora prorsus est.*

VSVS IN CIBIS

SUNT hæc admodum laudatæ apud priscos, & recentiores, tanquam optimi nutrimenti, & saporis dulcis: quod etiam Matron Parodus apud Athenæum in Articæ ceteræ descriptione cecinit.

*Καρίδες δ' αἰ Ξυῶδες Ολυμπίου εἰσὶν ἀοιδῶν  
Αἰ δὴ ἰδὲν κυφαί μιν ἔσαν, χρῆσαι δὲ πάσασθαι:  
Squilla Iouis Olympij cantores  
Aspectu quidem Gibba, sed in cibo suauissima.*

Ideirco vendebantur olim in sportulis, ex iunci vimine contextis, ut apparet in hisce Arati in Campilione versibus:

*Αἶτι καμπύλαι  
Καρίδες ἐξέλλοντο δελφίνων δίαλω  
Eis χροῖόφλεκτος ἀγγος. Vertit Dalechampius:  
Et curuæ  
Carides exiliere delphinum modo  
In vasa texta iuncis.*

Ut vendentur.

Friguntur cum oleo in sartagine: aut elixantur in aqua, & cum aceto comeduntur. Hæcicis quoque in cibo mirum in modum conferunt, & longè delicatesiores sunt, quàm Locustæ, aut Astaci.

Hæcicis conferunt.



D E S C R I P T I O S Q U I L L A R U M A

Cap. XIV

S Y N O N Y M A.

Histor. 5. 15. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



RO P R I O nomine caret ea Squilla quam Aristoteles periphrastice Squilla: um το μικρὴν γίνεσθαι appellat, rationem addens. ἀταγὰρ οὐ γίνονται μέγζους; hoc est: nunquam enim maiores euadere possunt. Sed hic lectores aduertunt rectè Rondelietius, τὸ καρίδιον μιν πρὸν γίνεσθαι, id est Squillam parua, ὅδο τὸ καρίδιον non idem esse quod ἀκὺλλαρον, quod tamen etiam Squillam parua[m] Guza apud Aristotelem conuertit. Nam ἀκὺλλαρον, inquit Rondelietius, non est ex Squillarum genere: chelas enim habet Astaci modo, Κορυίδες, καρίδες. ἢ τὰς κίττας ἐγγλωρῶν ἢ τὰς δὲ ἐρυδράς καριμάρους; exponunt Hesychius, & Varrinus. Videntur autem Zoographo dicere, Squillas paruas alio nomine ἐγγλωρῶν dici, à colore fortassis: quem eis viuis obscurum Rondelietius tribuit, Bellonius subfuluum, coctis, robescentem vterque. γλωρῶς quidem modò viridem, modò luteum colorem Græcis significat. Eadem γλωροκυτίδες fuerint: sic enim apud eundem Hesychium legitur, pro genere Squillarum. Μαυλὸν Zoographus γλωροκαρίδες, ἢ γοῦν αἰ γλωρῶν καρίδες. Ἐν μελικαρίδες nominatæ in conuiuio, quod Philoxenus Cyptherius describit apud Athenæū his verbis: Ἐανθαὶ μελικαρίδες αἰ κούφαι: nam, & color χαλκός, idem qui γλωρῶν interdum est, & pro κούφαι fortè κούφαι, id est Gibbæ legendum, quanquam propter agilitatem κούφαι etiam id est, læues cognominari possunt: à mele autem denominatè videtur propter suauitatem in cibo: quamuis Rondelietius Squillas minimas omnium dulcissimas facit. Sed Scaliger coctam rubescere negat, dum sic scribit: Minima etiam è Garumna excipitur canistris: Civadam Vascones ob exiguitatem vocant, id est auenam. Bugiliarum enim deuorant, sicut apenam Veterina: hæc etiam in mari agitat, nec rubescit rotata. Ab Adriaticis generis nomine dicitur. Sed fallitur Scaliger, quippe Veneti Squillam vulgò vocant Gibbam: hæc coctam rubescit. Bellonius tum Gibbam, tum parua[m] Gambarellam vocari scribit, Marcellus Senensis Gambarello, & Gambarusolo vulgò dici ab Italis. Scaliger etiam Squillam, quæ media est inter minores, magnitudine, Gamba collum ab Istris vocari tradit, Lusitani Squillam parua[m] vocant Caraman de Villa Franca: Germanicè appellatur ein Zuegkrebslein, id est, Squilla nana: vel ein Kleiner Gendier.

GENVS. DIFFERENTIA.

DESCRIP TIO.



VO inuenio apud Italos nostros Squillarum paruarum genera. Vnum maius, alterum minimum, illud duriore est crusta quam Squilla Gibba, magisque relucet, viuumque non aliter quam prædicta in aëre saltat, nocteque lucet, vt candela accensa, Cambareto vocatur Romæ. Alterum vero adeo exiguum est, vt mille vix libram æquent pondere, Romani Gambaruccio vocant. Venetijs quoque frequens: coci quidam vocant Biava, id est, auenam, vt Vascones Ciua de. Quocirca facillimè mihi perhaeserim, esse hanc Squillam, quam vocat Scaliger minimam, & quæ canistris excipitur è Garumna, viuit enim nõ solum in aquis marinis, sed etiam dulcibus, & propterea Squilla fluminatilis à Bellonio dicta est, quam sic describit. Squillis marinis multo minor est tibiofas vtrinque quaternas, tenues, oblongas habet, in extremo forcipatas: cirros anteriori parte quaternos, oblongos, tenui filo graciliores, quibus iter quoquouersum prætendat, Latini prætenturas, & antenas vocant. Pedes cum vtrinque quaternos habeat, duos tamen priores parte anteriore exportigit: quibus non ad gressum quidem, sed magis ad corripendum cibum utitur. Nam tribus posterioribus tantum incedit. Pinnulis autem pluribus sub cauda positis innatatu utitur.

Squille sine uicillis Bellonij describitur.



**A** vitur : quarum quinque in eius extremo transversæ, earum corpus dirigunt. Harum autem media dura est, & gibbæ in modum ad oras crenata, ut reuera pinna dici non possit. Hæc Bellonius. Ciudadam Rondeletij, Gambarettum puto, prædicta Squilla minorem : sic enim

Squilla parua Rondeletij.



ait: Digni minimi est magnitudine: capite pro corpusculi magnitudine crasso, & lato sine cornu, quo a Gibba differt: alioqui cauda tenui, paruo gibbo, oris appendicibus, caudæ pinnis, internis partibus Gibbæ persimilis, punctis aliquot variatur, colore est, dum vivit, obscuro, cocta tota rubescit. Eas quas describit Bellonius, aiunt moris esse ut vivæ afferrentur, tuncque subfulvas spectari: sed coctas rubescere. Squillam paruam Venetijs depictam, & ad se missam talem exhibet Zoographus.

*Ciudadam Rondeletij descriptio.*

Squilla parua Zoographi, Venetijs ei missa.



LOCVS.

**C** **B**ELLONIVS longissimè à mari eas ait provenire: vnde sumitur argumentum in mari non nasci, cum tamen Scaliger Ciudadam dictam à Vasconibus de Garumna canistris excipi, & in mari agere scribat. Et Rondeletius Ciudadam hyeme in stagnis marinis capi tradit, & in magnorū fluuiorum ostijs; e mari etiã extrahi sæpe vidit, ne quis ob carnis succum dulcissimum, in dulciaqua gigni tantum existimet. Tarentinus Squillas fluuiatiles nominat; ut Nebricensis canit.

*Vbi capiuntur.*

*Caruleus nos lyris amat, quem sylua Marice Protegit: hinc Squilla maxima turba sumus.*

Author est Aristobulus apud Strabonem in Indum flumen maximam multitudinem piscium ascendere, & inter alios Squillas (*xapidas*: interpres vertit Locustas) paruas quidem vsque ad montem ascendere: magnas vero vsque ad Indi, & Arsinæ ostia.

*Lib. 13. geogr.*

VSVS IN CIBO, ET MEDICINA, ET ALIIS.

**D** **A**VTIORES mensas apud Romanos honorare solet. Carne enim est adeo dulci, ut quibusdam fastidium pariat, & vix, teste Rondeletio, vllum aliud cibi genus dulcius degustaueris. Cum crusta, & pedibus integra frigitur in sartagine addito oleo, aut butyro. Sunt qui priusquam coquant, in sartagine perforata pedes vrunt, deinde aqua, & oleo elixant. In aqua hordei lotæ, & in carnis iure coctæ hecticis maximè conueniunt. Nam bene alunt, ad expurgandum pectus conferunt, multoq; vtiliores sunt fluuiatilibus Asiaticis, quibus medici plerique pro Cancris fluuiatilibus vtuntur, cum tamen duriore sint carne, & minus dulci. Si ægris parentur Squillæ, de quibus nunc loquimur, crustis suis nudandæ sunt: si enim vnà cum his edantur, flatus gignunt, velut aphæ cum spinis comestæ.

Cum



Cum crustis elixæ in aqua, & oleo, adiecto pipere sopitam Venerem stimulant: tum quia E semen satis copiosum, ob dulcē, & benè nutrientem substantiam, tum quia flatus gignūt. Frixæ in sartagine, flatus deponūt, more leguminū. Idem de Gibbis, & Crangonibus dictum esto. Tarentinus escatum aliquot ad pisces capiendos in compositionibus carides fluuiales miscet in Geoponicis: nempe ad anguillas, mullos, magnos Scaros, & ad tenues pisciculos, qui capiuntur arundine.

## DE SQVILLA MANTI RONDELETII.

### Cap. XV.

## SYNONYMA.



**H**VIVS Squillæ nullus veterum, vt existimat Rondeletius, meminisse. Et F quæ admodū Latini à terrestribus Locustæ similitudine marinā Locustā nominarunt; ita ille hanc *μάστι* à bestiolæ similitudine, quæ est ex Locustarum genere. Eam bestiolam nostri, inquit Rondeletius Preguedious id est precantem Deum appellant, quòd semper manus (brachia, vel pedes in istis animantibus magis propriè dicuntur) iunctas teneat, eorum more, qui supplices Deum deprecantur: Præterea corpore est valde tenui, & macilento, vt bui assiduis ieiunijs se conficiunt, & macerant. Eandem bestiolam diuinare vulgus ait: captam enim pueri nostri interrogant, quā sit Romam, vel Compostellam ad D. Iacobum proficiscendum: ea, perinde ac si intelligeret, altero brachio extenso iter monstrat. Ab huius itaque bestiolæ similitudine, Squillæ speciem, mantin nominavit: nam vtraque corpore est longo, gracili, circa caudam latiore, brachijs duobus primis longis admodū. Squillæ speciem esse idem probat, tum quòd chelis caret: quibus à Locusta, & Astaco distinguitur; tum quòd aculeos in cauda habeat, Squillarum modo, & corporis denique specie sit Squillis simili, longa, qua à Cancris differt. Bellonius hoc genus Squillæ cum alijs plerisque doctis Cicadam marinam appellare maluit, nomine Massiliæ, & in Italia vilitato in eodem animali. Sed Rondeletius, vt dictum est, suam Squillam cælatam, quæ Monspelij vulgò Cicada nominatur, Cicadam Aeliani facere maluit, quòd maior ei sit cum Cicada terrestri similitudo. Gillius cum Cicadam Aeliani descripsisset, subdit: Massilienses tenuis suæ cuiusdam vetustatis retinentes etiam nunc Cicadas nominant. Romæ audiuit Zoographus appellari Cicadam marinam, quæ alibi Vallopa, quòd nomen Rondeletius Crangoni suæ tribuit. Cicadam marinam Romæ, & Genuæ vulgò dictam, Speusippi Nympham esse suspicatur Bellonius, sed nullo fretus valido argumento. Nam Astacum, Carabum, Cancrum, Pagurum, Nympham, & Arcton similes esse dixit. Mathiolum Squillam Mantim, Hippocampum vocat.

Nominis ratio.

Cicada marina quæ Bellonio.

Hippocampus Mantim.

## DESCRIPITIO.

De aquat. 2, cap. 3.



**H**ENVIS est, inquit Bellonius, huius crusta: cruda ita albicat, vt ferè transpareat. Vnà cum pisciculis marinis sæpe suo cortice contacta extrahitur, H & simul cum carpionatis, bocis, manis, & trachuris, canistris inseritur. Natura incredibili ferè artificio Cicadæ oblongum corpus decem tabellis affabrè articulatis loricauit: quarum prima, quæ caudam extremā conficit, pinna in lateribus expandit. Cauda porrò duabus maculis phœniceis subrubris insignita est, quæ duorum oculorum speciem præferunt, estque aculeata, & crenata. Prima tabella à cauda incipiens versus secundam, tertiam, quartam, quintam, & sextam, pinnulis fimbriatis multiplicibus subtus munita est: quibus dum in mari natat, aquam percutit, & corpus incitat. Tres tabellæ, quæ sex prædictas subsequuntur, ternis vtrinque pedibus communitæ sunt, ad cervicis autem initium duo brachia maiora oriuntur, quibus cibum apprehensum ori suggerit: sed ea alter quàm Cancris, aut Locustis forcipantur. Sunt enim in longum exprorecta, atque in extremo grandioribus crenis suffulta, quibus, cum cibum corripit, ex vno brachio ad aliam brachij articulationem transfert. Horum autem extrema



**A** extrema velut in duritiem osseam abeunt, dentis alpijs conficiendis ob id expetita. Pars huius piscis quæ capiti contigua est, in exile quiddam terminatur, & contra quam cauda se in latum diffundit. Extra aquam prorsus immobilis, & imbecillus est. Aculeum vnum habet vtrinque; Ori præfixum, vt phalangium, & Scolopendra, quo mordicus cibum à pedibus suggestum continet, quem postea dentibus conficiat, & in stomachum detrudat. Dentis illi natura in oris lateribus protulit, vnico vtrinque offi crenato, Vliteræ formam referente infixos. Cuius anterioris partis officium est ea incidere, quæ mandit; posterioris verò quæ crenas habet, conterere. Nam idem os duos habet dentium ordines. Præterituras duas in fronte breues, vrsinis similes ostendit, trifariam in extremo diffusas: ac rursus duas alias in lateribus prædictis breuiore. Oculos habet virides, exertos, quos non alueo, vt Cancrarium, vel Locustarium genus condit: sed ante hos pinnulas exporrigit eis similes, quas in cauda gerit: ex quo multi decepti caudam caput esse crediderunt. Strias rectas in tergore, atque in capitis tabella ductas profert. Pisce dissecto, dentes fortibus musculis moueri conspicientur, cerebrumque adeo esse exiguum, vt vix hordei grani magni tudinè æquet, opticitamen ad oculos perducere apparent. Similis ferè Rondeletij descriptio est,

**B** Brachia duo, inquit, longa habet, articulis intercepta, vt ad os flecti possint, chelarumque vsum præstent, interiore in parte ferrata: quorum denticuli initio minores sunt, in summo ita magni, vt aculeis incuruis aptius, quam ferræ denticulis comparari possint. Cornua duo longa prominent, in quorum summo ramuli duo exoriuntur. Sunt alta duo his minora ante oculos. Capitis figura Cancellum ferè refert. Oculi perspicui sunt, & lati, ad quorum radicem sitæ sunt alic duæ longæ, in ambitu hirtæ. Vtrinque pedes sex habet, terni primis brachijs proximi in tumorem paruum desinunt, lentis instar rotundum, & depressum, à quo tumore aculeus paruus vnus nascitur: reliqui terni parui sunt, & tenues, quorum extremum in appendiculas quasdam tenues terminatur. Quod caput sequitur, & collum vocatur, tabellis decem cõstat, inæqualibus, priores breuiore sunt, & strictiores: quò propiores sunt caudæ extremo, eò maiores, & latiores fiunt, eadem aculeorum ratio, quibus singulæ tabellæ munitæ sunt, in prioribus parui sunt aculei, in maioribus tabellis maiores, & euidentiores. Cauda in os latum desinit, cuius ambitus multis riget aculeis: in offis huius superiore parte maculæ duæ spectantur oculis pictis similes: tres vtrinque pinnæ osseæ ex vltima tabella oriuntur. Supina caudæ parte appendices habet: & in ore; quem-

admodum Locusta, & superiores Squillæ. Toto corpore est pellucido. Iconem eius hic appinximus, quam Bellonius admodum perperam diuulgauit.

*Dentes.**Oculi.**Descriptio  
ex Ronde-  
letio.**Cornua**Oculi.**Collum.**Cauda.*

## COITVS. PARTVS. V S V S.

**E**ODEM modo, & coit, & parit quo prædictæ Squillæ: Carne est molli, dulci, delicata, nutriente, Venerem stimulant; paranturque eodem modo quo Squillæ prædictæ. Τέττιγας ὄπρωδες, idest Cicadas coctas, nominat Anaxandrides in Coryis Thracum regis conuiuio. Brachiorum extremis vtuntur ad scalpendos dentes.


D



O

D E







## DE CANCRIS IN GENERE.

## Cap. XVI.

## Æ Q V I V O C A.



RVSTATORVM omnium, quæ oblongo sunt corpore, & cauda prædita, historiam, præcedentibus capitibus abundè sumus profecuti. Restat modò Cancer, qui rotundus est, parumq; caudatus, quamuis hoc nomen pro omnibus Crusta tectis acceperit Plinius, his verbis: Cancrorum genera Carabi, Astaci, Maia, Paguri, Heracleotici, Leones, & alia ignobiliora. Καρκίνος (ita Græcis Cancer vocatur) præterea passio est, seu mor-

bus, qui tempore Suidæ, & Hesychij dicebatur καρκίνωμα: Cornelius verò Celsus, Cancrum à carcinomate distinguit, nam illum oriri, & serpere dicit ab his, quæ extrinsecus incidunt, hoc verò corrupta interius aliqua parte innasci. Suetonius etiam Carcinoma dixit. Pollucii hoc nomine tumor est durus cum inflammatione, & magno dolore, qui ulceratur interdum, subrubente, ac liuido colore, sanguinem emittens, incurabilis: conascuntur ei ut plurimum venæ, aut pili. Est & occultum, inquit, carcinoma, cæterà simile, sed non apparet, μη ὑπεφανές. Cancrum esse Gangrenam putat Nonius Marcellus. Sed medici distinguunt. Est enim gangræna partis ex magnitudine phlegmones mortificatio, non integrè facta, & confirmata, sed incipiens. Ita ut pars nondum sit emortua, nec sensu omni priuata, sed emoritur, atq; ad extinctionem tendit. Cancer verò tumor inæqualis interdum cum ulcere, dolens, malignus, aspectu teter, liuidus, oris prætumidus, cancro similis. Siquidem tumor ipse Cancri corpus, venæ tumidæ, crassæq; eiusdem pedes oculis representant: vel (ut Aëtius ex Archigine, & Leonida refert) quoniam sicut Cancri animalia sunt aspera, & dura, & si quid forcipibus suis ceperint, haud facillè dimittunt: ita tumor iste prominet, & tactui renititur, & ægrè tractabilis est: atque ubi semel radices egerit, difficillimè auelli, tollique potest. Est enim malignus, ferus, proteruus, & quem curatio, manuumq; vel blandissima tractatio efferare potius, quam mitigare solet. Ouidius verò dictum innuit, quòd Cancri modo serpat, & vitiet quæ attigerit:

*Viq; malum latè solet immedicabile Cancer*

*Serpere, & illas vitæ addere partes.]*

Θήριον, ait Varius, vlcus ferum, quod Cancer dicitur. Præterea καρκίνοι dicuntur ossa duo iugalia, quæ propè tempora committuntur. Scribit enim Pollux μετα τοὺς προτάφους esse δύο ὀσῶν πλαγίων συμβολὰς περιελιφότων τὰ ὦτα, eaque nominari ζυγώματα, & καρκίνους: forsitan quoniam ita committuntur, ut Cancrorum forcipes inuicem inter se coeunt. Dicitur quoque eodem nomine vinculi genus apud Galenum, quod capiti conuenit: fascia scilicet in plures partes scissa Cancrorum pedum speciem referens. Vnde Hesychius καρκίνον esse dicit διαμόντινα. Eodem teste καρκίνοι dicuntur ὑποδέματα ποῖλα, calceamenta caua. Pollux quoq; καρκίνους refert inter ὑποδημάτων species ex Pherecrate in exemplum afferens καττύομα τοὺς καρκίνους. Rursum Hesychius καρκίνοι dici innuit τὸν πᾶρυρον, quanquam locus sit mendosus. Existimo enim legendum ibidem παράγρα. Nam alio in loco παράγρα scribit esse fabrile instrumentum (χαλκευτικὸν ἔργα λείον, quod & Cancer vocatur, seu Pagurus: propter chelarum similitudinem, & similem apprehendendi modum, aut usum. δι' ὁμοιότητα λαβῆς, σχηματισμὸς δὲ αὐτῆς κατὰ τὸν παράγραν dicit Varius. Καρκίνος λίθους ἔχων Polluci refertur inter ἀποδομῆ instrumenta. Carcini fuere appella-

ti duo tragici: vnus Agrigentinus, qui fabulas edidit, teste Suida, centum, & sexaginta vicitque vna: alter Atheniensis Theodectis, vel Xenoclis filius, qui olympiade centesima floruit, ante imperium Philippi Macedonis: Ex fabulis eius sunt Achilles, Semele, siue Arche, Athenæo auctore. Est & Carcinus sophista; item poëta Atticus, de quo proverbium hoc est apud Suidam, καρκίνου ποιήματα, Carcini poëmata, idest obsura. Nam Carcinus Orestem ab Illo cædem matris fateri coactū, fecit per ambages respondentē. Horum aliquem intellexisse visus est Plutarchus, dū inquit: Ob hæc populus festos dies agitat: neq; quādo Carcinus cū Aeropa iē habuit, aut cū Hectore Astydamas. Cácer, & Cácer marinus est Cácer in lapidē cōuersus ex India delatus, notusq; est in Syria, & Aegypto, & ut scribit

*Cácer pro omni crustato.*

*lib. 9. c. 30  
Carcinoma, & Cácer morbus idem.*

*Gangræna non est cácer.*

*Cácer qui morbus cur sic dicitur.*

*Mesamorphos, lib. 2.*

*Lib. 2.*

*Os Iugale dictum cácer, & cur. Fascia capcer.*

*lib. de fasc. lib. 7. c. 22.*

*Hesychius correctus.*

*Carcini tragici.*

*Carcinus sophista, & Poeta.*

*lib. de glor Athen.*



Reiben La  
pis.  
Lib. 2. cap.  
592.  
Remigi.

Versus re-  
trogradi.

Andreas Bellunensis, valdè in collyrijs vsitatus, fortè Reiben Auicennæ. Nā Reiben lapis E  
est sicut Caner, teste Syluatico, apud quem scribitur etiam Keiben per Kappa. Sed in  
Auicenna pro Reiben restituit Bellunensis Rathiaha, is, inquit, Auicennæ est lapis sicut  
cancer refrigerans, & humectans in secundo gradu. Verus Glossographus Auicennæ,  
Remigi inquit, est lapis sicut Cancer. Non est Carcinias Plinij, quia non speciem hîc Can-  
cri marini refert, sed tantum colorem. Habeo in Musæo hunc Auicennæ Reibon, vel Ra-  
thiaha, vel Remigi, & aliū quendā Cancrū marinū, seu Pagurum, qui è mari eiectus longo  
pòst tempore saxeus euasit. Versus retrogradi deniq; nominantur à Grammaticis Can-  
cri; nempè qui non solum à dextra ad sinistram, vel à principio ad finem, sed è contra-  
rio legi possunt à fine ad principium, vel eodem sensu, vel quòd artificiosius est, contra-  
rio. Lectio autem illa conuersa, vel iisdem manentibus dictionibus sit, vt in his Senarijs  
Scazusis, quibus Zoographus ad Frisium suum aliquando lusit.

*Cancellos mitto vix Frisi hos tibi ternos*

*Claudos liceat prorsus, ne videar ingratus*

*Cancris pro multis tu consule boni, rogo.*

Carmen tale reperio apud Virgilium:

*Musa mihi causas memora quo numine laeso.*

*Aenei-  
dos.*

Aliquando sensus efficitur contrarius, vt in hoc disticho:

*Laus tua non tua fraus, Virtus, non copia rerum*

*Scandere te fecit hoc decus eximium.*

Interdum literæ singulæ retrò leguntur, vt in hoc disticho:

*Signa te signa, temere me tangis, & angis:*

*Roma tibi subito moribus ibit amor.*

## S Y N O N Y M A.

Sarathan.



ARATHAN, seu Sarthan exponunt Cancrum apud Auicennam, & Se-  
rapionem, in quo malè vulgatus codex habet Sartam in fine per m.  
Καρκίνος dicitur apud Græcos: nomen est paroxytonum, dactylicum; pe-  
nultima enim à poëtis corrumpitur, vt Aristophane, Nicandro, Oppiano, G  
& alijs. Quocirca non rectè à quibusdam Grammaticis circumflectitur.

Etyman.

Carcinus dictus videtur, quasi coracinus (vt apud Athenæum legit Mas-  
sarius, nam locus hic in nostris codicibus deprauatus est) quod κόρας, idest pupillas, &  
oculos mobiles habeat. Varinus tamen καρκίνος, inquit, καρακινός τις ὄν, ὀκινῶν ἐπὲ  
συχῶ τινὲ κάρα: quòd frequenter caput moueat, dicitur Cacrinus, quasi caracinus. Αλάκη

Αλάκη.

fuligo, cinis, Cancer. λιγυὸς σποδὸς καρκίνος, Varinus, & Hesychius: & mox ἀλάκη  
πανδρακίς fortè ἀνδρακίς scribendum, & non ἀλάκη per κ: sed per β. Sic enim ordo  
literarum postulat apud Hesychiū: & ἀλαβῶδης eidem ἀνδρακῶδης, κεπαπνισμῶν. Αλά-  
βη enim magis accedit ad ἀσβόλη vocabulum pro fuligine vsitatum. Cæterum Cancrī  
nomine hîc instrumentum forcipem Zoographus, cui ἀλάβη nomen conuenit ἀπὸ τοῦ  
λαβῆν, intelligit. Πύξαγρις, vel πύξαρις Cancer dicitur ab eo, quòd Ostrea venetur la-  
pillo inter testas, seu valuas (πύξας ἢ πύξια) eorum immisso: vt pede facilius carnem

Πύξαρις.

Κάβειρος.

Nepa quid.

eorum euellat, Varinus: qui & Siculis κάρκας Cancros vocari ait. Κάβειροι, eidem Hesy-  
chiosunt καρκίνοι: coluntur inquit in Lemuo religiosè, tanquam Vulcani filij. Nepam,  
inquit Nonius Marcellus, quidam Cancrum putant ob illud Plauti: Aut cum Nepa es- H  
set dubium in vtroque. Nam verè nepa Scorpius dicitur. Marcus Tullius de finibus bo-  
norum, & malorum libro quinto, Serpere anguiculos, natate anaticulas, volare merulas,  
cornibus vti videmus boues, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad viuendū  
ducem. Cancrī vocantur, vt ait Isidorus, quia Conchæ sunt crura habentes, inimica  
Ostreis animalia. Itali vulgò mutatis, & inuersis literis Granchio, & Granzo vocant.  
Hispani Cangreio, Galli Cancres, Northmanni Crape, & Crabbe (à καρῆβος, idest Locu-  
sta) improprie. Germani quoque inferiores dicunt een Krabbe, superiores, ein Krebs, &  
Angli à Crabbe, Poloni, & Hungari Rak.

lib. 12. c. 6.



# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.



**ROTUNDI** sunt Canceri, cum oblonga sint cetera Crustata omnia, quod Aristoteles testatur, inquiens: Cancris ex Crustaceis solis cauda deest, & corpus rotundum est, cum Locustis, Squillisque longum sit. Idem alibi Cancrum à Locusta differre inquit, quod Locustæ caudam habent, Cancris non habent. Locustis enim utstantibus cauda utilis est: natant enim cauda quasi remo innitendo: at Cancris inutilis est, quoniam vitam

ageretereenam, cauernasque subire soleant, Sed falsum mea sententia quod cauda destituantur: habent enim, sed reuolutam, hinc ἐπιπλάγρια πρυγῶδες Aristoteles vocat: constat enim manifestè ex tabellis, & corpus posteriore parte integit, nec in pinnas definit, nec extenditur ad natationem. Idcirco caurè locutus est Plinius, quum ait: Carabi cauda à cæteris Cancris distat. Negat Galenus Cancros habere collum, & caput, quod à verita-

**B**te abhorret; prudentiùs dixisset, caput à cæteris partibus non esse apertè distinctum, quod his verbis scripsit Aristoteles: Habent autem caput animalia omnia sanguine prædita.

Exanguium nonnullis indiscretum hoc est, ut Cancris: Idem Plinius: Quibusdam indiscretum caput est, ut Cancris. Et rursus Aristoteles: Alueus totius corporis indiscretus est: nec enim caput distinctum nec aliud quicquam. Quia igitur caput habere ex Aristotele probatum sit, atque etiam alijs, hinc nonnulli cerebrum quoque Cancris inesse scripserunt, quasi omnia quæ capite sunt prædita, cerebro quoque à natura donata sint: cum id in multis exanguibus, præsertim insectis falsum esse declaret quotidiana experientia. habent tamen partem quæ cerebri fungitur munere: unde enim dimanaret motus, & sensus? à corde ne? sic ait Peripatetica familia: negat veritas. Visus aut eorum plurimis est obliquus: id sic Aristoteles: Cancrorum plurimæ parti oculi sunt tum intrò, tum foras in obliquum moueri apti. Quare nullos excepisse non admodum rectè visus est Plinius, ubi sic loquitur: Cancris in obliquum aspiciunt crusta fragili inclusis) aliàs inclusos gerentes) scilicet oculis: quia non omnibus eodem situ positi, sed alijs è latere, non supra continuo sub prono (ἐνθὺς continuo, & nullo medio) amplo distantes discrimine: alijs in medio

**C**breui discrimine, ut Heracloticis, aut Maijs. Parte ab utraque quatuor pedibus exornantur. Pedes ait Plinius (de Cancris) octoni omnes in obliquum flexi, & rursus alio in loco: Octonos, & marinis esse diximus, Polypis, Sepijs, Loliginibus, Cancris, qui brachia in contrarium mouent, pedes in orbem, aut in obliquum. Idem soli animalium rotundi. Cætera binos pedes duces habent; Cancris quaternos. Sed mendo non vacare videtur hic locus. Nam cum antea octonos pedes enumerasset, subdit paulò post tantum quaternos: nisi quatuor in singulis lateribus esse intelligat: His si addideris chelas, quas Plinius brachia appellans à pedibus separauit, decem constitues. Cancris etiam, inquit Aristoteles, omnes deni cum forcipibus sunt. Et alibi ait: Cancris primi utrinque pedes quaterni, tum terni alij ordinem eodem modo explentes, reliqua bona pars corporis pedibus caret. Pedes omnibus in obliquum flectuntur, quomodo etiam Insecta mouentur. Binas hæc chelas, siue brachia denticulatis forcipibus prædita esse scribit Plinius, quod non existimo in omnibus Cancris verum esse: carent enim quidam dentibus interioribus, quamuis maxima eorum pars eos habeat, aut saltem tubercula quædam alba, ad firmius retinendum. Rursus Plinius, dextrum, inquit, brachium omnibus maius: ex Aristotele, qui sic

**D**icit: Locustæ, Cancrique omnes forcipem dextrum grandiore, valentiorèq; habent. Parte enim dextra efficaciora suapte natura sunt animalia omnia. In brachijs, seu forcipibus primoribus superior pars mouetur inferiore immobili, cuius rei causam tradidit Aristoteles, vnà cum ea, & quam refert, cur Crocodilus superiorem maxillam moueat: eius verba adijciam, ut clarior doctrina euadat. Cætera omnia maxillam mouent inferiorem: Crocodilus fluuiatilis vnus superiorem. Cuius rei causa est, quod pedes ad capiendum retinendumq; inutiles habet: parui enim admodum sunt. Itaque ad huc usum natura os ei pro pedibus utile condidit: ad retinendum verò unde ictus inferri vehementiùs potest, inde motus commodiùs agitur. Inferitur autem vehementer de super, quam de parte inferiore. Ergo cum utriusq; tum capiendi, tum mordendi usus ore administratur, magis autem necessarium retinendi officium sit, cui nec manus sunt, neque pedes idonei, commodiùs huic est mouere superiorem maxillam, quàm inferiorem. Quod idem causæ est, cur etià Cancris superiorem sui forcipis partem moueant, non inferiorem: habent enim pro manu forcipem. Illi itaque utilem ad

*Hist. 4. c. 2  
Cauda an  
destituan-  
tur.*

*De par. 4.  
cap. 8.*

*lib. 9. c. 31.*

*Caput, &  
collum, an  
habeant.*

*Hist. 4. ca.  
10.*

*Hist. 4. c. 3  
Cerebrum.*

*Visus obli-  
quus.*

*Hist. 3. c. 6.*

*lib. 11. c.*

*37.*

*Pedes.*

*lib. 9. c. 13.*

*lib. 11. c.*

*48.*

*Plinij locus*

*suspectus.*

*Chela.*

*Hist. c. 4. 2.*

*Pedes.*

*lib. 9. c. 31.*

*De par. 4.*

*c. 8.*

*De par. 4.*

*c. 11.*

*Crocodilus*

*cur superio*

*rem maxil-*

*lam moue-*

*at.*



capiendum, non ad mordendum forcipem esse oportet. Mordendi autem, secandique officium dentis est. Cancris igitur, cæterisque quibus licet ociosius cibum capere, quoniã in humore non sint, oris vsus partitus est, vt manibus, aut pedibus capiant, ore secant, & mordeant: at Crocodilis os in vtrumq; vsus vtile factum est à Natura, cum ita maxillæ moueatur. Videtur Aristoteles sibi aduersari inquit Augustinus Niphus libro quarto de animalibus capite secundo. Nam primò tribuit Cancris pedes decem, connumeratis etiam chelis: nunc Cancris assignat pedes quatuordecim. Diluitur hæc inconstantia, quòd hæc sunt duæ indefinitæ (propositiones) quæ veræ sunt de Cancro secundum diuersas species. Vndè Albertus non imperitè dicit Cancrum, qui communiter Cancer dicitur, habere decem pedes; qui verò aureus appellatur, eum quatuordecim habere affirmat. Et Auicenna in suo de animalibus libro Cancrum, quem Aristoteles asserit decem pedibus fungi, nigrum esse, autumat: eum verò quem Aristoteles dicit habere quatuordecim, vult esse aureum, quem sua lingua Canissem appellant, qui aureus interpretatur: hæc Niphus. Cancris interius binos, vt Locustacea habet dentes primores, & inter dentes carunculã linguæ effigie: tunc stomachum ori continuo iunctum, exiguum proportionem suorum corporum magnitudinis. Hunc excipit venter, in quo Locustæ, & Cancrorum nonnulli dentes alios habent, quoniam superiores illi secare non satis queant. Hinc intestinum simplex vsque ad exitum excrementi dirigitur. Quæ cuncta Aristoteles, qui alibi dixerat Cancris intestinum esse quã applicatum illud operculum geritur media applicaminis ipsius: & in partem exteriorem, qua ova pariunt, desinere: Cancrorum species multæ antiquis cognitæ. Cancrorum etiam genus, inquit Aristoteles, multiplex est, nec facilè enumerandum. Maximum, quas Maias appellant. Secundum Paguri quos Heracleoticos vocant. Tertium fluuiales: cæteri minutiores, & nullis penè nominibus annotati. Genus Cancrorum litorale Phænice fert, tanq; velocitatis, vt vix consequi sit: vndè Hippeas idest equites illos appellarunt. His nil ferè intus propter inopiam pabul. Genus item aliud est quod magnitudine Cancrum non excedat, facie Gammaris simile. Aelianus Cancrorum, inquit, genera diuersa esse audio. Sunt enim quidam saxatiles (*πετραίοι*). Alij in limo, algis, aut arena gignuntur, quamobrem, & formis, & cognominibus differunt. Sunt qui cutores (*δρομίοι*) quòd longè, lateque vagentur, meritò appellantur. Idem postea: Cancrorum genus lutarium (*γένος καρπίνιον ἐστὶ καὶ πελίοι*: sic Gylius legit pro *πετηλίοι*, idest, volantes, veluti in vulgato codice legitur: aliàs καὶ πέτοιται) colore alijs albius spectatur: hi in luto nascuntur. Cum incessit eis metus, humo se excitant ad volatum, & per paruis alis subleuantur, quibus quidem gradientes vti minimè necesse habent. Cum autem iniectus eis est metus, non nihil in his subsidij, non tamen admodum firmi habent: enimverò comprehenduntur, quòd sursum altius subleuari non queant. Hæc ferè sunt genera ab antiquis tradita. Nam vbi hæc leguntur in piscium catalogo apud Plinium: Cancrorum genera Chamætrachea, Chamæleos, Chamæpelorides generis varietate distantes, & rotunditate, Chamæglycymerides quæ sunt maiores quàm Pelorides, Colicia, siue Coryphia: ineptè nonnulli existimarunt Cancrorum alias species enumerari, cum ea omnia quæ post hæc verba Cancrorum genera, sint Testatorum potiùs genera, quàm Cancrorum. Sunt, & Cancelli *Καρπίνια* ab Aristotele cõmemorati, qui in testatis quibusdã in nascuntur, & inhabitant. Inter recentiores Rondeletius cū verba Aristotelis suprã scripta produxisset, hæc subdit. Nos plura genera numerabimus, quæ sub Cæcris contineri nemo nõ fatebitur. Ea multiplici varietate à se distinguuntur. Vt magnitudine differunt, Mæx, Paguri ab Albis, & Pinno phylacibus: hi. n. parui sunt, illi magni, inter hos alij sunt medij. Heracleotici fusco sunt colore, Paguri, & Maiæ rubescente, vndulati flauo cum è mari extrahuntur: Latipes, & qui in Ostreis nascitur albescente; qui in Pinna, flauescente: Vrsus colore corticis mali punici. Distant & pedum longitudine: aliorum enim pedes breues sunt, aliorum mediocriter longi, aliorum longissimi. Oculorum quoque situ differunt: horum oculi ferè se contingunt: illorum magno interuallo distinguuntur. Sed diligentissimus in his generibus enumerandis fuit Cæsar Scaliger: qui Cancrorum, inquit, species multæ ignotæ mihi: quas cognitas habeo, describam, Vna est apud vicinos nostros generis nomine, parua, Altera, quam nunquam vidi, Phoeniciæ, vt aiunt peculiaris, à velocitate Equitis nomine appellata. Qnam doctissimus amicus noster imprudenter in quarto libro inter tardigrados numeravit. Peregrini ij in litore Issico exercent tardiorum prædas animalium. Tertium genus est fluuiale, rotundius quàm marinum. Quartum insigne tum robore, tum magnitudine. Paguros vocant, quorū duas noui differentias. Alter, & orbicularior, & fuscior, & maior. Alter est quadratior, & minor, colore dilutiore, ac penè pallida viriditate. Possas hos

Canissem.  
Cancer.  
Dentes.

De par. 4.  
cap. 5.  
Historia 4  
cap. 2.  
Genera.  
Hist. 4. c. 2

lib. 7. de animal. 24.

lib. 7. de animal. c. 30.

lib. 32. cap. 11.

Magnitudine differunt.  
Colore.

Pedum longitudine.  
Oculorum situ.  
Exer. 245.



**A**hos vocat Venerus. Quintum Heracleoticum, grandissimum in genere Pagurorum, cruribus breuib; forcipibus admodum validis. Sextum longè omnium maximum quod Maiæ nomine cognoscimus: tota cuppa asperum, cuspidata fronte horridum, prælongis cruribus, exilibus, ac propterea imbecillis. Septimum omnium minimum in spongijs, & Conchylijs. Hisce Scaligeri speciebus addantur Cancer aureus, & niger, qui Canissem ab Auuicenna appellatur; item qui salicè Grancio spiantano dicitur, nomine mihi tantum cognitus; & venenosus, quem in India Occidentali esse scripsit Cardanus; & terrestris, quem nauigatores isti in D. Thomæ insula statuunt: & qui à brachiorum longitudine, paruitateque Macrochelus, & Brachychelus dicitur: nec nõ & hirsutus; & qui cordis figuram æmulari videtur, Rondeletio primùm cognitus, vt etiam alij tres priores. Concludamus igitur rectè scripsisse Philosophum: Cancrorum genus multiplex, nec facilè enumerandũ. Sternion ab Alexandro Tralliano nominatur his verbis; Diabete morbo laborantibus conueniunt ex carnibus βούλβιον καὶ σέρριον, καὶ πόδες μαλίσσων βοῶν &c. Quo loco Iacobus Goupilus, accepisse se ab homine vulgarem Græciæ sermonem tenente, testatur σέρριον esse ex Ostacodemorũ genere, sed ex hoc (inquit) loco intelligi potest eo nomine carnem aliquam significari. Cordis (stomachi, vel oris ventriculi) dolore affectis cibi, qui non facilè alterentur (aut corrumpantur) conueniunt, & qui acres, mordacesque humores retundant, vt ἡ βούλβα καλουμένη, καὶ τὸ σέρριον καὶ ἀσακί, καὶ ἰσπί, καὶ κτένια, καὶ κοιλάϊ χλωῶν: vt idẽ Trallianus habet: Zoographus vtrobique vuluã porcinã intelligit, & sternij nomine pectus porcinum potiùs, quàm marinum aliquod animal. Sic & in canini appetitus à nimio stomachi calore, curatione, conuenire inquit σέρριαν (σέρριον καὶ σέρριον) καὶ βούλβιον καὶ δαμαλίων (δαμαλίον iuencarum) πόδας, & si quæ huiusmodi refrigerant simul, & non facilè concoquantur. Item in curatione doloris oculorum ex bilioso, & acri humore: Vescatur æger alimentis mitibus, & minimè mordacibus, & incrassantibus vt Orpho, glauco, bulbio, Sternio. Verbum bulbino (inquit Goupilus) à nemine Latino vulua ὑποκοριστικῶς deductum est. eo autem significatur animalium ἡ μήτρα: cuius esu sanguis pituitosus redditur. Quæ consequitur dictio σέρριον petita est ex vulgari Græciæ sermone; ea enim significatur ὄσρακοδέρμου εἶδος, vt ex homine doctissimo accepi. Hæc ille. Est quidem Cancrorum quorundam eiusmodi species, quæ pectoris figuram pulchrè referat, vt ab eadem nomen adipisci mereantur: an verò Trallianus hoc nomine **C** Ostracodermon vllum intelligat, dubitat Zoographus, præsertim cùm semper hoc nomen cum vuluæ mentione coniungat, tanquam rem cognatam, eiusdem nimirum animantis partem.

His. 4. c. 2  
Sternion  
quid.

## S E N S V S.

**M**IRE oculati sunt cancri, atq; auriti, vt qui insidias incredibili sagacitate subodorantur, quamuis enim silenti, tacitoq; ingressu illos insecteris, subito tamen præsentiant, & confestim se luto obruunt, aut saxi subducunt, & hominum insidiantium conspectum effugiunt.

## G R E S S V S.

D



**C**ANCER solum ferè è Crustatorum genere non natat, sed incedit, vt scribit Aristoteles. Vis itè alijs, inquit, nandi tributa est, vt piscibus, vt Mollibus, vt Crustatis, velut Locustis. Quædam ambulare possunt, vt genus Cancrorum: quippe quod quanquam suapte natura aquatile est, tamen habet vim ambulandi: Et alibi: Cancri, quanquam aquatiles, tamen gressiles sunt. Et Epicharmus in Hebes nuptijs apud Athenæum. Καρκίνες τε

His. 1. c.  
1.

ἔχουσι ἐχθρὸς τε τοὶ κατ' ἀλμυρὰν ἄλλα νεῖν μὲν οὐκ ἴσταντι, περὶ αὐτῶν ἐμπορεύονται μόνοι: Per salsum mare adueniunt Cancer, & Echinus, natandi minimè periti, solumq; pedibus gradiuntur. Transuerso latere procedunt: quanquam id neutiquam sit mirum: cùm & alia aliquot animalia eadem lege, aut proportione gradientur: Nempè vsus, ac simia propter latitudinem pedum posteriorum: quos vt in vacuum ponant, necesse est ingressionis corrumpi quadraturam. Transuersa ergò se inferunt. Et ita quoque moueri Scorpionem ex Plauto discere licet.

In Cassina

Reces-



*Recessum cedam ad parietem, imitabor nepam.*

*In Pseudu  
lo.*

Idem Comicus hunc peculiarem gradiendi modum in Cancro notauit:

*Vt transversus non prorsus cedit quasi Cancer solet.*

*Cancro  
proisum  
non proce-  
dere cōtra  
Rondeletii  
Li. 9. c. 31.  
Exer. 245*

Vegetius: Paralyticum iumentum ambulat prorsum in latere ad similitudinem Cancri. Eundem motum, non sine diligenti consideratione, (sunt enim animalia, quæ pluribus, quàm quatuor notis mouentur) Aristoteles annotauit in libro de Animalium gressu, ubi, sic loquitur: Nam semper in quaternis proximis (pedibus) posteriora per transversum ad priora arripiuntur. Declarant hoc quæ lento gradu motum cient, vt Cancri: hi enim ita se mouent, quia de eorum genere sunt, quæ multis fulciantur pedibus. Siquidem per transversum semper eò se mouent, quò gressum dirigunt suum. Et post notans huius gressus causam, hæc ait: Quod etiam animalium genus præter cætera proprium, & sui generis motum agit: quauo quidem omnium vnum in priorem non mouetur partem, sed in latus. Cùm autem prior pars in oculis distincta esset, natura oculos ita affixit, vt cruscula sequerentur. In priorem enim partem illorū motus tendit. Ob eamque rem Cancri etiam quodāmodo in priorem partem sese videntur mouere. Quibus Philosophi verbis commotus Rondeletius, Cancros prorsum procedere est opinatus, nobisque apparere tantum quòd per transversum moueantur. Ita enim scribit: Cùm verò ceteræ animantes, & quadrupedes, & multipedes per diametrum, vel in anteriora moueantur, Cancri per transversum, & in latus progredi videntur. Sed quoniam oculis semper prior, siue anterior pars ad iter designatur, quia in priore animantis parte siti sunt oculi, Cancri in anteriora re vera progrediuntur. Rectè igitur Plinius: Cancri in pauore etiam retrorsum pari velocitate redeunt, is autem motus ei, qui fit antrorsum, ex diametro opponitur. In hanc opinionem quomodo se exercuerit doctissimus Iulius Casar Scaliger, age videamus. Aiunt, inquit, vulgò non rectè videri Cancrorum progressum esse in latus. Etenim cum illis oculi ita mobiles sint, vt aliquando condantur, aliàs exerantur: exerti modò prorsum, modò in latera obliquantur, non erit eorum incessus in latus, si in latus oculi flexi sint. Quia procedunt rectà, quæ obtuentur. Sanè haud aspernanda ratio: Vana tamen, non enim scorpius oculos habet emissitios: & (si velis ludere) laterorsum promouet tamen. Ad hæc nemo dicat, lineam quæ dimetitur quadratum, antrorsum produci, sed ad latus. Neque dicentur Cancri antrorsum ambulare, cùm oculi in latus flexi sunt: sed oculos dicemus in latus flexi: quia progressio in latus est. Rationem explicemus. Motum tractione, & pulsione fieri diximus alibi. Fit ergo secundum artuum flexiones. Atque Cancris introrsum ad pectus sunt. Ergo quasi cùm triremus circumaguntur, lateris vnus remiges impellunt, alij alii insecus inhihent, aut retrò trahunt. Ita quam in partem processurus est Cancer, eius lateris vtitur cruribus ad carpendum solum: alterius lateris ad expellendum.

## LOCVS.

*Li. 9. c. 31.*



**D**INIUS, Viuere (Locustas) petrosis, Cancros mollibus scribit. Hyeme aprica litora sectari, æstate in opaca gurgitū recedere. Verum nō solum limosis, mollibusuè, sed etiā saxosis in locis degūt, & sicubi alga, & arena est. Et vt summam dicā, in aquis, tū dulcibus, tū salis, necnō etiā in terra. Scribūt enim terrestres esse in insula D. Thomæ similes marinis, edulesque.

## VICTVS. ÆTAS.



**V**ESCUNTUR Conchilijs. Polypum etiam, vbi ob nimiam Venerem imbecillus redditus, morti vicinus est, velut vicescentes sese, nam hos ille cū bene valeret, edebat, deuorant: Oppianus.

*Carcinades misera, & Cancri, multique natantes,*

*Quos omnes cupidè primò ferus ille vorabat,*

*Tunc viuam imbellem minimè sua membra tuentem*

*Discerpunt, donec moriatur funere dno.*

quamquam hæc de marinis intelligenda putemus. In ciborum penuria, à suo quoque genere minimè abstinent: quod si quis procul deferre eos velit, curet, ne alteri in alterum impetum faciendi potestas vlla sit. Sunt igitur Cancri sarcophagi, siue marini sint, siue fluuiales,



**A**ulales, siue inter hos medij, qui scilicet in stagno marino nascuntur, atque degunt. Ore excipiunt aquam, vt cætera Crustata, teste Aristotele: sed eam Locustæ ad suas branchias transmittunt, Cancris parte oris exigua: quæ ratio est, cur circa horum os spuma appareat, ex aqua, & aëre, qui vnâ cum ea hauritur, cum per attractum, & reiectum agitantur. Alibi nullo discrimine Cancris, & Locustæ, inquit, ex Crustatis aquam per suas appendiculas, prope hirtiusculas quasdam partes egerunt. Viuere aqua dulci, & salsa scribit Galenus. Lacte potantes sine aqua viuere multis diebus Author de natura rerum testatur. Plinius Cancris tribuit vitam longam. Nos ex Aristotele supra probauimus, præ cæteris Crustaceis, longæuas maximè esse Locustas.

*Aquam ut recipiunt.*

*Hist. 4. c. 2*

*Lib. de*

*resp.*

*Lib. de bo-*

*ni & mal.*

*sup. cib.*

*Lib. 9. c. 31*

## C A P I E N D I R A T I O.

**C**APIUNTUR nassis hoc modo, Ranas in partes diuisas in plures immittit nassis piscator: eas collocat in loca vbi Cancris degunt, vt ingrediantur. Capiuntur, & aliter, virgulis scilicet diuisis in summitate, quibus intestina aliqua aut ranarum corpora inserta sunt, ordine dispositis iuxta gurgites, & loca quæ habitare solent, denis, duodenis: inde reticulo circumit piscator, virgas singillatim eleuans, subiectoq; reticulo, cum Cancris non adeo celeriter se possit explicare, decidit in reticulum.

## S E X V S.

**I**NTERIORA operculi applicatilis hirtiora, amplioraque feminae Cancris habent, quàm mares: vt ait Aristoteles: Nulla re, inquit, differt femina à mare, nisi quòd operculum applicatile illud amplius, & distantius, & hirtius feminae gerant, in quo oua pariunt, & quæ egerunt excrementum. Membrum autem quod mas in feminam inserat, nullum omnino habetur. hæc ille. Plinius pedibus etiam distinguit, nam de Cancris eloquens, feminae ait, primus pes duplex, mari simplex. Præterea Mares, vt scribit Author de natura rerum, duas habent spinas inter ventrem, & caudam, quibus feminae carent, quæ oua in ventre habent.

*Hist. 5. c.*

*7.*

*Lib. 9. c. 31*

## C O I T V S. P A R T V S.

**C**ANCRI parte priore (Rondeletius vertit partibus posterioribus) copulantur, sua opercula loculosa illa, rugosaq; mutua conseruione componentes. Primum Cancris minor ab auerso superuenire solet, tum maior vbi ille superuenerit, hæc Aristoteles: Vnde Plinius Cancros ore coire scripsit. Oua autem edunt in operculo, nec procul vt pisces faciunt, & cætera quæ parere solent. Hinc feminais operculum latius, vt locus esset ouis recipiendis capacior, & præstantior.

*Hist. 5. c.*

*7.*

*Lib. 9. ca.*

*51.*

## A N T I P A T H I A.

**C**ANCROVM admota Polypode herba abijcere chelas, siue pedes, Zo-roastres in Geoponicis ait. Aper non faciet in te impetum, si Cancrorum branchia (teste Didymo) illa denticulata tecum appensa circumferas; Apibus odor Cancrorum vstorum infestus est testibus Palladio, & Columella; Virgilius:

*Aper ne in te grasset.*

*3. Geor.*

*Erucæ can-*

*ros odere.*

*Neue rubentes  
Vre foco Cancros.*

Idem Plinius: Cancrorum odore, inquit, si quis iuxta coquat, apes exanimantur. Authores habeo, qui ardeolas Cancris nidos suos munice affirmant aduersus noxia animalia. Tanto diffidio flagrant Cancris, & Erucæ, vt si à cornibus suspendantur illi ramis arborum,



rum, in quibus irrepunt, aut nidulantur Erucae, illicò decidant collabanturque, & aliò immigrent.

## NATVRA. MORES.

lib. 9. c. 31.  
Vt pugnet.

Scorpionis  
vt Cancris  
Metamor.  
15. lib.



**V**NIVERSI, inquit, Plinius, vbi aliquando congregantur, os Ponti euincere non valent; quamobrem regressi circumeunt, apparetq; tritum iter, & paulò post. Dimicant inter se vt Arietes aduersis cornibus incurfantes. Narratur apud eundem Sole Cancris signum transeunte Cancro, cum, exanimati sunt, corpus in sicco transfigurari in Scorpiones. Ouidius brachijs orbos Cancros producere scorpions, & sub terra occultentur, canit his versibus.

*Concaua litoreo si demas brachia Cancro  
Cetera supponas terra, de parte sepulta  
Scorpius exibat, caudaq; minabitur vnca.*

Calliditas  
in Conchy-  
lijs capien-  
tis.

Hist. 5. c.  
8.

Magna huius animalis astutia, & calliditas in capiendis Ostreis, Conchisq; obseruatur. Calculos enim, & lapillos patulæ, hiantique eorum testæ ingerit, ita vt occludi nequeat, mox dentato forcipe pisculentam carnem abrasens, atq; eliciens deuorat, suauiterq; & securè sua captura fruitur nullo vindictæ metu. Diligenter multi ex Ecclesiasticis scriptoribus hanc fraudulentiam describere, sed diligentissimè D. Ambrosius: cuius verba mellito quouis nectare dulciora non præteribo: Cancro quoque, inquit, quas cibi gratia præstigias struit? Nam & ipse Ostreo delectatur, & carnes eius epulum sibi quærit. Sed quia vt appetens cibi, ita prospiciens periculi: quoniam, cum difficilis est venatio, cum periculosa: difficilis, quia testis validioribus esca interior includitur: nam velut muris quibusdam molliem carnis, præcepti imperialis interpres Natura munivit: quam medio testæ um quodam sinu concauo nutrit, ac fouet, & quasi in valle quadam diffundit: & ideo cassa omnia tentamenta sunt Cancris, quia aperire clausum ostreum nulla vi potest, & periculosum est, si chelas eius includat; ad argumenta confugit, & insidias noua fraude molitur. Itaque quia omnia genera delectatione mulcentur, explorat si quando Ostreum remotis in locis ab omni vento contra Solis radios diptychum illum suum aperiat, & reseret claustra testæ um, vt libero aëre visceris sui voluptatem quandã capiat, & tunc clanculo calculum immittens, impedit conclusionem Ostrei, ac sic aperta claustra reperiens, tutò inserit chelas, visceraque interna depascitur. Hactenus ille. Oppianus hæc de Cancro marino dixit.

*Si quis in æquorea Cancrum conspexerit alga,  
Laudibus extollet, tantam mirabitur artem.  
Concessa ex alto solex prudentia Cancro,  
Cui parca est dulcis magno sine prada labore.  
Ostrea distendit, testas, & claustra recludit  
Portarum, pascitq; lusum, scopulisq; repanda  
Ghiscit aquas, paruum madida de rupet lapillum  
Obliquus tollit Cancro, chelisq; recuruis  
Continet, in testis lapidem demittit, aperitis.  
Assidet, atq; epulis latus saturatur amicis.  
Non potis est nixu geminas occludere lances  
Ostrea, nam latis portis se iuncta dehiscit,  
Et moriens saturum Cancrum, lathumq; relinquit.*

lib. 9. c. 30.

Hist. 5. c.  
17.

Hist. 8. c.  
17.

Crustam  
exuunt.

Puto tamen omnibus Cancris hanc inesse prudentiam venandi Ostrea, nam & in paludosis locis aquarum dulcium, ac fluminibus longè à mari distitis, hæc & cancri proueniunt. Latent, inquit Plinius de Locustis loquens, mensibus quinis: similiter Cancris, qui eodem tempore occultantur; & ambo veris principio senectutem anguium more exuunt renouatione tergorum. Hæc ex Aristotele, qui ait Cancros nuper natos, & post etiam vere crusta sua exui, quemadmodum Locustæ, Alibi sic loquitur de hac re clariùs: Cancris exuunt senectutem, molliores quidem perspicuè: sed etiam duriores exuere aiunt, vt Maias. Cum verò exuunt, mollis admodum crusta subnascitur: & quidem Cancris præ teneritate non satis ambulare possunt. Idem sæpius repetit.



## DENOMINATA.



**K**αρκινούθαι Cancrī brachiorum instar comprehendere, vel comprehendī, cōtorqueri ἐπαλλάξως, hoc est alternatim, vel mutuò: Cancellari Latīnè dicimus pro implicari inuicem, & ita constipari. Καρκινούται ὅταν ριζούται ὁ σίτος, καὶ σπληνιεύεται, Hesychius, & Varinus. Theophrastus: χειμῶνες δὲ ἐπιγιγνόμενοι πάντα τοῦ μὲν χρήσιμοι. ριζοῦται γὰρ καὶ καρκινούται μᾶλλον: hoc est, vt Gaza vertit: Sata frigore melius radicantur: cancrificāturq;.

Καρκινούθαι  
Cancellari  
quid Latīnis.

**B** locum affectū aliqua quasi puncta sentiuntur: isque immobilis, & inæqualis tumet, interdum etiam torpet. Circa cum inflatæ venæ quasi recurvantur, hæq; pallent, aut liæēt, nonnunquam etiam in quibusdam delitescunt, tactusq; is locus alijs dolorem affert, in alijs eū nō habet. Καρκινώδης, Cancro similis, vel qui è Cancrorum est genere; vtitur hoc adiectiuo Aristoteles. τὰ καρκινώδη ἐλκη, dicuntur vlcera Cancro similia morbo. Καρκινώδης parua sunt animalia minutis Cancris similia, colore, vt scribunt, fuluo. Aetius αἱ τὰς καρκινώδας ἰδίους αἰτρίη λαὶ δυσώδεις εἰσὶ καὶ ἀνδρείς, quidam Cancellōs vertunt, quos καρκινῶα diminutiua voce Græci vocant.

Carcinoma

Καρκινώδης.

Carcina  
des qua animalia.

## MISTICA. MORALIA.



**C** MPOSTORVM hominum mores, & qui improba, in exolebilique cupiditate diuitias nullibi non quæunt, item qui patrimonijs suis pauperes per vim spoliant, vel per insidias eripiunt, prælatè exprimit Cancrorum astutia. Quos eleganter perstringit hæc D. Basilij oratio. Iam quidem, & infirmi, inquit, cuiusdam animantis haud modicam astutiam ipse, ac dolosum ingenium, insidiosumque cum didiceris, volo proinde,

Homines  
dolose, &  
perfidie.  
Hex. diui.  
offic. Hom.

vt ipse admonitus non imitere, sed vites maleficos. Cancrē efficitur Ostrei carnes cupit, sed perdifficilis eius est ipsi venatio, testæ ratione, qua clauditur, ac munitur: perualido namq; & infracto sepro carnis Ostrei mollicudinem natura munit. Quapropter & Ostreodermon id aquatile nuncupatur. Cumque duæ concauitates exactè inter se coniunctæ Ostreū circumplacent, & ambiāt, nihil prorsus Cancrī dētjculati forcipes illi possūt. Quid igitur agit? Quid tandem molitur? Cum viderit illud tranquillīs in locis tepore sese oblectare, suasq; illas valvulas ad Solis radios aperuisse, ac explicasse, tunc clanculum iniecto calculo conclusionem prohibet, atque quod viribus suis deerat, id tali astu sibi supplet. Hęc est eorum malitia, quæ neque ratione, neque voce prædita sunt. Ipse ego optauerim, vt Cancrorum solertem industriam imitatus in parando viatico, à proximorum noxa, incommodisque tibi temperes. Talium est profectō morum, qui suum cum dolo fratrem adire solet, quique ex insidijs proximos aggreditur, alienisq; insultat calamitatibus. Effugitō despiciendorum hominum imitationes. Tuis proprijs facultatibus esto contentus, paupertas cum veraci sufficientia, omni potunde voluptati profectō est compoti mentis anteponenda. Ad huius imitationem D. Ambrosius, cum declarasset quàm astutè, ac fraudolenter insidias parent Ostreis, & Conchis Cancrī, horum exemplo fraudolentium hominum perfidiam, ingluuiem, cupiditatemq; inordinatam comprehendit his verbis: Sunt igitur homines, qui Cācri vsu in alienæ vsu circumscriptionis irrepant, & infirmitatem proprię virtutis astu quodam suffulciant, fratri dolum nectant, & alterius pascantur arūna. Tu autem proprijs esto contentus, & aliena te damna non pascant. Bonus est cibus simplicitas, innocentia suæ bona habens: insidiari nescit alienis, nec auaritiæ facibus exardescit, cui lucrum omne ad virtutem dispendium est, ad cupiditatem incendium. Ec ideo beata est, si bona sua nouerit cum veritate paupertas, & omnibus præferenda thesauris: quia melius est exiguum cum Dei timore. Quantum est enim, quod hominem alat? aut si quæris, quod etiam abundet alijs ad gratiam, id quoque non multum est.

Hex. 5. 6. 8

enim



*Dolosi ma-  
gistratus.*

*Cap. 6.*

enim hospitalitas in oleribus cum gratia, quam vitulorum pinguium præparatio cum discordia. Utamur ergò ingenio ad quærendam gratiam, & salutem tuendam: Licet nobis uti exemplis maritimis, ad profectum nostræ salutis: non ad alienæ periculum. Hactenus D. Ambrosius. Impostores etiam alios, & fraudulentos, veluti sunt qui ciuitatis gubernaculis præsumunt, sed Iustitiam iniquè exercentes, expriment Cancris. Nam ut hi non rectè progrediuntur, sed dextrorsum, ac sinistrorsum, ita etiam illi via recta neglecta, munera impiorum, ac inhumanorum, ipsi etiam inhumani pijs bonorum rationibus, lachrymisque præferunt: de quibus scilicet tam impiè cum innocentibus, agentibus dicebat Hieremias: Facti sunt retrorsum, & non antè: deque iisdem dicitur in Prouerb. quòd ipsi reliquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Hic testa dura est; quia in prauo illo proposito, fraudulentisque actionibus persistunt: carent sanguine: quia nihil humanitatis, misericordiæ, ac dulcoris possident: viuuntq; in locis mollibus, delicias, ac omne voluptatis genus amplectentes.

## HIEROGLYPHICA.

*Inconstãtia.*



*Sophista.*

*Arcanũ re-  
uelatum.*

*Festina len-  
tè.*

**S**CITE admodum Iohannes ille cognomento Scholasticus, Sclarum anacephalæosi, hominem qui modò risui iadulgeat, modò luctui, modò austeritati, atq; temperantiæ se reddat, modò delicijs disfluat, & voluptatibus implicetur, Cancro æquiparauit, nunc in dextram, nunc in sinistra partem gradienti, miraq; vitam suam inconstantia traducendi: virq; is sapientissimus de ingenij eiusmodi prolectu nihil sibi quidquam pollicetur, quod ad vllam sit vnquam frugem peruenturum. Eiusdem subterfugij, inquit Pierius Valerianus, causa Sophistam significare, qui volunt, Cancrum pingunt: eos enim persimiles huic animali dicit Plato Euthydemo, quos vbi validiori aliqua ratione deuictos, comprehensosque putes, tunc retrò fugaci curso lapsi per diuerticula, atq; subterfugia, maiorem priore laborem tibi intentant, si vilem, ac inanem prorsus curam eos consecrandi susceperis. Sed enim non in Sophistas tantum, sed in ipsam etiam Dialecticam obortum est à Cancro cauillum. Nam Ariston Philosophus, ut eam eluderet, dicere solebat, eos qui Dialecticam enixiori conatu sectarentur, ijs assimilari, qui Cancris vescerentur, cibi enim admodum exigui gratia circa ossa tam multa numero, tantum laboris insumi. Si quid verò abditum, & arcanum luci proditum, ac reuelatum ostendere, quis vellet, Pagurum, & eius generis pisces, qui latebris gaudent, face apposita figurabant: constat enim eos nocturno tempore, admoto lumine, de penitissimis etiam cauernis euocari. Ea verò de causa Cancris ad nocturni luminis splendorem accurrunt, quòd id omne genus Testacea noctu plurimum pasci soleant: compertumque plenilunio sit, ea magis tum pinguescere. Iam verò Imperatorem Octavianum Augustum adeo delectatum fuisse hoc prouerbio, *festina lentè*, scribunt Aulus Gellius in noctibus Atticis, & Macrobius in Saturnalibus, ut non solum in communi colloquio, sed in Epistolis etiam eo vteretur: & in sigillo suo sculptum haberet Papilionem cum Cancro: quibus duabus bestiolis prouerbij sententiã hieroglyphicè pingebat: per Papilionem Vermiculum alatum, & velocem, innuens celeritatem, per Cancrum verò, qui motu retrogrado, & tardo fertur, moram, & cunctationem.

## NUMISMATA.

*Gerogl. lib.  
28.*

*Chiorũ nu-  
mus cũ Cá-  
cro.*



**A**NCER in numis, inquit Pierius Valerianus, compactile scilicet genus id, quod corpore est obrotundiore, cuiusmodi pleriq; cæleste signũ figurant in Zodiaco, Chiorum indicat Rempublicam. Tradunt id, & Pollux, & alij: sed enim nisi quispiam author esset, numus argenteus id satis indicaret, in quo Pagurus is est cum inscriptione, Κ Ω Ι Ω Ν inferè ΑΒΤΚΙΠΠΟΣ. Tria Agrigentorum numismata argentea reperiuntur, in quibus sculpta est ab vna parte aquila leporem pedibus premens, ac quandoq; illũ dilacerans rostro, cum inscriptione in eorum vno tali, ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ, in altero ΑΚΡΑΝΤΟΣ: in tertio verò ΑΚΡΑΤΑΝ. Horum autem numismatum pars opposita Cancrum, & piscem exprimit, vnius inscriptio talis ΑΚΡΑΓ; alterius ΑΚΡΑ, tertij ΑΚΡΑΤΑ, in quo anguis est pisciculum ore tenens. In Syracusanorum numo quoque argenteo parte



A parte vna aquila insculpta cernitur ardeam, vel vt alijs placet, vulturem pedibus prehensum tenens cum inscriptione ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ; altera verò parte Cancer est, & sub eo duo delphini. Adraniorum quoque duo extant nummi argentei; quorum prior vno latere aquilam habet, leporem pedibus tenentem, cum his infra scriptis ΑΔΡΑΝΙΩΝ, altero verò Cancrum supinum cum sex circulis O literam planè referentibus, tribus ad dextram chelam, tribus ad sinistram. Infra Cancrum cernitur quid serræ simile. Posterior vna parte aquilam etiam habet pedibus comprehendentem leporem, & hæc supra caput, & dorsum aquilæ scripta circum nummi oram ΑΔΡΑΝΙΩΝ: altera verò parte, Cancer cernitur, & intra eum serpens, aut anguilla, vt arbitratur Hubertus Golzius, superius verò intra Cancri vtrasque chelas peccen. Sinuessæ vrbs Græcæ originis ante vocata Sinope nummum cudit argenteum, in cuius vna parte videtur Cancer, aut Pagurus, & infra hunc piscis non nihil incuruatus cum hisce infra scriptis literis ΣΙΝΤΕΣΣΑΝΩ, ab altera testudo cum eadem inscriptione. Per Pagurum, aut Cancrum volunt intelligi sapientiam, per testudinem salubritatem. Esse enim calidas aquas in agro Sinuessano hæcicis, & phthi-  
**B** Cancer est, intra cuius chelas impressæ hæc literæ BPET, & supra has literas caput bouis, infra verò Cancrum ΤΙΩΝ legitur; ab altera parte deæ alicuius, nimirum, Palladis caput est, è cuius vertice quinq; Cancri pedes prodeunt.

Adranio-  
rum.Sinuessæ  
urbis.

Brutiorum

## P R Æ S A G I A.

**P**LVVHS imminentibus, aut tempestate, Cancer ex aqua in terram prodit: quod  
 scripsit Aratus in his versibus;

Pluuiæ præ-  
sagium.

Καὶ μὲν ἐξ ὕδατος καὶ καρπίνος ὄχητα χερσῶν  
 χειμῶνος μέλλοντος ἐπαίσσεσθαι ὀδοῖο

## S O M N I A.

**C**ANCER viros peruersos, & inemendabiles indicat, propter animalis transuersa vestigia. Si quis inueniat marinum Cancrum, aut pluuialem (fluuialem) virum, peruersum inueniet, & inopem. Si marinum, regem: si fluminis, principem, eò quòd mare regem, flumen verò principes, Zoographus ex incerto.

## F A B V L Æ.

**C**ANCER teste Hygino, & Basso Iunonis officio inter astra collocatus, quòd Herculem, cum hic contra Hydiam Lernæam configeret, & palude pedem haberet, mordicis arripuisset. Herculem enim aiunt ideo ira accensum, eum interfecisse, Iunonem autem, quæ Herculi infensa erat, inter sidera collocasse. Hanc fabulam Thom. Rhadi. metricè sic descripsit;

Cancer cur  
in astra col-  
locatus.

**D** *Toi stellæ Herculis ense nectus  
 Cancer portans, & habet irradians,  
 Calcem morsu acriter arripuit  
 In Lerneæ caput arma domat  
 Quando Tirynthius acer, amans  
 Fame. Occisum tulit ætherijs  
 Oris Iuno breuiori mora.*

Nonnulli, cur inter sidera sit collocatus, aliam rationem reddunt, quia nimirum conuersione, regressuq; tam peculiari eo in animali animaduerso, per eius imaginem ostendere voluerint Solis cursum, quicum eò progressus fuerit, retrorsum auferri, ac tantundem aufugere videatur. Veluti caper opposita ratione confectus, quia sol ab eo signo, toto poli nostri tractu, altiora peterè contendat: caper enim dum pascitur accliuiora, editioraq; loca petit. Huiusmodi verò commentum, vt ait Pierius Valerianus, non ex orbis totius  
 conditione, sed ex cæli nostri situ, sphæraq; ipsa ad arcticum obliquata excogitatum est:

Capri sî-  
gnum.

Lib. 28.

Hierogly-



*Hercules  
cur cancrū  
occidisse di  
catur.*

nam ad æquinoctialem circulum appropinquantibus Cancer deprimi videretur, equinoctij signa attollit: ad id tamen fieret quod Solis progressus, & regressus omnino à Capricorno ad Cancrum, mox à Cancro ad Capricornum, secto duobus locis æquinoctiali consideratur. Quod verò aiunt Herculum tot immanium monstrorum domitorem, in opprimendo etiam Cancello laborasse, nihil aliud sibi vult, ut veteres interpretantur, quam sophisticas nugas obtritas dialecticæ disciplina. Fabulosè igitur iocatur Plato, cum Herculem aduersus Cancrum desudasse dicit.

## A P O L O G V S.

*Serpens &  
Cancer.*



**S**ERPENS ynà cum Cancro vivebat, inita cum eo societate. Itaq; Cancer simplex moribus, ut & ille mutaret, admonebat, astutiam. Hic autem minimè obediebat. Cum observasset igitur Cancer ipsum dormientem, & pro viribus compressisset, occidit. At serpente post mortem extenso ille ait: Sic oportebat ante hac rectum, & simplicem esse, neque enim hanc pœnam dedisses. Significatur hoc apologo, offendi potius, quàm iurari, qui cum dolo amicos adeunt. Ad huius apologi sensum fortasse, aut alterius ei similis facti sunt hi antiqui versus, quos ut Eustathius, & alij, Alcei, alij Sapphus, quidam Praxillæ Sicioniæ esse aiunt.

*Ο καρκίνος ὡδ' ἔφη χαλᾶτον ὄφιν λαβὼν*

*Ευδέα χρητὸν ἔταϊρον ἔμω, καὶ μη σκολιὰ φρονεῖν.*

*Cancer autem ita locutus est, cum serpentem chelis comprehendisset,  
Necesse est, ut sodalis rectum sequatur, & non obliqua voluat animo.*

## P R O V E R B I A.

*Cancer le-  
porè capit.*



*In pace.*

**C**ρκίνος λαγῶν ἀπει, id est *Cancer leporem capit*: de rebus quæ fieri nequeunt, ut interpretatur Suidas: seu ut alij de re nequaquam verisimili, dictuq; absurda, velut si quis dicat, ab indoctissimo superari doctum: Huic & aliud simile, *Κρκίνους δασύωδι συγκρίνεις*, id est, *Cancros lepori comparas*, de supra modum dissimilibus. Et enim ut leporem celeritas, ita & Cancrorum tarditas nota est. *Ναυquam efficies, ut rectè ingrediantur Cancrī.* Aristophanes.

*Οὐποτε ποιήσεις τὸν κρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν.*

*Οὐδ' ἐπὶ τὸ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον οὐδέν.*

*Ambulet ut Cancer rectè, haud efficies unquam*

*Nic quaquam efficies, ubi res erit ante peracta.*

*Cancrū re-  
ctè ingredi  
docere qd.*

Hoc velut oraculum poëta facetus pronunciat, quod à natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam Cancris genuinum obliquè ingredi. In quorum altero carmine tangit adagium, *Ἄετ' ἄγε με ἄγασ.* Idem ferè cum præcedenti, & illud est: *Cancrum rectè ingredi doces.* *Κρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις*, de eo qui docet indocilem. Refertur in Plutarchi collectaneis. Pertinet ad genus *ἀδωάτων*, *Aethiopem dealbas*. Siquidem animal hoc non ingreditur nisi obliquo corpore, & in omnem partem mouet gressum.

*Εν δὲ διχόσασίη κ' Ἀνδροκλείδης πολέμαρχος.*

*In scissione vel Androclides belli ducem agit.*

In homines contemptos, & humiles, qui per occasionem aliquam incidentem dignitatem fortiuntur. Effertur etiam ad hunc modum:

*Εν δὲ διχόσασίη καὶ πάγκρατος ἔμμορε τιμῆς.*

& aliter:

*Εν γὰρ ἀπηνανίη καὶ χαρκίνος ἔμμορε τιμῆς.*

*Fert rebus desperatis & Cancer honorem.*

*Omnè lapi-  
dem moue-  
re, qui dicā-  
tur & vnde*

Quaquam Carcinus viri nomen in hoc prouerbio videtur. *Πάντα λίθου κινεῖ. Ομπητ' moue lapidem.* Sunt qui metaphoram somptam esse existimant ab his, qui Cancros venantur in litore. Nā hi plæ uniq; sub saxis latitant, quæ mouent, qui Cancros quærunt. Imitari nepā: pro retrocedere & in peius labi: Germani dicunt *Hindersich* vult diue *Krebs gād.* hoc est retrorsum, ut Cancrī ambulant, sed *Nepa* (scorpionem potius, quàm Cancrum significat.



SIMILIA.



VI hominem nimium præsumentem; & gloriosa verborum plus ultra iactatione superbientem; illudere Romæ nuper voluit, quidam Cancro inequantem pinxit, & adscripsit Plus Ultra: Οἱ ἐν διαλεκτικῇ βαθυωντες, ἐρίκαστ'καρκίνους μασσοειδύνοισ;οἱ δὲ ὀλιγον τροφιμον περὶ πολλὰ ὄσα ἀσχολοῦται: Ariston in similibus: hoc est, Qui dialecticæ studium profundè rimantur, Cancros edentibus similes sunt: qui propter exiguum alimentum, circa crustas plurimas occupantur.

EPITHETA.



EXTOR Cancris sideris, & animalis aquatici epitheta confudit; separantur hoc modo. Animalis hæc adscribenda: octipes, multiples, scopulosus, cæruleus, testudineus, tardigradus, ferus, humens, rubicundus, obsænus. Nam fluviatilis, æquoreus, & litoreus, differentia potius quam epitheta fuerint. Rubentem dixit Virgilius. Neve rubentes Vre fæco Cancros: idest, vt Seruius exponit, cum vruntur, non qui per naturam sint huius coloris. Sideri verò conueniunt, Lernæus, pluuiatilis, nisi fluuiatilis legendum est, vt sit idem quod fluuiatilis: ) & multa à calore ducta, quod sol mense Iunio, quum vehemens viget æstus, hoc sidus percurrat: calens, calidus, torrens, ardens, adustus, æstiuus, æstifer, rapidus, feruidus, inflammans: vtraque curuâs brachia. Σισυροδῦται καρκίνοι Licophroni dicuntur. Sifira enim, vel Sisyra, teste Varino, est tunica crassa ex ouillis, vel caprinis pellibus cum lana. ποδὸδ'ἀκτυλος, roseis digitis, apud Athenæum: ὀκταπόδης Nicandro. Et Ouidio:

Cancris animalis epitheta.

4. Georg.

Epitheta Sideris.

Sifera quid

1. Fastor.

*Octipedis frustra querentur brachia Cancris.*

ἀλπται, Orpiano. Sed hoc fortè, inquit Zoographus, marinis potius conueniet, vel omnibus, vel speciei cuidam. Plura in epithetis Paguri. Homerus in Batrachomomachia eleganter Cancros descripsit epithetis.

Ἡ ἄλθον ἐξαίφνης νωτὰ κμονες, ἀγκυλοχέλαι,  
Λοξοβάται, σρεβλοὶ, ψαλιδόσομοι, ὄσρακὸδερμοὶ  
Ὀσοφρεῖς, πλάτυνωτοι, ἀποσίλβοιτες ἐν ὤμοις,  
Βλαισσοί, χειροτέροντες, ἀπὸ σέρνων ἐσορώντες,  
Ὀκτὰπόδες, δικάρημοι, ἀχείρεις. οἱ δὲ καλεῖται  
Καρκίνοι οἱ ῥά τε μῦθ' ὄρας σωματέσσιν ἐκοῦτον.  
Venerunt autem ex improviso habentes incudes in tergo unguis curuis  
Obliquè ingredientibus, tortuosè, habentes forficulas in ore, ostripelles,  
Offei natura, laii humeros, yuilantes in humeris.  
Βλασι, neruosis cervicibus, ἀπεχτορίβους iminentes,  
Ὀξοπέδες, βίσιπέδες, manibus qui capi nequeant (illi autem vocantur  
Cancris) qui vtiq; marium caudas oribus incidebant.

VSVS IN CIBIS.



CANCROS, & huiusmodi malacostraca scribit Galenus duram carnem habere; & ob id difficillimè confici, sed firmi alimenti esse. Author libri Galeno adscripti de Spermate; Cancris pisces, ait, frigidi, & humidi septentrionales. Psello, itemque Diphilo apud Athenæum Cancris gravis est, & difficilis concoctu. Apud eundem Mnesitheus ait; Cancris, Locustæ, Squillæ, & huiusmodi, difficulter quidem concoquantur, sed multò faciliùs, quàm alij pisces. Conuenit autem eos assari potius, quàm elixari. Arnoldus Villanoüanus, Cancros marinos, & fluuiatiles difficilis quoq; digestionis esse scribit, at multum alere, nec facilè in stomacho corrumpi. Et Aetius in curatione colici affectus

Tēperies.



*Var in co-  
lico dolore  
prohibean-  
tur.*

*Vt coquen-  
di.*

affectus Cancros prohibet in cibo, quòd turbationem inducant, Squillas, tanquam ex Ma-  
lacostracis minus noxias concedit. Alium soluere testatur Galenus, propter falsedinem,  
& acrimoniam eorum: ideoq; stomacho nocere, maximè neruosam eius substantiam. Idem  
præcipit, vt coquatur, in aqua, in qua nati sunt; ego nihil referre puto, dummodo salsa sit  
aqua. Coqui debent, inquit Platina ex aqua, & aceto, & sale abundantia. Cocti, & in pati-  
nas translati ex aceto (suffuso) comeduntur. Romæ, qui crustam veterem exuerunt, fri-  
guntur oleo, & butyro: duriori crusta tecti assantur super prunas. Laudantur etiam si co-  
quantur in vino. Laudantur, qui vetustam habent crustam, autumno, hyeme, & vè e;  
qui autem eam exuerunt Aprili, & Maio mensibus inueniuntur, nonnunquam etiam Ro-  
mæ mense Septembri.

## V S V S I N M E D I C I N A.

*lib. 9. c. 31.  
Contra ser-  
pentes.  
lib. 32. c. 5.*

*1. Var. c. 7.  
His. 9. c. 5.*

*Contra scor-  
piones.  
Contra car-  
bunculos,  
& carcino-  
mata.  
Vt ad ele-  
ctuarij præ-  
parandi.*

*Profluua  
sistunt.  
Ad partus  
cōtinendos.*

*lib. 32. ca.  
10.  
Ad strangu-  
riam.  
li. 3. de di-  
eti.  
Ad denti-  
tionem.  
Ad calculū*

*Ad dolorē  
dentium.  
Ad sangui-  
nis fluxum  
f. 32. c. 8.  
Ad venena  
& rabiosos  
canes.*



**H**IC quædam communia Cancris marinis, & fluuiatilibus remedia omisi-  
mus, quæ vbi de Cancro fluuiatili erit sermo, proferemus. Plinius **F**  
contra serpentium ictus mederi tradit, sole Cancri signum transeunte.  
Apud eundem nil tam æquè aduersari serpentibus quàm Cancros, su-  
esque percussas hoc pabulo sibi mederi Thrasyllus author est: cum sol sit  
in cancro, torqueri serpentes. Apri, ait Aelianus, Hyoscymo deuora-  
to Cancros sibi pro remedio quærunt. Plinius apros hedera sibi mederi scribit in morbis,  
& Cancros vescendo, maximè è mari eiectos. Cerui, teste Aristotele, morfi, vel à phalan-  
gio, vel à quouis generis eiusdem, Cancros edunt, quod idem homini etiam prodesse pu-  
tatur, sed non caret fastidio. Paulus Aegineta contra scorpionū ictus sulphurum cum Can-  
cro trito in vino propinat. & Aetius eum appositum Scorpionem occidere prodidit. Sed hoc  
alij priuatim de Cancro fluuiatili scribunt. Carbunculos, & carcinomata in mulierum  
parte, teste Plinio, præsentissimo remedio sanari tradunt Cancro farina, cum salis flore  
cōtuso post plenam lunam, & ex aqua illita. Cancri cum in electuarijs, & antidotis resum-  
ptiuis ponuntur, sic præparari debent: Euellantur extremitates Cancrorum è pedibus, &  
corporibus suis: & abluantur cum aqua frigida, & sale cum cinere, ter, donec iam puræ sint  
carnes, & odoris grauitatem exuerint. deinde coquantur in aqua hordei, cum aqua lactis, **G**  
à quo extractum est butyrum. sic præparati electuarijs misceantur, vt docet Auicenna  
lib. 4. sui Canon. fen. prima, tractatu 3. capite de medicamentis refrigerantibus hecticos,  
Hæc ex veteri editione Nicolai Prepositi. Cancri ex aqua poti profluua sistere, ex hyssopo  
(vetus codex legit cœsypo) purgare, & si partus stranguletur (scilicet in enixu labo-  
rioso parturientis matris) similiter poti auxiliantur. Eisdem recentes, vel aridos bibunt  
ad partus continendos. Hippocrates ad purgationem mortuosq; partus vitur illis, cum  
quinis lapathi radicibus, cum ruta, & fuligine tritis, & in mulso datis potui. Item in iure  
cocti cum lapatho, & apio menstruas purgationes expediunt: lactisq; vbertatem faciunt,  
Item in febrī, quæ sit cum capitis doloribus, & oculorum palpitatione, mulieribus in vi-  
no austero potus prodesse dici Plinius scribit. Ad stranguriam quidam iubent tres Can-  
cros coqui in cyatho aceti, in mortario simul cōtundi, & exprimi, & propinari. Cum aqua  
florum Cyani minoris destillata extrahitur succus ex Cancro viuo contuso, & co gingiuar  
puerorum in dentitione salubriter illinuntur. Iliaco calido, & sicco præscribit Hippocra-  
tes inter alia pisces leuiter coctos, & Cancros, & Conchylia. Cancri testam diligenter te-  
res, & vino subdulci miscebis, & colatam potionem dabis bibendam ei qui calculi mo- **H**  
lestia laborabit, ex Marcello. Aetius ad idem remedium Cancros vrit: Cancros inquit,  
tres, aut quinque, aut septem tantum, cum ingenti strepitu indefinenter sub testa exure:  
& contriti eorum cineris coclearium vnum cum condito præbe: eoq; calculosos renes sa-  
nabis, sed Marcellus Empyricus ad hoc remedium Cancros simpliciter terit, vt paulo an-  
tè recitauit. Cancrorum cinere aliqui in dentium doloribus vtuntur, ex Plinio: Ab eodem  
Cancri, & Scolopendræ marinæ cinis cum oleo, inter psilothra numerantur: conijcit au-  
tem Zoographus, non Cancros simpliciter, sed cinerem eorum esse intelligendum. An-  
dreas ad lepras Cancri cinere cum oleo vsus est, eodem Plinio teste. Cancri maxil-  
la naribus insufflata valet ad sanguinis fluxum, ex Rosa Anglica. Galenus in Eupori-  
sticis ait: A bestijs venenatis, rabiosoque cane demorfos sanat Cancri interiorum cinis  
ex aqua semel, aut bis potus, quantum manus capere potest. Prodest etiam morsui  
canis



**A** canis rabidi, authore Plinio, membrana, siue feneſtus anguim cum Cancro maſculo tri-  
 ta (manuſcriptus legit ex vino trita.) Cancri oculos alligatos collo mederi lippitudini di-  
 cunt, vt idem ait. Cancri oculus, inquit Marcellus, ſubtiliter ſublatus, & in phœnicio con-  
 ligatus, colloque ſuſpenſus, lippitudini incipienti medetur, ſi tamen remedium à caſto  
 homine fiat. Si ramphos erodij (roſtrum ardeæ) cum Cancro ſelle in corio aſinino ſuſpen-  
 deris ad collum vigilantis, dormitabit, vt author eſt Kiranides. Ratio conſiſtendi pulueris  
 utilis ad diſſectionem nerui, qui à chirurgo eſt conglutinandus, Henrici Ranzouij. Recipe  
 oculos Cancri, in ſubtiliſſimum puluerem comminutos in paruo linteolo. Hunc puluerem  
 neruis inſperge, & ſiccis faſcijs, ex linteolo conſectis, locum oblige, ne humiditas aliqua  
 ad neruos penetrare poſſit. Hanc ligaturam per ſpacium viginti quatuor horarum inta-  
 ctam relinquito. Elapſo prædicto temporis ſpacio Chirurgus neruum inſpiciat, ipſiusque  
 conglutinationem exploret, & deinceps vulnus illud calidis vinculis deliget inſtar alterius  
 vulneris recentis, & poſt diem vnum, aut alterum ligaturam diſſoluat. In capite Cancrorum  
 reperitur lapillus figura planus, qui acerrimo aceto immiſſus motum manifeſtum habere  
 deprehenditur. Huius puluere audio multos feliciter vti ad conterendos renum calculos,  
 ex Mizaldo. Eoſdem etiam, in potu ſumptos, cordis punctiones ſanare aiunt.

Lib. 29. c.  
 25.  
 Lippitudi-  
 ni medetur

Ad neruos  
 conglutinā-  
 dos.

Lapis in ca-  
 pite cancri  
 & eius vis.  
 Memor.  
 cen. 8.

V S V S I N V A R I I S.



**P**VRGARI à Scorpijs domos, tradunt referente Iſidoro, ſi decem Cancri  
 cum ocimi manipulo alligentur, omnes enim qui ibi ſunt Scorpiones, ad  
 eum locum coituros. Ne à rubigine arſe in aruis contaminentur, & in  
 foetidum puluerem redigantur, quidam tres Cancros cum bouillo, & ca-  
 prino ſtercore paleis admixtis vrunt. Cancros viuos, inquit Plinius, crema-  
 ri iubent quidam, vt carbunculi non noceant. Vni folliculis genus quod-  
 dam beſtiolarum innafcitur, quod Cnipes appellant, qui cum in ficis gignuntur, ficarios  
 illos Cūlices rēs ſnvas deuorant. Huius remedium Cancros ſtatim alligandos (arōs dē  
 τοῦτου φαίν' εἶναι τὴν κάρκινος πρὸς ἀφαιρῶν, forte πρὸς ἀφαιρῶν, pro affigere, Zoographus (in  
 eos enim vertere ſeſe Cnipes inquit,) ſed ficis quidem auxilia iſtiusmodi comperta ha-  
 bentur, ex Theophrasto. Fructum, ait Gaudentius Merula, plantæ continebunt, ſi Cancer  
 truncō circumligetur.

Scorpij è  
 domo vt  
 expellan-  
 tur.

Lib. 12.  
 Orig. e. 6.  
 Lib. 18. c.  
 29.

Hist. plant.  
 2. cap. 19.  
 Lib. 4. me-  
 mor. c. 39.

DE CANCRO MARINO.


Cap. XVII.

ORDINIS RATIO.

SYNONYMA.

**D**ANCRI marini nomen ita accipimus, vt omnes quæ in mari naſcuntur,  
 ſpecies comprehendat, & eam priuatim, cuius in hoc capite tradetur hi-  
 ſtoria. Græcis κάρκινος θαλάσσιος, vocatur, Gallis Cancre; quocirca no-  
 mine carere hanc ſpeciem ſcripſit Rondeletius; eandem intellexiſſe vide-  
 tur Ceſar Scaliger, dum ſpecies Cancrorum enumerans, inquit: vna eſt  
 apud vicinos noſtros generis nomine, parua. Italis Granchio dicitur, &  
 Granzo, Venetis Granceolo, Grancella Bononiensibus, & Ferrariensibus. Anglis, & Ger-  
 manis inferioribus Krab, Crabbe ſuperioribus Meerkrab. Græci maxime recentiores Pa-  
 guros quandoque pro Cancris ſimpliciter accipiunt.

Exercit.  
 245.





# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

*Molecca.*



ENETI, apud quos Cancrorum marinorum infinitus propè est numerus, Moleccam vulgò quendam vocant teste Mathiolo, qui crustam veterem exuit, vere: Ex quo genere sunt etiam, quæ vocantur Macinetta, nam, & hæc crustam hoc tempore exuunt: Quidam has sæminas esse volũt; Moleccas maris, & hos mollescere, ac vernationem exuere: contra Macinettas perenni contegi crusta, & nusquam decidua; & Moleccas, tum

*Molecca  
unde dicta*


quidem torpescere, cum cortice exuuntur. Abjto genere distinguunt, & Macinettas multò minores Moleccis statuunt, aliudq; ab eis esse tertium aiunt, quod perpetuò corticem durum retinet. Moleccas autem vocant à molli, ac teneri crusta, quam habent, cum veterem exuerunt. Rondeletius, & Bellonius, item Zoographus in Canceri marini pictura non conueniunt. Quem enim depinxit Rondeletius acuminata magis est parte anteriore prope oculos, & duo habet cornicula, quibus Bellonij icon, item quam edidit Zoographus,

Cancer stagni marini Rondeletij.



*Lib. 2. de  
pis. cap. 3.*

Cancer marinus Bellonij.



caret. Quocirca, credo à Bellonio, & Zoographo depingi eum, qui frequens vbique est in Italia. Et sanè fatetur Zoographus se nactum iconem suam ex Italia. Quem autem expressit Rondeletius frequens est in Gallia Narbonèsi, & ut ipse ait, diu extra aquam viuit, (ita etiam noster vulgaris) Brachia habet non admodum magna, pedes longos in acutum desinentes: cornicula duo. Cancer marinus, inquit Bellonius, rotundo ferè, ac circinato corpore præditus est, anteriori parte crenis diuiso, crustaceo tegmine conuestito: cuius magnitudinem ad Pagurum, & Maiam, Astacum, & Locustam facile contuleris. Maiores enim trium, aut quatuor digitorũ latitudinem non excedunt, Ea verò habet blæsa, vtrinque in latere quarerna, & duo brachia forcipata. Hepate rubro cõstant, gustui dulcissimo, quod Aristoteles mutim nominare videtur, habet porrò intestina multiplicibus cirris oblecta, mouenturque horum partes solidiores albis musculis agentibus. Aliam ab his obseruauis speciem, magnitudine vulgaris, cæterum differt pede ultimo, qui ab vtraque parte est, Nam non in acutum desinit, sed breuioribus, ac crassioribus constat internodijs, & curtiore est alijs pedibus, & in fine latior duabus postremis articulationibus. Hunc igitur etiam depictum do, vnà cum alijs duobus supra descriptis, quòd pes hic posterior melius conspici possit. Habet etiam duo cornicula, qualia suo Rondeletius tribuit, sed corpore est rotundiori, quo vulgari.


*De par. 4.  
cap. 8.*

Canero marino similis. Aristoteles pelagios Caneros pedes longè tardiores cæteris habere scribit ad ambulandum.





Cancer marinus alius ab authore obseruatus.



## L O C V S.

PPIANVS de Canceris marinis:

*In saxis habitant curuis, & pasua carpunt.*

1. de Pis.

**C** unde fortè ab Aeliano *καρκίνος*, hoc est saxatiles dicti sunt. Quod autem Plinius dixit Cancers locis mollibus vitam degere, haud satis verū videri annotat Massarius. Sunt enim, inquit, Paguri Canceri, & tamen non nisi locis saxosis capiuntur, & similiter Canceri illi alij parum minores, cibo non idonei, præcipuè mares, præterquam cum exuerint senectutem, quos tam petrosis, quàm terrenis locis vitam agere perspicuum est: quod ex Aristotele elici etiam potest, tam octauo de historia, vbi Cancros aquatiles, sterco deorare inquit: quàm etiam quarto de partibus animalium, cum Cancris caudam inutilem esse tradat, quoniam vitam agere terrenam, cauernaſq; subire soleant, nec defendi satis potest Plinius, nisi quis in Plinio non Canceri, sed Astaci legendum existimauerit, vt dictum est ex Aristotele, vnde hæc mutuatur, Hætenus ille. Narrant navigatores isti in Indiam magnam copiam marinorum Cancrorum esse prope Insulam Canibalorum, quæ hodie Domeneca appellatur, & Hispanos per decem dies continuos hinc vitam sustentasse in mari Nicaragua. Rondeletius suam speciem frequentem esse scribit in stagnis marinis. Noster vulgaris vbique in Italico degit litore, in locis saxosis, atque arenosis.

Plinius cor  
rectus.

## D NATVRA. SAGACITAS.



**N** Bosphoro Thracio cum ventus ingruit violentus, Canceri aduersus fluctus nituntur: circa promontoria verò, vbi venti vis maior est, omnino repulsi, auersique impetum sequi vndaſque cogentur: cæterum hoc præuidentes, cum iam propè ad promontorium appulerint, singuli in sinuſo aliquo loco se tenent, simulque & reliquos expectant. Deinde in eundem locum congregati, adrepentes per præcipites crepidines in sicum ascendunt, & fluctuum vim (qua parte violentior erat) euadunt iter pedibus conficientes. Cum autem hanc violentiam pedibus prætergressi sunt, rursus per crepidines in mare recurrunt. Parcunt autem eis piscatores, cum declinandi cõnunis periculi gratia sponte in terram exeunt: neque homines cum sint, ipso etiam maris impetu sauiore ipsi videri volunt. Ex Aeliano.

Lib. 7. de  
animal. c.

24.

SEXVS.



## SEXVS. COITVS.

De aquat.  
2.6.3.



**M**ARINORVM color, teste Bellonio, maribus quidem rubentior, fæminis ex luïdo in cyaneum tendit. Mares autem fæminas opprimere videntur, antequam ineant: atque inter se diutissimè dimicant arietum more. Crura in ventrem insclectunt, dum incedunt. Rondeletius suo Cancro fæminæ intus partem inesse quandam croceam scribit, qua mares carent, quam ouorum materiam esse putat. cæteras partes internas albas, tam in mare, quàm in fæmina reperiri.

## A P O L O G V S.

Cancer, &  
vulpes.

**C**ANCER, vt ait Aesopus, è mari cum ascendisset, in loco quodam pascebatur. F Vulpes esuriens vt vidit, accessit, ac eum rapuit. Ille deuorandus ait, sed ego condigna patior, quia marinus cum sim, terrestris esse volui. His probat Aesopus homines, etiam qui proprijs derelictis, exercitijs, ea quæ nihil conueniunt, aggrediuntur, meritò infortunatos esse.

## V S V S I N C I B I S.

Ve coquantur.



**N** aqua, & aceto, cum modico sale elixantur, aut in aqua marina: aut asantur, sed elixati meliores sunt, friguntur in oleo Moleccæ dictæ, præstantioresque habentur cæteris. Fæminæ, maximè cum turgent ouis meliores iudicantur maribus: Ideoq; Bononienses, & Ferrarienses fæminas, & mares seorsim ponunt, fæminasq; duplo maioris pretij vendunt. Qui in Indiam nauigarunt, aiunt in Orientalibus regionibus Cancros marinos plenos esse, succoq; dulci turgere cum Luna parturit, contra vacuos cum est plena: secus quàm **C** in nostris Europæis locis, vbi in plenilunio meliores existunt.

## V S V S I N M E D I C I N A.

Ad phthificos.



**R**ONDELETIVS de suo Cancro stagni marini hæc scribit: Hoc Cancrorum genus inter marinum, & fluuiatilem medium esse competio, vt in marini, & in fluuiatilis vicem vsurpare possimus: Stagnorum enim aqua, partim marina, partim dulci constat. Quando igitur fluuiatiles defunt, stagni Cancros aqua hordei abluendos censeo, vt in ea si quid sit saluginis, deponant, quibus tam feliciter vtetur in his affectibus, quibus fluuiatiles valde prodesse prædicantur. Atq; hoc expertus profiteor phthificis multum auxiliari. Illis enim ita, vt diximus lotis, & in iure capi, vel cum cremore ptissanæ coctis phthificos diu summo valetudinis eorum commodo alui. Ex eisdem cinis pulmones exulceratos mirè reficit, & recreat. si in aqua adianthi, vel plantaginis lotus cum lacte asinæ, vel cum cremore ptissanæ hauriatur. Ex eodem cinere medicamentum fit, quod à **H** cane demorsis maximè succurrit. Quare minus rectè faciunt medici quidam, qui fluuiatilibus, vel stagni marini Cancris fluuiatiles Astacos substituunt, omnibus dotibus Cancris, de quibus loquimur, inferiores: illi enim molli, præhumidaque substantia constant, & quæ facilè diffuat, ac dissipetur, neque corpus satis nutriat, neque peculiarem vim, ad pulmones iuuandos insitam, habeat. Canceri verò fluuiatiles dulci sunt succo, temperatam substantiam indicante, quem perlibenter amplexatur natura, quo reficitur, & fouetur. qui hæret, dissipatuque facilis non est, & natura sua pulmonum malis succurrit. Hactenus ille. Cancro marino, & fluuiatili remedia multa communia dicentur, vbi de fluuiatili fiet sermo. Nam Dioscorides scribit marinos eadem præstare, quæ fluuiatiles, verum ignauius. Plinius, hedera, inquit, aprî in morbis sibi medentur, & Cancros vescendo, maximè è mari euectos. Sed Aelianus tradit apros Cancris simpliciter sibi mederi contra hyoscyamû.

lib.8.c.27.  
Aprorum  
medicina.

Doctorum



**A** Decoꝝum Cancrī marini apud Plinium efficax habetur contra dorycnium. Marini, non fluuiatiles affumuntur in Theriacam Cl. Apollonij ad rabioſorum canum morſus apud Galenum. Si equus cum feno, aut pabulo braſſicam ſylueſtrem fortè deuorarit, prodeſt marinos Cancros tritos cum ſucco braſſicæ (ſatiuæ) miſcere, & apprehenſa lingua per os Infundere bis die, idq; per triduum, donec malum egeratur aluo, ex Abyſſo. Cancros marinos impari numero exultos, vel aridos tritos, & baccas laureas impari numero tritas, adieſto melle, atque adipe anſerina remiſſa, æquis ponderibus vniuerſa permiſta vnum corpus facias, atque æqualiter in duodecim partes diuidas, & in cibo, aut in portione laboranti phthiſico dederis, micè profuturum pollicetur Marcellus. Author eſt Alexander Benedictus Cancros marinos, pondere drachmarum duarum, ſi bibantur ex lacte materno, vel nutricis, infantibus, & pueris ſanare ſtranguriam. Cancrorū fluuiatilium cinis ex oleo, & cera (inquit Plinius) rimas in ſede emendat, item & marini Cancrī polline (ſcilicet ſuo emendat.) Teſte Marcello ex oleo impoſiti pernioſibus, vtiliter proſunt, ita vt folieantur aqua, in qua eruum decoctum eſt. Celebrat Auicenna Cancrum marinum aduſtum ad quartanam, ſcabiem, lachrymas oꝝulorum, & alia, ſed Cancrum marinum exponit ſe cum

**B** ibi intelligere, qui in lapidem induruit. A Plinio laudatur Cancrī marini cinis vſtus cum plumbo, ad carcinomata compoſcenda. Ad hoc ſufficere, cum melle, linæaque lanugine. Aliqui malunt alumen, melque miſcere cineri. Apud eundem tam marini, quàm fluuiatiles pilos è mamma tollunt, hoc eſt, morbum pilarem ſanat. Pro pſilothro idem ſumit Cancrī marini cinerem, & ſcolopendræ marine. Cancelli (Cancrī) marini, aut fluuiatiles in aqua decocti caro cocta, & tunſa cum farina hordeacea mixta, impoſita calide ſtomachi vomice, tribus diebus maturat efficaciffimè, & pluſquàm ſit veriſimile, expertum à ſe Alexander Benedictus atteſtatur.

lib. 32. c. 5

li 2. de An-  
tid. c. 73.Cōtra braſ-  
ſicā ſylue-  
ſtrem.Ad ſtran-  
guriam.

lib. 2. trac.

2. c. 150.

lib. 32. ca.

10.

## DE CANCRO MÆA DICTO.

## Cap. XVII.

## SYNONYMA.



**M N I V M** Cancrorum maximus, Maia appellatur, teste Aristotele Cancrī *μαία*, inquit Rondeletius, dicuntur ab Aristotele, à Gaza *Maia* fortasse à magnitudine nam *μαία* quæ amitam significat, & nutricem, aliquando etiam pro grandiore natu sumebatur, Cæterum vt hoc benedicta contra quem *Maia* esse putat, Pagurus est, & quem Pagurum, *Maia*. Hic, inquit in Prouincia Squinado vocatur, ab alijs Gritta, Squaranchò,

Hiſtor. 4.

cap. 2.

Egymum.

Grampella, ab Hispanis Chabro. Hæc synonyma conueniunt cum ijs, quæ Bellonius Cæſero *Maia* adſcripſit, ait enim: *Maia* ob ſimilitudinem quam cum araneo habet, vulgus Gallicum *l'aigne de mer*, quaſi araneum marinum dicat, nominat: *Maſſilienſes* ab aculeis infinitis, quibus in tergore more *Locuſta* horret, & villis quibus vndique eſt circumſeptus, *Vne Squinaude* (ad peſtinem ad quem linum attenuatur, alludentes) vocant: *Venetī*, ac *Genueſes* à ſpeculis, in *Maia*rum corticibus eleganter incluſis, *Specchio* hoc eſt ſpeculū dicunt. Alij *Granceolas*, & *Cranceolas*: Romanum vulgus *Grancitellas*. *Maia* ſunt, inquit Louiſius, grandiores rotundiorē ventre, grefſu in terra legnes, in aquis autem velociſſimæ, *Venetī* *Granceolas* vocant: quarū rotundiſſimis teſtis ſpecula includere ad elegantiam ſolent. Et *Maſſariuſ* ait. Quæ *Maia* vocantur, è genere *Cancratio* maximæ ſunt: quibus cauda deeſt, & corpus rotundū eſt, dorſo ſpinoſo, eruribus oblongis: quas vulgus *Cancroſ* las cognominat. Quorum omnium authorum ſententia noſtræ opinioni ſubſcribit: In Luſitania dicitur *Cangreia*, vel *Gangreiola*, vel *Cetola*: Zoographuſ Germanicè dici poſſe ait ein Meerſpin, vt Gallos imitentur, & Albertuſ Cancrum marinum rotundum ſine cauda, ſcribit Germanicè *Araneam* maris appellari. Ein Spiegel Krabb cum *Genueſibus*, vel cum *Maſſilienſibus*, ein *Herchelkrabb* nominari poterit, vt idem ait Zoographuſ.



# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

*A Paguro  
quid differat  
Maia.*



*Femine de  
scriptio.*

*Interanea.*

*Vulua.*

*Dentes.*

*Vesica.*

*Paguri Rö-  
deletij de-  
scriptio.  
Cornua.  
Oculi.*

*Pedes.  
Cauda.  
Oua.*

*A. de part.  
cap. 8.*


MAIA, vt scribit Bellonius, in eo à Paguro differt, quòd hic parte anteriori latus sit, Maia verò posteriore parte in latitudinē se diffundat, anteriore coarctetur, & angustior fiat magis: est præterea magis orbiculata quàm Pagurus. Crura quaternis articulis intercepta gerit, alta, & exilia forcipibus imbecillis dentata, quibus prædam ori applicat. Corpus illi est tam graue, vt ad incessum ineptissima esse videatur, quamobrem in terra segnissima, in aquis velocissima est. Pedes quoque non habet forcipatos, sed vnguibus benè munitos, vtroque latere quaternos, quinque articulis interceptos. Cocta eodem modo quo reliquum Crustaceum genus rubet: sed viua, aut liuet, aut virescit, aut rubore ephæneo asperfa est: quam si supinam contempleris, tria parte anteriore breuia specula ab ipsius crustæ tegmine continuata cernes, inter quæ prætenturæ duæ delitescunt, Tibias non habet læues, vt Pagurus, sed multa scabritie exasperatas. Maia femina operculum latiusculum habet, sub quo duo foramina membrana oclusa in ipsis posteriorum tibiarum radicibus collocata apparent. Quatuor præterea vtrinque semicirculis vitur in natando, à quorum radicibus octoni prodeunt pinnati ramuli, quibus hærent oua in foetis.

Interanea cum Paguro, aut Heracleotico Cancro conueniunt: quæ quicumque diligentius speculari cupiet, necesse est eum viuentis Maiæ testam superiorem detegere. Comperiet autem in capite, atque adeo ore ipsos dentes extrinsecus duos osseos: in palato autē carunculam qua linguæ vice fungitur: præterea ante dentes bina denticulata officula, atq; in eius ore cavitatem statim ante gulam, in qua quod rubrum continetur, habet multiplices flexus: eius vuluam esse puto. Ex hac enim oua prodire compertum est. Subsequitur cavitatis satis capax, vacua quidem ea, dum ieiunus est piscis, vt vel os alterum, vel eius ventriculum esse dicas: cui etiam dentes adsunt (quemadmodum in Locusta) numero quaterni, incisori, & vnus molaris, à quibus gula incipit, in cuius summo epiglottidem manifestè videas: ea autem ad apophyses meatibus committitur adeo exilibus, vt vix appareant: & quemadmodum vulua adimplebat maiorem partem recessuum, sic apophyses vbiq; per cavitates immittuntur, tenuibus tamen ligamentis adstrictæ, & maximè musculis. Nec est aliud intestinum manifestum, quàm illud in quo desinunt apophyses, excrementi scilicet receptaculum. Est autem id teres, cæteris partibus incumbens, ad caudam vsque protensum. Sed & vesicam vtrinque vnā in ipsa aluo robustam, magnam, & membranofam cernas: cuius exitus est per ea duo foramina, quæ sub operimento latent. Branchias habet vtrinque sub testa in lateribus numero senas: quæ certa membrana ab ipso tegumento distinguuntur: aquam enim in ore acceptam per meatus, qui ad radices crurum sunt, egerit. Hæc omnia ferè Rondeletius Paguro suo adscripsit his verbis: Pagurus post Cancrum Mæam maximus est, parte anteriore, & in lateribus senis aculeis longis, & validis riget, è fronte protenduntur appendices duæ rotundæ, & acutæ, firmæ admodum, sub quibus cornua duo minora, articulata. Ex lateribus valdè prominent oculi magis ad latera, quàm ad anteriora spectantes, magno interuallo disiuncti, qua nota à Cancris Mæis differunt. Testa tota minimè leuis est, sed aspera, vtpotè quæ tuberculis, & aculeis tota conspersa sit. In ea maximè in superiore eius parte pictores nostri specula includunt, nec id sine gratia ob aculeos, & testæ colorem. Pedes octo habet, longos, crassos, sex articulis interceptos, chelas duas magnas, aculeis horrentes. Caudam ex multis tabellis contextam, in cuius parte interna oua æstatis tempore appendicibus racematim hærent rubra. In lateribus branchias, & partes easdem internas quas Locusta. Patet itaque Rondeletium non meminisse verborum Aristotelis. vbi Mæam, non Pagurum [facit

λεωτοσκελῆ hoc est longis, ac tenuibus cruribus, & inertem ad motum, tardumq; ad incedendum, vt Cancrum Heracleoticum. Nec est quod Rondeletius neget Mæam nostram longicruram, & horridam, non esse veram, ac genuinam Aristotelis (qui hanc maximum omnium Cancrorum statuit) propterea quòd in Prouincia non sit maxima, & quem pro Paguro ostendit, multò maior ibidem existat, maximum enim alit Oceanus, & mare Tyrrhenum, ac Adriaticum. Et Ligustici maris incola hic est quem primum depinximus, & ob insignè eius magnitudinem Hippocarcinum appellauimus, à D. Bernardo Castel-



Hippocarcinus hispidus.





*Hippocar-*  
*cini descri-*  
*ptio.*  
*Oculi.*

*Os.*

*Chela.*

*Cauda.*

*Cauda.*

*Os.*

*Cauda.*  
*Venter.*

*Pagurus*  
*ut à Cæro*  
*Heracleoti*  
*co differat.*

lecto, qui pro singulari sua humanitate multa exotica, ac peregrina, raraq; mihi misit, Genua missus. Longus est dodrantem, & palmum, dodrantem verò latus, altus palmū cum dimidio, supra oculos eius emissitios è tubulis quibusdam ad latera protensos fronte media, duo velut cornicula acuta, exeunt, quemadmodum etiam medio oculorum interstitio, quod nasi in nobis locum occupat, vnicum. Sub hoc duæ appendices duobus articulis distinctæ ad latera è regione ferè sinus, vndè prodeunt, eminent. Item alia paulò inferiùs ad horum latera supremis illis corniculis ex diametro opposita, maiora, ac longiora, in tenuissimas veluti setas desinentia. Os sub his infimo loco situm, duo veluti brachiola intus tota villosa muniunt. Vniuersum tergus aculeis, spinosisque quibusdam operculis oblitum est, quæ ad latera maiora sunt. Quinque ab utroque latere pedes, si brachia annumeres, in totidem articulos distincti, sed forcipibus nullis acutissimo mucrone tantum extremo donati adnectuntur, insignis, pro reliqui nempe corporis proportione, longitudinis. Chelæ anteriori parte eximæ, cum crassitudinis, tum longitudinis: hæc enim duos dodrantes cum medio æquant, illa brachio ferè puerili par est, forcipibus fusci coloris, è quibus villosa quædam prominent stamina instar penicilli. Cauda in tabellâ articulatim discretâ, lata satis, qua oua contegit: vndè feminam esse coniecimus.

Huic non dissimilis parte supina alter est, licet minor corpore. Parte prona caudâ, quæ versus ventrè reuoluta erat, extendimus. Hæc inter extremos pedes exorta angusto principio, deinde magis dilatata, paulatim medio sui, palmi latitudinem constituit, ovalis ferè figuræ, & extremo in angustam appendicem scutiformem quinque angulorum, seu pentagonam desinit: ipsa ex sex tabellis sibi inuicem articulatim incumbentibus, ac compactis coagmentata. Os vndiquaque multis veluti brachiolis, villosis, supernè, & infernè circumsepitur, ipsum ex duobus officulis durissimis coire videtur, quæ dentes vocant fortè Aristoteles. In ventre nullus tumor, sed plana cavitatis potius conspicitur, apta retinendis ouis. Cauda interior, seu prona vtrinque sex veluti petillos quosdam habet, ternos caudæ lateribus, seu margini adhærentes, falcatos, villosos totos, reliquis iuxta eorum exortum, sed intorsum versus enatis, graciliores, læues, duriusculosque instar brachiorum, sunt tamen, & hi foris hirsuti. In cauda insignis cavitatis scutellata apparet.

A prædicto magnitudine differt (est. n. minor) hic, qui subiungitur pronè, & supinè depictus, ut sexus distinguatur. Senæ spinæ maiusculæ latera vtrinque ambiunt: & binæ omnium maximæ frontem muniunt: duos palmos longus. Chelis, brachijs è, & corporis supina parte, hispidis, & tuberosis, pedibus non ita. A cauda lata fæmina cognoscitur, quæ est in mari angustior, ut in icone expressimus: sed mas ut plurimum magnitudine superat feminâ.

Qui ultimo loco adpingitur eiusdem prorsus est generis quò ad figuram corporis, sed pluribus spinis ab utroque latere, & in dorso horret, pedibus, & brachijs non admodum asperis, sed hirsutis, supina parte varijs coloribus maculatus, sed præsertim rubro.

Qui à Rondeletio Cancer Heracleoticus depingitur, nō hic prorsus est, sed Maia nondū adulta, ut vnâ cum Scaligero suspicor. Et ipse Rondeletius, quamvis nō nihil à suo Paguro, hoc est, Maia nostra differre scribat, tamen fatetur eiusdem esse generis, his verbis. Hi, inquit, Cancris, Paguris tam similes sunt, ut vix discernantur, veruntamen specie, ut diximus differunt, ut ex descriptione iam sit perspicuū. Heracleotici aculeos in fronte habent, & in lateribus, pars testæ prona aculeis aspera est, & hirta, colore est fusco, quo à Paguro differunt. Paguri pedes breuiores multò, & tenuiores habent, cornua ante oculos articulatâ, corpore sunt minore quàm Paguri. Hæc Rondeletius, cuius iconem etiam addendam censuimus, ut cognoscat lector non admodum differre ab eo quem depictum hoc loco subiunximus, inter Maiarum genera potius, quàm alias Cancrorum species recensendum. Est autem ea magnitudine qua depingitur, dorso valde spinoso, ac subrubro, Chelis, & pedibus longis, tenuibus non asperis admodum.

Videtur postremus minor hic parum à Maijs differre, nisi quod asperitatem in testa tomentosam habeat, Folia, & Folca in Italia nominatur, colore est cinereo, & fusco, eius iconem ante nos Zoographus exhibuit à Cornelio Sittardo ad se missam.






Cancer supinus, hippoearcino similis.





## Vlyfsis Aldrouandi

Pagurus Venetorum mas, Cancer Maia alius.






Pagurus Venetorum femina.










Cancer Heracleoticus Rondeletij.



Cancer brachichelos Maiæ congener, licet minor multò.



Cancer Maiæ congener alius, asperitate tomentosa.





## LOCVS.

**I**N mari Aegæo, Ionio, Adriatico, ingens Maiarum copia est, & omnium maxime. Ideoque quasi obstretices dictæ, cum Paguri tanquam cum infantibus comparentur. In Oceano verò alij Cancri maiores capiuntur Maiâ, qua etiam maior est Pagurus, qui prope Massiliam capitur. Rondeletio item Heracleoticus Cancer in eodem mari; rarior esse traditur.

## VSVS IN CIBIS.

*Ut coquantur.*



**M**ARE Seliguntur ad cibum autumnò, & hyeme, ac etiam mense Aprili, in plenilunio, fæmina verò reliquò anni tempore vsq; ad Septembrem. Coquuntur, vt Astaci, & Locustæ, obturatis foraminibus oris, ac ventris gossypio, ne, dum bulliunt, aqua impleantur, saporemq; suum perdant. Assantur etiam in furno, ano, & ore clausis, alioqui, vt ait Rondeletius, quidquid intus est liquidi, effluit, & fit similis Cancris Phœnicij, quibus nihil est intus ob babuli inopiam.

## DE PAGURO. Cap. XIX.

## ÆQVIVOCA.

## SYNONYMA.



*Phœnix cur pagurus dicitur.*

*Puragra. Etymum.*

*Paguria.*

*In Equib.*

*Bifas.*

*Granciporro.*

**A**LTERA Cancris species quam magnitudine proximam facit Aristoteles Pagurus Græcis, & Latinis, vt Plinio, & Gazæ nominatur: & si apud scriptores antiquos, hoc nomen pro Cancro marino sit reperire. Lycophron Phœnicem Achilles præceptorem iam senem Pagurum dixit, propter cutis asperitatem, quæ in senectute contrahitur. Et Tzetzæ Scholiastes, *κουροτρόφον* pariter cognominatum ait, quod puerum Achillem educarit, ad differentiâ marini Paguri (Cancelli) pinnotrophi, idest pinnam marinam nutrientis. *Πυράγρα*, idest forceps instrumentum fabrilis, alio nomine etiam Cancer, vel Pagurus appellatur, vt author est Hesychius. Dicitur autem *πάγουρος παρα τὸ οὐρεῖν καὶ φυλάττειν αὐτὸν παγοῖς*, idest *κρημνώδεις τόποις* locis præruptis, vt in lexico quodam veteri traditur: & quia oens ferè Cancris in ripis præruptis habitare solent, hinc Pagurus omnis Cancer marinus à quibusdam nominatus est. Dicuntur à Simeone Sethi, Paguri forma diminutiua *παγοῖρια*. Idem Carcini appellatione, Pagurum intellexit. Galenum secutus, Aetium, Paulum. Paguri nomen Græcia adhuc vulgò retinet, eoq; de quo nunc agimus, Cancrum expriment. Massarius quoq; nunc in Dalmatia hoc nomen vsurpari scribit. A Palladio Cancris marini vocantur. *παγουρους ποὺς παρ ἡμῖν καραβους*, exponit Scholiastes Aristophanis. Bifas Pagurus est marinus, qui vocatur Carabus. Veneti, & sinus Adriatici acolæ Granciporro nominat, nomine fortassis, vt Bellonio placet, composito, quasi Cancrum Pagurum dicerent. Itaq; porti, seu pori nomen (Rondeletius Porroni scribit non benè) vsitatum ab Italis per syncopen à Paguro contractum videtur; vti etiam Pauri, & Pauari, quibus nominibus etiam vtuntur in quibusdam Italiæ locis. Alibi quoque Cancharo de Barbaria nominatur. Quidam Galli mediterranei maris acolæ Pagul à Paguro deriuato nomine proferunt. Alij vulgò vocant vn Chabre, vel vn Crapre. Normanni à rubro, & ruffo, quem testa eius præfert colore, vn Rousseau: alij quod coctus in pastilli modum pulmentum ferat, vn Tourteau, quasi pastillum dicant. Massilienses Carabasse, & Fagule. Angli, vt inquit Zoographus, A Panger; Germani ein Meer-spin, idest Araneum Marinum (Mara quam à Gallis Bellonius Araneum maris dici scribit, differentiæ causâ nominari poterit, ein grosse Meer-spin) sed hoc nomen etiam Sepiæ




A Sepiæ aliqui tribuunt, cum generi Cancratiō magis conveniat. Seekrebs oder Seespio in lacu Suerinensi capitur, & in eodem Krabbe dictus (Frisijs Krab, Krabbe) hic fortè Pagurus est, idest Cancræ marinus masculus: ille minor, simpliciter marinus Cancræ. Galli quoque Oceano vicini vocant Chabre, vel Crape. Albertus Cancræ marinum rotundum sine cauda, scribit Germanicè Cancræ maris appellati. Audio, & Lusitanis Aranha dici. Marmos quosdam Cancros alicubi Meerteschen vocitant, à similitudine marisupijillius, quod Germani Tascham nominant, corpore fermè rotundo, sine capite, & cauda Capparente. Eadem sanè nomina, quæ Cancro simpliciter, Paguro etiam, alijsq; speciebus, magnitudinis, aut alia quapiam differentia, simul expressa conuenerint. Hactenus Zoographus.

## GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

**B** **CRUSTA** eius, teste Bellonio, nouem in gyrum crenis imbricis modo incisa est. Adolefcit in caluæ humanæ magnitudinem, sed non ita orbiculatus euadit: Cancris enim proportione responder. Valida crusta integitur, ac læui. Crura blæsa vtrinque quatuor habet, villis hirta, ternis articulationibus geniculata, in quibus vngues acuti oblongiq; sunt, minimè bifidi. Brachia bisulca parte anteriori binis articulis intercepta, forcipibus crenatis munita, in extremo nigra: quibus quæ constringunt, vt edant, etiam dura constringere possunt. nam in eis durities est penè ossea. Quamobrem ichthyopolæ captos Paguros arcè ligatos seruant, ne sibi inuicem crura abscindant. Color viuorum multò viuidior est, quàm demortuorum. In viuus enim præ nimia rosei exhalatione tergora veluti subnigra apparent. Cæterum cocti (vt aliud omne Cancrorum genus) mutant colorem. Caudam sub thorace reflexam habent, vnde hos caudarum expertes esse quidam conijciunt. Branchias vtrinq; in latere dispositas ostendunt, vt reliquum genus Locustarium, sub tergoris crusta senis ordinibus ad tibiarum radices insertas. Multo latiores sunt quàm longi, vt ex Oceano in pedalem plerunque latitudinem abeant. Quidam visus est in Anglia decem libras pendere. In eius ore tot comperies naturæ secreta, tot astantes appendices, tot pelliculas, vt coactus incredibile naturæ artificium necesse est fatearis. Mutim, ea enim est hepar, habet dulcissimam, maxima ex parte sub ubram, cum infinitis prope apophysibus, flauis, grandi stomacho adiacentibus. Reliquæ partes internæ musculis albis constant, quibus externæ mouentur. Rondeletij Cancræ Maias, Pagurus potius est; Omnium, vt scribit, Cancrorum maximus. Vidi, inquit, ex Oceano Cancræ Mæam, cuius latitudo palmum maiorem superabat, longitudo ad semicubitum accedebat. Testa læui contegitur, cuius laterum ambitus in semicirculos desinit, pedes octo, & breues habet pro corporis magnitudine, chelas duas, dextram maiorem, sinistram cornua

*Magnitudo**Crusta.**Crura.**Brachia.**Color.**Cauda.**Branchia.**Mutis.**Cæcer Ma-**ias Rondele-**tij.*

Cancræ Mæas, Rondeletij.





*Cauda.*

cornua quatuor ante oculos protenduntur, duo breuiora è media fronte, longiora duo sub oculis nascuntur, ij non magno interuallo à se distant pro corporis totius magnitudine, hos modò promit, modò condit. Cauda subtus est lata, aliorum Cancrorum caudis planè similis. Hæc Rondeletius, qui contra Bellonium scribens probare conatur ex Aristotele, hunc quem descripsit Pagurum, veram esse Maiam, propterea quòd Philosophus Cancrum Mæam omnium maximum esse tradat, cruraq; ei breuia, & tenuia tribuat, & oculos habeat in medio breui discrimine. Sanè non animaduertit doctus hic vir Aristotelem de suis Paguris, qui Maijs minores sunt, scribere, non de Oceanicis, qui multò grandiores. Nec hoc mirum, nam rhombi etiam in mari Adriatico, & Tyrreno parui, Oceanici decuplo grandiores. Deinde Aristoteles tenuia, non breuia crura Mææ tribuit. Discrepat autem Maia Rondeletij à nostro Paguro, quem pronè, & supinè depingendum curauimus, oculorum situ, & corniculorum numero. Oculi enim lato, longouè interstitio sunt admodum à se inuicem diffiti in nostro, & duo tantum propè eos cornicula.

*Rondeletij error.**Rhomborū differentia**Paguri descriptio.**Exer. 245.**Gallus Marinus cur dictus Cancer Heracleoticus.**Etymum.**Cancrorum Heracleoticorum descriptio.**Descriptio alia ex Rondeletio.**Migrane.*

Quocirca iudico ex eius icone mediam quandam esse speciem inter Pagurum, & Cancrum Heracleoticum. Gillius ait: E genere Cancrorum Pagurus læui dorso est (tabellatioreque, Massarius.) In vtraq; sede viuit, & in aridum sæpe procedit: huius pedes breuiores quàm Maiarum; quidquid comprehendunt, strictissimè constringunt: idemque oculos modò recondit, modò profert, vt interdum tanquam cornua extrà emineant, interdum intrà in testam abdit recedant. Iulius Cæsar Scaliger Pagurorum duas nouit differentias. Alter, inquit, & orbiculatior, & fuscior, & maior. Alter est quadratior, & minor, colore dilutiore, & penè pallida (viriditate. Poreffas hos vocat Venetus. Subinde addit in genere Pagurorum esse etiam Cancrum Heracleoticum, quem non rectè Rondeletius pro Vrfa Aristotelis ostendit, vt dictum est supra. Cancrum hunc Heracleoticum Gallum marinum vocat non ob aliam rationem, quàm q̄ brachia eius in cristæ galli modū tornata esse videant, vt in pictura nostra, qua pronum, & supinum ostendimus, conspiciere licet. Spissam valdè crustam, & robustam habet. Vocatur autem Heracleoticus ab Heracleis Urbibus, quarum vna Ponti, altera Propontidi adiacet: nisi à magnitudine, & robore quis dictum putet. Rondeletius ab Heraclea illustri vrbe Ponti (quæ ob id Pontica dicta est) potiùs nomen sumpsisse autumat, quàm ab alia quauis Heraclea. Qui Heracleotici vocantur, inquit Bellonius, crusta quoque firmiore muniuntur, vt Maiæ; & oculos habent paruo distantes interuallo. Sed crura illis breuiora sunt, quàm Maijs. Heracleotici itaque Cancri dorso non sunt aspero, vt Maiæ, nec tam læui quàm Paguri: tamen idem est crustarum color. His tibiæ vtrinq; sunt quaternæ, brachia dua admodum firma, binis articulis genticulata, forcipibus robustis bisulca, hispida, & bene armata. Horum autem pars superior elatis crenis vallata est. Rondeletius cum Vrfo quadrupede comparans robore, sic eum describit. Quemadmodum igitur pedibus prioribus vt manibus vrfsus vtitur, ac in ijs magnam roboris vim sitam habet: ita crustatus hic piscis brachijs cum forciculis breuib; quidem, sed latis, & validis, multum potest. Vtriusque forcicis pars vna alterius extremum recipit ad id excavata, pars exterior cristæ Gallinacei figuram refert. Nostri Migrane, id est malum punicum vulgò vocant, à figura, & colore valdè simili. Præter brachia octo, pedes paruos habet, & tenues, quos corpori applicat, brachia ori, & oculis opponit, veluti per eorum crenas inspecturus, ac conglobatus dormit Vrfsi more. In hac sua descriptione Rondeletius nullam mentionem fecit tuberculorum, quæ in eius icone, & nostra plurima conspiciuntur per dorsum, colore ferè mineacio, quæ non expressit in sua Bellonius: Item cornuum intra oculos exiguo à se inuicem distantium discrimine, & ex plurimis articulis, seu internodijs constantium, neuter eorum meminit.

Huic planè forma similis alter, qui subsequitur vtroque situ depictus, quem si vidisset Rondeletius, Vrfsam veterum potiùs fecisset, quàm præcedentem. Nam & Vrfsi corium planè refert pilorum densitate, quæ vbique est in corpore, & colore. Tum etiam robore prædictum Cancrum Heracleoticum vincit: à quo differt aliter primùm chelis, quæ longiores sunt, & in extremo pars vtraque, quæ forcipem facit, & instar dentium sibi inuicem dum clauduntur contingunt, colore mineaceo: Præterea pedibus breuib; quorum duo posteriores vtrinque breuissimi, antennis, & oculis magis à se inuicem distantibus.



Et quia hirsuti Cancri mentio facta est, nō alienum à ratione fuerit hoc loco addere hirsutorum Cancrorum patuorum tres differentias, quas obseruasse se dicit Rondeletius.

*Hirsuti Cancri Rondeletij.*



Prima est eorum, qui chelas aculeatas habent, & in extremo nigrescentes. Cornicula duo, quæ sequuntur vtrinq; partes, serrata sunt. In testa media cordis humani figura expressa cernitur. Chelis pedibusq; omnibus hirtis sunt.

Huic












Cancer Heracleoticus alter hirsutus pronè, & fupinè.





Huic generi simile aliud est què hirsutum, sed magnitudine differt. minus enim est superiore, & chelarum extrema nigricantia non habet. E


Tertia differentia eorum est, qui secundis ita similes sunt, ut eosdem cum ijs planè esse diceret, desumpta sola magnitudine: nisi ova in utrisque reperisset, quod facit ut credat specie differre: tamen ob magnam cum secundis affinitatem, picturam horum vnam tantum expressit.

Tria hæc genera cum reliquis piscibus eueruntur, & ob exiguitatem negliguntur.


His Cancris hirsutis annumerandus videtur Zoographo ille, quem Lupum marinum vulgo Romæ, alij Somniolo vocant: quòd eius crusta in puluerem redacta, somnum inducat. Alijs Papilla pilosa, vel Castrangiolo dicitur. Videtur non multum abluere à descriptione Maiæ; ut Cornelius Sittardus ab eum scripsit, cui hanc imaginem debet: sed potius Cancro Heracleotico similis est, quàm Maiæ; nec corpus ei adeo hirsutum, ut tribus, aut quatuor prædictis speciebus, & his proximis, quorum uterque corporis forma Maiam referte videntur, si pedes tenuiores essent, & chelæ longiores. Prior anteriorem partem mucronatam habet, sed bifidam: posterior mucronatam, seu acuminatam tantum: ambobus color est castaneus. Genuæ vulgò nominantur Ogie Cancrj; quidam F marini Paguris similes, sed minores. F

Postremò ponitur alius hirsutus pronè, & supinè cinerei, propè, aut potius plumbei coloris.

Cancer hirsutus prior, & posterior Rondeletij.



Cancer hirsutus Zoographi, Somniolo dictus.






Cancer hirsuti species alia, fortè eadem.



Cancer hirsutus minor.





Cancer hirsutus minimus.





Cancer Hirsutus alius pronè, &amp; supinè.



## LOCVS.

Paguri ma  
gni ibi.

lib. 20. c. 9.

lib. 17. c. 1.



**P**VENI VNTVR Paguri quidè in nostris maribus, Adriatico, & Tyreno, sed in Oceano maximi. Ex eo enim Rondelertius se Paguram vidisse testatur, cuius latitudo palmum maiorem superabat, longitudo ad semicubitum accedebat: & Bellonius in Oceano ad pedalem plerumque latitudinem accedere; visumque à se esse in Anglia, qui decem libras penderet. Albertus Magnus tradit Occidentalis maris Cancros adeo grandes esse, ut homines mergant, quænum de hoc nostro Paguro omnium Cancrorum maximo intelligenda sint, dubitare ausim, ut etiam illa, quæ apud Aelianum Alexander in navigatione maris rubricommemorat: vidisse nimirum se genus Cancrorum, quorum testæ circumferentia, vndique pedis mensuram implebat: & chelæ maximæ dependebant: quique tuti erant aduersus omnes insidias, quod facti haberentur Neptuno, nec eis nocere, aut insidiari auderet quisquam. Miras quoque Cancrorum magnitudines in sinu Persico refert Strabo. Iam verò Paguri Nicandro, & Oppiano sunt saxatiles. Cancer Heracleoticus plurimus in litore Sicilia: quanquam & aliquando ad sacellum Adriani pontis Romæ in foro piscatio vulgò vendatur, teste Bellonio. Cornelius Sirtardus Romæ sibi visum, & exsiccatum in ædibus Gisberti medici ad Zoographum depictum misit. Aiebat, inquit, Gisbertus nullum unquam inter piscatores talem postea vidisse.





A  
CAPIENDI RATIO.

AGVROS, teſte Aeliano, muſicæ illecebræ machinatione piſcato- *De animal*  
res capiunt: ij enim in latibula abditi, primùm vt ad inſtrumentum *6. cap. 31.*  
quoddam muſicum (photingion vocant) piſcatores, ſuauiter canere in- *Muſicæ ca-*  
grefſos audiuerunt, ſtatim tanquam amatorio quodam ad exeundum non *piuntur har-*  
modò educuntur è latebra, verum etiam voluptate alleciti, extra mare *monia.*  
egrediuntur: hi quidem retrò ad tibiam canentes, cedunt: illi autem  
ſequentes, in arido compræhenduntur: Paguri facula cauernulis, vel inuiti euocantur,  
Plutarchus alicubi, vt quidam tranſtulit; ſed inſpiciendus eſt codex Græcus, & confi-  
dendus, an facem potiùs, vel muſicum inſtrumentum, quod *φωτιγγιον* Aelianus vocauit,  
intellexerit author.

B  
NATURA. MORES.

RVSTA iſtis rumpitur, & ſeneſcunt, quemadmodum ſerpens, ſic inte- *Cruſtæ mu-*  
gumento ſe ipſi exuunt. Id cum primùm luxari, & à carne abſcedere ſen- *ſant.*  
tiunt, tum huc, & illuc tanquam furis incitati feruntur, pleniorẽ vi-  
ctum inquirentes, vt tumoris acceſſione, & corporis mole inflati, inuolu-  
crum ſuum rumpere poſſiunt, ex quo vbi elapſi ſunt, atq; ſe explicauerunt,  
in ſabulo iacent, mortuorum ſimilitudinem, ſpeciemq; gerentes. De na-  
ſcente autem pelle, etiamnum molli, ac tenera, maximo afficiuntur timore. Deinde poſt-  
quam ex diſſolutione ſe paulatim collegerunt, & quodammodo reuixerunt, primùm ſa-  
nè guſtant ſabulum. Tandiu autem timidi ſunt, & viribus ſuis diffidentes, quoad tegu-  
mento circumueſtiantur: id ſimul vt cœptum fuerit conglutinari, & ſolidẽſcere, continuo  
regmini tanquam armaturæ confidentes, adſunt animis, & omittunt timorem, Hæc Ae- *Lib. 9. de*  
lianus paraphraſticè ex Oppiani hiſ verſibus à Lippio verſis. *animal. 45*

C  
*Cum vires norunt ſe diſrumpentis amictus,  
Affectant epulas, & pascua lata requirunt.  
Vt ſaturo faciles diſrumpant corpore cruſtas,  
Labitur è toto cum ruptum corpore regmen.  
Hi primùm in ſulua nunquam letantur arena,  
Nec paſtum capiunt, nec quicquam mente reuoluunt,  
Expectant moriem vitales ore calores  
Non ſpirant, tenui formidant omnia pelle,  
Quæ nuper creuit tenero ſub tegmine. piſces  
Nequiquam audentes ſicca paſcuntur arena,  
Sunt timidi, donec firmantur regmina membris.  
Ac veluti medicus languentem corpore curat,  
Atque vetat primis epulas guſtare diebus,  
Attenuans calidas morboſo in corpore vires,  
Paulatim præbens epulas, quæ languida membra  
Inſtaurant, donec tanto ſint membra dolore  
Purgata, & vires reſtent in corpore firma.  
Sic cruſtis nuper natis ſua membra Paguri  
Curant, lethiferum cupientes pellere ſatum.*

D  
Muſicæ adeo amantes ſunt Paguri, vt hæc capiantur, vt modò diximus, Non modò in *Muſicam*  
mari, ſed etiam in terram eieciti, vel captiui contra faceſcentes ſibi negotium pugnant: *amant.*  
quod quidem ipſum uſu percepit Gillius. Cum enim Lazarus Bayſius, poſt præclare obi-  
tam antemeridiano tempore legationem, aliquoties ipſum ad litus Adriatici ſinus duce-  
ret, vt piſcium naturas explorarent, cum alia plæraque periclitabantur: tum puerorum lu-  
dicram pugnam cum Paguris fortè in ſicco repentibus ſpectabant, pueros quidem in co-  
rum forcipes feſtucam inſerere, hos verò magno robore animi hominũ multitudinem, *Cum pue-*  
qua circumcludebantur, præclare contemnentem, pertinaciter, quicquid arripuiſſent, re- *ris pugnat.*  
tinere. Neque vel ſæpiſſimè victos tandiu obſiſtendi finem facere, quoad omnibus viribus



In Theriaca.

defecti, tanquam homines pugillatione, & luctatione certantes, strenuè decumbebant. E Scribit Nicander Paguros captos, & mati extractos à piscatoribus, aliquando terræ foramina subire, ibique mortuos in Scorpios mutari.

## PROVERBIA.


Sapientia  
symbolum.



**L**AVDATVR proverbio *Paguris sapientia*, cuius etiam caussa putat Rom. deletius è collo Ephesiæ Dianæ Pagurum olim suspensum fuisse, prudentiæ, & consilij symbolum: Paguro verò sapientia tribuitur, quòd vere cum crustam exuit, aculeis, armisque omnibus spoliatum se sentiens, lateat, & vitibus suis diffidens, nullos aggrediatur, quoad testam nouam, & duriusculam recuperarit. Vtitur & summa prudentia, in excutienda grauiore testa, vt dictum est, vnde Timocles, aut Xenarchus apud Athenarum. *Εἰθ' ἀλιεύς ὦν ἄκρος, σοφίαν ἐν παγούροις μὲν θεοῖς ἐχθροῖσι, καὶ ἰχθυοῖσι ἔσθηκα παντοδαπὰς τέχνας:* idest, Deinceps piscator sumus cum sim, sapientiam in Paguris dijs inimicis, & pisciculis **F** inueni omnifarias artes.

Exer. 245

## EPITHETA.



**E**ADEM ferè Paguris conuenient, quæ Cancris, & è contrà; impudentes vocat Oppianus *ἀναδέα φύλα καλούρων*, item *ἀμφιβίους*, quòd in terra & aquis degere possint. *Ὀπισθοβάμων* Pagurus legitur apud Varrinum: tanquam non sit epitheton, sed antonomasia: addit & alia epitheta ex innominato authore, periphrafin, vt videtur, siue Paguri, siue alterius Cancris: *Ὀπισθοβάμονα, τρίχηλον* (ni potius legendum sit *δίχηλος*, non enim tres chelas, sed duas tantum habet, aut fortè *ἀτραχηλος*) *ὀκτὰ ποῦ, νηκτάν*, nisi potius scribendum sit, *νήκταν*, paroxyton ὦς, quo natatorem significat. Sed video hæc ex epigrama-

Antholog.  
lib. 6. tit. 3.

mate Statilij Flacci transcripta, quòd adscribere non piget.

*Ραιβοσκελῆς δίχηλον, ἀμμοδυόταν  
Ὀμισθοβάμον, ἀτράχηλον, ὀκτὰ ποῦ  
Νηκτάντ' ἐρυμνόωτον, ὄσρα κόχρα  
Τῶ Πανὶ τὸν παγούρον ὀρμίνβόλος  
Ἀγρὰς ἀπαρχὰν ἀντιθῆσι Κώπασος, idest,  
Obliquum pedes, binas chelas habentem, in arena latitantem  
Retrogradum, collo priuum, octipedem,  
Natatorem, duro cortice munitum, testaceum colore,  
Pani Pagurum piscator  
Captura primitias libauit Copasus.*

Scorpij quidam apud Nicandrum similes sunt *ραιβοῖσι παγούροις*, idest vt exponit Scholiastes, *σκάμβοις*, tortuosis, & oblique incedentibus. Ad eodem *πετραῖοι*, hoc est saxatiles cognominantur: & *ὀκριαῖοντες*, hoc est asperi.

## VSVS IN CIBIS.



**V**M coquuntur, parum rufescunt, & parum nigrescunt. Inter lautissimos recepti sunt cibos, sed eorum carnes digestionis durioris à Galeno in libris de alimentorum virtutibus traduntur. Psellus etiam Paguros, & Cancros non facile coqui author est: & ius eorum ventrem mollie Kiranides. Paguri, inquit Simeon Sethi, seu Cancris salsum quendam succum habent, minus tamen quàm cætera malacoderma: Ventrem verò sistunt, cum aquæ incocti succum salsum demiserint. Coquuntur eo, quo Maiæ modo, aliquando etiam sub testu, hac ratione: Eximuat omnia interiora & carnem, implent carne aliorum trium, aut quatuor Pagurorum, addunt piper, Cassiam, saccharum, passulas, olera contusa, itè si volueris, vitellos oui, & caseum tenuiter tritum, dein sub testu coquuntur in butyro, supra testum plus ignis quàm infra ponatur, infertur succo aurantiorum malorum, & pipere aspersis.

Vi coquuntur.

DE



## DE CANCRO EQVITE.

## Cap. XX.

## ÆQVIVOCA. SYNONYMA.



FORMICAE quædam, quas pennatas vocat Plinius, à velocitate, vt & Canceri quos Græcè *ἰσπείς* appellant, equites vocabantur. Genus est quoddam inquit Philoſophus, Cancrorum in litoribus Phœnicia tantæ velocitatis, vt vix quiſquam conſequi poſſit, vnde *ἰσπείς* id eſt Equites appellarunt. Et Plinius in Phœnice Hippocæ vocantur (potius legendum Gippeis, vt apud Ariſtotelem, ex quo tranſcripſit) tantæ velocitatis

*Formica a. quites.*

*Hiſt. 4. c. 2*

*Lib. 6. c. 3.*

vt conſequi non ſit. *Δρόμων* Dromo eſt pa uus Cancer Heſychio, & Varino. Bellonius Cancros Curſores, quos Aelianus *δρομίας*, vocat, eorundem cum Equitibus facit. Et in obſervationibus ſuis ſcribit, hos Cancros ab Ariſtotele Curſores vocari, fallique illos qui Dromones appellent, cum iſcetaceorum generis piſces ſint, Atque Ariſtoteles Equites tantum Cancros, non Curſores memorat. Et Dromon Græce idem eſt quod Latine Curſor, neque etiã quidquam prohibet idem Dromonis nomen, tum cetacei generis piſcibus, tum Cancris Curſoribus attribui. Germanicè Zoographus putat poſſe appellari ein Reuter Oder Reuterkrab. Ferrarię ei aliquando eſt monſtratum ſkeleton Cæcri Equitis, quem vir quidam doctus, qui ipſi oſtendebat, Caualliero, & Caballiero (id eſt Equitem) nominabat, ſed corpore oblongo erat, nec ſine cauda, vnde certum mihi perſuadeo non fuiſſe hunc Cancrum Equitẽ noſtrum, de quo ſermo eſt, ſed Hippocampum marinum, cuius hiſtoriam nuperimẽ in eo quod de Inſectis inſcripſi, volumine, ſum proſecutus.

*Dromo.*

*Bellonij lapſus.*

*Hippocampus marinus.*

GENVS. DIFFERENTIA.  
DESCRIPTIO.

MAGNANDE phalangium non excedunt, inquit Bellonius in Aquatiliũ libro, alibi tamen in Obſervationibus ſuis Cancros Curſores multo maiores eſſe parua Caſtanea ſcribit. Eodem teſte corpus habent coloris ſubalbidi, punctis ſubrubicis conſperſum, & vt Pagurus tornatum: erura autem, vt Maia. Soli obiecti toti pellucidi ſunt, præterquam in ea corporis parte quæ interanea cõtinet. Oculos grano phaſcoli non habet maiores, quibus acutiſſimẽ cernit. Oblongi quidem ſunt, ac vitri modo pellucidi, per mediũ ſului. Tibiæ ſunt illis leuibus villis obſeſſæ, vtrinque quinæ: quarũ duæ anteriores

*Magnitudo.*

*Color.*

*Cauda.*

*Brachia.*

*Oculi.*

Cancer latipes Rondeletij.

brachia ſunt forcipata, quibus cuncta (Cæcri modo) complectuntur: reliquæ graciles, vnguibus rectis & oblongis vallatæ. Gillius à piſcatoribus Maſſilienſibus accepit perrarò ibi piſcari ſolere Cancrorum genus, quorum corpus longè quidem maius ſit quàm Maiarum, ſed multò tamen pedes habeat longiores. cæterum Heracleoticinẽ, an Equites eſſent, diiudicare non potuit, cum ſolum rudem quandam audicionem acceperit. Dromonum fortè generis, inquit Zoographus, erit Cancer latipes à Rondeletio ſic deſcriptus Cancer eſt paruus nucis iuglandis magnitudine, aliquando paulò maiore: chelas habet denticulatas, & articulatas, pedes vtrinque quatuor. Poſtremus, & minimus à quo latipedem hunc Cancrum nuncupauimus, præter aliorum Cancrorum naturam in latitudinem deſinit oſſeam,

*Pedes.*

*Cæcri latipedis deſcriptio.*





Cornua.  
Oua.

Lib. 4. de  
par. cap. 8.

Gaza ver-  
sio corre-  
cta.

Fibri pedes  
quales.

Gritta.

sex articulationibus constat. E fronte extant cornicula quatuor. Testa est læui, parte superiore albescente, anteriore quodammodo nigrescente. Oua habet pallida. Cum maris purgamentis in litus eijcitur, & cum piscibus alijs sagena capitur, neglectusq; in litore relinquitur, vnde magna celeritate regreditur in mare beneficio latitudinis postremorum pedum. De huiusmodi Cancris putat locutum Aristotelem his verbis: *Oi δὲ μικροὶ καρκίνοι οἱ ἀλίσκοι καὶ ἐν τοῖς μικροῖς ἰχθυοῖς, ἔχουσι τοὺς τελευταίους πλατέας πένδας, ἵνα πρὸς τὸ νεῖν αὐτοῖς χρήσιμοι ᾖσι, ὡς περὶ πτερύγια ἢ πλάτας ἔχοντες τοὺς πόδας:* quæ sic Gaza transtulit: Cancelli autem qui perquam exigui in pisciculis reperiuntur, pedes nodissimos latiusculos habent, vt ad nandū vtiles sint, quasi pro pinnulis, aut remis pedes haberentur. Rondeletius sic rectius vertendum censet, Parui Cancris, qui capiuntur inter paruos pisciculos, postremos pedes habent latos, vt ad natandum sint vtiles, vt pinnarum, vel palmularum vice sint illi pedes. Paruus igitur Cancer latitudine quidem sua in aqua fluitat: sed vt celerius impellatur, natura pedes postremos latos fecit, vt ijs utatur perindè ac rana posterioribus suis pedibus, & anates, cæteræq; aues aquis gaudentes suis pedibus latis: item vt fiber suis, cuius priores pedes diuisi sunt ad cibum capescendum ad caueam effodiendam, posteriores cute coniuncti ad corpus in aqua impellendum. De similli ferè hæc scribit Bellonius: Paruum Carcinum, seu Cancellum Græci *μικρὸν καρκίνον* vocarunt, Romæ Grancertum. Nam admodum exiguus inter pisciculos reperitur. Pedes extimos latiusculos habet, quibus ad natandum, seu pinnulis, aut remis utitur. Massilienses Grittam genuina voce vocant. Veneti, ac Ferrarienses Mazinetam. Differt à Cancro marino nouissimis tantum pedibus, quos habet latos, in quibus vagues anterioribus similes esse constat. Pisciculos alios Carcinis aliquo pacto similes, vt idem tradit, Romani rustici frequenter cum Tellinis, & Conchullis (quas Gongilas vocant) diuendunt: qui tamen Carcinis multò maiores (minores fortè sunt, supini albicant, proni subcinericei sunt, punctisq; frequētibus, ac candidis in tergo variantur, ophitæ modo. Nouissimos pedes in extremo latos habet, Cancellorum modo, quorum magnitudo pollice operiri potest; tamen viuaces admodum sunt. Genus istud nunquam grandescit. Quinos habet pedes, crassiores, forcipatos, crenatos, ac robustissimos, in quibus bina numerantur crura. Singulares digiti quaternis constant articulationibus, nisi quis omnes complectatur: tunc enim sex comperiet. Caudæ id quoque; rudimenti in eis est, quod omni Cancrario generi, eodem modo subtrus reflectitur. Hæc Bellonius.

## N A T V R A, M O R E S.

Ambibij  
sunt.

Cur in ter-  
ram egredi  
antur.



AMPHIBIOS esse constat Cancros Equites: quibus hoc natura præter sui generis alios singulari quodam munere tribuit, vt in maximis æstatis ardoribus meridiano tempore agminatim è mari egrediantur, diemque sub sole transigant, aut ad refrigerium, aut potiùs ne à piscibus, qui interdum discurrunt, edantur, quos Bellonius Memphi Hierosolymas proficiscens, fines Aegypti prætergressus, ex Meridiano litore sub vesperam

mare repetere, atq; inde circa meridiem insequentis diei gregatim exilire obseruauit. Tanta autem velocitate ferebantur, vt ne vnum quidem cursu vnquam consequi potuerit, sed hoc etiam illi magis admirandum est visum, lacertam ex ambrosia (sub qua delitescerat) exilientem Cancrum Equitè, quem venaretur cursus velocitate (illo conspiciente) nusquam affecturū esse: adeo volare potiùs quàm currere videbatur Eques.

lib. 7. de animal. 24.

Aelianus Cursores (*δρομίας*) qui sic dicuntur, quòd longe, latèq; vagentur, plerumq; vbi nati sunt circū litora errare, modoque longius proficisci, non aliter quàm peregrinationis studiosi homines, causamque eius erroris statuit cupiditatem in loca saxosa, vel canosa sæpe perueniendi, dum

lib. 1. de pis.

amplius aliquid perquirunt. Idcirco Oppiani hunc versum:

*Εν κενῇ γυνεῖ καὶ καρκίνοι εἰσὶν ἀλῆται*

*In eodem genere Cancris sunt Errones.*

quem subdit poeta postquam dixisset Carabos, & Astacos, degere in petris, ac ibidem alijs Bellonius de Cancris Equitibus interpretatur, quos eisdem cum Aeliani Cursoribus facit. Cancris equites remigio cornuum (*πτερύγων* pinnarum, Aelianus) adiuuant se natando. Dromonem Hesyphij quidam in maris æstuarijs capi scribunt, sagittæque modo per aquæ summum decurrere, indeq; nomen adeptum fuisse, fortè ijdem sint cum ijs Cancris quos Aelianus alicubi vocat *πετηλίας* à volando, sed Gillius apud hunc legi vult *πηλίας*

li. 7. de animal. c. 30.

eorum



**A** eorum mores, ac naturam sagacem, & purdentem ex eo adscribere huic loco convenire puto: Cancrorum, inquit, genus lutarium, colore alijs albius spectatur, hi in luto nascuntur: cum incessit eis timor, humo se excitant ad volatum, & per paruis alis subleuantur, quibus quidem gradientes vti minimè necesse habent. Cum autem in iectus eis est metus, non nihil in his subsidij, non tamen admodum firmi habent, enimvero comprehenduntur, quòd sursum subleuate non queant.

## E P I T H E T A.

**C**ANCRO RVM epitheton *ποδάρημοι* ex Cratete Comico refert Athenæus: Latine à æripedem dixeris, vel poëtica contractione eripedem, à volucri pedum velocitate. Equitibus autem utpote velocissimis Cancrorum, præcæteris conueniet. Nam Cancri proximè commemorati pinnis volare dicuntur, nõ pedibus, nisi dicamus per antiphrasin ita vocari Cancros, quorum motus, vt diximus, admodum tardus est.


**B**V S V S I N C I B I S, E T  
M E D I C I N A.

**N**ON ob corporis exiguitatem Cancri hi Equites esui nõ sũt, sed quia parum obtinent alimenti, vt voluit Philosophus, dum inquit. Ijs nil ferè intus propter inopiam pabuli. Latipes à Rondeletio nominatus in mensis Romani piscatores cum Tellinis, & Conchis vendũt, à nautis alibi crudi comeduntur cum pane: Romæ cocuuntur: quamuis gratiores sint crudi, nisi copia aluum plus æquo cieret. *Πτηνιας*, siue vt Gillius legit, *πηλιας* quidam comedunt, teste Aeliano, & ex coxarum vertebris laborantibus remedio esse ferunt.

*lib. 7. cap.  
30. de ani-  
mal.*

**C** DE CANCRO FLAVO VNDVLATO.  
RONDELETII. Cap. XXI.

Cancer flauus undulatus Rondeletij.





Nominis  
ratio.

Ut capia-  
tur:  
pedes.



CANCER, quem hic exhibuimus, inter anonyms, & ignobiles magnus est, Cancris stagni, vel fluuiatilibus æqualis. Flauum à colore nominauimus, undulatum à lineis, quæ in prona parte sunt sinuosæ undarum modo non aliter quàm cameloto vulgò nuncupato. Capitur circa Antipolim, & Lerinum insulam, nec vsquam similes vidi: caudam extantam depinximus ex tabellis aliquot contextam. Pedes quaternos habet, longos & hirsutos, chelas duas, magnas, etiam hirtas, cornua duo, satis longa, in fronte aculeos, siue appendices duas, in lateribus alias.

## DE CANCRO VARIO, SIVE MARMORATO. IDEM.

### Cap. XXII.


Nominis  
ratio:

Color.



IN faxis Agathensis litoris degit hic Cancer, qui ideò à nobis varius, siue Marmoratus dicitur, quòd testa est læui ac perpolita coloribus varijs conspersa: marmor varium, siue laspidem pulchre referente, siue splendorem testæ, siue læuitatem, siue colorum varietatem spectes: cernuntur enim in ea maculæ virides, cæruleæ, albæ, nigrae, cinereæ, quæ mortuo Cancro maiore ex parte euanescent. Si mortuus in sole exsiccetur, totus fit flauus. Bra-

Cancer varius sine marmoreus Rondeletij.




Locus:

chijs nonnihil ab alijs differt: forfices enim breuiiores habet, & crassiores, tubercula veluti gemmæ in eis eminent, vt in Astaco Cornicula duo è fronte extant, oculi satis à se distant, post oculos hinc, & inde serrata est testa. In saxorum cauernulis degunt, & si quem conspexerint, intro subeunt, itaque pedibus hærent, vt vix auelli possint. Metu vacui super saxa in sole apricantur. Cru- G sta sunt cæteris duriore. Id Cancris genus in Agathensis scopulis tantum vidi.

## DE CANCRIS CHELARVM LONGITVDINE DIFFERENTIB.

### Cap. XXIII.

Cancer Macrochelos Rondeletij.




DIFFERVNT & chelatum longitudine quidam Cancris, quorum idcirco alij μακρόχηλοι, id est longis chelis, alij βραχύχηλοι, hoc est breuius chelis nuncupati sunt. Macrochelorum duas noui species, sunt enim alij tenuibus chelis, alij crassis. Leptochelon depictum, hunc ostendit Zoographus à Iohanne Kentmanno ad se missum, sed sine vlla descriptione. Nos tria alia huiusmodi genera delineata damus à prædicto diuersa, atque omnia rotundiori corpore,



A pore, & pedibus tenuibus, vnde Araneas marinas nuncupauimus, seu Phalangia marina à similitudine terrestrium. Primo igitur loco depictus pronè, & supinè fusco est, & cinereus. *Araneæ marina.*

*Aranei marini, species, pronè, & supinè.*

B



C



Deo colore, parte priore acutus quàm caput est, oculis parum à se inuicem distantibus, cornibusque duobus acutis, quibus differt ab eo, qui secundo ponitur loco: is enim corpore rotundiori est, & hoc rotundior tertius colore cinereo, & fusco, pedibus, & chelis crassioribus à Io. Francisco Cæsinate dono mihi missus. Differt ab his Aranea marina, cuius meminit Arist. in Cancelli descriptione his verbis. πλεὺ δὲ μορφῶν ὡς ἐδρὰ πάλως εἰπεῖν ὁμοίον ἐστὶ ταῖς ἀράχλαις πλεὺ τοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ θώρακος μείζον ἔχει ἔκτεν. forma vt breuiter dicam, similis Araneis est, nisi quòd partem capiti, & pectori subiectam araneo maiorem habeat. quæ Araneæ nostræ optimè quadrant, inquit Rondeletius: parte enim priore Cancellis similis est, capite magis exerto quàm reliqui Cancræ, in acutum desinente: oculis prominentibus, inter quos conicula duo protendunt. Brachia forcipata habet longissima, pedes octo longissimos, pro corporis exigua magnitudine, à quibus araneæ nomen datum putat. Corpore est tenui pellucido, & ob paruitatem reijcitur. Quos subinde à proximis duabus tabulis pronè, & supinè monstramus, Macrocheli sunt


*Brachia.*

*Nominis ratio.*


sunt



Araneus crustaceus parte supina, & prona.



Araneus marinus crustaceus alius.



Aranea marina  
Rondeletij.



sunt crassis brachijs, hirsutis, asperis, vt aculeata videantur, supina vndiq; parte. Prior ea est magnitudiue, qua depingitur: prona parte albus est corpore, & pedibus, chelis verò aliquāto cœruleis; supinā verò ruber. Alter superiori minor colore nigricāte, præsertim pedibus, qui etiam proportione corporis breuiore quam in priori apparet. Brachychelorum tres depinximus species, omnes parte posteriore latiores: duas, quarum pedes chelis proximi crassiores existunt. Prior est Rondeletij, frequens in Lerino insula, nec ferè vsquam alibi ex rubro ni-


gricans, Chelis valde breuibus, ac tenuibus. His pedes duo proximi longissimi pro corporis ratione, crassi, acutissimi, vt videatur natura voluisse, quod chelis detraxerat, pedum horum longitudine pensare: Idem lanugine quadam obducti sunt. Terni qui sequuntur etiam longi sunt, sed tenues, & læues, supina pars aculeos habet. Ab hoc corporis figura noster discrepat Cancer qui sequitur, præterquam quod etiam sit grandior. Corpus enim lagenam crasso ventre refert, si demas caudam. Caput valde est acutum, cui insunt duo oculi prominentes ab utroque latere, & cornua paruo distantia interstitio. pedes priores duo, non tam longi proportione corporis quam in prædicto, nec vndiq; ita crassi, sed tantum primo internodio, quia natura chelas maiores, & crassiores huic dederat, cæteri pedes longi sunt, & tenues, corpus supina parte aculeis horret, coloreq; cœruleo est, pronè albicat. priora pedum crassorum, & chelarum internodia, cœruleo sunt colore, cui non nihil viridis admiscetur non sine maculis, seu punctulis exiguis. forcipes chelarum rubent. Vltimus dimidio minor est quam depingitur, vix enim Araneam grandiore magnitudine excedit, chelis crassis, & longioribus quam in prædicto proportione corporis, reliquis pedibus tenuibus longissimis, quales sunt Araneæ sapientis dictæ. Ore admodum acuto, & oculis à latere vtriusque prominentibus. Corpus vndique asperum, præsertim chelæ, & parte prona non sine tuberculis.

Caput.






Cancer macrochelos albicans,  
pronè, & fupinè.





Vlysis Aldrouandi

Cancro brachichelo congener.





**A** Cancer macrochelos alius pronè.





**B** Cancer macrochelos idem supinè.



**C** Cancer brachyocheleos Rondeletij.




**D** Cancri minutioris, & brachycheli species.





# DE CANCRO CORDIS FIGVRA, RONDELETIVS.

## Cap. XXIII.



**C**ANCER hic corporis trunco cordis figuram omnino, refert. Cornua duo habet è fronte prominentia, brachia duo breui forfice, quate nos pedes. Pelagius est, & paruus, vix vnquam inter litorales inventus, sed panagro ex alto mari cum pelagicis piscibus in litus pertrahitur, neque admodum frequenter, quia ob exiguitatem facile è retium maculis elabitur. In maiorum Afellarum ventriculis eiusmodi Cancros sæpe inuenimus.

# DE CANCRO FLVVIATILI.

## Cap. XXIV.

### SYNONYMA.



**D**E Cancris salzarum aquarum, superioribus capitibus dictum est, nunc de ijs, qui in aquis dulcibus nascuntur, agamus. Cancrum fluuiatilem, & fluuialem Latini, quem Græci *μαρξινον ποτάμιον* vocant: Simeon Serhus, & Galenus in Euporisticis, Pagurum fluuiatilem. Itali Granchio, & Granzo communi nomine cum marino. Sarthan, vel Sarathan uheri, Arabicè ab Auicenna; ab Elluchafem Urbien. Germanicè dici potest ein Krabern. Seuffuasserkrab. ad differentiam Cancris marini, quem Angli, & Belgæ simpliciter vocat Crabbe.

## DESCRIP T IO.

*A marino  
quid differat.  
Exer. 245*




**D**E O inter se similes sunt Cancris marini, & fluuiatiles, ut vix à peritissimo piscatore, cum inuicem miscentur, discerni possint, multiq; statuunt locis tantum differre. Casar Scaliger rotundior esse fluuiatilem credidit. Vterq; inquit Bellonius, crassitudinem oui gallinacei raro excedit: Fluuiatiles duriore testa, rotundiorique, & crassiore conteguntur, viuioresq; ac deliciares sunt quam marini. Præterea tibijs asperioribus, & brachijs fortioribus, ac rugosioribus præditi sunt: Vtrique forcipes sunt multum crenati: sed marino frons non vsquequaque rotundatur. Marinus præterea liuidum loti corticis colorem refert, fluuiatilis ex ruffo nigricat. Marino vngues extremam tibiaram articulationem faciunt. Fluuiatiles multas crenas in gyrum circa vngues habent. Proinde etiam marini leues sunt, & longiores tibijs habent. Sed Rondeletius, quædam quæ de corporis figura fluuiatili Cancro adscripsit Bellonius, attribuit marino, aut calami, aut menoriae lapsu. Cum enim Synonyma Cancris fluuiatilis recitasset, hæc subdit: Est corporis quidem specie marinis similis, verum testa tenuiore, leuioreque, corpore minus rotundo brachijs primis crassioribus, & longioribus: pro corporis magnitudine, similiter & pedes habet.





## Cancer fluuiatilis Matthioli.



## L O C V S.



**C**N Gallia vt aiunt nulli conspiciuntur, nec in Germania, & quo magis ad septentrionem vergas, vnde Astacos fluuiatiles pro Cancris vsurpant. Mihi tamen in frigidis locis degere, ideo persuadeo, quòd Castorè se Cancris explere tradat Dioscorides, quod sanè animal, & fluuiatile, & terrestre est, nec non frigidorum tantummodo locorum incola. Reperiuntur frequenter in Græcia, Creta, Sicilia, & Etruria, alijsque Italiæ partibus,

nec non & Nilo, vt ex plurium recentiorum, & veterum testimonijs comprobabo. Cancros fluuiatiles, inquit Bellonius, in Creta plurimos vidimus, circa Colocasias, & in Arho Mædoniæ monte: atque adeo in Cilitiæ riuulis, qui non longè ab Issò defluunt: & ali-  
*Obscr. 1. c.*  
 bi sub noctis crepusculum ad quendam riuum (montis Arho) peruenimus Cancris no-  
*46.*  
 stris Gammaris dissimilibus adeo abundantem, vt mille temporis momento capi potuis-  
 sent: & paulò post: Cùm autem eos Cancros à nostris Cammaris diuersos esse obserua-  
 remus, eos è mari perreptasse arbitrabamur: at obuertentes nos, & regionem ad mare de-  
 scendentem contemplantes, locum adeo sublimem, & aditu difficilem animaduertimus:  
 vt nullo modo perreptare eò potuisse iudicarem: deinde cùm exactiùs illos obserua-  
 semus, inter eos, & marinos magnam dissimilitudinem deprehendimus, & istic expres-  
 e

**D**annotauimus Cancros esse fluuiatiles à Cammaris diuersos. Habitat etiam in Nilo, vt  
*De anim.*  
 his verbis testatur Aelianus: Cùm autem Nilus in agros reddūdat, tùm quidem circiter  
*5. cap. 52.*  
 triginta ante diebus longiùs ab eo in loca eminentiora Aspides vnà cum foetibus demig-  
 rant: quod munus à natura acceperūt tantū vt fluminis, tamq; operosi quotannis acces-  
 sum, ac recessum, non modò non ignorent, sed ab eis etiam damno cauere sciant. Hoc idē  
 facere norunt Testudines, Cancris, & Crocodili: Hactenus Aelianus. Latent præsertim,  
 in luto riuulorum.





# VICTVS. CAPIENDI RATIO.

**P**ISCIVM ac Testaceorum carnibus vescuntur, & vt cæteri Cancræ sarcophagi sunt: Cùm inuicem tangunt, pedes sibi arrondunt, & vorant, quod verum esse Rondeletius expertus est. Cùm enim ducētos Romæ emisset, domique in aquam vt sese reficerēt coniecisset, ita inter sese confliccati sunt, vt plures quinquaginta mutilatos reperiret, eo tandem deuentum est, vt omnibus necatis, vnus tantum superstes fuerit. Romæ lagonibus effossa scrobe, vel etiam tribula capiuntur.

## NATURA.

li. 16. c. 38.  
de animal.



**A**D paludem, inquit Aelianus, quæ inxta Ephesiam metropolim existit aiunt cauernam esse serpentium plenam maximorum: quæ vt magnum acerbioris virus habent in mordendo, ita, tametsi ex cauerna prodeuntes vsq; ad proximam paludem serpunt, tamen natando traicere conantes, vt in oppositâ ripam exeant, Cancrorum, qui eas extensis forcipibus comprehensas interficiunt, metu deterrentur: itaq; conquiescunt, atque à transmittendo se sustinent, Cancrorum custodias formidantes, & pænarum metum exhorrescentes: ac nisi mirabili naturæ dono paludis ripas Cancræ incolerent, & tuta illic omnia præstarent, dudum pestiferis serpentium moribus incolæ perijissent. Hæc Aelianus, quæ hoc loco mihi recitanda videbantur, quia hi Cancræ in paludibus aquarum dulcium degunt.

## MORALIA.

Parasiti Cæ-  
cris corre-  
cti.



**N**XIGIT à nobis Cancræ ambiguum quidem, informeque animal, & cui consueuerint capto pueri libenter illudere: sed humano generi non penitus inutile, pro ope quam contra venenata homini liberaliter affert: multorum contra se maledicta, & contumelias deleri: quibus iniuste damnari, & immeritò explodi à pictoribus, & poëtis se sentit, qui non habentes quam parasitis, & adulatoribus aptiorem, & concinniorē in natura imaginem redderent, fluuiatilibus Cancræ eos comparauerunt: feliciter ideo comparatione illa vti sibi persuadentes, & ab alijs crediti, quid tota eius animalis figura, & species huic hominum generi, eorumque studijs ad vnguem congruere videretur: responderetq; glomer, & globus ille corporis: nec nisi venter tota in eo moles gulæ, cœnarumq; studio, & peritis vndiq; à parasitis multa scurrilitate lautioribus epulis. Numerosa autem illarum pro pedibus series celeritati, totaq; vrbe vagis eorum discursibus, quibus ad hilariorē sicubi ea illuxisse videatur, fortunam, quotidie properant. Denticulati itidem forcices, quibus in ascensu, & periculo vitur, & hæret id animal moribus, maledictis, clandestinisq; susurris, & delationibus, quibus apud principes alios exagitantē, pro re, saluteq; eius curam, laboremque suum probare, & gratiam inire nituntur. Postremoq; in summo dorso, veluti in altissima specula positi, exerti nunquam somno conuiuentes, & ad omnia vigiles oculi, ingenio, sagaciq; coniecturæ, qua consilia, vota, amores, iras, odiaq; eorum quibus blandiuntur, intellexisse volunt: vt inguinum modo corruptis, & in pusillam tumentibus affectibus illis adsint. Quàm iniuste autem, imprudenterq; & contumeliosè id egerint, naturam intelligentibus cognouisse facile est: quæ ambiguo, & in humido, siccoq; elemento pariter agentia animalia, ventris inanem plærumq; globum illum ideo dediti vt quemadmodum solent pueri alligato ex humeris subere, rotundiorē, & ampliore cucurbita, securam in piscinis primam auspiciari natationem: sic posset & Cancræ glomeris illius ope in summa aqua sine periculo fluitare. Multas verò illas, & longiores chelas, vt per terram ingredienti aliorum animalium modo in maiore profluentis aquæ vrgente impetu, qualis per autumnum, & ver largior, & inexpectata sæpe descendit, apprehensis stirpibus



A ſtirpibus ſupra aquam, uſque dum ea deſuat, incolumis penderet. Mobiles poſtremo in omnes partes, & in excelſo conſtitutos oculos, nec minus a tergo quam a fronte omnia videntes, ut infirmum, tardumque animal, occurrentes vndiq; noxas ex longinquo præcognoscere, & cauere: offerentiaq; ſe vitæ, & ſalutis ſuæ commoda certius aſſequi valeret. Quam oculorum ſortem in homine deſiderantes antiquiores aliqui, negatam nobis tam felicem naturam, & videndi poteſtatem; ſigmentis ſaltem oſtendere, conati ſunt, hinc pitem Ianum, & toto corpore oculatum Inachiaæ bovis: cuſtodem ſingentes, ut quales à natura factos eſſe nos oporteret, imaginibus illis ſaltem intelligeremus: nulla earum neceſſitate, ſi quæ in Cancros ſunt, ſagacis naturæ, non adulationis, & paraſiticæ notas diligentius contempleretur. Hæc omnia Marcellus Virgilius.

EMBLEMATATA.

B



**B**X superiori itaque ſenſu tractum eſt illud emblema Alciati in Paraſitico: *Quos tibi donamus fluuiates accipe Cancros, Manera conueniunt moribus iſta tuis. His oculi vigilæ, & forſice plurimus ordo Chelarum armatus, maximaq; alius a deſt. Sic tibi propenſus ſtat pingui abdomine venter, Peniceſq; pedes, ſpiculaq; apta pedi, Cùm vagus in trinis, & menſa ſedibus erras, Inq; alios mordax, ſcommata falſa iacis.*

VSVS IN CIBO.

C



**C**OMAE in foro piſcario, cùm carni interdicitur, filo appenſi, ac traiectione forcipibus alter alterius brachia, aut chelas lædat, proſtâr. Edules autem ſunt omni quidem tempore, ſed æſtate meliores, & poſteaquã molidum corticem exuerint, tunc magnatum menſis apponi ſolent. A quibusdam lacte ſuffocantur, quò dulciores, & meliores ſiant, cùm friguntur. Crudi etiam edi in Græcia ſolent: Cùm tranſiremus, inquit Bellonius,

per montem Athon, inuenimus trium quendam Cancris ad eò abundantem, ut vel mille ſtatim capi potuiſſent. Erant autem Aſtaciſ fluuiatilibus diſſimiles, eos ab itineris duce perſuaſus, cùm crudos ederem: nihil vnquam ſuauius, aut delicatius guſtaſſe mihi viſus ſum, ſiue illi verè eiufmodi ſint, ſiue eſuries, aut nouitas cibi in cauſa fuerint, hæc ille. Satis nutriunt, & corpora humectant: Quare marinis efficacius feruidos, aduſtoſque humores præfrigerare, ac diluere queunt. Vnde quidam ſic iudicarunt valetudine aliqua affectis ſalubriores eſſe fluuiatiles, maritimos verò ſanis magis conuenire, propterea quòd ſalſedinis aliquis ipſis inſit, quæ palato gratificantur, & appetentiam excitant. Et Auicenna in febribus hecicis cum aqua hordei valde probat fluuiatiles, quòd nihil falſi habeant, humidioresq; ſint marinis. Idem alibi, Cancer fluuiatilis, inquit, difficilis concoctu, plurimum alit. Emendat ipſum decoctio, cùm meſ (genus eſt quoddam leguminis, fabis, vel piſis natura cognatum) marinus quidem ſubtilior eſt. Qui leporem marinum hauſerunt, cùm piſces alios omnes auerſentur, ſolos fluuiatiles Cancros libenter edunt, Dioſcorides.





## V S V S I N M E D I C I N A .

*lib. 2. c. 10.**Contra ve-  
nena.**lib. 32. c. 5**lib. 2. c. 10.**li. 32. c. 5.**Modus v-  
rendi.**Tract. 3.**Ad morsū  
aranearū  
citrinarū.**lib. 2. tract.**2. cap. 150**lib. 1. c. 5.**Ad Canis  
rabidi mor-  
sus.**Cineris cā-  
rorū vsus  
& vis.*

ANCRI marini omnia possunt, quæ fluuiatiles, teste Dioscoride. At Plinius, cum remedia quædam ex fluuiatilibus descripsisset: Minus, inquit, in omnibus his marini profunt, vt Trasylus author est. Coctos, aut assatos comedi contra venena quælibet Aetius iubet. Cancrum fluuiatilem admiscet Nicander antidoto aduersus omnia mala remedia. Et Plinius: Cancri, inquit, fluuiatiles triti, potiq; ex aqua recentes, seu cinere assera- to, contra venena omnia profunt, priuatim contra Scorpionum ictus cum lacte asinino, vel si non sit, caprino, vel quocunque. Addi & vinum oportet. Aetius ad omnium reptilium ictus, crudos contritos commendat, si lacte potentur. Et Dioscorides, si ita bibantur ex lacte asinino auxiliari contra serpentium, phalangiorumq; morsus, & scorpionum ictus scribit. Nil etiam æquè aduersari serpentibus quàm Cencros, suesque percussas hoc pabulo sibi mederi, cum sol sit in Cancro, torqueri serpentes Trasylus author est apud Plinium. Necant Scorpiones triti, & cum ocymo admoti, ex Dioscoride. Sed mirum quod dicunt Magi teste Plinio: Decem Cancris, cum Ocymi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt Scorpiones ad eum locum coituros, & cum Ocymo ipsos, cinerem eorum percussis imponi. Modum quo vri debeant, scripsit Bulchasis. Ad viperæ morsum bibuntur è vino per se, vel cum staphide agria, sale, & polio, vt testatur Aegineta, sed Aetius dat cum lacte tritos, & plagæ etiam adhibet. Aliud eiusdem remedium: Cancrorum fl. (viginti, Aegineta) carnes terito (cum farina triticea, Aegineta) & adiecta iride (Aegineta non habet iridē) & calaminthe, rursus sufficienter terito: idemq; rursus modico adiecto sale facito, & pastillos informato, quibus in umbra exsiccatis vitior: in potu quidem ex aqua mulla, aut vino: in cataplasmate verò cum lacte dissoluito. Hoc remedium Archigeni authori adscribit. Succus expressus cum lacte (aliàs aqua aut lacte) assumpto apij semine, à phalangis morsos confestim liberare proditur apud Dioscoridem. Razes si bibantur cum lacte asinæ contra morsum aranearum citrinarum pessimarum (idest Phalangiorum) & Scorpionum auxiliari affirmat. Auicenna verò emplastri modo impositos, aut in cibo sumptos. Decocti, & cum iure esitati, ijs profunt, qui leporem marinum hauserunt, teste Dioscoride, & Aetio, qui & rursus ait: Crudi, & è lacte triti dantur contra venenatos ictus, præcipuè Scorpiones; sic & desperatum è potu lepore marino confestim sanabis. Notandum verò, eorum tantum carnem teri cum lacte. Idcirco Plinius, atq; alij, quos supra nominauimus, contra venenatorum omnium morsus celebrat, priuatim contra scytalem, & angues: & contra leporem marinum, ac ranam rubetam. Mira etiam prædicatur huic Cancris inesse vis ad canis rabidi morsus. Dioscorides cinerem, qui duo cochlearia expleat, adiecto dimidio radicis gentianæ modo (*σὺ γυντιανός, πίζης κοχλια-  
ρίων*, id est cum gentianæ radicis cocleario vno; sic legitur in manuscripto codice) magno opere huic malo prodesse scribit. aliqui thuris partē adijciunt vnam, gentianæ quinq; Cancrorum decem: de eorundem cinere hæc Plinius: Seruatus prodest pauore potus periclitantibus ex canis rabiosi morsibus. Quidam adijciunt Gentianam, & dant in vino. Nam si iam pavor occupauerit, pastillos vino deuorandos ita præcipiunt. Auicenna quoq; cinerem eorum cum melle prodesse aduersus canis rabidi morsus potum, ait: sed fortè pro potum legendum est illitum. Hali cinerem aspersum aceto laudat. Cæterum Aeschri- on empiricus ille medicamentorū peritissimus senex conciuus, & præceptor Galeni, viuos in patella æris rubri, tædiu vrebatur, donec facile in leuorem redigi possent; luna decima octa- ua, post canis sideris exortum, cum sol leonem ingressus esset. Huius puluerem tenuissi- mum cochlearij vnius mensura ex aquæ cyatho propinabat, cum recentior esset morsus, aut augebatur quantitas, si inueterauerat. Huic remedio tantam vim inesse scribit Ga- lenus, vt dicat nullos perijisse, quibus in tempore hoc datum esset. Plura de remedio con- tra canis rabidi morsus dicemus in volumine de quadrupedibus, vbi de cane agitur. Dia- carcinion ex Iacobi Magni libello, furentibus, hydrophobis, lycanthropis utilis anti- dotus recipit: Cineris Cancrorum fluuiatiliū drachmas quinq; gentianæ vnciam se- mis, rosmarini drachmam vnam, spodij duas, lapidis lazuli scrupulos duos. Tere, misce, fiat puluis bibendus manè, & serò. Aetius inter podagricas antidotos, hanc etiam, quæ ex Cancris est, describit: Ex Cancris, inquit, pharmacum etiam mollibus corporibus conducit: quod hoc modo componitur: Cancrorū magnorum viuorum vsorum in creo-  
vale



**A** vase trientem, gentianæ incorruptæ quincuncem, thuris integri, & indiuidui albi vnciam vnam. Datur inde cochleariū vnum. Ad Cancrorū verò exustionem ligna vitis exiguntur. Et si tum describam porro & aliud pharmacum, corporibus recrementis abundantibus, & mollibus conducens. Est autem id quod à rabido cane morsus datur cuius, cuius compositionem in sermone de canis rabidi morfu tradidimus. Adieci autem ego, inquit Philagrius, ad huius pharmaci apparatus etiam petroselini drachmas octo, vt plurimum verò decem, quod vrinæ ciendæ vim acquirat, & multos sanè arthricos iuuat, præsertim quibus tenerum, & albū corpus fuit, mediocris mystri mensura ex eo data, aliquando ex aqua sola, aliquando ex aqua mulsa. Quin & melle despumato sepe ipsum excepi, quo validum, & citra transpirationem adseruarem, deinde verò veluti prædictum est, bibendum exhibui; Huc vsque Aetius. Cæterum Pelops Galeni præceptor (quod non oscitanter prætereundum est) causam tradens, cur Cancris fluuiatiles canis rabidi moribus auxilium adferant: Non abs re, inquit, Cancris, cum animal sit aquaticum, prodest à cane rabido morsus, quibus videlicet metus est ne corripiantur affectu siccissimo, nempe rabie; quamobrem sanè etiam aquam metuunt. Ac fluuiatiles, non marinos Cancros conuenire dicitabat, scilicet, quòd animalia marina ob admistionem salis natura siccissimi haud æquè exactam tuerentur eam, quæ est aduersus rabiem, contrarietatem. At cum quidam subiecisset, cur non omnia, quæ in potabili aqua degunt animalia, perinde vt Cancris iuuare assolēt: quia, inquit, similem Cancris præparationem non admittunt. Nam horum vstorum cinis exsiccatorius cum sit, canum mordentium venenum absumere, simulq; digerere professus est. Hæc igitur Pelops dicebat ambitione magna iactans, omnium se talia nouisse causas. At ego, inquit Galenus, nisi planè me scire quippiam prius persuasum habeam, alijs persuadere non tento. Itaque nec Pelopis rationem, vt veram accepi, vt qui crebras habeat contradictiones: verum Cancros opinor ex proprietate totius substantiæ prodesse. Nunc vt ad rem redeam. Teste Plinio, triti in oleo, & aqua perunctis ante accessiones in febribus profuant: Aliqui piper addunt. Alij decoctos ad quartas è balneo egressis bibere suadent in quartanis. Simeon Sethus Paguros fluuiatiles, pulmonibus vlceratis mederi, sed vesicæ nocere scribit. Auicenna extenuatis valde conferre dicit, hoc est hæcticis, & lenta fibre laborantibus: hos enim humidū leue, ac modicè refrigerans alimentum suggerere affirmant. Qua etiam de causa a Dioscoride, & Plinio decocti, & cū iure esicati phthilicis prodesse traduntur. Itē & sputo sanguinis, vt Elluchasem addit. Aetius etiā in lacte conterit. Sed & rupta, & cōuulsa in asinino lacte triti maximè sanant, vt ait Plinius. Tritiq; singuli in heminā aquæ anginis medentur gargarizati: aut è vino aut calida aqua poti. Et rursus: Triti, inquit, & ex aqua porialuū sistunt, vrinam cient, in vino aluū, (obscurus est hic locus, Brasauolus verbum cient repetit: tanquam in vino aluum cient, ex aqua sistant) Ademptis brachijs calculos pellunt tribus obolis cum myrrha triti, singulis eorum drachmis, decoctio tamen eorum ventrem soluit secundum Rasem, quod Brasauolus repetit his verbis: Si Cancris cocti exsiccētur, & in puluerem redigantur, sumanturq; ex vino, vel aqua ad duas drachmas: imò si quis copiosè Cancros edat, ventrem subducunt. Succum eorum cum melle hydropticis mederi Plinius auctor est. Et ex Archigine apud Galenum ad hydropicos optimè facit & hoc: Cancris fluuiatilis sicci triti, pedibus, ac eminentijs omnibus amputatis, drachmam vnam, asari drachmā vnam. Misceto, aqua ex ipso flumine, vnde Cancris extracti sunt accepta, & propinato, aliquando verò pro asaro opobalsami par pondus additur. Aquam educens hydropticorum per vniuersum curationis tempus pota aqua, ex Nicolao Myrpsso, Cancrorum fluuiatilium aridorum sine manibus, & pedibus, ademptis testis, libram vnam; asari libram vnam. Trita, & cōmista ex aqua pluuiali (fluuiali) vnde desumpti sunt Cancris, dato bibenda. Interdum pro asaro seruat. Videtur hæc aliquid mutilum, & ex præcedentibus Archiginis verbis restitui posse. Galenus in euporisticis ad vrinæ difficultatem Pagurum fluuiatilem conterit, & paniculo expressum exhibet. Triti, & in vino poti, testate Plinio, profluua sistunt, vbi Brasauolus malè id de alui profluuo accepit, & non de mensum, & vteri fluxu, cui tamen Hippocrates præscripsit in his verbis: Si fluxus vteri oboriatur, Cancros fluuiatiles in vino suffocato: & quæ siccant suffito, & apponito. Et rursus: Si fluxus vteri fiat, Cancros fluuiatiles in vino suffocato, & de tali vino cum aqua bibendum dato. Item rursus, si mortuus inquit, foetus in vtero sit, Cancros fluuiatiles quinque, & rumicis, ac rutæ radicem, & fuliginem de furno omnia simul trita, & eum aqua mulsa vnita, sub dio per noctem exponat, & ieiuna ter bibat. Salutare etiam remedium morbis extrinsecis. Triti, & cataplasmatibus more impositi extrahunt tela, id est palos, & aini das corpori inhaerentia, testibus Plinio, & Galeno ad Pisonem. Viuus tritus, & impositus extrahit

*Cur canis rabidi mor sus cures.*

*Li. 32. c. 10. Ad febres.*

*Ad anginā*

*Ad Hydro pem.*

*Ad vring difficultatem.*

*Li. 32. c. 10.*

*Lib. de nat. mul.*

*Lib. 2. de mor. mul.*

*De mor.*

*mul. 1. lib.*

*Ad sagittas*

*extrahendas.*



*Tract. 2.  
li. 2. c. 150.  
Ad strum.  
Lib. 2. de  
antidot.*

*Oculorum  
vis.*

*Ad aurium  
ulcera.*

*Ad angina*

*Trichia  
qui morb<sup>3</sup>,  
Lib. 7. c. 11  
In quæst.  
nat. et gyl-  
lo.*


*Porci ut do-  
lorem ca-  
pitis curēt.  
De var. 1.  
cap. 9.  
Ad capitis  
dolorem in  
equo.*

*Ne segetes  
ledantur.  
Ne sic fru-  
ctum abij-  
ciat.  
Vt Scorpio-  
nes fugen-  
tur.*

*Ordinis ra-  
tio.*

trahit cuspides sagittarum (res acutas; & spinas Auicennæ) infixas carni; Rasis: qui etiam E  
similiter applicat, vt apostemata dura dissipet. Contritus, vel combustus (vt cum Plinio  
dicam) cum melle strumis medetur. Rasis id de pede tantum habet: Pes (inquit) Cancris  
in carta conuersationis à collo eius qui habet, scrophulas curat quoadiu durat super ipsū.  
Pro epithemate sumuntur ad Scorpionum ictus cum cachry, pedicularia, & ruta pari mo-  
do apud Galenum. Triti in oleo; & aqua perunctis ante accessiones in febribus profunt;  
aliqui, & piper addunt. Magi oculis eorum ante solis ortum adalligatis agro, ita vt cæcos  
dimittant in aquam, tertianas abigi promittunt, eosdemq; oculos cum carnibus luscinae  
in pelle ceruina alligatos, præstare vigiliam somno fugato tradunt, apud Plinium. Oculus  
Cancris, inquit Rasis, appetus oculorum dolorem mitigat: in pueris dentium exitum ac-  
celerat, & prohibet tertianam. Ulcera in auribus aut vlla corporis parte Cancrorum flu-  
uiatiliū succus cum farina hordeacea sanat. Ad reliquos morbos triti, & oleo perunctis  
profant, vt Plinius ait. Et rasis: Succus eorum cum farina hordeacea aurium vulneris-  
bus efficacissimè prodest. Illitio (stomatia ad anginam, vel alia oris vitia) seu gargarismus  
ex Cancris fluuiatilibus: Cancros fluuiatiles contritos in aquæ cotyla vnâ cōctos, & per-  
colatos præbe gargarizandos. Siquidem crassa multa ducit, & lauat statim hoc medica-  
mentum; Nicolaus Myrepsus ex Galeno, sed apud quem id hodie non legitur. Cancros  
fluuiatiles viuos contusos in modum emplastris inflatis mulierum mammis imponit idem  
Myrepsus: fortè inflammatis legendum; nam & eosdem ad profundas mammarum duri-  
ties cum ouo applicat Aetius, sicque etiam lac restinguit. Est morbus in mammis mulie-  
rum, qui τριχία ab Aristotele dicitur, sic pilo casu haulto in poculo; hunc è mamma extra-  
hant Cancris fluuiatiles illiti teste Plinio. Ex quadrupedum genere quædam etiam ad suos  
morbos hinc petunt auxilia. Scribit Plutarchus porcos cum capitis dolore laborant ad  
fluum descendere Cancro um capiendorum gratia: horum que esu capitis dolori mederi.  
Sues, inquit Didymus, non ægorabunt, si nouem Cancros fluuiatiles eis comedendos  
portexerit. De iisdem hæc Aelianus: Sues a gressibus non omnino sunt medicinæ, & curatio-  
nis imperiti. Ita que cum per imprudentiam hyoscyamum comederunt, statim attrahunt  
posteriora, resolutione, & paralyti affecta. Deinde licet contracti, tamen ad aquas perue-  
niant, & ibi collectos Cancros epulantur promptissimè, qui morbi remediū ijs præstant, &  
pristinam valetudinem restitunt; Hæc ille. Pelagonius Hippiastrus ad capitis in equo do-  
lorem hæc potione utitur: Cancros fluuiatiles septem tritos cum lactis capriini sextario, &  
olei cyatho permiscet, tum purè colatam potionem per os infundit. Ceruus quoque à ser-  
pentibus morsus Cancros fluuiatiles quærit, vt canit Oppianus.

## V S V S I N V A R I I S.



ANCROS fluuiatiles saltem duodecim fictili nōuo cum aqua ingerunt,  
& addito operculo sub dio collocant, vt ad dies octo, vel decem insolen-  
tur, hac aqua segetibus, aut arboribus inaspera dicebat Democritus neq;  
arbores, neque segetes, neque quidquam aliud à quoquam lædi, minimè  
verò à bestijs maioribus. Ficus ægra ne fructum projiciat, à Palladio cu-  
ratur Cancro fluuiatili cum rutæ ramo suspenso. Iisdem quoq; Scorpio-  
nes omnes è domo expugnabis. Nam tradunt aliqui apud Plinium manipulo ocymi cum  
Câcris decē marinis, aut fluuiatilibus trito, cōuenire ad id Scorpiones à proximo omnes.

## DE CRVSTACEIS IN CONCHIS DEGENTIBVS,

Et Primùm

## DE CANCRIS PARVIS. Cap. XXV.

SUNT & alia Crustata, vt Cancelli, Cancris parui, & Squillule, item Scyllari; non quidē  
figura corporis vsq; adeo à prædictis diuersa: cum singula sub quatuor generibus præ-  
dictis constitui possint, sed loco, in quo degunt, modoq; viuendi: degunt enim ac veluti ho-  
spitantur in alienis Conchis, vt Mitulis, Pinnis, Pectinibus, Ostreis, ac varij generis turbi-  
natis. Quamobrem separatim hic de ijs agere placuit, à Cancro paruo exordio sumpto.

SYNO.



## SYNONYMA.



**K**ρκίνος μικρός Græcè, Latine Cancer parvus dicitur, & priuatim qui Pinnis innascitur, πιννοφύλαξ dicitur, quasi ὁ τῆς πίννης φύλαξ, vt tradunt Suidas, Hesychius, & Varinus. Πιννοθήρης Chrylippo, vt Athenæus citat, ἀπὸ τοῦ τηρεῖν ἢ φυλάττειν τὴν πίννην. Massarius, & Rondeletius pinnother scribunt in tertia declinatione aspirato, nescio quā ob causā, ex Plinio, vt apparet, qui ita habet, Nunquam nascitur Pinna sine comite, quem Pinnoterem vocant, alij Pinnophylacem, is est Squilla parua, alibi Cancer dapis affectator. Apud Aristotelem legimus οἱ κάλοι ἔθροι πιννοθήρας, quod si mendosum non est, rectus singularis ὁ πιννοθήρας, ἢ γοιω καρκίνος ὁ ἐν τῇ πίννῃ θηρῶν, hoc est in Pinna venari solitus Cancer. Pinnophylacem Aristoteles, vt putat Vuottonus, Scyllaron, & Scillarion vocauit, & κερίδιον, & Theodorus pro utroq; Squillam parua reddidit, Plinium secutus. Sed Rondeletius hæc nomine diligentius distinxit, vti mox referemus. Germanicè Cancer paruus vocari poterit, teste Zoographo, ein Kleiner Meerkrab: Cancellus verò, de quo mox dicetur, voce diminutiua ein Meerkrable: vt eadem sit horum nominum ratio, ac differentia in sermone Germanico, quæ Græcis inter καρκίνον μικρὸν, & inter καρκίνιον.

Pinnophylax.

Pinnoteres

Scylla

**B**letius hæc nomine diligentius distinxit, vti mox referemus. Germanicè Cancer paruus vocari poterit, teste Zoographo, ein Kleiner Meerkrab: Cancellus verò, de quo mox dicetur, voce diminutiua ein Meerkrable: vt eadem sit horum nominum ratio, ac differentia in sermone Germanico, quæ Græcis inter καρκίνον μικρὸν, & inter καρκίνιον.


## DESCRPTIO.

Cancer paruus in pinnis viuens Rondetij.



**C**ANCRI parui, inquit Rondeletius, qui in ostreis reperiuntur minores sunt, parua scilicet fabæ magnitudine, toto corpore candidi præterquam in pronæ crustæ medio, quod rubescit, Qui in Pinnis reperiuntur maiores sunt, & magis rubri, quàm albi sunt, alioqui chelis, pedibus, toto denique corpore, tum inter se, tum alijs Cancris similes sunt: à Cancellis autem differunt, quòd parui Cancris viuentium

Vt à cancellis differat



pinnarum, & Ostrearum hospites sunt: Cancelli inanes duntaxat testas, & turbinatas subeunt, suntque longo corpore Locustis, non Cancris simili. Cancris, inquit Aristoteles, colere albedo corpore admodum parui, in nonnullis testa operti generis nascuntur, & plurimi quidem in Mitulis foliatis (ἐν τοῖς μυσί τοῖς πνελάδεσι) mox in pinnis, quas Pinnotheras vocant. Quinetiam in Pectunculis, atq; Ostreis, verum illi nullum conspicuum capiunt incrementum.

Hist. 5. c.

15.

## GENERATIO.

D



**D**VOMODO autem generentur planè controuersum est inter auctores. Piscatores, teste Philosopho loco citato, Cancros eiusmodi nasci confirmant, vnà cum illis quorum testæ inhabitant: Et Athenæus etiam de Cancris, & Pinnis loquens: φασὶ δὲ τινὲς καὶ συγενᾶσθαι αὐτὰ αὐτοῖς, καὶ ὡς ἂν ἐξ ἑνὸς σπέρματος γίνεσθαι: aiunt quidam Pinnas, & Cancros paruos simul generari, & tanquam ex eodem semine fieri. Et alio in loco, qui emendatius quàm in vulgatis codicibus, hoc modo legitur apud Rondeletium: Ὅσα δ' ἐν πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολοῦσι, κἀνταῦτα ἐνοῦσαι τῶν μαργαρίτιν γενῶσι, ζῶσι δὲ καὶ τρέφονται διὰ τοῦ προσπεφυκὸτος τῇ σαρκὶ μέροτος, τοῦτου δὲ συμέφυκε τὸ τοῦ κέγχου σῶματι χηλας ἔχον, καὶ νομῶν ἐσφέρον ὁ δὲ ἐστίν ἐοικὸς καρκίνου μικροῦ, καλούμερον πιννοφύλαξ: Pinnæ, quæ petris, aut saxorum cauernis ad hæserint, radices agunt, illic Margaritam generant. Viuunt autem, & nutriuntur per partem carnî hærentem. Huius autem Conchæ ori adnascitur animalculum chelas habens, & cibum assumens,

Lib. 3.



De caus. 2.  
c. p. 2. †.

Coire eos  
probat.

assumens, quod Cancro paruo simile est, & vocatur Pinnophylax: Theophrastus postquam de vilco, & polypodio, quæ in arboribus nascuntur egisset, subdit sic esse natura comparatum, vt hæc non nisi in alijs valeant prouenire: sicut & animalia quædam non nisi in alijs possunt creari, ceu quæ in Conchis (sic vertit Gaza, ἐν τῶν κοίλων genus ponens pro specie) atque in cæteris aptis præstare animalibus pabulum, sed addit originem horum latere. Rondeletius cum Cancros paruos in Pinnis, & Ostreis sæpissimè ouisurgentes viderit, affirmare audet non spontè ex limo, aquaue, vt Testacea, sed ex coitu maris, & feminæ, & ex ouis prouenire. Quare in testis pariunt, vel statò tempore testas egrediuntur, & cocundi, & oua pariendi gratia.

## N A T V R A . M O R E S .

Prudentia:

de soler.  
ni.



VNT qui miram Cancri huius, qui in Pinnis degie prudentiam, ac solertiam celebrant. Aiunt enim hunc dapis affectatorem, Pinnae in capiendis pisciculis auxilio esse, communi præda communiter cum Pinna potiri. De societate igitur quæ priuatim piscibus intercedit, locuturus Plutarchus, primum exemplum recenset Pinnotheræ, qui plurimum atramenti Cryssippo consumpsit, in omnibus physicis, & ethicis eius libris primo loco positus. Pinnotheras, inquit, cui ab obseruanda Pinna nomen factum, animal est Cancri ad formam accedens (sic enim traditur) & cum Pinna degit, eiusque Conchæ apertionem obseruat, foris adsidens apertæ, & hianti, donec aliquis pisciculus accedat, qui ab ipsis capi possit, tunc carnem Pinnae mordens eam de captura monet, vnaque in testudinem intrat, ea concham claudit: sic præda intra suam munitionem recepta simul vescuntur. Hæc Oppianus sic cecinit.

lib. 2. Hæ-  
liant.

Muscifos inter scopulos, caute (q; profundas  
Pinna colit, duro tegitur sub tegmine testæ,  
Nil mentis, nil laudis habet, sine robore viuit,  
Expers consilij testæ languescit in antro,  
Et socium vitæ Cancrum sub lance recurua  
Accipit, & præda semper pascuntur eadem,  
Communemque domum, simul & communia testæ  
Cancer habet, Pinna pascit, Pinnaque suctur.  
Hinc Pinna fertur custos cognomine Graio.  
Cum tegetem subeunt pisces, tunc Pinna doloso  
Pungitur à morsu Cancri, contacta dolore  
Comprimi hæc potest, & prædam comperit intus,  
Cum tali celebrat socio conuicta Pinna.

Squilla par-  
ua.

An Pinna  
sine Cæcro  
uere que-  
at.

Aristotelis,  
& Oppiani,  
& aliorum  
lapsus.

Cur in Pin-  
nis Cancri,  
aut Squilla  
degant.

Eadem ex hoc poeta Alianus. Sed quæ ab his authoribus Cancro paruo attributa sunt, ex à Cicerone Squillæ parua: cuius verba hæc sunt: Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula Conchis cum parua Squilla societatem inie comparandi cibi. Itaque cum pisciculi parui in Concham hiantem inatauerint tum admonita à Squilla à Pinna morsu comprimit Conchas, sed dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur, in quod admirandum est, congregantur aliquo, an ab ortu natura ipsa congregata sint. Hætenus ille, qui sanè ab Aristotele non discrepat. Ait enim hic Pinna custodem intra se continere, aut Squillam parua, sic *καρδίων* interpretatus est Marcus Tullius, aut Cancrum paruum: quo quidem custode priuatas, perire breui tempore. Theophrastus quoque postea verba quæ proximè citauimus. Neque enim, inquit, vita fortasse Conchis possit seruari, nisi opera Cancri. Igitur dubitauit Theophrastus, an sine Cancro paruo Pinna degeere valeret, quod profus negauit Aristoteles, sed fallò. Quia in Pinnae capaciore, ac latiore parte interdum duos, aut tres Pinnophylaces videas, vt plurimū vnum sæpius nullum. Decem aperies (vt scribit Bellonius) Pinnae, antequam vnum Pinnophylacem comitem reperias. Fabulosum etiam est quæ supra ex Plutarcho, & Oppiano retulimus à Pinnothere Pinnae regi, admoneri pisciculis appropinquantibus, vt Concham suam aperiat, & intrante in eam pisciculo claudat, quia neq; Pinnae, quemadmodum nec Mytili, aut Ostreae picium carne pascuntur, sed aqua tantum, & luto. Cur igitur in Pinnis, & Ostreis Cancri parui reperiuntur? Quia, vt ait Rondeletius, cum omni generi animantium à natura tributū sit, vt se, vitamque tueantur, vt pastū, & latibula quærant, Cæcri parui molliore



A molliore testa testis: & ideo iniurijs magis oportuni Concharum caua subeunt, vt illic tanquam in specubus, & antris tutius degant. Quare non solum in testis, sed etiam spongiarum cauernulis, saxorum rimis, in externis testarum, quibus Ostrea testata sunt, cauis sapissimè Cancros paruos reperisse sese idem Rondeletius affirmat.

## HIEROGLYPHICA.



OMINEM qui seipsum non curet: verùm à propinquis curetur, significare volentes, Concham, & Cancrum pingunt. Adhæret enim Cancer Conchæ, & vocatur Pinnophylax, id est Conchæ custos, hiat autem Concha cum esurit in eam igitur hiantem cum pisciculus intrauerit, pungit Cancer ungula Concham, hæc verò admonita Concham claudit, & hoc modo venatur pisciculos ex Horo Apolline, quod tamen, vt iam ostendimus, falsum est.

*Homo seipsum non curans.*

*Lib. 2. Hierogly.*

## DE CANCELLO. Cap. XXVI.

## ÆQVIVOCA.



CANCELLI erant veluti septa quædam ex lignis trasuersim iunctis obliquatisque ad defendendam, hoc est repellendam turbam. Cicero de Oratore libro primo. Nam si quis erit qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, & quasi certarum artium, forensibus Cancellis circumscriptam scientiam, fatebor equidem in his magis versari hanc nostram dictionem. Et pro P. Quintio: Et me facile vestra existimatione reuocabitis, si extra hos Cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circundedi. Qui

*Cælliqua uia septa.*

& pro Sestio è fori Cancellis plausum excitatum scribit. Sidonius autem Apollinaris quadam libri quinti epistola: Umbra, inquit, stipitibus alatis, cancellatimque pendentibus pampinus superducta texuerat. Cancellorum rationem graphicè exprimit Varro rei rust. lib. tertio: Præterea, inquit, è perticis inclinatis ex humo ad parietem, & in eis trasuersis gradatim, modicis interuallis, perticis adnexis ad speciem Cancellorum scenicorum, ac theatri. Hinc cancellata elephantorum cutis dicitur Plinio. Riuis per quos exundat piscina, præfigantur ænei foraminaibus exiguis Cancelli, quibus impediatur fuga piscium, Columella, 8. 7. Hosce Cancellos, item Cancros dici, quamquam rarerè admodum animaduertimus. Inde scitu dignum prorepsit adagium, vt inter orci Cancros adhæsisse dicatur, qui ita irretitus, illaqueatusque teneatur, ac impeditus, vt nusquam pateat effugium. Est qui Cancellos pro abaco sessili interpretetur. Suntque qui Cancellos dici à Græcis κυκλίδας putent. Aristophanis interpres in Vespis dicasterij, id est stationis iudicialis ianuam dici putat κυκλίδας, quam, inquit, etiam καγκλιότλω dicunt. Hysplax, inquit Theocriti interpres, laquei species est: propriè autem cursorum carceres sic vocantur, quæ nos Cancellum dicimus. Hæc omnia Cælius Rodiginus. Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per diminutionem Cancelli, Festus Pompeius.

*Inter orci Cancros adhaerere, qui dicantur.*

## SYNONYMA.



VI Latinis Cancellus, Græcis καρκινιον nuncupatur, Oppiano καρκινιάς vocabulo daetylico oxytono foemino, & vt videtur diminutiuo, quam Grammatici nullam eiusmodi diminutiuorum formam ostendant. Nam in aς circumflexum quæ afferunt, Ζλωās, μητρās pro Zenodoro, Metrodoro, masculina sūt: quate poetiçicū fuerit, licet interim Aelianus, Galenus, & Aetius quoque ea voce vti sint. Iam verò quantū Cancellus à paruo Cancro, qui in Ostreis reperitur differat, facile cognoscat, qui vtriusque naturam, & descriptionem contulerit. Plinius Pinnotheris, seu Pinophylacis nomine, & Cancrū paruum, & τὸ καρκινιον, id est Cancellum Aristotelis confudisse videtur: sic enim ille, cum de Cancris loquitur. Pinnotheres autem vocatur minimus ex omni genere, idè opportunus iniuriæ;

*Cancellus, vt à paruo Cancro differat.*

*lib. 9. c. 31.*



iniuriæ . Huic solertia est inanium Ostrearum testis se condere, & cum accreuerit, migra- E  
re in capaciores . Ex Cancris minimum itaque dicens , prodit locum se hunc Aristotelis  
expressisse : Εμφύονται δὲ ἐν ἐνίοις τῶν ὄσρα κοδέρμων καρκίνοι λευκοί, τὸ δὲ μέγεθος πάλιν  
ἐστὶν μικροὶ : πλείον μὲν ἐν τοῖς μυσί τοῖς πνευλιόδεσιν, ἔπειτα καὶ ἐν ταῖς πίναις οἱ καλούμενοι  
πιννοθήραι . Quum verò dicit inanium Ostrearum testis se condere &c. hunc interpre-  
tatus est: τὸ δὲ καρκίνιον γίνεταί μὲν πάλιν ἀρχὴν ἐκ τῆς γῆς καὶ ἰλύος: εἶτα εἰς τὰ κελὰ τῶν ὄσρα κόν  
εἰσδύεται, καὶ αὐξανομένου μεταδύει πάλιν εἰς ἄλλο μείζον ὄσρα κόν . Alio verò in loco

- lib. 9. c. 42. Plinius Pinnotherem, seu Pinnophylacem facit Squillam parua, & Cancrum, propius  
Aristotelis mentem secutus. Concharum generis Pinna nascitur in limosis, subrecta sem-  
per, nec vnquam sine comite, quem Pinnotherem vocant, alij Pinnophylacis est Squilla  
lib. 5. Hi- parua, alibi Cancer dapis affectator . Quæ etiam ex Aristotele transcripta sunt, qui sic  
stor. c. 15. loquitur. Αἱ δὲ πίναι ὄσρα φύονται ἐκ τοῦ βύσσης, ἐν τοῖς ἀμμαδέσι καὶ βορβορώδεσιν. ἔχουσι  
δ' ἐν αὐταῖς πιννοφύλακα. αἱ μὲν καρκίδιον, αἱ δὲ καρκίνιον: ὄσρα κόν μὲν, διαφείρον λαθῆ-  
τον, Vbi Aristoteles, τὸ καρκίνιον ἀντὶ τοῦ καρκίνου μικροῦ, idest Cancellum pro Cancro par-  
uo specie dissimili vsurpauit. Quod verò Plinius suprâ allatis verbis per Cancrum non  
lib. 3. Cancellum καρκίνιον, sed Cancrum paruum intelligat, patet ex Athenæo, apud quem ea- F  
dem de Cancro Pinnothere leguntur, quæ apud Plinium de Cancro dapis affectatore.  
Plinij verba sunt, quæ sequuntur. Alibi Cancer dapis affectator, Pandit se Pinna lumini-  
bus orbum corpus minutis piscibus præbens. Assaultant alijs protinus, & vbi licentia auda-  
cia creuit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morsu leui significat. Illa ore cõ-  
presso, quidquid inclusit, exanimat, partemque socio tribuit. Athenæus inquit: Chrysippus  
Solenis de honesto, & voluptate ait: Pinna, & Pinnoteres operas mutuas præstant, seorsum  
viuere non possunt. Pinna ex Ostreis est, Pinnoteres Cancer paruus. Pinna testam pandit,  
ingredientesque pisciculos obseruans, Pinnotheres adstans, si quid subierit, morsu Pinnæ  
significat: quæ demorsa testam claudit: eoque quod inclusum est, communiter vescuntur.  
Vides itaque quod καρκίνιον dixit Aristoteles, loco postremo citato Cancrum dici à Plinio,  
à Crysiippo καρκίνον μικρόν, Quæ diligenter à lectore obseruanda sunt, ne vnâ cum  
Hermolao Barbaro existimet Cancellum, & Cancrum paruum, seu καρκίνιον, & καρκίνον  
μικρόν eadem esse semper apud Aristotelem. Cancellus Aristotelis à Gallis vocatur Ere-  
mita, & Bernard l'Erémite. Eremitam quidem quòd alios fugiens, in testa perinde, ac in  
Bernardi, qui Gallis solitudine viuat. Bernardum autem, quòd vulgò in Gallia Bernardos fatuos prouerbio di- G  
dicantur. ctitent: fatuumque esse Cancellum, qui crusta testus, chelas habens quæ ad vitam tuendâ  
fatis esse possent, alienas domos quærat, in quibus latens viuat. Quod si non hæc solùm,  
sed posteriores etiam Cancelli partes spectaueris, prudentem esse iudicaueris, qui nudas,  
& iniuriæ valdè oportunas partes dura, ac firma testa muniat. Ligures Brancha vocant,  
Hist. 4. c. 4 vel Branchna, Prouinciales Bious cambus. Hispani (vt audiuit Zoographus) Cangreio.  
Aranea ma Germani vocare possent (inquit Zoographus) ein kleiner Meercrebs, Meercrebse. Alber-  
tis. tus Magnus de Canello agens ex Aristotele: Hoc animal, inquit, simile est Araneæ, &  
etiam apud nos vocatur Aranea maris, & sunt illæ conchæ, quæ sunt rotundæ, magnæ, &  
paruæ: habentque in parte striata quasi duas auriculas vtr inque. Tales ferre consueuerunt  
peregrini in petis luis, peregrinationis peractæ signum, quibus ille verbis Cancellos, &  
pectines, & Conchas confundere videtur.

## GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

Hist. 4. c. 4



Forma.  
Cornicula

ANCELLVM nobis exactissimè sic descripsit Philosophus . Quem  
autem, inquit, Cancellum appellant, communis ferè socius Crustato-  
rum, & Testatorum generum est, quippè qui specie Locustis simili spe-  
ctetur, nascique seorsum per se solitus sit. Verùm quod testam deinde pe-  
tit, quam ingressus, vitam traducat, hinc similis testa contactis animan-  
tibus est: quapropter is in ancipiti esse, genusque sibi vindicare vtrumq;  
videtur . Forma tamen ( quod simplicius dixerim ) similis Araneis est, nisi quod partem  
capiti, & pectori subditam ampliolem, quàm Aranei habeat. Cornicula duo ruffa te-  
nuia gerit, quibus oculi totidem subjacent, qui nunquam intrò recedant, vt Cancrorum,  
sed




**A** sed semper eminentes appareant. Os sub ijs est quod veluti capillamentis quibusdam pluribus circumdatur. Iis pedes subiuncti duo bifurces, quibus cibum ori admoueat. *Os.* Bini item vtrique adhærent lateri, & tertius parvus. Thoracis pars inferior mollis tota est, distinctoque sinu pallidum intus cernitur. Meatus ab ore ad ventrem pergit. Foramen excrementi perspicere nullum potest. Pedes, ac thorax duriciem præferunt, sed minus quam Cancris. Nexu nullo testis adhæret, Purpurarum modo, ac Buccinarum, sed absolutus, liberque vagatur. Hæc Aristoteles, qui statim eius species quasdam subdit. Oblongior est, inquit, qui Turbinem subit, quam qui Neritum. Genus enim diuersum est. Quod in Naticæ degit cætera quidem non absimile: sed dextrum bifurculatum pedem paruum habens, *Thorax.* cum læuum grandiusculum habeat, & ingredi eodem ipso grandiore potissimum solet. Tale profecto genus, vel intra Cochleas, quarum adhæsiō similis cæteris est, reperitur: quod & Squillam paruum (*σχυλλάρου*) appellant: & paulò post: Quibus verò sinister pes grandior est, ij nunquam cum Turbinatis hospitantur, sed cum Naticibus tantum ineunt societatem. Putat Rondeletius Cancellorum hæc duo genera sola corporis longitudine differre, vt Cancellus Turbinatorum hospes longior sit, quia eorum testa longior: Neritarum leuior, quia Neritarum testa est leuis, ampla, & rotunda. Quantum ad pedum bifurcorum latitudinem attinet, in omnibus Cancellis quos plurimos vidi, semper sinistrum pedem crassiorem dextro perspexi, quod non fortuito, sed certa ratione ipsi videtur contingere. Cum enim viuant in testa circa corporis medium complicati, quantum dextræ parti compressæ alimenti, ac proinde incrementi decedit, tantum sinistrae liberiori, ac laxiori accrescit. Videtur & aliud genus tertium constituere Aristoteles, cum dicit: Sunt inter Cochleas, quæ inter se bestiolas habeant Astacis paruis similes, quæ in fluminibus gignuntur, sed ea differentia, vt præmollem intra suam testam carunculam habeant, forma quales nam sint, ex dissectionibus contemplare. Quæ quamuis ita sint, vnica tamen descriptione contentus ea tria non admodum differre sensisse videtur, eorumque paucas esse differentias. Rondeletius pauca quædam ab Aristotele in descriptione omissa his verbis suppleuit: Cancellus, inquit, ex Crustatorum est genere, Locustis, vel Astacis similis, corpore enim longo est: cornua longa, tenuia, flauaque habet, totum corpus ex rubro flauescit. Chelarum quarum alteram crassiorem esse diximus, scissura parua est qualis in hirsutis Cancris spectatur: præter chelas pedes duos vtrinque magnos, incuruos, & acutos cum chelis, & capite foras effert, cum ingredi, vel pisces capere vult. Duo alij vtrinque hirsuti, molles intus latent, quibus innixus corpus intrò trahit. Pars posterior nullis tabellis constat, sed cute duntaxat: ob id ab Aristotele mollis dicitur, sed ad eam firmandam certis interuallis diffusas lineas tres habet, latas, durioris substantiæ. Corporis extremum duas pinnas tenues molles, in lateribus sitas gerit. In eiusdem extremi supina parte excrementi meatus cernitur, quem si digitis comprimis, excrementum emitti videas: quo meatu Cancellum carere non affirmat Aristoteles, sed non euentem esse ait: quod facit, vt credam Aristotelem, non tam diligenter Cancellum à testa nudum, quam eadem opertum spectasse. Nam meatus is in Cancelli testa spoliato perspicuus est. Hæc ille Cancellum Pomaciæ limacis molem raro excedere tradit Bellonius cum hac descriptione. Pedibus vtrinque ternis brachiatur villosis: quorum duo anteriores, seu priores brachijs forcipibus bifurcis constat, quibus cibum ori admouet. Crusta dura pro cute vestitur, rubra, nunc cyaneo, nunc coeruleo, nunc fuluo, nunc rubro diluta. Duo illi pedes vtrinque, qui brachia subsequuntur, vnguibus in extremo oblongis, & aduncis vallati sunt. Cirrhos ante quidem duos, rubros, sub oculis (Carabi modo) gerit: oculos instar Astaci elatos, quos porrigit, ac contrahit, maculis albis distinctos. In summa eius superior pars, Cancris refert effigiem, inferior autem Turbinis, quam in Cochlearum clauiculis inserit: cum tamen Locustæ caudæ similis sit. Tabellis enim loriceatur duris, sed obsequiosis: in quibus vtrinque veluti pinnas duas habet. Extremum verò caudæ pinnulis tribus, vt & Cancris præditum est. Dentes osseos vt Carabus habet, quibus escas comminuit. Cum autem prædam venatur, totam anteriorem partem suo domicilio exerit, & tunc similis Araneis apparet: sed partem capiti, & pectori subditam vastiorem quam Araneus ostendit: Ab ore oesophagus tenuis, vt filum ad stomachum protenditur. Intestina eius bis tantum reuoluuntur: ac qui in eius stomacho viridis humor spectabatur, is in intestinis apparet candidus. Cancelli, quem in Adriatico mari natantem in Concha muricata reperit Zoographus, caput solum, & pedes, & parum quiddam in extremo caudæ (tres articuli videlicet) crusta muniuntur: totus reliquus alueus nudus, mollisque est, similitudinem anteriori præsertim parte, cum Cancro fluuiatili habet, oculos in corniculis

*Genera.**Vt differant**Chela.**Tertiū genus.**Chela.**Descriptio ex Bellon.**Intestina.*



culis eminentibus, geminas prærendiculas, forcipes breues. Caudam in postrema Conchæ parte condit, caput anterius habet, & pedes prætendit, atq; ita Concham gerens ob-

**Cancellus authoris.**



ambulat: potest autem se totum sic in penetralia Conchæ condere, vt nihil eius appareat. Pedes quos ambulando prætendit, partim rubent, partim cerulei sunt, hirsuti. Primo loco à nobis depictus Cancellus fesset ab Aristotele, & Bellonio descriptus, nisi quatuor haberet cornicula, & totidem pedes vtrinque præter brachia bisulcis forcipibus prædita, quibus duo pedes proximi hirsuti sunt, longi, quinque articulis constantes, aduncis in extremo vnguibus reliqui duo admodum parui, tribus ex articulis constituti. Quæ autem sequitur figura ex Ambrosio Paræo, est Bernardi Eremitæ dicti Cancelli in testa latētis; deinde nudi, sed suspicor non bene expressisse nudū, quia binis tantū natura pedibus vnà cum brachijs donauit. Rondeletius, ex quo Patreus videtur iconem mutu-



asse, tres, aut quatuor vtrinque tribuit, quemadmodum nos nostro priori. Cum hoc non paruum similitudinem habet, quem nos ei subiicimus totum rubrum, exceptis villis, qui sunt in pectore, & cauda, qui sunt cinerei. Sequitur deinde Cancellus alius, qui, vt Cornelius Sittardus ad Zoographū scripsit, extractus est ex cochleari domūcula, expertus in cibis, frequētissimè capite adnascitur Buccino, ita vt vi extrahendus Cancellus sit quodāmodo: quod Valerius Cordus, & Zoographus experti sunt cum plures in mari cepissent apud portum Liburnum, vbi copiosissimè visitur, non procul à litore maris Ligustici inter saxa. Depingitur præterea Cancellus oblongus Astaco fluuiatili simili, quem & ipsum Sittardus ad Zoographum misit: quem Zoographus ad tertium genus Cancelli à Rondeletio commemorati refert. Deinde ostenditur Cancellus in Cochlea varijs coloribus maculata, vt marmor. Nouissimum aliqui, vetestatur Zoographus vulgò auenam vocant, Scaliger Squillam minimam, & à Vasconibus Ciuadam vocari ait, idest, auenam. Pugillatim enim (inquit) deuorant, sicut auenam veterinæ. Cancelli autem perquam exigui in pisciculis reperiuntur, pedes nouissimos latiusculos habent, vt ad nandum vtilis sint, quasi propinnulis, aut remis pedes haberentur, Aristoteles; quibus verbis adhuc aliam Cancellorum speciem à prædictis diuersam commemorasse mihi videtur.

De par. 4.  
c. 8.






Conchæ, aduenæ Cancelli, seu Bernardo Heremitæ plenæ effigies.  
Et Cancelli, seu Bernardi Heremitæ nudi imago.






## Vlysis Aldrouandi

Cancellus alius ruber.



Cancellus in buccina ex Zoographo.







A


Scyllarus, siue Cancellus in Nerite concha, Venetijs ad Zoographum missa.

Cancellus alius oblongus astaco simili similis ex Zoographo.



B

Cancellus, V. auena, Squilla minima Scaligero.



C

VICTVS. NATVRA. GENERATIO.

D



OLYPOS Venere exhaustos deuorant quemadmodum cecinit Oppianus. In saxosis locis versantur: carne, luto denique iisdem quibus Crustata alia, vescentes. Aristoteles ait, Turbines, Buccinas, & similia, in quibus habitant Cancelli, pasci mari tranquillo absoluta faxis. At quoties flatus vrgēt, hospites Cancellos illos sese in saxa recipere, ac latibulis tutari saepe, teste Aeliano, de spolijs multo certamine inter se contendunt, viribusq; inferiore repulso, victor exuuias assequitur. Antea verò hæc scripserat: A Conchis verò inopes, & nudi primùm Cancelli nascuntur: deinde eas tanquam domicilia ad habitandum deligunt. Cùm verò vacuas, & inanes offenderunt Conchulas Purpuræ, aut Turbinis, primò intra eas ingrediuntur: deinde eùm in ampliorem magnitudinem creuerunt, quàm ijs vt capi queant, in testam ampliorem tanquam domum alteram demigrant. Neq; modò supra dictorum Conchas immigrant, sed & per multas alias capaciores transeunt, & ampliorem nacti, ea tanquam maiori domicilio gaudent. Eadem Oppianus, & ante illum Aristoteles his verbis: Cancellus ille Concharum hospes principio ex terra, limoq; consistit, mox Conchulas ingreditur vacuas: vbi cùm excreuerit, transit in Concham ampliorem, videlicet, aut Naticis, aut Turbinis, aut alicuius similis. Sæpe etiam

hist. 4. c. 4. de anim. 7. c. 31.

hist. 5. c. 15



paruas Buccinas subit', ingressusque ampliozem illam gerit pari modo, & viuit in domici-  
 lio capaciore, rursumque excrescens aliam petit ampliozem. Verum quod dicat Philoso-  
 phus, ex terra, limoque nasci, facit vt credam ipsum partem internam Cancelli non pet-  
 spexisse, cui ad latera adhærent tanquam racemi, aut globuli, oua filo annexa. Et obserua-  
 tum est mares à feminis apertè distingui, quòd eodem tempore hæ oua habent, illi mini-  
 mè. Igitur ex maris, ac feminæ coitu generantur. Nec impedit coitum testa, qua integun-  
 tur. Nam quemadmodum testas suas deserunt, vt in capaciorez transeant; ita statis tempo-  
 ribus natura ad coitum incitante testis se exuunt, vt corpora commisceant.

V S V S I N C I B I S,  
 E T A L I I S.



ONCHAM muricatam vnà cum suo Cancellò domum cum retulisset Zoographus, decoxit, vt extraheret Cancellum, extractus odore, colore, F sapore, fluuiatilem referebat. Dorion in libro de piscibus, quem citat Athenæus, inter eos pisciculos, quos hepsetos vocant, memorat Cáculos, καρκίνια. Cancellum suum tradit Bellonius non esse edulem, sed alijs pi- scibus, vt Iulidibus, Channis, Orphis, Percis, & id genus saxatilibus esse gratissimum Osbonium. Quamobrem piscatores Cancellos plurimum appetere, quos suis Cochleis nudatos, ac viuos hamo impositos, suis calamis appendunt, hoc enim modo magnam saxatiliu piscium capturam facere. Galenus Mullos Cancellorum esu dete- riores fieri, & mali odoris his verbis ait: Αἰοῦν τρίγλαιπας καρκινάδας ἰαδίουςα, καὶ δυ- σούδεις εἰαί, καὶ ἀνδεῖς, καὶ δυσωπετοί, καὶ κακόχυμοι. Eadem Actius. Vnde patet Can- cellum mali esse succi difficile concoqui, salsumque succum gignere, indèque à piscatoribus negligi. Rondeletius Galeni verba de Cancellis, qui in spongijs, quæ πράγοι, à foetido odore nominantur, rectè intelligi posse putat: ac de Cancellis alijs, qui in cœnosis litoribus degunt, paruiq; sunt: nam quandoque ad Astacorum fluuia- tilium magnitudinem accedunt.

1. de alim.

Galeni lo-  
 cus explica  
 145.

**Finis Libri Secundi.**

*[Faint, mostly illegible text at the bottom of the page, likely bleed-through or a second page.]*





VLYSSIS ALDROVANDI  
PHILOSOPHI ET MEDICI  
BONONIENSIS,

DE ANIMALIBVS EXANGVIBVS  
RELIQVIS QVATVOR,

Liber Tertius,

Qui est

DE TESTACEIS, SIVE  
CONCHYLIIIS.

Et Primùm

DE IIS IN GENERE. Cap. I.



ORDINIS RATIO.



DE animalibus marinis exanguibus scripturus, Mollibus primùm, secundùm Crustaceis locum assignavi, duabus ferè rationibus motus, tum quòd ubiq; atq; in omnibus imitandus præceptor Aristoteles ita me docuisse videtur, ubi omnium horum animalium genera recenset, atq; inuicem distinguit: tum quòd in omnibus meis historijs nobilitatis ordinem sequi soleam. Sed quia hæc dupliciter accipi hoc loco potest, vel ab animantium horum, de quibus hoc volumine tractatur, partibus, vel eorundem vsu: partium placuit ra-

tionem habere, nam alioqui Testacea, quæ & Conchæ, & Conchylia nominantur, non vna de causa præferenda omnibus ijs erant, quemadmodùm etiam quilibet, qui ne centesimam eorum partem (sunt enim innumerabilia, & nunquam satis cognita, cognoscendaq; eorum genera) agnoscit, iudicare poterit, vt interim eos præteream, qui in veterum scriptis optimè versati sunt. Cedit quidem in cibum Mollium caro, edèdoq; sunt Crustacea: sed Mollium dura, an ventriculo inobediens, ferèq; abominanda hominibus est; Crustatorum verò salubris, grataque, quin gratissima, si cum illis cõpares, sin cum Testaceis, minimè, quæ non aliam ob causam sagacissima rerum omnium parens natura tam dura contegisse testa videri potest, ne à quàm plurimis animalibus marinis, quæ eorum carne delectantur, deuorarentur, sed in nostrum cederent vsum. Ea autem, vt inquit Calius Rhodoginus adeo procedunt

*Cur de testaceis postremo loco agat author.*

*Carnes exanguium inuicem comparantur. Conchyliorum à carne laus.*

*Li. 27. leg. ant. c. 23.*

ribus



ribus gulæ probata fuere, vt vel inde conformatum sit adagium, esse Conchyliia viduarum cupedias, sicuti Philareus commemorat Demetrius, vt Sophronem taceã Mimographum.

Conchyliia  
viduarum  
cupedia.

Lib. 11.

Epig. 53.

Lib. 4. Sylva

Enumerantur Eadem à poëtis inter ganeas præcipuas. Martialis:

*Mentiar vt venias, pisces, conchyliia, sumen,*

*Et coris saturas, atque paludis aues.*

Eleganter Statius inquit:

*Ab miseri quos nosse iuuat, quid Phasidis ales*

*Distet ab hyberna Rhodopes græc, quis magis Anser*

*Extaserat, cur Thuscus aper generosior Vmbro,*

*Labrica qua recubent conchyliia mollius alga.*

Testacea  
fructib. cõ-  
parantur.

Poma ma-  
ris dicta

Conchyliia.

L. 2. c. 209

Li. 14. Ep.

pp.

Luxus Ro-

manorum

in conchy-

lijs.

Lib. 8. cap.

57.

Li 9. c. 54.

655.

Quemadmodum verò fructus arborum varij sunt, & ineffabiles, mensarum præcipua ornamenta, & gulæ incitamenta, ita quoq; Conchyliia, siue Testacea, ex quibus quàm ex alijs animalibus numerosior materia ganeæ est, quare Septimius Florès Tertullianus iure omni meritò maris poma nuncupauit. Tanta verò eorum vbiq; terrarum copia est, & tanta apud auctores mentio, vt doctissimus Hermolaus in quodam suo in Dioscoridem corollario, vbi de Ostreis, & Conchylijs ei erat tractandi locus, se copia deterreri dixerit, suffice reque primùm gulæ huic generi datū esse adagio inde nato, adagio nimirum quod iam recitavi. Sed incredibilis Romanorum, aliorumq; populorum in huic Testaceis luxuria magis in plurimorum particularium historijs manifestabitur. Atqui hoc loco illud solummodo dixisse suffecerit in hocce gulæ genere, quod paucissimis huic verbis Plinius scriptum reliquit: Luxuriæ mater Conchyliorum pretia margaritis propemodum æquauit. Quanta autem ea fuerint, in scripto de margaritis capite fusiùs dicitur: vel si & hoc parum est, audiamus quid in hunc luxum Seneca Philosophus in prauos hominum mores inuectus scribat: Quantulum (inquit) ex tot Conchylijs tam longè aduectis per istum stomachum inexplebilem labitur. Quàm longinquis autem è terris Conchyliia peti soleant, pulchrè norunt, qui veterum scripta euoluè e, idque nos multis deinceps locis in hoc opere demonstrabimus. Audiamus item Ciceronem, cuius disertissimi viri testimonio, nihil æque aptum est, patrimonia, quin integra regna dilapidare, nihil inquit, in L. Pisonè apud hunc lautum, nihil elegant. (laudabo inimicum) ne magnoperè quidem quicquam per libidines sumptuosum. Exstructa mensa, non Conchylijs, aut piscibus, sed multa carne subrancia. Loquitur ironicòs vt ostendat, quomodo, & sua, & aliorum quæ furto sustulerat, bona perdidit. Audiamus denique rursus Plinium grauissimum scriptorem, ex quo legem latam esse apud Romanos colligitur aduersus tam luxuriosi, ac tam pretiosi cibi intemperatiam. Sorices (inquit) & ipsos condi author est Nigidius, sicut glires, quos censoriæ leges, princepsque M. Scaurus in consulatu non alio modo cænis ademere, quam Conchyliia, aut ex alio orbe conuectas aues. Haud minor etiam luxus erat in colore illo præstiatissimo, quem dabat Purpura, Cõchylum, Murex, colore illo, inquam, quo regum omnium, ac Imperatorum paludamenta, togæq; tingebantur, quoq; nunc Sacræ Rom. Ecclesiæ principes resplendent, & quantopere mundanis heroibus præferendi sint, vel solo eo nobis demonstrant. Cæterum tanta parui fiet luxuria, si eam contemplemus, quæ fuit in margaritis, siue vnionibus, quæ hinc suum ortum agnoscunt. Etenim longè admirabiliora, ac planè incredibilia de ijs memorabimus postea, nunc verò illud duntaxat satis fuerit dixisse Cleopatra solam sexcenties sestertia vnica cœna absumpsisse. Concludamus itaq; cum eodè Plinio nullibi maiorem quàm in Conchylijs luxuriam extitisse. Sed quid hæc (inquit) tam parua commemoro, cum populatio morum, atque luxuria non aliudè quàm è Concharum genere, proueniat? Iam quidem ex tota rerū natura damnosissimum mare est, tot modis, tot mensis, tot pisciū saporibus, quibus pretia capientium periculo fiunt. Sed quota hæc portio est reputantibus Purpuras, Conchyliia, Margaritas? Parum scilicet fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus, capite, totoq; corpore à faminis iuxta, virisq; gestarentur. Quid mari cum vestibus? Quid vndis, fluctibusque cū vellere? Non rectè recipit hæc nos rerum natura, nisi nudos. Esto, sit tanta ventri cū eo societas, quid tergoris? Parum est, nisi qui vescimur periculis, etiã vestiamur. Adeo per totum corpus, anima hominis quæ sita maximè placet. Principium ergo, culmenque omnium rerum pretij, margaritæ tenent.





A

## SYNONYMA. ÆQVIVOCA.



OMINA, quibus istiusmodi animalia, quæ duto, siliceoq; tegmine, fragili, atq; ruptili, non collisili muniuntur, cum apud Græcos, tum apud Latinos veniunt, inuenio nō pauca, sed quæ declaratione magna indigent. Aristoteles, alijq; multi *ὄσπρανόδερμα* nuncupāt, ac si Testaceæ cutis animalia dicas. Huius vocis etymum videre licet apud Galenum, qui ita scribit, quoniam totum corpus ambiens veluti integumentum vnicuiq;

congenitum appellatur *δέρμα*, id est, cutis, secundū proportionem idem in Buccinis, Purpuris, Ostreis, & Chamis, & alijs eiusdem generis dicitur, ob id vocatur *ὄσπρανόδερμα* huiusmodi animalia, quia testæ, vel lapidi simile planè est, quod extrinsecus ambit operimentum. Itaque Plinius, modò, quibus Testacea operimenta vertit, modò silicum duritie intacta, modò testis inclusa duris, modò silicea testa inclusa. Sed fortassis simpliciter Testata, vt multoties Theodorus vertit apud Aristotelem, & Testacea, vt Rondeletius vocat, alijq; recentiorum multi, & ipse quoque Theodorus aliquoties, non incongruè dici poterunt: nam & Testæ quasi *ὄσπραν* ab Horatio nominatur hoc versu:

*Sed non omne mare est generosa fertile testa.*

Cicero verò belluas natiuis testis adhærentes dixit in libro de natura deorum, & Palladius clausa maris animalia, cum ait: Luna incremento suo omnium clausorum maris animalium, atq; Concharum membra turgere iubet. Testudines item à quibusdam dici, testis est Albertus Magnus his verbis: Vniuersaliter autem hæc omnia animalia, quæ duræ testæ vocantur, & à quibusdam dicuntur Testudines, secundum veritatem, sunt quæ apud nos Ostrea, Conchylia nomen habent. Alio nomine *ὄσπραν* philosopho nominatur, sicut discretissime à libi scriptum reliquit: *ἄλλο δὲ γένος ἐστὶ τὸ τῶν ὄσπρανόδερμων, ὃ καλεῖται ὄσπραν*. Galenus in declaratione huius vocis parum sibi constat, modò enim animalia esse dicit, vt in decimoquarto de vsu partium, modò inter animal, & plantam media, id est Zoophyta facit, vt libro de formatione fætus. Gazi modò Concham, modò Ostreã transfert; sed Ostrea neutro genere, cum Græcis, tum etiam Latinis nominantur,

C tam in specie, quàm in genere de Ostracodermis, seu Testaceis omnibus: Ostreæ verò fœminino genere Latinis tantum de specie vna, vt annotat Zoographus; Rondeletius verò, Latini, inquit, Ostreorum nomen retinuerunt, Ostreas etiam dicunt. Nec pro vniuerso genere solùm, sed pro specie etiam earum, quibus testa scabra est, & aspera, nomen id vsurpatur. Apud Græcos quidem *ὄσπραν* per e breue, & *ὄσπραν* per diphthongum diuersas plerumque significationes habent, aliquando promiscuè ponuntur. Sed latini id discrimen ignorant. *ὄσπραν*, inquit Galenus, vocat, quæ ab Aristotele *ὄσπρανόδερμα* vocata sunt: quod autem *ὄσπραν* vocatur sine *ν*, in secunda syllaba, speciem quandam Ostreorum ponunt, vniuerso generi subijcentes, Buccinas, Purpuras, Chamis, Pinnas, atque omnia huiusmodi. *ὄσπραν* tamen, vt subiinde constabit nonnunquam generale est ad omnia Testata, Vuottonus aliquando & sola cōprehendere, quæ sua natura immobilia sunt, scribit, in qua significatione Zoographus idonei authoris testimonium sese non reperire asserit. Veteres, inquit Athenæus, *ὄσπραν* dicebat, quod Cratini in Archilochis, & Epicharmi in nuptijs Hebes testimonijs confirmat, huius: *πινῆσι καὶ ὄσπραν ὁμοίᾳ*, illius: *ὄσπραν συμπεφυκόται*. Plato verò *ὄσπραν*, vt *ὄσπραν* dixit, *ὄσπραν τὸ πον δεδεμέναι*: Ostreorum modo colligati. Plinius quoq; Ostrea pro Ostracodermis aliquando trāstulit, vt vbi apud Aristotelem legitur, *τὰ ἄλλα γένη πάνθων τῶν ζώων πλεον τῶν ὄσπρανόδερμων, καὶ ἐτι ἄλλο ἀτελες, ἔχει ὄσπραν*. Quæ sic ille interpretatus est. Non omnibus animalibus oculi, Ostreis nulli. Ostracoderma tamen sæpius multò latius patet, quàm Ostrea, vt iam diximus, vnde etiam ex ouis ostracoderma dici notat Celsus Rhodogius putamine intacta testaceo, vt in auibus: malacoderma verò, quæ molli obducuntur cute. *ὄσπραν* deinde, siue *ὄσπραν* appellant etiam ostrum, id est colorem, qui ex ostracodermis, Conchisue conficitur, seu ostrinum colorem, vt Propertius vocat. Vitruvius in hoc sensu. Ea Conchylia cum sunt lecta, ferramentis circa fundantur, è quibus plagis purpurea sanies, vt lachryma profluens, excussa in mortarijs terendo comparatur, & quod ex concharum marinarum testis eximitur, idè ostrum est vocitatum. Plato *ἀσπερ οἱ ζωγράφοι βέλομενοι ἀφομοιοῦν, ἵνα ὄσπραν μόνον ἐπιμένεσαν, εἴ ποτε δὲ ὅτι καὶ ἄλλο φαρμακῶν*, id est, quemadmodum

*ὄσπραν-  
δερμων.  
lib. 3. de a-  
lim. facul.*

*Testata, &  
testacea.*

*lib. 2. Sat. 4  
Testa dicitur  
ὄσπραν-  
ου.*

*Testudo.  
lib. 13. de  
Animal.  
trac. 1. c. 2  
Ostreum.  
lib. 1. hist.  
c. 6.*

*Galeni in-  
cōstantia.  
Ostrea, &  
Ostreum,  
quid differant.*

*li. 11. Sim.*

*Ia. Phædo  
Oua mala-  
coderma,  
& ostraco-  
derma.  
Ostrū dicitur  
ὄσπραν  
lib. 7. c. 1*

*In Craylo*

piro.



Lib. 5.

pictores cum quid volunt imitari, quandoque sumunt solum ostrum, quandoque vero quoduis aliud pigmentum. Et cum diphtongo apud Athenæum: Τὰ δὲ σώματα αὐτῶν ἐπέκριντο ὄστρεα, τινὲς δὲ μίλτω καὶ κρώμασιν ἑτέροις, idest, qui quidem corpora ungebat Ostro, aliqui milto, & alijs coloribus. Eodem modo accepisse videtur Hesychius, qui cum ὄστρεα exposuisset χογχύλια, subiungit, Λάκωνες χὰθος, inuens nimirum, Ostreon Lacones vocare Conchyliorum florem, vt Aristoteles πορφυρῶν ἀνθος, Plinius Purpurarum florem,

Ostreū un-  
de dicatur.

Oστρακήρα

Ευληποδερ-  
μα-Lib. 5. de  
piscibus.

Λιχάδης:

Leberis.

Concha.

Lib. 4. c. 4.

Lib. 1. de

Test. cap. 1

lib. 1. c. 17.

lib. 9. c. 33.

Cochlea  
qua.Strombi  
qui.Concha vo-  
cabulū ad  
omnia Te-  
stacea.Concha ab  
Ostreō di-  
stinguiturConcha à  
Conchilio,  
separatur.Cōcha pro  
Testa.lib. 2. de  
arte.lib. 2. de  
nat. Deor.

idest, Purpuream sanem, quæ è Purpuris excipitur. Quod verò ad etymum attinet, ὄστρεον & ὄστρακον ex ὄστρεον, quod os est, derivari pleonasmō litera ρ docet Eustathius. Οἱ ὄστρακῆρα Vottono synonymum est Ostrocodermo ex Oppiano, vt mox apparebit. Et τὰ ὄστρεα καὶ κογχοειδῆ pro omni genere Testatorum Strabo dixit, alij quidam etiam ὄστρακῶδη. Εκληροδέρμα etiam dicuntur, vt Iunius notat, Aristoteli, Empedocli λιθορρίνα, Oppiano ἰστρακίρινα, ὄστρακῆρα, ἰστρακῆ. Inuenio etiam apud eundem Oppianum ἰστρακίρινα, & apud Suidam ὄστρακῶδερμοίχθυες, idest, Testacei pisces. Λιχάδες Hesychius, & Varinus interpretantur Oithæa omnia, adduntque ab alijs lapides dici, & Calculos, & Conchyliæ.

Λεβηρίδα idest Liberidem aliqui senectam serpentis vertunt teste Galeno, alij Concham vacuam: Κυματοφορίδες Hesychio sunt χογχοί, Conchæ. Κόγχος, & Latinorum Concha

perquam frequenter sumitur pro omnibus Conchylijs, & Testaceis, item pro quibusdam eorum generibus. Theodorus in translatione Aristotelis, Ostrei, & Conchæ nomine vitur

pro vniuerso genere testato. Rondeletius verò, Concha, inquit, sumitur, & pro omni testa, & pro testa læui, siue inæqualiter rugata. Et rursus: Conchæ nomen latissimè patere

iam diximus: hoc verò Plinij autoritate maximè confirmatur, qui Pectines, Cochleas, Buccina Concharum nomine comprehendit. Bellonius de bivaluibus tantum vsurpasse

videtur, & Zoographus Concha vocabulum generale videri quidem ait, videri sibi tamen ad bivaluia magis propriè referendum. Huius species, inquit, aliæ turbinatæ sunt, & Cochleæ dicuntur: idque, vel hebetius, quæ generis proximi nomen seruant, aut etiam superioris: vel acutiùs, idest, longiore, magisque fastigiato, vel mucronato ducta, & vocantur

Strombi. Aliæ turbinatæ non sunt, quæ & ipsæ communi vocabulo adhuc Conchæ dicuntur, siue in orbem ferè æquabili, & plana superficie curuatione se colligunt, vt Venereæ, & Porcellanæ dictæ: siue bivalues siue vniuales sint, vt Conchæ vocabulo genus totum Testaceum comprehendamus: sicuti Crustaceum, Cancris: quorum vtrumque vel veterum

scriptorum testimonijs comprobari potest, vel certè est permittendum, vt de rebus ipsis

commodiùs verba faciamus Nicolaus Perottus Concham ab Ostreo sic distinxit: Conchæ dicuntur, quæ testam leuem habent, & politam, siue vniuniformiter rugatam, siue denticulatam: Ostrea verò quæ asperam, scabramque quamuis generali nomine Ostrea quoque Conchæ

dicantur, quales sunt Cochlearum, Ouidius:

Ostreæque in Conchis iuta fuere suis.

Hæc ille, & rursus: itaq; Purpura inter Cōchas potiùs numerabitur, Murices inter Ostrea, ob scabritiem corticis. Sed cum testarum scabrities, sit diuersa, alia scilicet in Ostreis, per totam testæ superficiem, alia in Muricibus, & Purpuris, eminentibus quibusdam aculeis, Perotti hæc postrema sententia vacillabit. Vottonus scribit Conchas appellari à Plinio, non quæ testa adeo fragili clauduntur, atque Cocleæ, Pectines, digiti, sed quæ firmiore, vt Purpuræ, Buccina, Pinne. Atque ita sanè Plinius: firmioris, inquit, iam Testæ (de quibusdam fragilis testæ dixerat prius, nempè Vnguibus, Pectinibus, Cochleis, Echinis, & Cancris) Murices, & Concharum genera. Quandoque separat à Conchylio, vt cum ait:

Concha: ū ad Purpuras, & Conchyliæ eadem quidem est materia, sed differt temperatura. Aliquando pro omnibus Testaceis accipit: Conchæ omnes celerrimè crescunt, præcipuè

Purpuræ: aliquando pro pretiosioribus: Populatio morum, atque luxuria non aliunde maior, quàm è Concharum genere prouenit; de Margaritis nimirum, & Purpuris, & Conchylio sentiens. Quidam etiam hoc citat ex eodem: Inter Conchas principatum tenent Margaritæ. Festus ex Varrone: Imperito nõnunquam Concha videtur Margaritum. Accepit præterea Concham pro testa exteriori, inquit: Polypi vescuntur Conchyliorum carne, quorum Couchas complexu erinium frangunt. Item vbi apud Aristotelem legitur,

τὰς μὲν οἰμὸν μίρας μετὰ τῶν ὄστρακων κόπτει, ipse transtulit sic. Et maioribus quidem Purpuris detracta Concha auferunt. Ouidius.

Ligore quot Conchæ, tot sunt in amore dolores.

Columella.

Implicitus Conchæ limax. Et Cicero. duabus patula Conchis.



AHinc etiam Conchæ numerantur à Martiano I. C. ff. de fundo instructo, & instrument. legat. inter instrumenta pictorum, qui pigmenta sua in Concharum testis seruare solent. Conchæ præterea nomen norante Vottono, vnam speciem significat, nempe Chamen, vt apud Aristotelem in quarto de historia, sed & priuatim Chamen Tracheam, vt in quinto, & apud Orisium in secundo. Idem legere est apud Galenum in glossis; item apud Hesyrium, & Varrinum. Sed & Gaza alicubi ex Theophrasto pro Pinna simpliciter Concham transtulit, quod non probo, cum Plinio Concharum genericantem sit ipsa Pinna. Alibi apud Aristotelem idem Gaza pro κόχλων, idest, Cochlearum vèrit, Concharum, genus capiens pro specie. Et κόχλος Hesyrio est κόχλιας, Cochlea, qui & κόχλον διεΐλες prouerbialiter dici tradit, pro ἴσον ἐπέμισας, id est, fecisti æqualem, sed vel teste etiam auctore thesauri linguæ Græcæ eo nomine potius Concha vocatur, quàm Cochlea, vt ex prouerbio liquet; nec enim Cochleam posses διεΐν, vt Concham, quippe Cochlea ex vnica testa gyris quibusdam, & voluminibus compacta constat, Concha autem duabus veluti scutulis clauditur, quæ facillè diuelli à se inuicem queunt. Ita igitur Athenæus dicit Timonem τῶν λυδίων καρυκῶν προαρίνειν τὸν κόχλον. Et Pausanias κόχλος θαλασσίας διαπαντός ἐνεῖναι τῷ κόχλι τῆ λίδω. Concham quidem veteres nonnulli pro Cochlea dixerunt, sed marina maximè. Auditum in quodam specu Concha canentem Tritonem. Tritones enim aliqui fabulantur Concha perforata buccinare. Apuleius, Triton Concha sonat, buccinat, item: Concha sonaci leuiter buccinat. Virgilius:

*Ceruleum Tritonia vocat, Conchæq; sonanti  
Inspirare iubet. Et de Miseno tubicine.  
Sed tum fortè caua dum personat æquora Concha.*

Silius Italicus Conchas istas eleganter tortas nominat, cum canit;

*Nec mora; terrificis seu a stridoribus æris  
Per vacuum latè cantu resonante profundum  
Incubere tuba; queis excitus æquore Triton  
Expauit, tortæ certantia murmura Conchæ  
Vix meminere maris.*

Inuenio & apud eundem:

*Audit ventosa perflantem murmura Conchæ.*

Prisci autem homines ante tubam inuentâ vtebantur Cochlea marina, vt meminit Scholiastes Homeri ad hæc verba; κόχλω θαλασσίῳ ἐσωάλπιζον. Vnde & Dardanus dicebat.

*Non facit ad nostros ærea Concha sonos.*

Et Plutarchus: nam sicut pecora orationem hominis non intelligunt, sibilis autem, & palpationibus accuratis, & fistulis, aut Conchis excitantur, ac sopiuntur à pastoribus. Reperio item Concham sumi pro Cochlea terrestri apud Epicharmum in hoc versu:

*Κόχλον δὲ τὸν σέσιλον ἀπαγ' ἐς τὸν φθόρον.*

Porro Martialis Concham Lucrinam pro Ostrea aliquoties dixit, vt

*Ebria Baiano veni modo Concha Lucrino.*

item: *Concha Lucrini delicatior est agni.*

item: *Sed cui solus erit Concha Lucrina cibus.*

Augustinus Niphus discrimen quoddam inter Concham, & Concam ridiculè somnauit; Vbicunq; inquit, Conca scribitur exili, idest, sine h, significat genus, idest, omne testatum: nam Concha cum h, speciem vnam eorum tantum importat, quæ si sit canaliculis distincta, dicitur etiam Concha; si sit læuis, & plana, Chama vocatur. Sic ille. Iam verò Concha alia quoque habet significata, vti vasis in primis quoddam genus concuum, ac superioris patulum, quod Iuuenalis intellexisse videtur, cum ait, cum bibitur Concha, & Horatius: funde capacibus Vnguena de Conchis. Alibi quoque Concham salis puri dixit, pro vase, in quo sal poni in mensa solet. Sed & Aristoteles in quarto de Animalium historia κόχλον nominauit Concham, qua in implendo, & deplendo vtuntur, vt & Dioscorides de oleo candido, θείσ ὑπ' ἡλίον, ἀναχρησὶ κόχλω καθ' ἑκάστῃ ἡμέραν: sub solem quotidie Concha refunde. Cato, Capulator Concha oleum tollat. Plinius: Patinis fictilibus impositum ferrea Concha, calice coopertum. Et ex recentioribus Perottus, puluis, inquit, semper in catinos digeritur, & ex aceto maceratur, vt omnis duritia soluatur; ac rursus tūditur, deinde lauatur in Conchis, siccaturque. Idem Perottus alibi Concham vas oblongum, & concuum interpretatur, ex Plinio fortè, apud quem hoc legitur. Vasis genus concuum, ac superius patulum, à Conchæ naturalis similitudine Concham vocamus. Conchæ nomen pro vase Lugduni etiamnum seruant, vt notat Zoographus, addens esse quosdam,

*Cōcha  
vna specie.*

*Gaza erro-  
res.*

*Li. 4. Hist.  
cap. 1.*

*Lib. 4.*

*In Asiis.*

*Concha po-  
nuntur quare*

*doque pro*

*Cochlea.*

*Lib. 14.*

*Cochlea*

*marina vsq;*

*prisci loco*

*tuba.*

*In Iliad.*

*Lib. 7. Sym-  
pos. quæst. 8*

*Concha Lu-  
crina.*

*Niphi nu-  
ge.*

*Concha a-  
lia signifi-  
cata.*

*Pro vase.*

*Li. 1. c. 32.*

*Conchas  
quale.*

qui



qui id interpretetur vas valde apertum instar illius quo tonsores lauandis barbis calidam E  
 adhibent. Ipse verò Concham dici rectè putat vas omne cibo, potui, alijsue vsibus ac-  
 commodatum, quòd marginum, aut labeorum latitudine careat, præfertim si longitudo  
 eius latitudinem vicerit, eiusmodi enim Concharum testæ sunt; talis & Cochlearium fi-  
 gura est, sed manubrio addito, pateræ verò, obbe, catini, lāces, & huiusmodi vasa, quamuis  
 latitudine illa carent, quam habent patinæ, plattæ vulgò dictæ (παρά τὸ πλατὸς ἦτοι τὸ  
 τῆ ἀγγείῃ ὄλωσ, ἢ τῶν χειλῶν) rotundiora tamen sunt, quàm vt Conchæ nomen meran-  
 tur. Cato rursus: In cellam oleaream hæc opus sunt: dolia olearia, opercula; labra olea-  
 ria quatuordecim, Conchas maiores duas, & minores duas, Plinius alibi ferre à Concham  
 dixit; & in sacra Historia proditur decem fuisse lures, seu Conchas æneas, quarum  
 quæque tenebat quadragiata batos. Hinc & cymbala à poëtis Latinis Conchæ vocantur,  
 quòd Conchas similitudine scutulata referant, & ab earundem similitudine Lycophron  
 κόγχος vocat hemcranium, seu caluam capitis, nam & ipsa est scutulata, Τυπέῖς σκετάρῃ  
 κόγχον ἐυθέτω μέσον. apud Aristophanem σκαφίον dicitur, sicuti Iulius Pollux annotauit:  
 sed scaphium etiam species Concharum marinarum est, quæ Mys alio nomine dicitur.  
 Eandemque item ob causam umbonem clypei Polybius κόγχον appellat in Epitome, προ  
 σήρμωσαι τῶ δὴρῶ καὶ σιδηρῆ κόγχος, ἢ τὰς ὄλοσχαρεῖς ἀπὸ τῶν πλῆγας λείδων. Nec non  
 κόγχος nominantur eodem modo τὰ ἐγκοιλὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὁ παρά τοῖς βλεφάραις πε-  
 ρίδρομος, teste eodem Polluce, hoc est cavitates oculorum, seu caui, in quibus oculi latent.  
 nam & ipsi sua figura Concham repræsentant: sicuti & auris caua pars extrinsecus, quam  
 etiam κόγχον ipse, Rufus κόγχῳ nominari scribit: denique patella in genu eidem κόγχῃ,  
 vel κόγχος appellatur. Sed de Conchis dictis in corpore humano, plura in anatomicis  
 Vesalij, aliorumq; lectori curiosus inueniet. Est præterea Concha locus in ædificijs came-  
 ratus ad similitudinem Conchæ, & Testudinis, vt meminit Calphurnius poeta præ-  
 clarus.

Platta.

lib. 33.

li. 3. Reg. 7.

Cymbala

Cōcha di-

ctæ.

In Alexan-

dra.

Calua capi-

vis Concha

vocata.

Vmbo Con-

cha vocat?

Cauitas au-

ris Concha

dicitur.

Egloga 6.

*Si placet, antra magis, vicinaq; saxa petamus,*

*Saxa quibus viridis stillanti vellere muscus*

*Dependet, scopulisq; cauum sinuantibus arcum.*

*Imminet exesa veluti Testudine Concha.*

Naui di-

ctæ Cōcha.

lib. de r-

naval.

lib. de cal-

cul. lusu.

Cāculi Cō-

cha, qui di-

cti.

Cōcha pro

mensura.

lib. de pond.

& mens.

lib. 5. Epif.

lib. de nat.

mul.

Faba κόγ-

χος dicta.

Conchis.

li. 5. Epig.

lib. 3.

Ita fortè naui quædam etiam Concha dicitur, cuius his verbis Cælius Calcagninus me-  
 minit. Nauigeram similitudinem, & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus: G  
 Cōcham esse Acacij modò carinatam, inflexa puppe, prora rostrata. In hanc condi nau-  
 plium animal Sepiæ simile ludendi societate sola. Idem Calcagninus notat calculos Con-  
 chas dici, dum ait: calculos fuisse lapillos ab initio, quales in ora per lusum sæpe legimus,  
 & quos spolia Oceani Claudius Cæsar vocauit, cùm parata expeditione milites iussit ga-  
 leas Conchis, & hoc genus lapillis implere, hac ratione de Oceano triumphaturus; no-  
 men ipsum ostendit. Concha quoq; nomen est mensuræ, teste Galeno. Est autem alia  
 magna, alia parua. Vtriusque capacitatis mentionem facit idem author ex Cleopatras:  
 Magna, inquit, Concha eandem oxybapho mensuram seruat. Eius enim mensura capit  
 cyathum vnum semis, pondus verò drachmas quindecim: minor verò Concha mensu-  
 ra semicyathum, pondere drachmas quinque exæquat. Sunt qui ex eo dictam putent,  
 quòd tantum capiat, quantum Concha: sic Cochlearium etiam Chama, & mystum, men-  
 surarum nomina sunt, à capacitare testarum, quibus eiusdem nominis Ostracoderma  
 aquatiliū animantium conteguntur, desumpta. In quo sensu dicebat Hippocrates,  
 mensurā quāta est Conchæ testa terito. Sed & Concham scribit Gulielmus Philander do-  
 ctissimus Vitruuij scholiastes, sigilla, imagunculasque relictis in parietibus ædiculis (Ita H  
 lia nichios appellat, credo quò imbricatis Conchis solet earum superior pars ornari,  
 nam Hetrusci Conchas nichios vocant) collocandas appellari. Postremò κόγχος apud  
 Athenæum, si bene memini, genus est fabæ cum cortice suo elixa, ad differentiam fabæ  
 fresæ, quæ sine cortice coquitur, à similitudine Concharum, quòd contracto cortice velut  
 implicita Conchis suis caruncula videatur. Citat Athenæus hos versus.

*Αἰτη δὲ καὶ ἀυσήλην ἐνὶ κόγχῳ*

*Ἐλλέων, ἢ πᾶσα περισρόφητο ζοίζυς.*

Epicharmus etiam Cōchon legumen nominauit. Et Antiphanes: Κόγχιον τὸ μικρὸν, ἀλλὰ  
 τοῖς τε προστετημένον. Dicitur, & Conchis foeminino genere. Martialis.

*Si Conchem toties meam comesses.*

Item alibi.

*Si spumet rubra Conchis tibi pallida testa.*



A Iuuenalis. Cuius conchæ tumes.

Atque hæc de vocabuli Conchæ diuersis significationibus. Nihil autem refert κόγχη ne in  
fœminino, an κόγχος in masculino dicas, Repertur & κόγχος significans putamen Ostrei,  
siue id quo inregitur Ostreum, quodque abijcitur, cum comeditur. Ita enim Pollux de  
purgamentis eorum, quæ in mensa apponuntur, κόγχυλίων, κόγχος; καὶ ὄστρεων, κόγχος.  
καὶ ἰχθύων λήπη, καὶ κάραβων ὄστρακα. Nisi fortè reponendum κόγχος. Κόγχια diminu-  
ti forma dixerunt Strabo, & Diocles; sicut latinè Conchulas Plinius, & Apuleius. Apud  
Dioscoridem reperitur quoque κόγχιον. Κογχόλη hinc quoque deriuatum videtur, sed  
quod significare inuenio Purpuram; vt Suidæ in hoc loco, αἰ κόγχολαι ὄψιν ἐκ ὀστρακῶν φαί-  
νονται δελεῖντι ὄψεσθαι. Helychio quoque κόγχολαι sunt τα ἴσραα καὶ πορφόραι, verum  
& κηκίδες. idest, gallæ, forsan ob similitudinem. Seruius Conchæ vocabulum a Græco  
κόγχη deducit. Aliqui Latinum putant à concauitate dictum: itaq; sine aspiratione scri-  
bunt. Isidorus verò Conchas, & Cochleas inde dictas arbitratur; quia deficiente Luna  
cauantur, idest, euacuantur, & minuuntur. Hinc & κόγχολιον, apud Latinos Conchyli-  
um, idem nonnunquam quod κόγχη & κόγχος, nimirum totum testatorum genus com-

Sat. 3.  
Κόγχος.  
lib. 6. c. 15  
Κόγχια.  
Κόγχιον.  
Κόγχος λη.  
Concha e-  
tymum.  
Conchyliū  
quid.  
lib. 6. c. 36.

Bprehendens: nam Plinius vt scribit Conchas omnes celerrimè crescere, præcipuè Pur-  
poras; ita etiam linguam Purpuræ esse longitudine digitali, qua pascitur perforando re-  
liqua Conchyliia inquit, tantam duritiem aculeo esse. Et alibi, Spiritum sydus, inquit,  
Lunæ existimari, & hoc esse quod terras saturet, accedensq; corpora impleat, abscedensq;  
inaniat: ideo cum incremento eius augeti Conchyliia, spiritum sentire, quibus sanguis nõ  
sit. Athenæus. E Conchilijs aluum simul, & vrinam cient, præcipuè Mituli, Ostrea, Pecti-  
nes, Chamæ. Alioqui κόγχυλίον, siue Conchylium, de certa quadam Concharum specie  
dicitur, expetita non mensis solùm, sed & vestium infectionibus, vt inter alios docet Pli-  
nius loco paulò antè citato, vbi locutus de Purpuræ flore illo tingēdis expetito vestibus,  
sed vnde (inquit) Conchylijs pretia, quis virus graue in fuce, color austerus in glauco, &  
irascenti similis mari? Ibidem dicit Concharum ad Purpuras, & Conchyliia eandem qui-  
dem esse materiam, sed distare temperamento. Et Isidorus Conchylium dictum esse au-  
tumat; quòd Conchulis marinis color eius colligitur; idem & Ostrum vocari, & Conchy-  
lia maris exponit, quæ circumcisa ferro lachrymas purpurei emittunt coloris: quibus col-  
lectis color purpureus temperatur, & Ostrum exinde appellari, quod ex testæ humore eli-

lib. 2.  
lib. 19. O.  
rig. cap. 28  
Etymum.

Citur. Vnde & κόγχυλίω κροχίδα vocant floccum lanæ Conchylij sanie infectæ. Crito  
apud Galenum in tertio κατά τόπους, ἐντίθει κροχίδα κόγχυλίω. Floccum lanæ Conchi-  
lio infectæ, vt Plinius loquitur. Quin etiam κόγχυλίον nominatur lana vestisue Conchy-  
lij cruore infecta, vt apud Galenum κόγχυλίω ὄμφρασσε τὸ εὖς, Conchyliata veste aurem  
obtuta. Et apud Quintilianum de puero nimis molliter educato. Nondum prima verba  
exprimit, & iam coccum intelligit, iam Conchylium poscit, pro Conchyliatam vestem,  
vt Plinij verbis vtamur, Ciceronis imitatione, qui conchyliata peristomata dixit. In eodẽ  
quoq; sensu Conchylium accepit Horatius, cum ait.

lib. 23. c. 7.  
Conchyliū  
pro veste  
colorata.  
lib. 1. c. 2.

Horum ego non fugiam Conchyliia? hoc est vestes conchyliitas, quibus induti in publicum  
procedunt tanquam nobiles Romani. Franciscus Massarius ad explicationem istorum  
Plinij verborum: Conchyliia, & Purpuras omnis ora atterit: per Conchyliia, inquit, hoc lo-  
eo aliqui intellexerunt Murices: Murex enim Conchylium per excellentiam dicitur, vn-  
de vestis tincta Murice, Conchyliata dicitur. Et Angelus Decembrius Concha, & Con-  
D chyle exponit Testudinei pisces, quibus & ad Purpuram conficiendam veteres vti sunt  
Horatius priuatim pro Ostreis Conchyliia dixit hoc versu.

lib. 9. c. 35.  
li. 7. polit.  
Conchyle.

Non me Lucretia inuenerint Conchyliia.  
Miscueris elixa simul conchyliia turdis.  
Et rursus: Simul affis.  
Miscueris elixa simul conchyliia turdis.

Conchyliia  
pro Ostreis

Vtriusque pro Purpura: incipiam nunc de Ostro dicere, quod & charissimam, & excellen-  
tissimam habet præter hos colores aspectus suauitatem, Id autem exprimitur ex Conchy-  
lio marino, è quo Purpura inficitur. Quare Conchylij nomen, & polysemum est, & priua-  
tum etiam speciem quandam, item colorem significat. Sumitur præterea hæc eadem vox  
pro ipsius testis, seu operimentis: Scholiastes Aristophanis: Conchis, seu Conchylijs sole-  
bant sigilla (sphragides) includere, ne typi eorum faciliè abolerentur. Et apud Aetium legi-  
mus: Conchylium, idest testa Purpurarum crematum, additur collyrijs absterforijs. Re-  
peritur etiam in Paulo Aegineta κροχύλιον, sed haud dubiè pro κόγχυλίον. Postremò Da-  
masis, vt annotat Gyraldus, Conchyliia vocabat multorum martyrum sepulchra.

lib. 3. c. 50  
Pro Purpu-  
ra.  
Pro testis.  
li. 1. c. 345.  
Pro sepul-  
chris.



# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. NATURA. VICTVS.



ANTA in hisce Testaceis ludentis naturæ varietas est, tot colorum differentiarum, inquit Rondeletius, tot figurarum, ut vix numerari possint. Equidem Plinius varietatem istam explicaturus, & ipse iucunda, & elegantium verborum varietate, & copia, naturæ fecunditatem, miramq; ac multiplicem in procreandis omnibus solertiam ingeniosè imitatus est, inquiens: Concharum genera, in quibus mira ludentis naturæ varietas, tot

lib. 1. c. 1.  
li. 9. c. 33.

Testacea-  
rum varie-  
tas.

Plinius ex-  
plicatus.  
lib. 3. c. 11.

Pecten.  
Testhyum.

Lepas.  
Musculi.

Athenai lo-  
cus corrup-  
tus anti-  
maduersus

Vniualue,  
& Bivalue  
quid.

Digressio  
de Vniual-  
uibus.

Turbinata  
qualia.

Cochæ Ve-  
neræ uni-  
ualues sūt.  
Patellæ.

colorum differentiarum, tot figurarum, planis, & concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæsis, in dorsum elatis, læuibus, rugatis, denticulatis, striatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emissio, foris effuso, intus replicato, iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim, vndata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expansa, prædensata, porrecta, sinuata, breui modo ligatis, toto latere cōnexis, ad plausum apertis, ad buccinū incuruis. Huc vsq; ille. Cū planas, & concavas dicit, Pectines intelligit, quibus solis hæc nota cōtingit, cū ad Buccinū recuruas, Cochleas, & Buccina cōprehendit. Easde ferè differentias, ex Aristotele sic recitat Athenæus, interprete Dalechāpio. Aristoteles in opere de animalibus has Testaceorum (ὀστράκων) species recenset: Pinnam, Ostreum (speciatim dictum) Musculum (Mitilum Zoographus) Pectinem, Solena, Concham, Lepadem, Tethea, Balanum. Huc illuc vaga progrediuntur Buccinum, Purpura, Hedyporphyra, Echinus, Strabellus: (tanquam Ostrea dicantur propriè, quæcunque Testatorum bivalbia sunt, & Patella quoque vniualuis: eademque omnia progrediendi vi, & instrumentis careant: Gressilia verò sint, Buccinum, Purpuræ, & aliqua Turbinata. Non tamen sola hæc, sed ex bivaluibus quoque nonnulla moueri constat, ut Pectines.) Virgatus est ex his, & aspera testa operatus Pecten: Tetheum Concha læui testum, & nullis distincta virgis. Pinnarum tenuius est os, Ostreis Bivaluibus crassum. (Pinna tenue os habet, quod Ostreum habet crassum, testamq; vniformem, & leuem. Patella biforis est, læuemq; habet testam. Natalis de Comitibus.) Lepadibus concha, & ea læuis, vnica est. Musculorum duplex testa vno loco tantum cohæret. Solenis, & Balani vndique tota coalescit, & coniungitur. Ambobus id commune generibus est, quod operiuntur testa. Græcè legitur. Ἀριστοτελὺς δ' ἐν τῷ περὶ ζῶων, ὄστρεα φησὶ, πίννη, ὄστρεον, μύς, κτεῖς, σωλλῷ; κόγχη; λέπας, τήθος, βάλανος. Πορευτικά δὲ, κήρυξ, πορφύρα, ἡδυπορφύρα, ἐχίνος, σραβηλος. Ἐστὶ δ' ὁ μὲν κτεῖς τραχυόστρακος ράβδωτός. Τὸ δὲ τήθος ἀρράβδωτον, λειόστρακον. ἡ δὲ πίννη λεπθόσομον. Τὸ δ' ὄστρεον μαχύσομον. Zoographus ait hunc locum sibi videri corruptum, & à Latino interprete non bene translatum. Quid si sic? inquit. μονόθυρον δὲ καὶ λειόστρακον (vel potius τραχυόστρακον) λέπας. δίθυρον δὲ καὶ λειόστρακον, μύς. σίμπεφυές δὲ (nam & Aristoteles dicit, ὅτι ἐπ' ἀμφωσυμπέφυκε) καὶ λειόστρακον, σωλλῷ. μονοφυές δὲ βάλανος.) Μονόθυρον δὲ καὶ λειόστρακον, λέπας δὲ δίθυρον καὶ λειόστρακον. συμφύες δὲ μύς, μονοφυές δὲ καὶ λειόστρακον, σωλλῷ καὶ βάλανος. Κοινὸν δ' ἐξ ἀμφοῖν κόγχη. Idem Zoographus apud Aristotele, quæ citat Athenæus, hæc verba diu quæsitā non reperit. Libro autem, inquit, quarto Historiæ animalium cap. 4. Testatorum differentiarum leguntur huiusmodi: Eorum quædam Turbinata esse, στρομβῶδη: alia non turbinata. Rursus ex his μονόθυρα sunt, quæ testa vna continentur, δίθυρα, quæ duabus. Sunt item quibus altera pars superficiæ detecta carnem ostendat, ut Patellæ. Tanquam Patellæ inter non Turbinata henus tertium constituent, à cæteris duobus, bivaluibus, inquam, vniualuibusque diuersum: cū tamen recentiores plerique omnes Patellas vniualues faciant. Certè hoc in loco Aristoteles tria genera apertè constituit, ut retulimus, & Gaza similiter transtulit, ita nimirum sentiens. Turbinatorum carnem includi, nisi quòd ceruicem, & caput exerunt cū lubet: Non turbinatorum verò in alijs includi testa, vel gemina, ut in Chamis: vel singulari, quorum speciè nullam nominauit: videtur aut de Conchis illis sentire, quas Venereas, aut Procellanas vulgò nominat: nā si Aristoteles sub monothyras illas non comprehendit, quodnā aliud genus eis assignabimus? Præterea cū non modo dithyras, sed monothyras quoque Conchas suis testis, has singulari, illas geminis cōtineri, & includi (περιεχέσθαι) dicat, Patellæ et si Concham, vel testā vnā dūtaxat habeant, ea tamen non cōtinentur, aut includuntur: sed altera parte nuda sunt, qua saxo adhærēt, quod eis alterius testis loco est: Quāobrè aut tria statim,



A statim, ut hic Aristoteles, non turbinatorum ponemus genera, aut potius bina tantum in prima diuisione, ita ut eorum alia dihyra sint, alia monothyra, & horum rursus species duæ: vna quæ testa sua se in orbem colligente carnem occultat, ut Conchæ Venereæ altera, ut Patella, quæ carnem ex dimidia parte nudam ostendunt. Addit & quartum genus Aristoteles eorum, quæ omnino & omni ex parte solida includantur, ut sunt Tethya. Paulò post, cum scribit: Papauer Conchæ omnes habent, sed alia parte Patellæ, alia bivalues; videtur Patellas ceu vniualues, bivaluibus opponere, quod quidem eo modo fieri potest, ut iam dictum est. Verùm quarto de partibus animalium cap. 5. è solis Patellis videtur vniualuuium genus constituere Aristoteles; Vniualue genus, inquit, quod saxis testa in dorsum data adhæret, seruari potest: fitq; alieno septo quodammodo bivalue, ut quæ Patellæ vocantur. Sed ne aduersetur ipse sibi Aristoteles, ita, ut prædiximus, vniualuuium genus illud Concharum, quas Venereas cognominauimus ignotum fuisse quis putet, quod non in Mediterraneo (ni fallor) sed in Oceano tantum generentur, & ex India etiã, aut alijs ad Orientem sitis regionibus maritimis adferantur. Plinij quidem sæculo notas fuisse dubium non est. Dubitet etiam aliquis an thyra, hoc est, valuæ nomen, in globum se colligenti Conchæ rectè possit attribui: Patellarum sanè testis multò aptius quadrare videtur, quæ etiam si simplices sunt, bivaluuium tamen testas referunt. Hactenus Zoographus. Sed ut vnde nostra digressa est oratio, reuertamur, Isaacus Casaubonus eundem Athenæi locum ceu mendosum, & pauci faciendum arguit. Solet, inquit, Athenæus, quicquid de eadem re varijs locis dispersè scriptum inuenit, in vnum congerere. Sic cum super Ostreis ait, *Αριστοτέλης δὲ & c. ὄστρεα φησι, & c.* pleraque omnia describuntur, quæ de Ostreis philosophus dixerat, non in ijs solum libris, qui hodie extant, sed quædam etiam in ijs, quos hodie non habemus: nam historiarum lib. 4. cap. 4. *ὄστρεα καὶ δερμῶν* diuersa non parum instituitur diuisio: qui tamen locus cum isto est conferendus. Rectè autem doctissimus Zoographus, quo loco scriptum est, etiam in membranis, etiam in Epitoma, *λεπὰς δὲ δίθυρον καὶ λειόστρακον*, legendum censuit *μονόθυρον*, & *στρακνοστρακον*. Nam si haberet Patella duas θύρας, id est, testas, hæcere saxis non posset, quod huic Ostreo proprium atque *ιδιαιτατον* est. Ipsius Aristotelis verba sunt, de partibus lib. 4. cap. 5. *τοῖς δὲ μονόθυροις ἐν τῷ πρυθμῆνι ἡμικόν, ὅσον ταῖς λεπῶσι*. Ostreorum distributio, quæ ex Aristotele hic (ex Athenæo) affertur in duo genera *συμφῶν*, & *μονόφυων* longè clariùs in philosophi historijs explicatur. *συμφῶς*, ait Athenæus, *μῦς. μονοφυῶς, δὲ καὶ λειόστρακον, σφῆλαι καὶ βάλανοι*. cohærentibus testis constat Musculus, vna testa, eaq; leui, Solen, & Glans. Quantò clariora, & delucidiora verba, quæ ascribemus? *τῶν δίθυρων τὰ μὲν ἔστιν ἀνάπτυκτα, ὅσον οἱ πτενῆς, καὶ οἱ μῦες. ἀπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα, τῆ μὲν συμπεφυκῆ, τὰ δὲ διαλέλυται, ὡς οἱ σφῆλαι, καὶ ἀνοίγεται. τὰ δὲ δίθυρα μὲν ἔστιν ὁμοίως δὲ συμπεφυκῆ ἐπὶ ἀμφοτέρω, ὅσον οἱ σφῆλαι*. Ostreorum *δίθυρον*, quæ binis foribus utrinque concluduntur, quædam ait esse ex parte hiantia, ut Pectines, & Musculos: quædam utraq; ex parte cohærentes fores habere, ut Solenes. Quibus verbis contradicere vides philosophum dipnosophistæ, nam hic Solenes facit *μονοφυῆς*, ille *συμφῶς*: quod dissidium etsi non nego posse componi, tamen an istas *ἐναντιοφανεῖας* in suis scriptis reliquerit philosophus accuratissimus, iure dubites. Quæ sequuntur obscura sunt, *κοινὸν ἔξ ἀμφοῖν κόγχην*; Dalechamp. ambobus id commune generibus est, quod operiuntur testa, frigida planè sententia; nam cum de solis Testaceis sit sermo, quid erat opus hac admonitione? & quare dicit *ἀμφοῖν* potius quàm *πᾶσιν*. Enimvero quæ philosophi mens fuerit, non diuino: verba autem hoc sonant. commune ex ambobus est Concha, *ἔξ ἀμφοῖν*, ex utroque genere *τῆ μονοφυῆς καὶ συμφῶς*. Ait Conchas, quæ peculiaris est species Testaceorum, naturam utriusque generis participare tam eorum quæ clauduntur, quàm eorum quæ ab vno tantum extremo. Sic Casaubonus. Nos omnia, quæcunque ad differentias varias pertinentia memoriæ prodidit Aristoteles ex Theodoro Gaza referemus, vel ea ratione, quoniam aliquoties in hoc opere ex usu sunt futura. In quarto itaque de partibus animalium: quinto capite ita scribit: Sunt Testatorum genera plura. Alia enim turbinata sunt, alia bivaluia, alia vniualuia. Sed turbinata bivaluibus quodammodo assimilantur, quippe quæ omnia operculo quodam congenito, carni parulæ apposito claudantur, ut Purpuræ, Buccina, Natices, & reliqua generis eiusdem: idque præsidij causa. Qua enim testa non protegit, facile offendi posset ab ijs, quæ extrinsecus inciderent. Cæterùm vniualue genus, quod saxis testa in dorsum data adhæret, seruari potest: fitque alieno septo quodammodo bivalue, ut quæ Patellæ vocantur. Bivalue se concludendo tuerur, ut Pectines, ut Mituli. Turbinatum crusta illa præte-mi, quæ à fronte integitur, quasi bivalue ex vniualui efficitur. In quarto de historia

*Testatorum  
quartum  
genus.*

*Cochæ Ve-  
nereæ Ari-  
stoteli igno-  
ta.*

*Patella cur  
saxis non  
hæreat.*

*Bivaluuium  
diuersitas.*

*Dalechamp  
p̄ error.*

*Testaceo-  
rum differen-  
tia ex Ari-  
stotele.*

*Turbinata  
cur bivat-  
uibus assi-  
milentur.*



*Caro Testaceorū, & Crustatorū*

*Echini carne carent.  
Limax.  
Cocalia.*

*Bivalue, & quid univalue.  
Bivaluū differentia.  
Vnguis.  
Vertibula.  
Differentiæ à testis.  
A motu.*

*Pinna immobilis.*

*A carne.*

*Ab operculo.  
Ut moueantur.  
Differentiæ paruum interiorum.*

*Turbinatorum discrimen, & descriptio.  
Caro.  
Caput.*

*Os.  
Dentes.  
Promuscides.*

*Venter.  
Gula.  
Intestinū.  
Papauer q<sup>b</sup> horū generū insit.*

cap. 4. hæc habet omnia. Quæ vero testa operiuntur animalia, vt Umbilici, Cochleæ, & omnia, quæ Ostrei nomine appellamus, atque etiam Echinorum genus carnem quæcunque, similiter atque Crustata habent: quippe quæ intus eam continent, testaque foris claudantur; nec intra se durum habeant quicquam. Sed ipsa inter sese numerosa discrepant differentia, tum testæ, tum carnis interioris ratione. Alijs enim in eo genere nulla est caro, vt Echinis: alijs est sed penitus inclusa, nec vlla ex parte conspecta, excepto capite, vt terrestrium Limacibus, & ijs, quæ Cocalia quidam appellarunt, & aquatiliū Putpuris, Buccinnis, Cocleis, & reliquis omnibus Turbinatis. Cætera aut duplici constant valvula, aut simplici, vt genus alterum bivalue, alterum univalue possit nominari. Bivalue appello, quod gemina testa continetur: univalue, quod testa singulari clauditur. Sunt item quibus altera pars superficiem detecta carnem ostendat, vt Patellæ. Bivaluis generis pars clusilis est, vt Pectunculi, & Mituli. Eiusmodi namque omnia parte altera ligata, altera soluta constant, vt & concludi possunt, & aperiri. Alia binis quidem conclusa valvulis sunt, verum utroque latere connexa, vt Vngues, siue Digni. Non desunt, quæ testa tota occultentur, vt nulla ex parte carnem detecta habeant, vt quæ Vertibula, siue Tubera, & Callos appellamus. Ipsarū autem testarum magna varietas: nā alię læues, vt Vngues Mituli, & Concharum quædam, quas aliqui Galadas appellant: alię scabræ, vt Ostreæ, Pinnæ, & Conchæ nonnullæ, & Buccina. Quædam etiam pectinatim diuisæ, vt Pectunculi, & Concharum nonnullæ. Crassitudine quoque differunt, & tenuitate, tum totius, tum partis: velut laborum. Alijs enim labra tenuia, vt Mitulis, alijs crassa, vt Ostreis. Item alia se mouent, vt Pectines, quos etiam volare nonnulli aiunt: nam & de ferramento, quo capiuntur, sæpè exiliunt. Alia item natura immobili sunt, vt nunquam sedem, in qua hærent, sponte ipsa mutare valeant, vt Pinna. Omne sanè Turbinatorum genus mouetur, & serpit. Patella etiam saxi absolui, in pastumque ferri solita est. Commune autem & ijs, quæ adhuc enumeravi, & cæteris Testacei generis, vt testa intus æqualis, læuisque habeatur. Caro bivaluis, & univaluis generis ita testæ adheret, vt nisi per vim nequeat detrahi. At turbinati laxior continetur, & absolutior: cui generi peculiare est, vt testæ postrema à capite intorqueantur. Operculum etiam eadem iam inde ab ortu naturæ omnia gerunt. Mouentur item eadem omnia parte dextra, non ad vertiginem, siue clauiculam, sed in aduersum. Partes exteriores eius generis differentijs ijs variantur. Interiorum natura similis quodam modo in omnibus est, maximeque in turbinatis. Differunt enim inter se magnitudinis, excessusque affectu. Nec verò multum univalue, ac bivalue genus conclusile sibi dissident, quippe quæ parum differentiæ inter se afferant: quanquam longè ab immobilibus discrepent; quod latius postea patebit. Natura ergo Turbinatorum similis constat, nec nisi magnitudine variat, vt modò dixi. Alijs enim partes maiores, atque euidentiores: alijs minores, obscurioresque sunt. Ad hæc discrimen illud duritiæ, molliitiæ, cæterarumque generis eiusdem affectionum. Caro enim prima in ore testæ, quam omnia torosiusculam habet, alijs magis talis, alijs minus. Caput eius medio partis prominulum iungitur, & cornicula duo, quæ pro magnitudine animantis plus minus capiunt incrementi. Exerunt caput more omnia eodem, idemque per motum retrahunt intrò. Nonnullis etiam os, & dentes acuti, breues, & tenues, vt Cochleis. Promuscidas item gerunt more muscarum: quod quidem membrum linguæ effigiem præ se fert. Habent hoc idem & Purpuræ, & Buccina firmum, & torosum, quo similiter vt Asili, atque Tabani, quadrupedum tergora penetrant: imò longè validius: testas enim escarum possunt perforare. Venter os protinus excipit, similis in Umbilicis gutturi auium: habentque parte inferiore duo quædam alibida torosa, mammis similia, cuiusmodi carunculas, vel in Sepijs esse animaduertimus, sed hæc torosiora. Gula à ventre duplex, longa porrigit se vsque ad Papauer, quod postremum fundo commissum est. Hæc ergo, vt in Purpuris, & Buccinis conspicua, in clauicula testæ continentur. Quod autem gulæ subiungitur, intestinum est, gulæ ipsi continuum, simplexque ex toto, vsque ad exitum: cuius initium circa anfractum papaueris est, quæ & laxius hæret. Quod enim Papauer appellamus, quasi materia vacans, atque excrementitia, magna sui parte in omnibus generibus Testaceis inest. Hinc sursum versus replicans, carnis repetit sedem, sicutque ad caput: vnde eicitur excrementum, pariter in omnibus Turbinatis generibus, tam aquaticis, quam terrestribus. Membrana in grandiusculis Umbilicis à ventre gulæ atexitur continua, per quam meatus prolixior albicans colore, similis superioribus illis mamillantibus carniculis tendit. Habet etiam incisuras, quales in ouis locustarum habentur: verum hoc albidum, illud rubidum est. Nullus exitus huic, nullum foramen postremum patet, sed prætenui membrana cauo productus angusto continetur.

Tendunt



**A** Tendunt ab intestino adimum nigra, quædam aspera, atque continua, qualia vel in Testudine visuntur, vel minus nigra. Cæteri quoque Umbilici hæc habent eadem, sed quò minores, eo minutiora. Univalue autem, & bivalue genus partim ijs simile est, partim diversum. Caput enim, & cornicula, & os obtinent, atque etiam quòd linguæ speciem gerat: verum hæc in minoribus sensum præ sua exiguitate effugiunt. Nonnulla etiam ex inanimatis, aut non mouentibus percipi nequeunt. Papauer illud, quòd etiam mutem appellamus, omnia habent, sed non loco eodem, nec par, nec ex æquo manifestum, sed Patellæ in imo, bivalbia verò ad partem qua mutuo testarum complexu continentur. Capillamentis etiam illis hæc omnia circundantur: & quòd ouum appellant, tempore, quo gigni solet, ambitu alterius lateris oræ continentur, videlicet ijs, quibus datum id à natura est, sicut etiam albugo Umbilicis: id enim illis iunctum simile intelligimus. Sed eiusmodi partes, vt dixi, cum conspicuæ in magnis habeantur, in paruis tamen, aut nullo pacto, aut vix sentiuntur; quamobrem in magnis Pectunculis præcipuè parent, quòd genus idest, cui altera valvularum latior, velut tegmen superposita est: Ostium excrementi cæteris à latere est. Foramen enim quò egerant, omnia habent:

**B** quippe cum papauer illud, vt iam dictum est, excrementum quiddam omnia membrana contentum sortiantur. At illi, quòd ouum appellant, foramen, nullo in genere, tributum videmus, sed carni ipsi intumescit: nec eadem, qua intestinum, parte continetur, sed dextera, cum intestinum habeat sinistra. Cæteris ergo talis excrementi exitus est. At verò Patella fera, quam marinam autem quidam appellant, parte ima testæ excernitur, qua foramen habetur. Ventrem etiam post os esse, in hoc eodem Patellæ genere constat, atque etiam ouis illa similia. Sed quis eorum cuique situs sit, diligentius ex dissectionibus petendum est. Hæc omnia itaque philosophus, qui & in septimo libri quarti de partibus animalium capite de partibus horum Testaceorum exterioribus isthæc prodidit. Testatorum corpus non multiplex est. Cuius rei causa est, quòd eorum natura stabili est. Quæ enim nobiliora sunt, hæc plures habeant partes necesse est: quoniam actiones eorum sint, & officia. Plura enim desiderant instrumenta ea, quæ plures motiones exercent. Ad hæc, aut omnino immobilia sunt, aut parum motus adipsuntur. Verum natura consulens eorum saluti, duritiam testæ obduxit. Sunt alia univaluia, alia bivaluia, alia turbinata, vt dictum iam est. Turbinati etiam generis alia in anfractum inuoluta sunt, vt Buccina: alia in globum tantum circumacta, vt Echinorum genus, nec non bivaluium: alia reserata sunt, vt Pectines, & Mituli. Ab altero enim latere nodo ligantur, quædam utroque latere connexa sunt, vt Vnguium genus. Habent omnia Testata caput infra, plantarum modo. Cuius rei causa est, quòd cibum de imo capiant, vt plantæ radicibus suis hauriunt. Itaque ijs vsu euenit, vt inferiora habeant supra, superiora infra. Membrana obducit, qua portio potulenta humoris transmissa, liquataque cibo assumitur. Nullum ex ijs est, quòd capite careat. Cæteræ corporis partes nomine vacant, præter eam, quæ cibum recipit. Differunt præterea loco generationis inter se, quemadmodum idem diligentissimus philosophus hisce verbis docuit. Testacea omnia sponte naturæ in limo diuersa, pro differentia limi oriuntur: nam in coenoso Ostrea, in arenoso Conchæ. Rimis, cavernisque saxorum Vertibula generantur, & Glandes, & quæ per summa adhærent, vt Patellæ, & Natices. Omnia id genus celeri incremento augentur, sed præcipuè Purpuræ, atque Pectines, quippe quæ anno perfici possunt. Nascitur ergo Concharum genus, quemadmodum expositum est, sed locis varijs: nam alia vadis, alia gurgite, alia duris locis, atque asperis, alia arenosis: & alia sedem mutant, alia stabiliter degunt. Pinna ex ijs, quæ sedem nunquam mutare solent, radice innituntur. Vngues, & Conchæ nulla innitentes radice permanent: euulsæ viuere præterea nequeunt pinna. Mirum, quòd prodidit Strabo Conchyliorum quædam esse, quæ mugitum edunt in Nilo. Ex recentioribus Rondeletius quàm breuissimè, & loculenter differentias Testaceorum sic complexus est. Ab his, alia ab alijs, testæ duritia superantur, vt Stellæ, Pulmones, Holothuria, Echini, (omnia enim ista Ostracodermis subijcit Aristoteles. Nos stellæ pro Insectis marinis edidimus in opere nostro de Insectis) longè minus dura testæ conteguntur, quàm Purpuræ, & Buccina. Alia vndique circumtegentur, vt interioris corporis, nihil cerni possit, vt Ostrea, Tellinæ, Pectines. Alia altera tantum parte testam habent, alteri parti testæ loco est scopoli pars cui heret. Chame, & Dactyli, siue Solenes vtrisque extremis non integuntur, per quæ caput, & posteriorem partem exerunt. Eorum quæ vndique integuntur, quæ turbinata sunt, vt Purpura, Buccinum, alia turbinata non sunt, vt Conchæ, quæ à nostris Porcellaines vocantur.

*Bivaluia, & univaluia, vt à turbinatis differant.*

*Caput.*

*Papauer non omnibus eodem loco.*

*Ouum.*

*Anus ubi.*

*Papauer excrementum.*

*Patellæ anus qualis*

*Testacea cur pauciores habeant partes.*

*Testæ cur eisdem.*

*Turbinatorum differentia.*

*Caput omnia habent infra, & cur.*

*Loco differre Testacea.*

*li. 5. Hist. cap. 15.*

*Quæ sedem mutant, & quæ non.*

*li. 17. Geo.*

*Testaceorum differentia ex Rondeletio.*

*A regimini bus.*



Alia vnica Concha constant, vt Lepades, alia duabus, vt Mituli. Testarum alia læues, vt Vnguium, Mitulorum, alia aspera, vt Purpurarum, Buccinorum, Ostreorum, quarum rursus testarum permagna est in asperitate varietas, quæ in singulis declarabitur. Colore etiam distinguuntur, quod hæc vnus coloris sit, vt Mytolorum testa nigra est, alia flaua, alie rubra sunt, alia varijs coloribus depicta. Differunt & motione: nam quedam in stabili sede permanent, vt Pholades, quæquem in saxorum cauis, & alijs in locis degunt, vt Ostrea, Pinna. Mouentur Purpura & Turbinata, & Chamæleues, quas in gyrum verti in aqua vidimus. Differunt etiam testarum adhæsiōe. Etenim alia vinculis validioribus alligantur testis, vt Mytuli, Pinna, Vngues. Quæ verò in Turbinatis testis sunt, nullo eis vinculo annexa sunt, sed posterior tantum pars circa testæ volumen clauiculatim intorquetur. Sunt & alia ferè infinita Ostracoderinorum differentia, quemadmodum ipsa infinita ferè sunt, quæ ex singulorum historia petendæ sunt, nec differentie solum, sed etiam ea, in quibus omnia conueniunt, vt quod omnia *μικρα* habeant, sed non loco eodem, neque æqualem, neque ex equo manifestum. Quod modò ad partes eorum pertinet, earumque vsum, ac necessitatem, de his licet quedam etiam supra dicta sint, cum non vno in loco locutus sit philosophus, nonnulla hic rursus recensebimus. Inter has primùm occurrit testa, de qua ille sic in secundo de partibus, earumque causis capite octauo meminit. Crustata omnia extra se munita seruantur, velut Cancræ, genusq; omne Locustarum, atque etiam Testatorum, vt quæ Ostrea appellatur. His enim omnis caro intus: terrenum autem illud, quod contineat, & conseruet, foris est. Nam præter ipsum continendi officium, quoniam eorum natura parum caloris obtinet, cum sanguine careant, idcirco testa veluti furnulus quidam amplectens conseruat intestinum calorem, & tuetur. Cur verò non mutant testam, vt Crustacea suam Crustam, triplici de causa id fieri putant, nimirum quia non mouentur, quia non siccantur, durior enim testa, & crassior, quàm Crusta, & quia parum viuunt. Causa duritiæ est tenerum eorum corpus, quod meminit etiam Iulius Scaliger his verbis: Mollia igitur ipsa intus, opus habuere duritia exteriori. Ita ossa tum alijs, tum Sepiæ constituta fuere intus ad consistendum. His extra, & ad eundem finem, & ad mollitiem tuendam. Quæ proportio etiam in multis fructibus est. Vt quibusdam interna, alijs extima sua sit duritia. Ita alijs alia adiunxit præsidia; alijs denegauit: vt Pulmonibus marinis, ob vilitatem, Echinis, ne ad duriora afflicterentur, cirros pro anchoris: Lepori marino admirabilem facultatem. Is tamen si informis, ac mollis caro; tamen nullis tempestatum agitationibus ita superatur, vt in in litus eijci possit. Quibus verò non fabricauit munitiones, ijs tamen dedit qua sibi iam fabricata compararent, vt Carcinadi: vacuas enim indigenis Conchas, & querit, & inuenit, & subit, & subinde mutat: si ita ei facta sit accessio corporis, vt prioribus ædibus capi nequeat. Catus, & inquilinus, & œconomicus, magistra natura. Extat item problema apud Aristotelem, cur lapides, & testæ in mari rotunda reddantur? An quia extrema, inquit, compari ademptu circumfracta, in rotundam se colligant speciem? hæc enim sola simili extremo clauditur, mare, aut quoquo versus agitando pariter circum undique frangit, atq; obtundit. Est & scitu dignum, cur strias habeant nonnulla, nonnulla verò non habeant: super qua re audi aliam Scaligeri exercitationem aduersus Cardanum, qui striarum in hisce Conchylijs ordinem, cum vellet ad certam sibiq; notam reducere causam, ita scribit. Fit autem varietas tum striæ certo ordine: quoniam res parua, variata, ac mista, etiam obiter, dum equaliter crescunt spatia, certo ordine laborata videtur. Siccine Cardane, inquit Scaliger, quare manus duas habeam, causam reddis? Quia manus duas infans cum haberem, simul cum corpore creuerunt. Hoc non est, *τὸ ἐξεν*, H sed *τὸ μὴ ἐξεν*, ostendere causam. Strias habent Buccini, quia eis ablati non sunt: Ego verò, si me, causas hæc, quod nesciam irrideatis; non iratus dicam, vos omnes philosophos subtiliores insanire. Namque partim causas cum ex vtilitatibus eliciamus, quarum partium nullus vsum percipi queat; ex partes sui quoque causas nobis ignotas habent. Eiusmodi est color, leuitas, striæ, splendor; oræ in plantis crenatæ, serratæ, dentatæ, sinuatæ. Quippe in calidis, ac frigidis æquæ spectantur, Natura verò plus lufit in nostrarum mentium agitationibus, quàm in striarum, macularumque tum ordine, tum varietate. Atque hæc de testis, siue operimentis, quibus adde, quod ait Lucretius naturam omnia ferè sua dedisse operimenta: canit enim.

*Proptereaq; ferè res omnes aut corio sunt,  
Aut seta, aut Conchis, aut callo, aut corice testæ.*

Aristoteles Testatis oculos esse negat. Etenim sic scribit: Habent profectò oculos, cum cætera

*Amotione.**De partiu  
Testaceo-  
rum vfu.**Testa.**Caro.**Cur testæ  
nō habeat.**Cur dura  
sint testa.**Exer. 222.**Pulmo ma-  
rinus cur  
nō testus.**Lepus ma-  
rinus.**Carcinas.**Seff. 22.**Probl. 36.**Cur Testæ  
in mari ro-  
tunde red-  
dantur.**Strias cur  
habeant te-  
stata.**Exercit.**220.**lib. 4. de  
rer. nat.**Oculi an-  
sint testa-  
ris.**lib. 1. hist.**cap. 9.*



Ac cetera animalium genera omnia præterquã testa intacta, & si quid imperfectum est aliud. Lego tamen in epistola quadam Plinij, Insectorum omnium, & quibus Testacea operimentâ, oculos moueri, tantum abest vt neget habere. De internis partibus, & excrementis, hæc ferè philosophus reliquit. Crustatorum, & Mollium more binos dentes habent primores, & carnosum illud, quod linguæ proportionatur, ad cibum sentiendum, siue quo voluptatem esculentorum discernunt: tum stomachum ori continuè iunctum, exiguum proportionem suorum corporum magnitudinis, hicq; à ventre excipitur, dein intestinum simplex vsque ad exitum intestini dirigitur. Singula autem Testatorum genera has easdem obtinent partes, sed alia explanatiùs, alia obscuriùs, quanquam maiora conspectum earum præbeant euidentiorem. Ori autem iungitur quasi ingluuius auium, in qua stomachus est, quem excipit venter, in quo situm est quod papauer (μύκρον) appellatur, mox intestinum continuum tendit simplex, originem à papauere illo ducens. In omnibus enim Testaceis inest hoc excrementum, quod vel esculentum esse præcipuè sentitur. Et mox rursus. Caro non æquè omnium esculenta est. Et excrementum, quod papauer vocatur, quibusdam cibo idoneum. Continent hoc Turbinata omnia sua clauicula; vniualuia suo fundo, vt Patellæ, B bivaluia, qua nodo ligantur, quod autem ouum vocatur, latere dextro bivaluia habent, altero latere ostium excrementi continēt. Sed errore ouum id vocatur, quippe quod tale sit, quale est pingue in sanguineo genere, cum viger. Quamobrem fieri solet per id tempus anni, quo vigēt, scilicet vere, & autumnò. Laborat enim Testata omnia per frigus, & æstum atq; exuperantiam temporis pati nequeunt. Aliàs etiam Testatum genus omnino partim Mollibus simile esse dicit. Quà enim foris, inquit, terrenam portionem, intus carnem habent, Crustatis assimilantur: quã autem forma eiusmodi corporis constat, cum Mollibus conuenit omne quodam modo, sed præcipuè, quæ ex Turbinatis cuniculo in anfractū conto rquēntur. Natura enim eorum vtrorumq; perinde se habet, quasi quis directâ linea (vt in quadrupedum, & hominum genere est) primùm extrema lineæ parte superiore os situm intelligat: quã à: mox stomachum, quã b: tum ventrem, quã c: deinde intestinum vsq; in ostium excrementi, quã d: hæc ita in sanguineo genere disposita sunt; & caput, pectusque locum obtinent primom. Reliqua ipsorum gratiã, aut motus causa à natura adiecta sunt. Sed hæc antè etiam fusiùs diximus. Hermolaus Conchilium carnes interiores, Græcè Spon dylos scribit, latinè callos, item omnem callum Pinna; & Conchilij interiorē, papauer quoque dici. Aristoteles vocat τὴν σάρκα, τὸ σαρκώδες, τὸ ἔσω τῶν ὀστέων τὸ σαρκώδες. Hanc Testaceorum, vti & Crustaceorum carnem decrescēt Luna diminui, crescente verò augeri, & philosophi, & aliorum multorum scriptorum testimonio cōstat. Plinius de luna. Quo vera coniectatio existit, haud frustra spiritum sidus Lunæ existimari. Hoc esse quod terras saturat, accedensq; corpora impleat, abscedensq; inaniat. Ideo cum incremento eius augeri Conchylia, & maximè spiritum sentire, quibus sanguis non sit. Lucilius apud Gellium. Luna alit Ostrea, & implet Echinos, muribus, & pecori fibras addit. Horatius: Lubrica nascentes implent Conchylia luna.

Oppianus hinc capiendi tempus desumit.

Εθνεα δ' ὄσρα κόρινα, τὰ δ' ἐρπύζει θαλάσση.  
 Πάντα φάτις μῆνης ἰδὴ ἀέξο μῆνης κατὰ κύκλον,  
 Σαρκὴ περιπλήθειν, καὶ πλεῖνα ναίετον ὄικον.  
 Φθινῆσθαι δ' ἐξ αὐτῆς ἀφαιροτέροις μελέεσσι,  
 Πικνῶσθαι, τοῖν τις ἐν σφίσι ἐστὶν ἐνάγκη.

hoc est, vt Laurentius Lippius Collensis carmine reddidit:

Gentes quæ duro clauduntur tegmine teste,  
 Quæ serpunt ponto, cum Luna impleuerit orbem,  
 Fama refert proprio plenas pinguescere testæ,  
 Sed cum multuagæ decrescunt cornua Luna,  
 Diminui graciles, tali sunt lege coactæ.

Aelianus nō hanc tantum in luna potentiam agnoscit, (proprium esse inquit testa, crustaue insectorum, vt ad decrescētem lunam ex inanitate, & exilitate corporis laborent) verum & iumenta imbecilliora, infirmioraq; cum decrescit illud sidus pronasci: eamque ob causam harum rerum prudentes in hac mensis partē genita, quod minus præstabilia sint, consulere, vt non alantur. Cardanus lumine lunæ non augeri putat, sed impleri, hoc est, vt ipse exponit, pinguescere. Sed verba adscribam: Cur non solum Conchylia, inquit, sed exanguium quæ in aqua degunt, omne fermè genus lunæ lumine impleatur, causam reddere difficile non est: non enim ob incrementum, non enim pinguiora, sed humidiora

Epist. 136  
 Interiora  
 Testatorum  
 Dentes.  
 Stomachus.  
 Ingluuias.  
 Venter.  
 Intestinum.  
 Papauer.  
 Caro.  
 Papauer q  
 bus & ubi.  
 Ouum.  
 lib. 4. Hist.  
 cap. 9.  
 Vi Crust  
 tis, & M  
 libus si  
 lia.  
 Carnis n  
 mina.  
 Luna de  
 crescente  
 carnem te  
 statorum  
 minui.  
 Li. 2. c. 99.  
 Lib. 7. c. 20  
 Li 2. sat. 4  
 Lib. 5. de  
 piscib.  
 Lib. 9. de  
 animal. c. 6  
 Lib. 3. de  
 sanis. c. 56  
 Cardani  
 opinio, cur  
 crescenti  
 luna auget  
 tur.



*Pierij Valeriani opinio.*

*Canceri ad splendorem accurrunt.*

*In Hexa. homil. 6. Basilij opinio.*

*Luna vis.*

*Ut nutriatur.*

*lib. 1. Hist. cap. 1.*

*lib. 8. Hist. cap. 2.*

*Dulcis aq. in mari est.*

*Vrticæ ut nutriatur. Patella.*

*Purpura.*

*lib. 8. Hist. cap. 20.*

*Purpura in fluuijs moriuntur.*

*Pectines.*

*Quib. plura profint*

cuaderent : pinguescunt ergo, quoniam dum quæ ( aquæ ) & limus, quibus vescuntur, attenuantur, extenuantur, exconcoquuntur, ideo melius nutriunt, calor quoque, qui in cunctis animantibus augetur, in his ob propriam imbecillitatem euidenter augetur, quo fit vt duplici causa pinguescant. Pierius Valerianus aliam habuit opinionem, nam rationem redditurus, cur, si quid abditum, & arcacum luci proditum, ac releuatum ostendere quis vellet, Pagurum, & eius generis pisces, qui latebris gaudent, face apposita figurabant : constat inquit, eos nocturno tempore, admoto lumine, de penitissimis etiam cauernis euocari : Ea verò de causa Canceri ad nocturni luminis splendorem accurrunt, quòd id omne genus Testacea noctu plurimùm pasci solent : compertumque est plenilunio ea magis pinguescere, propterea quòd liceat his tota tunc nocte pabulari, copiosioribusque tunc escis enutriri : vnde pinguiores fiant, vt ij existimant, qui plenilunio nullam inesse vim coelitus hæc in Crustaceis efficiendi, remque ita ad commodiorem naturæ rationem deducunt : quamuis vnà cum Basilio magno, magna philosophorum pars sentiat. Basilius autem sic scribit. Atque corporibus animalium constituendis, cæterarumque rerum, quæ à terra nascuntur, non mediocriter Lunæ mutationes conducere reor. Nam alio modo corpora cum ipsa decrescit, alio, cum accrescit, afficiuntur ; etenim nunc rara, fiunt, inaniaque cum imminuitur. Nunc contra Luna accrescente, & ad luminis plenum properante orbem, corpora rursus diffarciuntur, & implentur : propterea quòd humorem quandam calori immixtum, in profundum vsque tum imprimit occultè, atque immittit. Declarant id ita esse tum ij, qui sub dio, lunaque dormiunt, capita quorum vltra modum humore replentur, tum animantia nuperrimè iugulata, quæ mox incurfu, impressioneque lunæ permutantur : tum etiam animalium cerebra, & animantium in mari degentium ea, quæ humore copioso prædita sunt ; arborumque medullæ, quæ sua sanè mutatione conuertere luna cuncta non posset, nisi quid immensam ( vt scriptura testatur ) exurperansque vitibus esset. Hæc ille. Iam dicamus de nutritione. Nutriuntur Ostrea, Ostracoderma more plantarum, per poros, vt inquit Albertus, vadique nutrimentum trahentia, cuius, inquit, signum est, quòd piscatores Flandriæ, & Germaniæ colligunt Ostreum, quòd est vnus testæ spiralis instar Cocleæ, & ponunt sub arena iuxta mare : quamobrem natura non format eis caput. Aristoteles quoque aquatilium plura saxis affixa vitam omnem traducere scribit, vt Conchæ ( ὀσπείων ) genera plura : non decesseque complura, quæ cum sint absoluta, mouere tamen se nequeant, vt Ostreæ, & quæ tota simplici, mitiorique G testa opera, Vertibula appellantur, & Calli, & Tubera. Alibi verò de eorum nutritionis modo ita loquitur : Cum animalia trifariam in aquatile, & terrestre diuidantur : aut enim recipiendi aëris, aquæque necessitudine, aut corporis temperatione, aut tertio victus ratione : vitæ prorsus discrimen pro his diuisionum membris consequetur. Alia enim temperandi corporis gratia, & victus ratione, atque etiam recipiendi aëris, aut aquæ necessitate ita degent : alia temperamenti, victusque causa tantum : Igitur eorum, quæ testa operiuntur, nonnulla immota aluntur humore dulci, & potulento, qui per spissa transmittitur, cum tenuior ipse mari concocto eliciatur, quemadmodum & primo naturæ ortu instituantur. Dulcem autem contineri humorem in mari, atque ita transmitti, & percolari constat eo experimento, quo si ex cæra vas tenui latere fixeris, idque annexa linea in mare demittas inane die, ac nocte vna, humoris copiam dulcis intra se colliget. Vrticæ pisciculis fortè incidentibus vescuntur. Os in medio habent, quòd in maioribus euidentius est. Meatum etiam vt Ostreæ, quo excrementa secedant, habent parte superiore. Vrticæ enim ipsa quasi Ostreorum caro esse videtur inclusa saxo, perinde vt testa. Patellæ etiam secedunt absoluentes sese vt vescantur. Quæ autem mobilia, eademque carne vescuntur sunt, ijs victus ex pisciculis est, vt Purpuris : sunt enim carnioræ, & quidem esca huiusmodi capiuntur, quanquam ijs etiam, quæ mari pullulant, alliciuntur. Anni pluuij eodem teste, hisce animalibus profunt, præterquam Purpuris, cuius rei inditium esse ait, quòd si annis in mare fluentis aquam gustarint, moriuntur eodem die. Viuit Purpura extra mare, quæ capta est, dies circa quinquaginta. Alit altera altera modo quòd sua testa agnatum veluti algam, muscumque gerit. Quæ autem pro cibo ijs afferunt, ponderis causa adhiberi aiunt, vt in libra sint grauiores. Cæteris squalor incommodus est, nam & pauciora redduntur, & deteriora. Et quidem Pectines tunc magis trahunt rufum colorem. Iã in Pyriæo Euripo Pectines aliquando defuerunt, non modò propter feramentum, quo piscatores abradendo vberim caperent, verùm etiam propter siccitates. Cæteris etiam Testatis imbres cõducunt, propterea quòd mare dulci us redditur : sed frigus facit profectò, ne vel in Ponto, vel in fluuijs gigni possint, exceptis biforibus paucis.



LOCVS.



EST ACEA omnia sponte naturæ in limo; sed alia alio, oriri iam dictum ex Aristotele est. Et Columella, vbi de piscibus loquitur, limosam maris regionem Conchylis idoneam esse scribit, Muricibusque, & Ostreis, Purpurarumque, tum Concharum Peetunculis, vt ille loquitur. Mare verò ita amant, vt maris hieroglyphicum apud Aegyptios Conchylia haberentur, quamuis interim litora potius quam altum mare amare videatur. Etenim

Vbi nascatur. lib. 8. c. 16

Vt mare amant.

ibi maior copia reperitur: ibique capiendâ esse docet Oppianus his versibus.

Τῶν δὲ τὰ μὲν δύοντες ὑποβρυχά χερσὶ λέγονται

Αὔρες ἐκ ψαμάθοιο, τὰ δ' ἐκ σπιλάδων ἔρυσσιν

Ναυλεῖς ἐμπροσθὰ, τὰ δ' ἠοσὶν ἐπιτυσαὶ αὐταῖς

Κύματα καὶ βοθροῖσι λαχαιόμενης ψαμάθοιο.

Isarum partem piscator colligit aliis

Fluctibus, & fulua manibus comprehendit arena,

Et partim innatas scopulis discernit, at illas

Vndantes iaciunt iurbati ad litora fluctus,

Vel in canosas mittunt, pelluntque lacunas.

lib. 5. de pis.

lib. 2.

Quidius quoque in extremo litore Conchas reperiri canit, & lapillos:

Nec mediis tennes conchas, pictosue lapillos

Pontus habet, bibuli litoris illa mora est.

lib. 2.

Et Lucretius:

Concharumque genus parilivatione videmus

Pingere telluris gremium, quâ mollibus vndis

Litoris incurui bibulam lauat equor' arenam.

Iam verò testante Horatio:

non omne mare est generosa fertile conche.

Certè Aristoteles in Ponto neq; Mollia esse, neq; Testata scribit, nisi locis quibusdam pauca: contra in mari rubro Testata omnia mira quadam magnitudine augeri. Celebrat hæc eadem poetarum recentiorum decus Iacobus Sanaxarius.

Nam quod rubra iuuant fulgentibus æquora Conchis.

Vbi nō sicut lia. 9. Hist. cap. 28.

In rubro mari maxima Conchilia.

Aelius etiam Iulius Crota, sed à copia, non à magnitudine,

Non tot fulgenti conueni sidera celo

Tot nec Erytræo colluceni litore concha.

In insula Babylone magna esse ait Philostratus: Bibaga (Bibacta vocatur Arriano in historia Indica) etiam Ostreis, & Conchylis referta est, vt Plinius memorat. Indæ insula est.

lib. 1. Eleg. lib. 3. 10.

Rauisius Textor Lucrinum lacum isdem abundare ait: sed è Lucrino lacu Ostrea, non vniuersaliter Conchæ commendabantur olim. Ostrea, & Conchylia (τὰ ὀστρεῶδε καὶ κορχοειδῆ) omnia, inquit Strabo, & multitudine, & amplitudine in mari extero excedunt: hic verò (circa Turditaniâ) in primis, quod scilicet fluxus, & refluxus hic augeantur; qui causa, vt

lib. 5. c. 21 Ostrea vbi laudabantur.

D par est, magnitudinis, & multitudinis propter exercitationem eorum existunt. In litoribus maris Aegæi copiam celebrat Martialis, dum canit:

Bassa da nobis Diadumene pressa, quot inquis?

Oceani fluctus me numerare iubes

Et maris Aegæi sparsas per litora conchas,

Et quæ Cecropio monte vagantur apes.

lib. 6. Epig. 33.

In Laconicis.

Fert & Laconicum mare Conchylia, sed ex quibus teste Pausania ad infecturam vestium Purpura comparatur, nobilitate solis ijs, quæ in rubro mari capiuntur, inferiora. Cùm verò in multis longè à mare distitis in ipsius terræ, quin in durissimorum lapidum visceribus, & quod amplius in summis montium, alpiumq; iugis Conchylia reperiantur, hæc cū maris, vt dictum est symbolum sint, disputatum inuenio, nunquid hisce in locis olim mare fuerit, esseque ex veteribus præclarissimos scriptores, qui id affirmant, quorum omnium sparsas opiniones hic inferere non erit inconueniens, vt qui vel negare id, vel affirmare voluerit, habeat vnde opinionem suam stabiliat. Herodotus de Aegypto. Quæ igitur de Aegypto feruntur, ea sic habere cum eorum fide adducor, qui mihi sic retulerunt:

Cur Gocha rû varia generâ in mōribus & in alyis locis à mari distitis reperiantur.



*Conchyliis  
in montibus  
aegypti.*

*Aristotelis  
opinio.*

*Loca modo  
terra, mo-  
do maria  
secundum  
philosophū.*

*lib. 1.  
Strabonis  
opinio.*

*lib. 17.*

*Plutarchi  
opinio.*

*Polybij opi-  
nio:  
lib. 15. Met.*

*Cap. 14.  
Solini opi-  
nio.*

tum verò de mea ipsius opinione in hanc item sententiam descendo, propterea quòd videam Aegyptū continenti sibi terrę præiacere, & Conchyliis in ipsis etiam montibus cerni, necnon saluginem quoq; efflorescere a deo, ut pyramidibus noxia sit, tum etiam montem eum, qui Memphi imminet, solas arenas habere, &c. Et mox his addit aliud argumentum à sacerdotibus adductum: Dixerunt verè & illud mihi Sacerdotes, vnde magnam coniecturam de hac regione facio, quòd regnante Myri, cum fluvius ad octo ut minimum cubitos excreveret, satis irrigabat Aegyptum, Memphi inferiorem. Et Myris quidem necdum non gentis annis è viuis excesserat. At nunc nisi sedecim, vel quindecim ut minimum cubitis ascendat, regione non inundat. Eiusdem de Aegypto sententiæ est Aristoteles libro meteorum primo, quam dicit in dies magis, magisque exarescere, & à Nilo totam esse inuectam, aggeratamque. Sed quia longo temporum tractu paludes obliuuntur, & habitationi reddantur idoneæ, initium rei obliuione inuolui. Atq; idcirco ab Homero Thebaidos mentionem solam fieri, Memphi vel nondum enata, vel necdum eò progressa, ut digna commemoratione haberetur. Signum etiam esse, quòd paulatim sit aqua exiccata, quod Sesostris didicerit, mare rubrum aliis esse Aegypto: atque ea de causa, quod in animo habebat, fossam à mari Erythræo in Nilum non duxisse, maiorem igitur Aegypti cauitatem, quàm eius aluei esse, quo Erythræum mare continetur. Iam verò si Aegyptiorum regio, quos omnium mortalium antiquissimos esse credit, ita recens sit enata, ut tanta ab Homeri tempore facta sit commutatio; par est de cæteris quoque terris idem existimare, & tantò posterius exiccatas esse; quantò homines in ijs habitantes, Aegyptijs sunt posteriores. Atque hinc iam effici, ut neq; flumina vlla sint perennia, neq; semper mare illud fuerit, quod nūc mare esse cernitur, sed vicissim modò mare, modò terras, eodem loco fieri, certis quibusdam temporum conuersionibus, quibus fato quodam nūc maximè siccitates, nunc maximè humores alijs, atq; alijs locis existant: atque id quidem in longissimo quodā anno fieri, haud aliter quàm in anno communi ætatem, & hyemem fieri videmus. Ita Tanaim, & Meotida paludem, & ipsum etiam Pontum exiccatum iri, atque similiter omnia permutanda in temporis infiniti infinita duratione. Hæc & huiusmodi plura Aristoteles, partim ex Herodoti de Aegypto historia, partim de Plutonis Atlantide insula videtur hausisse. Putat enim cum Platone mare extra columnas Herculis vaduosum esse, & nauigijs maioribus minimè peruium; non alia, ut opinor, causa, quàm quòd sic à magistro suo didicisset. Strabo quoque Aegyptum air priscais temporibus ad Pelusias vsque paludes, & montē Casium, lacumque Sarbonidem maris inundationibus opertam fuisse; & nunc quoque inquit, per Aegyptum huiusmodi effoditur falsedo, etiam sub arena salsa refertæ Conchylijs foueæ reperiuntur, perinde ac agro maris aquis inundato. Et rursus, loca Aegypti, quæ valde sublimia sunt, Conchylijs irrigantur. Idem in primo ait mirari aliquos quomodo fiat, ut duobus tribusue stadiorum millibus longè à mari in Mediterraneis locis frequētibus Concharum, & Ostreorum, & Cheramidum magna cernatur multitudo, & falsi lacus. Et mox ibidem. Eratosthenes ait multis in locis à mari longinquis vidisse lapidibus inhaerentes Conchulas, Peccines, & Ostreorum formas, falsumq; lacum in Armenijs. Plutarchus in Ostride, vbi plurimus est in Aegyptiorum antiquitatibus inuestigandis, de Homeri testimonio docet Pharon vnus diei navigatione ab Aegypto remotam fuisse, & totam Aegyptum mari olim subsedisse, eò quòd suo etiam nunc tempore Conchæ in fodinis, & montibus etiam plurimæ inuenirētur, & omnes putei, & fontes aquam falsam, & amaram haberent, illius videlicet maris reliquias, quod loca ea olim occupauit. Polybius idem sentit, sed verba eius non citabo, propterea quòd is videatur Aristoteli esse pedaneus in timore, quo veretur, ne pontus aliquando navigationem excludat. Lego & apud Ouidium.

*Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus*

*Esse fretum: vidi factas ex aquore terras,*

*Et procul à pelago concha iacere marina*

*Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.*

Solinus quoque in sua polyhistoria: pergam, inquit, ad residua, quæ in Thessaliam, & Aemoniam porriguntur: sunt enim arrectiora, quàm nusquam proceritas montana attolli valeat: nec est in terris omnibus, quod merito ad istas eminentias compareretur, quippe quas solas diluualis eruptio cum vniuersa obduceret humido sicu, inaccessas reliquit. Durant vestigia non languida fidei, quibus apparet, hos locos superstites vndosæ tempestati fuisse. Nam in latebrosis rupium cauaminibus, quæ fluctuum configijs tunc adesa sunt, reduuie Conchyliorum resederunt, & alia multa, quæ affatim mari incito expuuntur.



A tur, ita ut sint licet facie mediterranea, apparent tamen specie litorali. Subscribit horum sententiæ præterea Ildorus, Conchas concretas, & etiam Ostreas, quæ in remotis montibus reperiuntur, inditium diluuij primi esse scribens. Nec non Terrullianus. Mutavit, inquit, & totus orbis, aliquando aquis omnibus obsitus: adhuc maris Conchæ, & Buccinæ peregrinantur in montibus cupientes Platonij probare etiam ardua fluisse, sed & enatando rursus infima mutavit, rursus orbis alius, idem mutat & nunc localiter habitus, cum situs læditur. Cur inter insulas nulla iam Delos, arenæ Samos, &c. E contrarium sentientibus in primis est Olympiodorus doctissimus Aristotelis interpres, qui hac in re authori suo aduersatur. Is enim ad hæc philosophi verba (Sed quoniam natura omnis circa generationem quoque rerum mutatio fit, &c.) Causas, inquit, explicat, quare huiusmodi mutationem homines ignorant, cum tamen nondum docuerit aliam speciem, qua secundum humorem palustrem mutatio efficitur. Sunt enim species tres, aut quoniam exiguum vitæ nostræ spatium est ad hanc mutationem, quæ particulatim in his duobus infimis efficitur, discernendam, aut propter confertos hominum interitus, vel quia mortales aliò nonnunquam migratum, siue exulatum abeunt, vel laribus suis eiectioni alibi gentium sibi domicilium quærunt, aliasque sedes in exteris deducti colonias sibi comparant. Eodem quoque modo hominum habitationes latere nos existimandum est. Sicut enim peregrè profectioes, atque exilia hominū particulatim efficiuntur, ita & cultus, habitationesque mortalium particulatim, singulatimque esse consueverunt. Id autem fieri ait, quod & palustribus, & stagnantibus locis regio sicca, temperataque efficitur, sicut etiā peregrè habitationes propter causam contrariā. Huic simile quid circa Aegyptiacū quoque agrum euenisse ait. Nā Aegyptus cum ab antiquo mare esset, ex eo quod Nilus ityn semper & limū aggereret, litoralique tota effecta est, adeo ut in posterum paludes, lacusque ibi, sicut relatum est, esse occæperint: atque in vna Mœotide palude, huc rursus limi congerie aduecta paludes planā campestemque naturā acceperunt. Quemadmodum autem Aegyptus antiquitus mare extiterit, & paucis post annis in terrestre solum induruerit, eo philosophus ostendit, quod ostia Nili manu hominū excauata, atque elaborata fuerūt. Ex eo quoque quia pœa antiquitatis, & veteris cuiuslibet pater Mēphidis nullo loco meminerit, quasi huiusmodi vrbs terrestri cute contignata nondum esset. Id autem ex eo intelligi potest, quod squamme, atque testoria Conchyliorum durentia item Gellinorum (Tellinarum, credo) adhuc ibi passim reperiuntur, quæ quidem residuæ reliquæ sunt Ostreorum, Concharumque, quæ ibi mari terrestrem scilicet cutem recipiente restiterunt. Atque ita philosophus interpretatur, censetque Aegyptum mare olim fuisse, & postea in terræ faciem conuersam. Mihi autem potius videretur, palustria loca ea fuisse, & ob hanc rem inhabitabilia, atque inculta cum aliquo tempore fuissent, mox simo inuecto consolidari, sicari, colique à mortalibus ipsa coepisse, cuius simile quid circa Argos quoque accidit, ut paulò post dicturus est. Argos namque illud, quod hodie homines habitant, paludosum olim fuisse proditur. Atque ad hanc quidem expositionem quadrant quoque rationes allatæ. Ob id enim ostia sunt manufacta, namque quanquam Nilus limi vim magnam ingereret, atque dissiparet, tamen quia magnitudine aquarum quasi obrui Aegypti incolæ videbantur, ostia ac exitum fluminis excogitarunt. Quin & poëta Thebarum tanquam opulentissimæ vrbs meminit, de Memphite autem reticuit, hac sortassis de causa, propterea quod nondum vrbs illa habitaretur, sed palustris stanansque adhuc esset. Quanquam autem testæ Conchyliorum ibi reperiuntur, non tamen ratio hæc necessario ostendit mare quondam fuisse Aegyptum: nam in montibus quoque altissimis, qui longè à mari distant, eiusmodi Testacea reperiuntur: fortasse quia vehementiores venti in altum ipsa abripientes à sinibus maris usque ad iuga montium cellissima proiecerint. Secundum autem interpretationem magis ad veritatem propius accedere, ex ipso quoque Aristotelis intelligi potest, Infert enim eiusmodi verba. In ea loca, quæ ex humidis, palustribusque ad terræ soliditatem peruenerunt. Immo hanc quoque dictionem profert. Tale quid circa Aegyptum quoque contigit. Quo dicto potest patere sermonem esse, quemadmodum ex palustri humiditate in siccam firmitatem mutatio fiat. Hucusque Olympiodorus. Sed Ioan. Goropius Becanus longè aliter, quam Olympiodorus veterum opiniones refellit, cui doctissimo viro ego libenter assentio, quam ob id quæ ille super hac curiosissima questione, in quam plerique viri docti incidere sæpe solent, scripsit, cum ad rem nostram omnino faciant, neutiquam mihi silentio inuoluenda existimo. Is igitur post allatas aliquot veterum opiniones, nimirum Herodoti, Platonis, Aristotelis, & Plutarchi, neque alios inquit, rogabo scriptores quid hac de re sentiant, posteaquā video totius eruditionis coryphæos, & non antesignanos modo; sed ipsos etiam

lib. 13. c.  
22.  
Isidori opinio.  
l. de Pallio.

Refutatur  
superiores  
opiniones.  
Olympiodori opinio.

Testacea  
cur in montibus reperiuntur.

Goropij opinio.



*Testa cur  
in summis  
alpiam  
iugis.*

*Alpes Tri-  
dentinae.*

*In marmo-  
re Pecten.  
Cham in  
silice.*

*Perca in  
lapide.*

*Refutatio  
philosophi-  
ca.*

imperatores omnium disciplinarum in eadem esse sententia, & ut sint, eisdem rationibus E  
niti. Non igitur est mirum, si nostrates quoq; homines eisdem argumentis inducti, quibus  
prisci illi scriptores, nihil certius habeant, quam tota hanc camporum latitudinem,  
quæ Mosæ, Scaldis, Oceani, Arduennæque finibus continetur: Delphinorum, & re-  
liqui Phorci exercitus stationem quondam, non terrestrium animalium, fuisse. Viden-  
dum igitur mihi, an quicquam contradici queat, quo vetusta hæc & fortè Ogygia af-  
fertio vel eleuetur, vel (quod fortè spero) tuta nihili esse, & flocci pèndenda videatur:  
sed modò rationum pondera, non magnifica testium nomina, stateræ appendantur.  
Primum igitur illud, quod de Conchylijs magno applausu argumentum Herodotus, &  
Plutarchus ducunt, vanum omnino, & quavis palea leuius esse contendo. Eodem enim  
peruinci queat, summas alpes aliquando sub Oceano latuisse: quod si admittant, non  
plus contra regionis nostræ, quam contra omnium terrarum, vetustatem pugnent: nam  
& in illis Conchæ, & Ostreorum testæ inueniuntur. Nihil est tam altum, nihil tam ab  
equoreis flustibus remotum, in quo non sit reperire testas eorum, quæ in solis aquis  
marinis vitam agunt. Quod equidem cum aliorum relatu, tum experientis diuersorum  
montium sum edoctus. Cum in alpijs Tridentinis, & vicinarum gentium (Veronen- F  
sibus maxime, vbi ego ipse non pauca Conchylija reperi) perreptarem altissima quoque  
montiû cacumina, utroq; pede senis vncis innixo, & manibus pinnato baculo gressum fir-  
mantibus & ipse Conchas inueni, & ab ijs, qui Capricornos, siue Ibices, & Damas in-  
sectantur, didici non rarò inueniri. Et crebrius haud dubiò inuenirentur, si lapides  
æquè illic, atque infimis locis exciderentur. Nunc cum vectura illinc nulla esse queat,  
nulla est lapidicina, nisi cum arcæ ex ipsis rupibus excauantur angustis præcipitijs, &  
capreolorum semitis, vel funibus subeundæ. Cum igitur eiusmodi testæ internis, vel  
terræ, vel saxorum visceribus deliteant, & in summis alpijs rupibus interna tenen-  
tur; non potest fieri, ut illic crebrò videantur. Videntur tamen, saxi torrentium vi-  
deratis, aut immani gelu, magno tonitru diuulsis, vel flumine, turbine, aquarum uè  
violentia præcipitatis, aut disruptis, vel alia vi quapiam naturæ dehiscens: quibus  
fiat, ut, quæ intus condita fuere, prodantur. Apud vicinos nostros Limburgos, Leodi-  
os, Chondrusos, Namurcos, Hannonas, Atrebatas, Tornacenses, & alios multos, à  
quibus, vel marmora nobis, vel alia lapidum genera aduehuntur, non parua est testa-  
rum copia, & varietas. Vidi ipse in marmore cæruleo solidissimo Pecten, & ipsius se- G  
dem ita affabrè delineatam, ut nihil ars simile posse videretur. Vidi in silice durissimo  
(Habeo & ego in musæo silicem, quem cum fortè rumperet quispiam pro excutiendo  
igne, asperam Chamem, eiusq; sedem intus, ostendit.) Bethunis aduecto, quo viæ apud  
nos sternuntur, tot Conchulas totas lapideas, & conclusis valuulis integras, magna,  
ut cura, & arte ex illis fuisse cœmento aliquo compactus iudicaretur. In suburbano Pa-  
risiensi agro, qui supernè copiosa fruge luxurians, subtus caua magna sui parte est, &  
vehiculis peruius, inueni testas non paucas Turbinum marinarum, elegantissimo or-  
dine & tortas, & turberculis insignitas, atque ita omnibus modis perfectas, nihil ut præ-  
ter viuum pisciculum, ad integritatem deesset. Vidi in Anglia lapidem, è summis mon-  
tibus excisum, qui Percam ad viuum exprimeret, ne minima quidem lineola ad perfe-  
ctionem desiderata. Nec pauca mihi monstrauit Venetijs Andreas Lauredanus, antiqui-  
tatum omnium, & naturæ miraculorum diligentissimus obseruator, & custos. Quid mul-  
tis? neminem esse credo non omnino ociosum naturæ spectatorem, qui non similia mul-  
ta obseruauit. Omnibus ergo eiusmodi locis mare aliquando superius fuisse, necesse erit  
fateri, si proba illa sit collectio, quæ de Conchylijs marinis Neptunnum auorum finibus H  
induxit: atque ita nihil mihi oberit, quo minus dicam nostram regionem non minus anti-  
quam esse, quam cæteras omnes, in quibus id genus Conchylija sunt inuèta. Satis hoc qui-  
dem mihi est ad Herodoti, & Plutarchi conclusionem infirmam. Sed, quia absurdi  
illatio, quamuis satis ea vndè processit, falsa esse ostendat, non tamen rei, de qua queritur,  
naturam explicat, atque idcirco animum dubitationi non eximit, sed plerumq; magis in-  
uoluit, satius erit veram afferre solutionem. Hæc tamen non poterit ex historiæ monumē-  
tis afferri, sed petenda tota est è philosophiæ penetralibus, ad quæ rapi videmur hac mi-  
rabili consideratione. Sed quia naturæ arcana non sunt nobis hic tractanda, obiter  
& breuius, quam res postulet, disputationis munere defungemur. Materia generatio-  
ni subiecta sicut omnes formas æquè recipere potest, ita de suo sinu, siue potentia nullas  
educit. Si enim educeret, antè habuisset: deinde educere, agentis est: actio verò om-  
nis formam præfuisse monstrat. In materia igitur forma fuerit, cuius efficacia aliæ  
formæ



A formæ producantur, quod est absurdū. Aliūde igitur formæ procedunt, atq; rerū essentiali. Non ab elementis, non à cælo, quorū formæ sunt actionibus proprijs quibusdā, & motionibus additæ, ita ut nihil possint excellentius efficere, quàm ipsorū mouēdi potestas ferat; nisi velimus dicere quicquā esse, quod alteri vitā dare possit excellentiorem, quàm ipsummet possideat. Quomodo igitur dicitur, homo generat hominē & sol? eo nempe, quod homo & sol materiā præparent, ut idonea sit formæ recipiendæ. Cælum enim hominem si generet, id, faciat, quod longè sit cælo excellentius, cogitandi, intelligendique facultate. Non igitur cælum formas dat; sed ad formas recipiendas, materiā disponit, & aptat; quæ quidem dispositio eousque pertinet, dum id tantum producit, quod caloris, frigoris, siccitatis, & reliquarum qualitarum, quæ his sunt secundariæ efficaciz, produci potest. Figure igitur forsā quædam cælo debentur; sed si vita accedat, alius nunc opifex quærendus, qui cælo sit præstantior. Hunc formarum datorem nuncupemus, qui se per totum vniuersum insinuans, ubique adest, ubique materiæ præparatæ formas dat, & eas in ea tantisper conseruat, dum materiæ compago, & præparatio ferre potest. Hic, siue vnus sit, siue multas sub se intelligentias habeat, imperio, & potestate sua tota formarum orbem administrat, & cuique materiæ dat pro eo, atq; ad suscipiendum est idonea. Hic ranis, & pisciculis in aëre, hic muribus, & vermibus, & cæteris animantibus è limo genitis, materia prius à cælo præparata, formas infundit. Vbiuque igitur humor, siue liquor inuenitur ad Testaceorum vitam idoneus, viuæ Testacea generantur. Vbi verò materia erit capax, illa quidem formæ eius, quæ dat, ut testa quid sit, & vocetur, non possit vero viuo pisciculo liquorem idoneum præstare, fiet ut testa dumtaxat, non pisciculus, generetur. Formas autem istas, siue figuras accuratas, & animalium proprias, non cælo ascribo, quod instrumentorum peculiates formas dare non potest; sed ipsi formarum datori, quem singulis speciebus alium, & alium adesse, tamquam efficientem quandam ideam, si dixerō, id dixerō, quod possem tueri. Antuerpiæ latomus quidam viuum bufonem in medio marmore inuenit. Quod si eo loco aptus humor bufoni fuit inuentus, quid vetat quominus aliquando liquor in saxis inueniatur, quo marina quoque animalia generentur viuæ quidem si locus, & humor ferat; corporata verò tantum, si humor vitam non admittat? Opifex enim progreditur eò, quoad eius materia patitur, ultra progressurus, si loci, & materiæ inopia non excluderet. Non est igitur mirum testas in montibus summis inueniri: minus verò mirum in illis inueniri, in quibus salugo aliqua est, marinx salugini compar. Similis enim materia ad formas recipiendas est apta. In Aegypto igitur regione non saluginis modò, sed nitri etiam ferace, quis admirabitur Conchylia generari? quis etiam in nostræ regionis ea subterranea arena, quæ loco, & natura marinis vadis respondet, illa admirabitur? Cum ea temperamentum quoddam liquoris marini exugat, Oceano in terras sursum per omnes canales magna vi irruente. Cuius igitur subterraneis, & maximè ei arenæ, quæ proxima est aquis, per orbem terræ subitus meantibus, liquor quidam apud nos communicatur, qui Conchyliorum figuras facillè induit, vitam etiam accepturas, si locus viuum pisciculum alere posset. Videmus itaque Antuerpiæ quibusdam locis, postquam ad aquam hanc subterraneam fodiendo ventum est, magnam quandam crustam ad duos pedes, vel eo crassam: aliquando etiam tenuiorem, quæ tota est ex eiusmodi varia Conchyliorum congectione coagmentata, quasi vena quædam lapidis, aut marmoris esset. Nec porro vsquam in mari, aut litore tanta congeries Concharum cuiquam visa est, ut frustra somniemus, ita paulatim mari recedente fuisse congectam. Nam si ita hoc euenisset, cerneremus adhuc in Zelandiæ, Hollandiæ, & Flandriæ litoribus tantæ crassitudinis congeriem iacere. Quid? quod Pectinum in litoribus nostris magna est raritas, adeo ut à D. Iacobo è mari Gallatco pro monstris afferantur? at è fossis nostris infinita copia est educta quam in vallo, quod montis instar est, cuius licet videre. Et, qui Conchylas legere volet, eum nihil opus est ad littora proficisci, in montibus habet plus multò, quàm litoribus abundantia. Ego igitur non magis hinc mare fuisse credo quàm in lapidicinis Megarensiū, è quibus lapis effoditur Concharū marinatū coalitu constans ceteroqui candidissimus, quem à re ipsa Cōchida appellarunt. Quod si mare hinc originē causamq; nascēdi dedisset, in Piræo potius debebat inueniri. Iam cum tota Græcia varijs promontorijs in mare excurrat, varijs finibus mare admittat, nusquam tamen Cōchis, quæ Megaris, inuenitur. Vtinā nostra crusta sic induruisset, ut lapidē quoq; solidū cōponeret. Nā Megaricus ille adeo solidè coiuit, ut Caris, Phoronei filij sepulchrū & alia nō pauca opera ex eo facta fuisse Paulanias refertur. Ad eandē causā dētes illi in fossis inuēti, referēdi sunt, qui Carcharię dentibus adamassim respondent, nisi qd de terra, in qua diu iacuerunt,

*Formarū  
dator quis.*

*Conchylia  
cur quandoq;  
viuæ,  
cur & Te-  
sta tantum  
nascantur.  
Bufo viuus  
in medio  
marmore.*

*Prope An-  
tuerpiam  
multa Cō-  
chylia eru-  
untur.*

*Lapis Con-  
chis refer-  
tus apud  
Megareses*

*Dentes in  
fossis inuē-  
ti.*



*Linguae ser-  
pentinae de-  
tes qui di-  
cti.*

*Buglossus  
lapis.*

*Glossope-  
trarum co-  
pia ubi.  
Serpentes  
saxeii.*

*Cancris sa-  
xeii.  
Perca sa-  
xea.*

*Lapides pi-  
scibus pra-  
gnantes ubi.*

*Cappa lon-  
ga.*

pio candido, pullum colorem videantur traxisse: in his aliqui sunt ferrati, aliqui citra E  
ferram in acumen tendunt: omnes tamen acutissimi. Sed quia pauci sunt, qui Carcha-  
riae Canis dentes viderunt, fit ut non dentes, sed linguae serpentinae vulgò nominentur:  
quibuscum tamen nihil habent similitudinis. Huius generis, siue dentes, siue linguas,  
è fossis circa Antuerpiam frequenter extraunt minore miraculo, quòd piscem, cuius  
dens videri queat, non cognoscant, alioqui clamatura, caccharias hic olim habitasse.  
Quibus lapides hi linguae videntur, glossopetras eas nominarent. Hos pari ratione bu-  
glossum lapidem illum vocabimus, qui similiter è fossis vrbis nostrae est extractus. Huic  
longitudo sesquicubitalis; latitudo qua maximè patet, dodrantem aequat, paulatim in  
cuspidem obtusam ad linguae formam producta, colore, & duritie basalem refert, pon-  
dere ferrum, parte sui latiore, & crassiore foramina duo habet ea amplitudine, qua in  
calvaria equina oculorum cauitates videntur, cetera linguae bubulae non dissimilis, ut  
merito vel ab ea, vel ab ingenti magnitudine buglossus vocari possit. Cuius, rogo, ma-  
rinae belluae, & quòd os in hunc lapidem transiisse dicemus, si omnia id genus ad ani-  
malium partes sint reuocanda. Ego certè nullam inuenio, nec fuisse quidem opinor,  
non magis quàm animal aliquod fuisse, cuius vel lingua, vel dens glossopetra dicatur. F  
Nam quamuis his locis à mari non longo interuallo distitis suspicari quisquam posset  
Carchariae dentes esse, non tamen idem sibi persuaderet in colle illo, qui Aquisgrani  
imminet, tantum id genus piscium fuisse, quantum fuisse de glossopetrarum copia con-  
iectari deberet. Generantur hæc in terra, perinde atque alij infiniti generis lapides,  
nihil cum viuis animantibus habentia commune. Eodem, & ad eodem fontes, aman-  
do saxeos serpentes Irlandiae, quorum vnum in Anglia vidi spiris in se contortum, qui  
non alia ratione prouenit in lapidum metallis, quàm Conchæ apud Megarenies.  
Aperte illos, qui viuos hos serpentes fuisse, & incantamento in lapidem verfos esse, de  
quibus nescio fabulis persuadere nituntur. Naturæ sunt hæc, hominum, miracu-  
la: & ne miracula quidem, cum videntur perinde atque cetera, è causis apta. Quod  
verò quædam inter hæc lapidescant, quædam non; id succis, & figori tribuendum.  
Multi enim humores, siue liquores sunt, qui lapidis indurandi vim habent. In Testis  
igitur Conchyliorum quædam est videre Testas adhuc esse, alias etiam in lapidem tran-  
sisse. Cancros vidimus totos saxeos, in quibus crusta, & quicquid intuserat, in lapi-  
dem degenerarat, quo minus est mirandum si in Conchis id fiat, natura sua multò du-  
rioribus. Sed quid ego de Crustaceis dico, cum Percæ etiam saxæ sint inuentæ, atque  
adeo lapidei serpentes? Ad vim itaque formatricem in Conchylijs nostris recurrimus, quæ  
in quoque id facit, quòd præstantissimum in ea fieri potest, pro elementorum mistio-  
ne. Vbi ergo viua fieri non tulit materiae dispositio, aut locus, illic figuram saltem in-  
duxit, vitam additura, si locus, & temperamenta permisissent. In litore Anconitano  
saxa magni ponderis, quinquaginta, & plurium etiam librarum, è mari trahuntur:  
his colos, & constitutio exterior ea est, quæ lapidi ætati, rudis nimirum, & non diffi-  
lis læso, aut tritu; interior verò crusta, aut tunica dura est, & quæ poliri possit, haud  
secus atque interior ætate tunica; colore etiam subæuleo, ne hæc quidem nota ab  
ætate discedens. Rumpuntur hæc saxa maioribus malleis ferreis, magna vi impa-  
ctis, non quòd intus, ut in aquilæ lapide, alius calculus inueniatur, sed quòd pisciculi  
delicatissimi extrahantur, eiusdem generis cum Solenibus, quas Cappas longas Veneti  
appellant; sed è delicatioribus quòd non aqua marina, sed rore quodam tenuissimo, per la-  
pidem imbibito pascantur. Hi plures numero, ad viginti, modò plures, modò pauciores  
ita saxo includuntur, ut singulis suis sit nidus, ad magnitudinem, & figuram piscis omni-  
bus lineamentis respondens. Inter nidos saxeo interstitio relicto, ex his veluti è vaginalis  
rupto lapide eximuntur integri Solenes, ad palatū, & lumbos delicatiorum plurimum in-  
dant. In his igitur solidissimis saxis, in quibus aqua nulla, nullus liquor, inuenitur, præter  
eum, quem piscis continet, non figura, modò Dactyli, siue Solenis, sed vita etiam, &  
omnis pisciculi laus perficitur, & absolvitur, melior ut multo sit, quàm si in ipso mari ex-  
tra lapidem natus fuisset. Si igitur in his saxis viuos absolutosque cum vnguiformi sua  
fistula Solenes intelligentia hæc, formatum dispensatrix formavit, quid in eadem fuis-  
se dicemus, figurati quidem ad piscem hunc corporis, non verò viui procreandi, fa-  
cultatem? Figuratum enim, quæ animantium corporibus sunt propria, tum earum  
etiam, quæ corporibus non viuis eodem semper modo insunt, constanti similitudinis  
perennitate, causam ego ab effectricibus ideis, non à cæli duntaxat materia, & for-  
ma, eiusque motione circulari, pendere credo: atque ita in vniuersum statuo vim  
vnam



A vnamquamque formaticem tantum ubique producere, quantum materia capere potest, atque ita multa corporatura quidem hoc, vel illud animal esse, vita verò nequam.

*Est aliquò prodire tenus, si non datur ultra.*

Sic animalium etiam terrestrium ossa, nedum marinorum, in terra generantur; atq; modò quidem ossa perdurât, modò verò succi, lociq; natura in lapides transeunt. Georgius Agricola in agro Luneburgensi testis est ossa belluarum marinarum orta esse, & in lapides còuerfa. Plinius etiam è Theophrasto ossa in terra nasci, & in lapides transire auctor est. Huc forsàn referenda sint ossa illa enormia, quæ gigantum fuisse vana hominum ingenia crediderunt. Verùm ne ulterius quàm Conchylia nostra, & ossa belluina postulant, naturæ scriinia excutiam; hic finem huic considerationi impono, certus neminem fore, qui nostra hæc benè ruminarit, quin mox sit conclusionem illam è Conchilijs connexam derisurus. Hoc igitur in commune responsum sit omnibus ijs, qui Conchas, & magna piscium ossa nobis ingessere. Miror equidem Plutarchum hominem philosophum, istud non animaduertisse, vel ex eo saltem, quòd in montibus etiam videret Conchylia inueniri. Quod si verum fuit, quare nou æque asseruit, superiorem Aegyptum, atque inferiorem mari coopertam fuisse? Hoc si fateretur, in Thebaida tandem, & ipsam Aethiopiam mare deduceret, & ipsos tandem alpes submergeret hac sua collectione. Sed vereor si multus sim in hac conclusione infirmanda, ne ego prius ambiciosæ in re clara reprehensionis accuser, quàm Plutarchus inconsiderantiæ. Multò certè prius Eratosthenes sese totum in Conchulis, & saluginis causis apud eos inuentæ qui à mari longè sunt remoti, præcipuam illam quæstionem esse aiès; Quinam fiat, vt duobus, tribusque stadiorum millibus à mari intra mediterranea, plurimis locis, Concharum, & Ostreorum, & Cheramydum, ingens multitudo cernatur, & præter hæc falsi etiam lacus inueniantur, quasi maria essent (vti sit) circa templum Hammonis, & in ea quæ ad illud ducit, via; quæ ipsius testificatione longitudinem habeat trium millium stadiorum. Hic enim plurimam Ostreorum colluuiem esse, & salis etiamnum multum inueniri, & marinas exhalationes in sublime ferri, propè ipsum etiam nauium maritimarum fragmenta monstrari, quæ diantibus terris sint effusa: tum etiam columellas extare, super quibus delphini sunt, habentes hanc inscriptionem, *αυρηαιων Δωρον*. His Eratosthenes inductus, Stratonem Physicum, & Xanthum Lydum laudat, qui inter cætera, quæ multa recitat, existimarint ipsum Hammonis templum prius ad mare iterasse; ac deinde mari defluente, in mediterranea regione mansisse: atque oraculum quia mari adiaceret, eò celebritatis, & nobilitatis peruenisse, non esse à ratione alienum: alienum verò à ratione esse, si dicatur, quam habet claritatem, & existimationem hoc tempore, eam in tanto à mari interuallo acquirere potuisse. Aegyptum præterea prisca temporibus ad Pelusias vsque paludes, & montem Casium, & lacum Sorbonidem, maris inundationibus fuisse subiectum, inditio esse; cum falsugo effoditur, puteos ipsos arenæ, & Concharum plenos inueniri, quasi mare antea regio fuisset. In his Xanthi dictis nihil Strabo inuenit absurdi, sed ad Stratonem reprehendendum, qui inter cætera argumētum de fundo maris attulit, quod nec Straboni, probatur, nec quicquam habet momenti ad ea, quæ modò statui, eleuanda. Aduersus autè Eratosthenem, Stratonem, & Xanthum, eadem dici intelligatur, quæ contra Herodotum, Plutarchum sunt à nobis dicta. De Conchulis itaque, & Ostreis satis est responsum, illic ea nimirum reperiri, vbi succus idoneus ad ipsorum generationem inuenitur, nullam maris delapsi inducta necessitate. Hæc omnia Goropius. Sunt & alia loca, in quibus istiusmodi Conchylia longè à mari distitis inueniuntur, vt in Heluetijs referente Zoographo in agro Solodurenfi. Scribit & Gyrardus multas Concharum species in medio terræ, & in montibus, & in lapidicinis inueniri, quæ sunt propè Syracusas. Maius miraculū est quod scribit Gyllius (ex Athenæo, vt videtur) super erutis è terra Conchilijs his verbis. Posteaquàm, sicut ait Nicolaus Damascenus, lib. 104. Hist. ad Apameam Phrygiæ urbem Mithridatici belli temporibus motu terra discessisset, lacus, qui antè ibi nunquam comparuissent, repente extitisse, fluuiosque & fontes novos ex eisdem locis terræmotu excitatos fuisse, veteresq; multos exaruisse, ac nimirum plurimam aquam tum dulcem, tum salinam, tametsi ab eis locis mare longè abesset, ex visceribus terræ sic emanasse, vt tractum vniuersum tum Ostreis, tum & alijs piscibus marinis referferint.

*Ossa in terra generantur.*

*Ossa in lapides.*

*Plutarchi inconsiderantia.*

*Cœche fossiles.*

*Loca alia longinqua à mari Conchilis referentia.*



## SENSVS. MOTVS.

*Quib. sensibus carent, & quibus non.*



*Sensus exteriore habere.*

*Insectorum sensus.*

*Mollium.*

*Apum gustus.*

*An videant, & audiant Conchyliia.*

*Natices, ut caduntur.*

*Echinus.*

*Motus.*

*lib. 14. de anim. trac.*

*1.6.2.*

**S**ILICEA testa inclusis (id est, Testaceis) fatendum est, inquit Plinius, nullum inesse sensum, ut Ostreis. Et rursus: Carent, Conchæ visu, omnique sensu alio, quàm cibi, & periculi. Atque hoc est, quod & Suidas scripsit, Conchas (τὰς κογχύλας) quamvis careant visu, escas tamen sequi videri, odorandi scilicet facultate. Cæterùm communis præceptor Aristoteles visum, & alios externos sensus Testaceis non negat. Nam in

quarto de animalibus capite octauo disputans, docensq; quibus animalibus insit sentiendi vis, Mollia, & quæ vel crusta, vel testa operiuntur, atque etiam Insecta sensibus prædita esse omnibus constare asserit, nam, & visu, & olfactu, & gustu. Insecta enim, inquit, tam pennata, quam non pennata, procul sentiunt, ut mel Apes, & Culices, dicti Muliones. Iam Sæpiæ, Polypi, Gammari, odore escarum allectati capiuntur, & Polypi quidem ita adherescunt, ut auelli inde non possint, sed truncari inde non patiantur. At verò pulicaria herba admota, protinus ab odore eius resiliere dicuntur. Gustus etiam similis ratio: interdum enim cibum prosequuntur diuersum, nec eisdem saporibus omnia delectantur. Nam Apes nullam ad rem putidam solent aduolare, sed dulcia petunt, Culices nulla dulcia gustiunt, sed acida. Tactu verò sentire omnibus datum animantibus est. Quæ autem siliceo tegmine operiuntur, olfactum, gustumque habere constat, argumento escarum. Purpuris enim escas putidas Purpurarij emoluntur, & accedunt ipsæ ad eiusmodi escam à longè, ut potè odorantes. Sensus item saporum ijs inesse, eisdem illis rationibus patet. Sapore enim rerum earundem quæque delectantur, ad quas veniunt odoribus inuitata, quos gratos senserunt, & discreuerunt. Adde quòd quæcunque os obtinent, ijs & voluptas per saporum attractionem euenit, & dolor. De visu, & auditu quæquam nihil certi, manifestique habemus, Vngues tamen ad strepitum se subtrahere, inferiusque subsidere cernuntur, quoties ferramentum sentiunt admoueri. Exiguo nanque extant, reliquo autem toto corpore perinde ac in cubili, occuluntur. Pectines quoque admoto digito dehiscunt, mox comprimunt se ut cernentes. Natices item qui capiunt, non aduerso statu, sed secundo adeunt, quoties escam persequuntur: nec voce vlla, sed silentio agunt, utpote cùm, & olfaciant, & audiant. Nec fieri posse aiunt, quin subterfugiant, si vox proferatur. Echinus inter Testacea genera, quibus facultas ingrediendi est, Vertibula, Glaucesque inter immobilia eiusdem generis, olfactum minimè habere videntur. Hactenus Aristoteles, apud quem in quarto de partibus capite quinto, cùm explicasset partes Mollium, Crustatorum, Testatorum, atq; Insectorum, ad cibum accommodatas, legimus, oportere certè ut illud habeant quod ei parti proportionetur, cui sentiendi principatus in sanguineo genere mandatus est, hoc enim in omnibus animalibus inesse necesse esse. Quod modò ad motum Testaceorum attinet. Albertus Magnus tradit ideo paruam in ipsis partium exteriorum diuersitatem esse, quoniam animantia sunt, quæ vno, eodemque loco remanent, & si moueantur, paruum esse motum: esseq; quæ nullo pacto moueantur, sed affixa semper hæreant. Est autè hæc doctrina Arist.

## COITVS. PARTVS. GENERATIO.

*Nō coeunt.*



*Granida dicuntur, sed non pariunt.*

**D**EM philosophus, qui omnium animalium naturas quàm diligentissimè perscrutatus est, coitum, quin & partum istiusmodi animantium generibus, quæ testa integuntur, adimit. Nam etsi in decimoquarto capite libri primi de historia animalium super eo ambigere videatur, inquiens: An Testati generis vlla coeant, incertum est: plurima tamen non coire apertum est. In quinto nihilominus eiusdem historiae capite decimoquinto hoc vnum ferè genus totum expertus coitus esse scribit, & in noni capite trigesimo, testa intacta, inquit, ut Pectines, omneque Ostrearium, siue Conchiarium genus, atque etiam Crusta intacta tunc optima sunt, cùm grauida, ut latè in Locustis, & reliquis huiusmodi patet: sed quanquam testa intacta grauida dicimus, tamen nullum eorum, vel coitum, vel partum videmus. Sic ille. Sed tamen



A tamen in doctissimo Gallieni Imperatoris epithalamio legimus.

— *Non murmura vestra columba,*

*Brachia non badera, non vincant oscula concha.*

Et in mari rubro quaedam etiam Conchas nasci scribit Aelianus testis tum non leuibus, concauis; & secturis distinctis, tum labris acutis, quæ cum cocunt inter se sic alterno incurso coniunguntur, ut tanquam duram ferrarum coeuntium dentes videatur inter se conuenire, vade fiat, ut si piscatoris natantis quancunque partem, etiam si sub eam os subest, mordicus apprehenderint, amputent; & similiter si articuli locum comprehenderint, neq; id mirum esse, cum tanta sit marginum acies. Ut verò exactius quispiam de Testaceorum ortu; & generatione volens satis fiat, non ab re fuerit altius ea ex eodem philoso- pho repetere, quæ is integro super ea capite complexus est. Generatio Testatorum, inquit, quoque partim similis, partim dissimilis cæteris est. Idq; cuenit ratione: quippe cū animalium comparatione plantis, plantarum animalibus assimilentur, ita ut semine gigni quodammodo velut animalia videantur; ut alio modo non semine, & tum sponte, tum ex se; aut alia sponte, alia ex se oriri. Sed quoniam naturam proportionem plantis re-

**B** spōdentem hoc genus habeat, hinc testa in teetum, aut nullum in terra gignitur, aut paruum: quale genus Limacum est, & si quid eiusmodi aliud sit, sed rarum. At in mari, simili que humore multa, & varia gignuntur. Genus plantarum contra mari, locisq; huiusmodi parum, & nullum ferè: in terra autem hæc omnia oriuntur. Habent enim naturam proportionalem, atq; distinctam. Sed quanto vitalius humidum, quam siccum, & aqua, quam terra est, tanto natura Testatorum, quam plantarum, viuacior est. Nam alias eò quidem spectant, ut sicut plantæ ad terram, sic testata ad humorem se habeant, quasi plantæ Ostrea terrena, Ostrea plantæ aquatiles sint. Hinc etiam fit, ut multiformiora sint, quæ in humore gignuntur, quam quæ in terra. Humor enim naturam habet ad effingendum, affirmandumque habiliorum quam terra, nec multo minus corpulentam eam, quæ potissimum in mari habentur. Humor enim potulentus dulcis quidem, alutusq; est. Quamobrem quæ sanguine carent, nec natura calida sunt, ea nasci in lacu non possunt; minus etiam salis aquis, quæ sunt potulentiores gignuntur, ut Testata, ut Mollia, ut Crustata. Hæc. n. omnia sanguine vacant, & natura frigida sunt. Sed stagnis marinis, & iuxta amnium ostia gigni solent. Quærent enim vna teporem, & alimentum. Mare autem humidum, multoq; corpulentius

**C** aqua potulenta est, atque etiam sua natura calidum est, ut particeps omnium partium sit, videlicet humoris, aeris, terræ. Itaque omnia adipiscuntur quæ singulis his locis gignuntur. Plantas enim terræ incolas quispiam esse statuerit, aquæ aquatile animalium genus, aeris pedestre, sed quod magis, minusue, & remotius, aut propius res constet, magna, mira q; differentia existit. Quartum genus non his locis quærendum est, quanquam aliquid esse exigit ordine ignis. Id enim quartum corpus enumeratur. Verum ignis semper formam non propriam habere videtur, sed in alio corpore. Aut enim aër, aut fumus, aut terra esse videtur, quod ignitum est. Sed enim genus hoc apud Lunam quærendum est: hæc. n. quartam illam distantiam adipisci videtur. Sed de his alias. Natura Testati generis consistit, partim sponte partim aliqua ab ipsis emissa facultate, quanquã sæpenumero ea quoque spontina oriuntur constitutione. Sed generationes plantarum accepisse hoc loco congruit. Oriuntur enim earum aliæ semine, aliæ auulsione, nonnullæ etiam sobole, ut cæpe. Hoc igitur tertio modo Mituli gignuntur, quippe qui minores subinde iuxta principium adnascuntur. Buccina, & Purpuræ, & quæ fauare dicuntur, quasi à seminali natura humores quosdam mucosos emittunt. Semen verò nullum esse eorum putandum est, sed quo diximus, modo,

**D** plantis assimilantur. Quamobrem larga eorum copia prouenit, cum primum constituerit aliquid. Hæc enim omnia, vel sponte ut oriuntur, euenit. Itaq; ratione tunc magis, cum origo præcesserit, consistunt. Aliquid enim excrementi singulis proficisci credendum merito est ab eo principio, cui soboles quæque adnascitur. Sed cum similem habeant facultatem cibis, excrementumq; cibi, fauantium substantiam similem esse constitutioni primæ consentaneum est: quapropter excremento hoc gigni probabile est. Quæ autem, vel sobolem nullam procreant, vel non fauant, eorum omnium ortus spontinus est. Omnia verò quæ hoc modo consistunt, aut in terra, aut in aqua cum putredine gigni visuntur, & imbre admisso. Cum enim dulce in principium constituendum secernitur, quod superest, talem accepit formam. Nihil autem gignitur putrescens, sed concoctum. Putredo verò, & putridum excrementum rei concoctæ est. Nihil enim ex toto efficitur, quomodo neq; in ijs, quæ ab arte conduntur. Nam nisi ita esset, facere non requireretur. Sed quantum inutile est, id aut à natura, aut ab arte detrahatur. Generantur autem in terra, humoreq; animalia, &

li. 10. c. 20  
Concha v.  
bi cocant.

l. 3. de gen.  
anim. c. 11  
Testatorum  
generatio  
quibus co-  
paretur.

Limacum or-  
tus.

Testata,  
cur plantis  
uiuaciora.  
Forme mul-  
tiplices in  
humore ge-  
nita.

Quæ in la-  
cu non na-  
scantur.

Plantæ terre  
incola.

In igne nõ  
generatur  
animal.  
Testatorum  
generatur  
duob. mo-  
dis.

Purpurarum  
cur magna  
copia.

Quæ spon-  
te nascan-  
tur.



*Anima omnia plena.*

*Cochlea cocunt.*

*Conceptus principium*

*Animalia sanguinea, ex putredine.*

*Cor sanguinis principium.*

*Animalia que ouo generantur.*

*Ex verme que generantur.*

*Insecta ut incrementum sumat*

*Testacea sponte ori-  
rs.*

*Genitalem partem non habens testacea.*

plantæ, quoniam humor in terra, spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest, ita vt quodammodo plena sint animæ omnia. Quamobrem consistunt celeriter, cum calor ille comprehensus siue exceptus est. Comprehenditur autem, & humoribus corporeis incalescentibus efficitur velut bulla spumosa. Sed differentia nobilioris, ignobiliorisue generis constituendi in comprehensione principij animalis est. Huius autem rei causam, & loco habent, & corpus quod comprehenditur. In mari verò multum portionis terrenæ est. Quocirca ex tali concreione natura Testati generis oritur, ita vt pars terrena circiter dure scat, cogaturque eodem modo, quo ossa, & cornua ( sunt enim hæc illiquabilia igne) corpus intus contineatur, quod vitam obtinet. Vnum ex his genus Cochlearum coire perspectum est. Sed an ortus earum per coitum sit, nec ne, nondum satis exploratum habemus. Sed enim quæret quispiam rectè, quid nam in his sit, quod secundum materiale principium genitale à mare profectum mouens potentia tale, quale, idest de quo venit, animal efficit. At in his quid nam hoc esse dicendum sit, & vnde, & quod principium genitale secundum marem? Ponendum igitur in animalibus generantibus calorem in animali contentum, secernendo ex cibo ingesto, & conquoquendo facere excrementum, quod conceptus principium sit. Nec secus in plantis, nisi quod in ijs, & quibusdam animalibus, nihilo maris principium desideratur. Habent enim intra se hoc mistum. At plurimorum animalium excrementum illo principio eget. Alimentum autem alijs aqua, alijs terra, alijs quod ex ijs constet. Itaq; quod calor in animalibus contentus ex alimento efficit, hoc temporis calor in aëre ambiente contentus ex mari, aut terra concernit conquoquens, atque constituit. Quod autem comprehenditur exceptum in spiritu animali, id conceptum facit, motumque imponit. Constitutio igitur plantarum, quæ sponte oriuntur, similis est. Quædam enim ex parte contrahitur, & alterum eius partis principium genitale, alterum alimentum sit primum ijs, quæ oriuntur. At verò animalia quædam verme nascuntur, tum exanguia, quæ non ab animalibus gignuntur, tum etiam sanguinea, vt Mugilum genus quoddam, & aliorum fluuiatilium piscium: ad hæc, Anguillarum genus. Hæc enim omnia, quamuis naturam parum sanguinem habeant, tamen sanguinea sunt, & cor obtinent: quod principium sanguinarium corporis est. Quæ autem intestina terræ vocantur, vermis habent naturam, in quibus corpus anguillarum consistit. Quamobrem de prima hominum, atque quadrupedum generatione, si quando primum terrigenæ oriebantur, vt aliqui dicunt, non temerè existimaueris altero de duobus his modo oriri. Aut enim ex verme constituto primū, aut ex ouo, quippe cū aut intra se habeant cibum ad incrementum necesse sit, qui quidem conceptus vermise est: aut aliunde accipere, idq; aut ex parente, aut ex parte conceptus. Itaq; si alterum fieri non potest, vt affluat ex terra, quomodo animalibus ex parente relinquatur necessario, vt ex parte conceptus accipiatur. Talem autem generationem esse ex ouo, aut verme fatemur. Ergo si initium vllum generationis omnium animalium fuit, alterutrum de his fuisse probabile esse apertum est. Sed minus rationis est vt ex ouo prodierint: nullius enim generationem animalem talem videmus, sed alteram, tum sanguineorum, quæ diximus; tum exanguium, qualia sunt Insectorum nonnulla, & ea, quæ testa operiuntur, de quibus agitur. Non enim ex parte aliqua oriuntur, vt ea quæ ouo nascuntur. Incrementum etiam similiter, vt vermes capessunt. Vermes enim augentur, in partem superiorem, & qua principium continetur. Alimentum enim superius ab inferioribus ministratur. Atque id quidem commune cum ijs, quæ ex ouo proueniunt, habetur: sed illa totam materiam absument. In ijs verò quæ ex verme gignuntur, cum ex constitutione in parte inferiore contenta pars superior creuerit, mox ex reliquo alimento inferior articulatur. Cuius rei causa est, quòd cibus postea quoq; in parte septo subiecta conficitur omnibus. Incrementum autem hoc modo fieri vermium, apertum in apibus, ceterisque similibus, est. Principio enim partem inferiorem magnam, superiorem habent minorem. Idem augescendi modus in Testatis etiam est. Quod & ipsum constat in genere Turbinato; scilicet anfractibus eius, qui subinde, accrescentes plures efficiuntur in partem priorem, quod caput vocatur. Dixi ferè quemadmodum generatio, tum eorum, tum cæterorum sponte orientium agitur. Omne autem genus Testatum sponte institui; apertum hinc est, quòd nauigijs putrescente fæce spumosa adnascuntur, & locis multis, vbi nihil tale aderat antè, post per inopiam humoris facto cœno Ostreæ prouenerunt: vt apud Rhodum insulam, cum classis applicuisset, & fæcilia proiecta essent in mare tempore post cœno obducto testis Ostreæ in ijs reperiabantur. Nihil autem partis genitalis emitte ab ijs argumentum est, quòd cum Chij quidam ex Pyrrha Lesbi insulæ Ostreas viuas portassent, & in loca quædam maris recipro-

estus,



**A** æstus, & luto similia dimississent, plures nihilo fuere temporis spatio, quanquam incremento corporis plurimum profecerunt. Quæ autem ova vocantur, nihil ad generationem conferunt, sed inditio sunt nutritionis melioris, quale in sanguineis pingue est: quamobrem sapore per id tempus præstant, ciboque laudantur, argumento quod, & Pinnæ, & Buccina, & Purpuræ continent quidem semper ovum illud vocatum, sed aliàs marinus, aliàs minus. Sunt etiam quæ non semper, sed verè id habeant. Mox enim tempore procedente minuitur, demumque totum aboletur, vt Pectines, Mituli, Ostrea, Tempus hoc enim prodest eorum corporibus. Alijs nihil tale apertè venit, vt Callis. Sed singula eorum, & quibusnam orientur locis, petere ex historia debes. Hæc omnia itaque Aristoteles, qui & in quinto de historia capite duodecimo genus omne quod testa integitur, verno, autumnali que tempore habere cerni testatur ea quæ ova appellant, exceptis Echinis cibo idoneis, quippe quibus etsi per ea tempora præcipuè vbertas ouorum est, tamen nullo tempore committitur, vt ovis omnino careant, sed maxime plenilunijs, diebusq; tepidis restituantur, reddunturque pleniores: qua de re supra plura diximus; Concharum quoque corpora Lunæ effectum (in plenilunio) auget. Plinius. Idem omnes Conchas celerrimè

*Ova Testaceorum generationi inepta.*

*Quando ova vocata habeant.*

*obusq; ut...*

**B** crescere scribit, præcipuè Purpuras.

### TEMPERIES.



**V**IGENT Testacea vè e, & autumnno: laborantque per frigus, & æstum, temporis exuperantiâ ferre impotentia. Argumento est, quod Echinis euenit, habent enim id iam inde abortu naturæ & plenilunijs vberius; non quia per id tempus copiosius pascuntur, vt quosdam putare diximus, sed quod noctes tepidiores sint, propter lucem pleniorè. Calorem enim desiderant, quoniâ frigori patent, vt pote quæ sanguine careant. Ex quo fit, vt æstate potius vbi que vigeant, præterquam in Pirensi Euripo, nam ibi non minus tempore hyberno probantur: cuius rei causa est, quod tunc vberius pabulentur, cum pisces per id tempus ea loca relinquunt. Aristoteles cum dixisset latere aliquorum genus totum, aliquorum partim latere, partim non latere, testa intacta omnia latere tradit, vt in mari Purpura, Buccinum, omneque id genus. Sed absolutorum latibulum euidentius esse: condi enim secessu, vt Pectines facere videntur. Aliqua leuiore quodam tegmine supremi posito delitescere, vt Cochleæ terrestres, idest Limaces, & adherentium mutationem incertam esse. Non tamen eodem tempore omnia latere, sed Limaces Hyeme, Purpuras, & Buccina canis exortu dies circiter tricenos condi, Pectines etiam tempore eodem. Sed eorum plurima sanè latere, & algore vidente, & æstu.

*Echinorum natura.*

*lib. 8. Hist. cap. 13.*

*Quæ lateant*

*Cochleæ, ut lateant.*

*Quando lateant.*

### PRÆSAGIVM. ANTIPATHIA.

**C**ONCHÆ adherescètes, inquit Plinius, tempestatis signa sunt. Antipathiam quandam cum tonitru habere videntur, etenim sunt qui velint Conchyliâ, & Ostrea tonitru læuente margaritas quasi abortiendo vomere, ideoque multas in arena reperiri.

### DENOMINATA.



**K**ονχάλιζον authore Hesychio, *περίονθαι από τῆ ἤχη τῶν κόγχων*, à sonitu Concharum. forsân à sonitu, inquit author thesauri linguæ Græcæ, quæ inflatæ reddunt: inflari autè eas, & sonare, antè cum ex Plinio, tum ex alijs diximus. Κονχυλιευτής, qui conchyliâ venatur, Conchyliarius, seu Conchyta, vt Plautus loquitur.

*In rudete.*

*Saluete fures maritimi, Conchyta, atq; Hamiota*

*Murileg.*

Budæus tetrasyllabas scribit *κονχυλιεύτης* à *κονχύνη*. In codice Iustiniani dicuntur murileguli, quasi Muricarij à Muricibus. Dicuntur & Conchylegi, Cod. de metallarijs, qui Conchyliâ, Murices, seu Purpuras colligunt. Hinc & *κονχυλιας λίθος*, quem Hesychius esse dicit durum, & in se habere *κονχυλις τυτος*. Meminit huius lapidis Pollux quoque

*Conchyliâs lapis.*



Conchites  
Lapis.

innuens à Xenophonte vocari κογχυλιαθλω. Conchitea lapidem erui in fossa Hildeshei-  
miæ vrbs; qui incuruis liris ad scapulas redeuntibus, & aurei coloris armatura decoratur,  
testatur Georgius Agricola. Longus, inquit, esse solet palmos duos, latus palmum. Con-  
chitæ lapidi alij etiam cognati sunt, similiter à similitudine, qua Conchas aliquas, siue  
Testacea animalium referunt, dictis; vt Cochlites, Myites, Ctenites, Strombites. Est & Cō-  
chites saxi, vel marmoris genus, cuius Pausanias meminit in Atticis: Ex Græcis, inquit,  
soli Megarenses Conchiten habent, & in ciuitate multa ex eo ædificauerunt. In primis verò  
candidus est, & reliquis lapidibus mollior, cui Conchæ marinæ semper insunt. Κογχυλια-  
θωυς Hesycho sunt γωνιακες νεμφοι. Οστρακινδα Pollucius lusus genus est, quo ducta linea  
dispartitos in partes pueros dispeffit, mox proiecto Ostroco, siue testa pars quæ superum,  
prorumque eius casum diuinarit, alterum in fugam dilapsam insequitur. deprehensus  
(asinum nominabant) confidet, reperitq; cantionem nox, an dies. Lysum istum apud Hol-  
landos etiamnum ex usu esse scribit Nomenclator, vocarique ibi Luyfen ostroppeem,  
siue hol of bol; quod est planum ne an cauum. Milphio seruus apud Plautum ait se Ostrea-  
tum tergum gestitare, idest, verberibus, & vulneribus duratum, vt sunt Ostreorum testæ.  
Ostreofus, est Ostreis abundans. Vtitur hac dictione Terentianus Maurus in exëplo Pria-  
pei carminis.

Ostracinda  
ludus.

In penulo.  
Ostreatum  
tergum ge-  
stare.

Nam te præcipuè in suis vrbibus colit ora,  
Hellepontia, cæteris ostreosior oris.

Lib. 1. Geor.

Ostrifer, qui Ostrea, seu Conchylia producit, Virgilius

Ostracites  
gemma.  
li. 37. c. 10.

Ponius, & ostriferi fauces tentantur Abydi:  
Ostracias, siue Ostracites, (ὄστρακίτης) gemma est Testacea, cuius duæ ponuntur species  
à Plinio, altera similis achatae, nisi quòd achates politura pinguescit: altera tam dura, vt  
aliæ gemmæ fragmentis eius scalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab Ostrei similitu-  
dine. Est etiam Ostracites lapidis genus testæ similitudinem habens, cuius vsus est pro pu-  
mice ad lauigandam eutem; vt legere est apud eundem Plinium.

lib. 36. c. 19

M Y S T I C A.

Veneri di-  
cata Con-  
cha.

Lib. 3. sylu.  
Lib. 1.



ONCHA Veneri erat delicata, atq; eam ex Concha natam veteres fa-  
bulabantur. Concha itidem Cyprum deuotam canunt; Statius  
Ite dabit cursus mihi Cytherea secundos;  
Placabitq; notos, fors & de puppe timenda  
Transferet, inq; sua ducet super æquora Conchas. Et antea dixerat.  
Hæc & caruleis mecum consurgere digna  
Fluctibus, & nostra potuit considerare concha.

Lib. 2.

Dicatam ei deæ Concham nonnulli autumant, quoniam Conchulæ, Pinnae, antequam  
excludantur, inter se quam primum coeant; sed Aristotele testante, Conchyliorum coi-  
tus incertus est, quare alij ad salacitatem referunt, quæ concitetur ex eorum cibo: Vnde  
etiam apud Martialem legimus.

Concha E-  
rycina.  
In Rudente

Leuior ò conchis Galle Cytheriacis,  
Id est Veneris. Sed & Propertius Concham Erycinam appellat.  
Et venit è rubro concha Ericina mari.  
Et ante hos Plautus de ipsa Venere locutus.  
Te ex concha natam esse autumant.

Mulierum  
officium.  
lib. 2. Mi-  
tholog.  
lib. 28. Hic  
rog.

Alij deniq; idem significare volunt, quod Phidix illustris illius pictoris symbolum, qui  
Eliensibus Venerum Testudinem calcantem pinxisse legitur, eo symbolo, veluti tacita  
ambage indicans, mulierum munus esse, οἰκειαυ κασιωπλω; idest adium custodiam, & si-  
lentium. Qua de re consule Plurarchum, Strobæum, & Pausaniam. Sed & hoc quoque  
symbolum Phidix in priori sensu Placiades interpretatur ex autoritate Iubæ in phy-  
siologicis, nempe quòd Testudo toto corpore simul aperto in coitu misceatur. Ostrea ve-  
rò etiam Hellepontiaco ludibrio, inquit Pierius, ne deo dicam, ita dedicantur, vt Con-  
cha Veneri, putarim ob earum copiam, quæ Lampfaceno litore, totoq; Helleponto in-  
gens est: vnde Ityphallico veteris poëtæ ipsi Priapo dicto, ita legitur.  
Nam te præcipuè in suis vrbibus colit ora,  
Hellepontia, cæteris ostreosior oris.

Qui versus apud Terentianum reperiuntur, vti paulò antè citauimus.



## HIEROGLYPHICA.



**ONCHAM**, & Cancrū pingebant Aegyptij Sapientes, teste Horo Apolline, volentes significare hominem, qui seipsum non curat, sed curetur à propinquis. Per Ostrea verò picta, sculptauè humanum genus significari, philosophorum antiquissimi tradiderunt. Hinc diuinus Plato humanum genus Ostreorū simile esse dixit: nulla enim potuit similitudine nostrę imbecillitatis naturam significantiùs explicare, cū Ostrea inditium esse dixit animi in corporis carcerem, & tenebras coniecti: ita enim Deus corpori animam adglutinauit, vt necessarium sit hominem corporis affectibus tangi vel inuitum. Quid verò aliud illa, vel diuinæ, vel stellaris essentiæ scintilla hic patitur, nisi quod dum corpori adhærescit, & vinculis se coerceri sentit, & in quodam obscuritatis carcere detineri? vnde fit, vt suæ plerunque immemor originis, modò sensui se, modò appetentiæ subijciat, & alieni facta iuris, cū materia, cui adglutinata est, rapiatur in præceps. Piscatore igitur Petro opus est, qui nos, aut scopulis auulsos, aut de imo maris fundo erutos, assertori nostro litora reuisenti, poenitentia prunis affos in escam apponat, vt ita absumpti in ipsius diuinitatis amplexu, ad sublimioris vitæ consortia transeamus. Quod verò testam Ostrea pro pelle habent, quæ sine eorum interitu auferri non potest, eorum sunt hieroglyphicum, qui nec squammas ignorantia deponere possunt diuinis admonitionibus quantumlibet instituti, nec cultum spiritus suscipere patiuntur, qui quidem vt Hierosolymitanus Hesychius ait, etsi in mari baptismatis inueniantur, etsi in fluminibus poenitentia, abominabiles tamen sunt: cumq; vitam sortiti sint in sacri lauacri tinctura, vocationem tamen, regenerationemq; corruerunt, dum neque pinnulas, neque squammas induere procurarunt, sublimem videlicet vitam, cognitionemq; diuinorum, quæ cælestis est, sed obcæcato corde ignorantia voraginibus detinentur, & propterea in his qui squammas habent, nequaquam adnumeantur. Quare Paulus fornicatorem, avarum, idolis seruientem, maledicum, ebriosum, detractorem, legum, bonorumq; morum corruptorem, à fratrum commercio submouet: Ostrea enim hæc sunt, & id genus reliqua, quæ sine squammas, & pinnulis esse deprehenduntur.

*Homo seipsum non curans.*

*Humani generis typus.*

*Anima ve corpori inhercat.*

*Testis regi quid significet.*

## E P I T H E T A.



**ONCHA** Empedocli apud Plutarchum βαρυώτος, id est, tergi grauis nominatur his versibus:

*Τέτο μὲν ἐν κόγχαισι θαλασσονομῶς βαρυώτοις*

*Καὶ μὴν κηρυκῶν τε λιθορρίνων χελύων τε*

*Ἐν δ' ὄφει χθόνα χρωτὸς ὑπέριστα ναίετα σοί. id est,*

*Inspic tergigraues Conchas quandoque marinas*

*Buccinus, exemploq; obducta Chelys tibi saxo*

*Esse potest, summo vt videas in corpore terram.*

Dicitur ibidem θαλασσονομῶς, quasi legem habens marinam, hoc est, marina, siue æquorea, quo postremo epitheto vsus est Martialis, dum canit:

*Leuis ab æquorea cortex Mæroica Concha*

*Fiat: inoffensa curret arundo via.*

Alijs Concha quoque Erycina vocatur, id est Sacra Veneri Erycinæ, aut quòd Venus ex Concha marina prodierit, vt etiam innuere videtur verba Statij Venerem loquentem inducentis. — *Et nostra potuit consurgere Concha.*

Dicitur & Inda, quoniam Oceanus Indicus maximè mittit Margaritas, quæ oriuntur in Conchis: nec non etiam Sidonia, quoniam apud Sidonem frequentes fuerint, vel propter Conchyliorum sanguinem quo fiebat purpura. Cur Conchyliæ Horatio lubrica dicantur, sic explicat Turnebus. Lubrica Conchyliæ dicuntur, intus polita, leuis, nitida, etsi quædam foris scabra sunt, & aspera, vt ex his quæ subijcit Flaccus, apparet, alioquin sunt politæ foris Conchæ, & quædam ab historicis vocantur Liostrea, quòd eorum sit leuigatior, & æquabilior foris testa. Lunata verò vocauit Plinius, vel quòd curua sint in modum bicornis Lunæ, aut quòd noua impleantur luna Conchæ quodque apud Ouidium cognominatur, marinæ, ténues. *Terga cæuis super obsecta Conchis.* Idem de cæto dicebat in quarto

*Lib. 14.*

*Epig. 209.*

*Erycina  
Concha.*

*Margarita  
ubi nascantur.*

*Conchyliæ  
lubrica cur  
dicta.*

*Li. 1. c. 24.  
aduersa.*

*Lunata cur  
dicta Plinio.*

Metamor.



Geor. 2.  
In Rudete.  
li. 17. c. 22.

Metamorphosios, & in decimoquinto habet : *Detritus Conchis leuior* . Horatio dicuntur viles , capaces : squalentes Virgilio, aliqui sordidas interpretantur, malim aridas, vel asperas. Cicero grandes dixit, sed hoc differentia, non epitheton est. Nominantur à Plautico è genere Concharū Plagusia, quo nomine eas venire existimat Turnebus, quæ crustam tegumentilatam, patulamq; habent, quasi *πλακώεσσα* dicantur. Nam à *πλακῦς* deducitur, inquit, quo nomine cum sit mons Ciliciæ, idem tamen etiam mons Placutius vocatur.

PROVERBIA.

Concha digni qui dicantur.  
Conchas legere.  
li. 2. de Oratore.



*Κόγχης ἀξίος*, *Concha dignus*. Quo loco author adagiorum: Rem nullius, inquit, pretij Concham dicunt Græci, quemadmodū Latini nauci, & foccum. Vnde quod contemptissimum, nulliusq; rei significabant, id *κογχης ἀξίον* dicebant. Conchas legere prouerbio dicuntur, qui ad animum remittendum nonnunquam ad ludrica quædam sese demittunt. Ita Cicero. Sed tamen ita narrare solet Scauola, Conchas eos ad Caietam, & Lucrinum legere consueſſe, & ad omnem animi remissionem, ludumq; descendere. Hic scimus, inquit Manutius, non de futuros, qui nos dicant etiam gignere prouerbia, quos ad Angelum Politianum remittit, qui prouerbio nominatim, & adpositè vsus est in Miscellaneis, cuius viri authoritatem apud se sanctiorem esse dicit, quam vt metuat ab eius incomparabili eruditione vel latum digitum discedere. Valerius Maximus de Scipione, & Lælio: Ita animi quoque remissioni communiter acquiescebant. Cōstat namq; eos Caietæ, & Laurenti Conchulas, & calculos lectitasse. Author adagiorum in eiusdem adagij declaratione summi ocij esse scribit, Conchas, & Umbilicos legere in litoribus, qui lusus esse solet puerorum: quam, inquit, trāsferri potest ad eos qui aliud agentes, obiter etiam leuiora quædam animi gratia admiscunt. *Κόγχην διελεῖν*, *Concham diuidere*, de ijs, qui nullo negotio quippiam perficiunt, Suidas dixit, item Hesychius, & Varinus, ἐπὶ τῶν ραδίως, τι ποιούντων, οἶον, ταυτου ἐστὶ το' δε τῶ κογχον διελεῖν. Et Suidas rursus: Ὡς περ κογχυλλῶν διελεῖν. παροιμία ἐπὶ τῶν σφόδρα εὐτελεῶν, Autor adagiorum reddidit. Tanquam Concham dilacerare, vel Conchylium discerpere. De imbecellis, inquit, & viribus longè inferioribus dicebatur. nam illiæ solo rumpuntur Conchæ, quò cibus eximatur: aut inciso neruo, quo se contrahunt, ac deducunt, contrahuntur. Hæc ille: videtur autem angultiosem fecisse, vt vult Zoographus, prouerbij vsus, qui communior esse potest ad rem quamuis, quæ nullo negotio peragatur. Illud quoque Ouidij

lib. 8. c. 8.

Concham diuidere.

lib. 4. de arst.

*Litora quot conchas, quot amænarosaria flores.*

Item illud in eodem sensu:

*Litore quot conche, tot sunt in amore dolores,*

Ostreis in morem adharere.

prouerbialiter prolatum videtur, de re innumerabili. Ὡς περ λεπῶν προσήχεται, id est, vt vertit Adagiorum author, *Ostreis siue conchylij in morem adharere*. Aristophanes dixit in animum, quæ agrè à iuvene diuellebatur. Cæterum *Lepas* species Conchæ est, & non rectè *Ostreum* vertitur.

V S V S I N V A R I I S.

Vsus ad culturam.  
Georg. vi. stam. 2.



**S**CRIBIT Ferrantes Imperatus Neapolitanus lapides Concharum species referetes in calcem celerius redigi posse. Sed & Hollandi, alijq; circumuicini populi maritimi calcem exustis in fornacibus Concharum generibus conficiunt candidissimum, & ad ædificandū perquam utilem, quamquam minus quam nostra imbres perferat. Aniqui in vitium cultura Testaceis utebantur, vt innuit Maro his versibus,

*Quod superest quacunque premes virgulta per agros;*

*Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra,*

*Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas.*

*Inter enim labentur aqua, tenuisque subibit,*

*Halitus: atque animos tollent fata.*

Vbi Seruius, *Cochleg* (melius *Conchæ*) propter admittenda spiramina infodiuntur; lapis



**A** lapis verò arenarius, & propter spiramina, & propter immodicum hauriendum humorem si fortè nimius fuerit. Artifices aliquas quoque Conchas, præsertim verò illas, quæ margaritas ferunt, polire solent, hæ politæ nitore placent pulcherrimo, & iridis coloris æmulo proque diuersa ad lucem conuersione, vt colla columbarum vario, inde opera varia, ornamentaque conficiuntur. Iisdem chartam læuigamus, isque vltus antiquus, & Martiali notus, apud quem sic legimus.

Concharum politura. Lib. 14. Epig. 206.

*Lapis ab æquorea cortex Marozica Concha*

*Frat: inoffensa curvet arundo via.*

**C**onchæ itidem marinæ suffragia primùm fuere, quas postea ex ære confectas σπονδύλιες dixere; deinde fabæ albæ, aut solidæ in vnam ligneam abolutionis, nig. æ, aut perforatæ in vnam æream condemnandi causa mitti solitæ. Solebant olim & Conchis ceu vasculis quibusdam sigilla includere, vt hodiè ligneis torno factis, vel è laminis stanneis, æreisque, quò typi diutiùs conseruentur. Ad quod alluisse videtur Aristophanes. Καὶ τὴν κόγχην τὴν πάνυ σιμῶς σημείοισιν ἐπέσει. Quò loco Scholiastes addit dictum hoc à Comico, ὡς κόγχας ἦτοι κογχύλια ἐπιτιθέντων ταῖς σφραγίσιν ἀσφαλείας ἕνεκα, εἰς τὸ μὴ ἀφανίζεσθαι τὰς τὸ πρὸς αὐτῶν.

Vltus ad suffragia.

In Vespis.

**B** In Xaguaguara Indiæ regione simili modo viri, vt Petrus Martyr scribit, pudenda sua testa marina includunt. Apud Cariarenses verò eodem teste Conchylijs marinis vtuntur in bello ad excitandos animos tempore pugnæ, quemadmodum nos antiquos Europæ fecitasse antè diximus. In Africa, in Tebuto regno pecuniæ vim habent Conchyliorum Persicorum tegumenta, vt Leonius tradit. In Aethiopia item Conchæ, quas porcellana Itali, Lusitanî Buzios vocant, monetæ loco sunt; nec non Bengalæ Concharum speciebus loco Bazarunchos monetæ vtuntur, sicuti legere est in prima parte navigationis Hollandorum in Indiam.

Li. 4. dec. 3

Pro classico.

Pro pecunia.

Apud Athenæum Didymus inquit solere aliquos lyræ loco Conchylijs, & Ostracis collis concinnum quendam sonum saltantibus edere. Pictoribus quoque in vsum cedunt Concharum testæ, quibus sua infundunt pigmenta. Erat ex iisdem lusum quidam, quem ὀσρακισμὸν, siue ἐξοσρακισμὸν, id est, relegationem dicebant. In eo populus testulis in urbem missis aliquem relegabat, cuius nomen in ijs ipsis Ostracis inscriptum erat. Εποσρακισμὸς verò ludus erat, quo Conchæ per superficiem aquæ mittuntur, & saltus ipsi Concharum proiectarum numerantur priusquam mergantur, ex ipsoq; saltuum numero victor pronunciat, vt pluribus Pollux docet in nono, vbi etiam

Pro lyra.

**C** ὑποσρακισμὸς vno in loco scribitur, sed malè, nam ἐποσρακίζω agnoscit Suidas; & ἐποσρακισμὸν Eustathius, scribens esse ἴδος παιδιᾶς, καὶ τὸ ὄσρακία πλατέα ἐκτετριμμένα ὑπὸ θαλάσσης, προῖενται κατὰ τῆς ἐπιφανείας τῆς ὑρῆς. καὶ ἐπὶ τρέκοντα ἐνίοτε πολλάκις, ἕως ἀπονήσαντα δύωσι κατὰ θαλάσσης, ἠδὲ σὺ ποιῶνται πρόσφιν. Vnde dicitur manasse illud ἐπὶ τῶν ὀσρακισμῶν μεταβαλλομένων, prouerbiū, ὄσρακία περιστροφῆ, siue ὄσρακία περισφραγίστος, vel μεταπρόσφιντος, id est, τῶν σφραγισμάτων ἐξαλλαγέντων ὡς ἐτυχῶν, rebus fortè fortuna immutatis. Dicitq; ibidem Eustathius, etiam ab eis, qui ὄσρακίδια ludunt, prouerbiū hoc ortum fuisse. Polluci idem ludus ὄσρακίδια dicitur, citans Platonem in Phœdro, vbi ait; φυγὰς δὲ γίγνεται ἐν τέτων, καὶ ἀπεσφραγίστος ὑπὸ ἀναγκῆς, ὁ πρὶν ἐρασῆς, ὄσρακία μεταπρόσφιντος. ἔσται φυγὴ μεταβαλλόν. ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν ἀγανακτῶν, καὶ ἐπιθροῦν.

Ludi ex Conchyliorum testis.

**D** omnium, testula, vt aiunt, transmutata, volens ipse semet in seruitutem vsque adco manifestariam, & in lignem coniecit. Adagiorum author incertum esse ait vtrum sumpta sit metaphorā à ludi genere eo quem diximus, an ab Ostracismo suffragiorum genere quodam, quod per calculos, ac fabas ferebatur, in hoc repertum, vt per id ciues, qui vel opibus immodicis, vel nobilitate, vel gloria, vel alia quauis insigni virtute multitudinis inuidiam in se prouocassent, in exilium decenne relegarentur. Hoc pacto fuit electus, & Aristides: non aliam ob causam, nisi quòd molestum esset populo, iusti cognomen illi vulgò tributum. Ferebatur autem Ostracismus ad hunc modum. Ostraci, id est, Testæ vitium in comitijs dabatur. In eis, quem quisque velle urbe cedere, literis inscriptis indicabat; hos deinde omnes in fori locum quendam cancellis circumseptum, deportabant. Porro magistratus, quibus hoc datum erat negotij, primùm vniuersos recensabant, qui nisi plures tex in illis fuissent, nihil conficiebatur. Deinde semotis vniuscuiusque calculis is, qui pluribus calculis damnatus erat, ad decennium in exilium ire iubebatur, ita tamen, vt illi liberum

De quibus Ostracismus

Metaphorā de Ostracismo.

Ostracismus qui se rebatur.



interim esse fructus suos accipere. Erat itaque Ostracismus non improbitatis castigatio, sed vulgaribus animis insitæ inuidiæ placatio. De lusu vero Ostracorum antè ex Polluce diximus.

## V S V S I N C I B O .



*Quando meliora. Lib. 32. Li. 6. Hisp. cap. 30.*

*Aluum cur cicut, & que, & que non.*

*Quibus de sur.*

*Nocumen- ta.*

*Aluum, & urinã que facilius moueatur.*

*Li. 3. simpl.*

*Ven' è Concha nata cur dicatur. Li. 17. c. 22.*

*In Rudete. Vt cõdiantur.*

*Lib. 9. c. 7.*

*Li. 4. c. 3.*

*Li. 16.*

*Geog.*

**VANTOPERE** varijs Conchylijs delectati sint veteres, ac maximè Romani, obiter antea inui, & in singulorum ferè priuatis historijs patebit. Athenæus Ostracea quandoque humorem habere scribit lacti similem, eoque tempore suauissima esse. Omnia autem teste Plinio modicè collui in cibus oportet, quia saporis gratia perit. Optima sunt cum grauida sunt, licet nemo, vt ex Aristotele diximus, eorum vel coitum, vel partum viderit. Commune verò omnibus hoc est, vt falsum quendam in sua carne succum habeant, quo aluum citare nata sunt, id quod vnicuique magis, minus è datum est. Quæ enim dura carne constant, minus hoc habent, quàm Ostrea, quæ sanè omnium Testaceorum mollissimã carnẽ habent: parua verò Chamæ, Spondili, Solenes, Purpuræ, Buccinæq; & alia id genus, duram. Itaque Ostrea minus quidem nutriunt, & aluum facilius mouent: quæ autem duriora sunt, vberius alunt, & difficilius concoquuntur. Purpura, Buccinæque duriore sunt carne, succumq; efficiunt crassiorem: sed caro in alijs præsertim in Ostreis humidior, tenaciorque est. Præterea quæ duram habent carnem, & cõcoctu difficilia, ita corruptioni minus obnoxia sunt. Quæ quidem ratione sapius ea exhibere solemus ijs, quibus ex malorum succorum copia cibus in ventre corrumpitur, siue eo ex iecinore affluant, seu in ipsius ventriculi tunicis contineantur. Dantur autem, inquit Galenus, ijs quibus cibus in ventre corrumpitur in optima aqua bis ter è decocta, ita vt cum salsa prior iam sentiat in aliã quæ pura sit, transferatur: Ex ijs quæ duram carnẽ habent, succus procreatur, quem crudum vocant, sicuti quæ mollem, pituitosum. Quemadmodum verò ea, quæ succum illum falsum exuerunt, carnem habent corruptioni repugnantem, & quæ aluum listat, ita si (cum sale & garo condita fuerint) eorũ ebiberis in scilicet, venter quidẽ abundè mouebitur, corpus verò nihil ferè sentiet alimentum: at caro ipsa solidior, & difficilius concoquitur, & crudum, crassumq; ac frigidiù gignit succum: maximaque ex parte lentum, ac pituitosum: quamobrem senibus maximè incommoda est Ostrearũ, & Testaceorum omnium caro. Mnesitheus Atheniensis de Testatis hæc prodidit: Ostrea, Chamæ, & Mituli, ceteraq; id genus, carnem habent, quæ ob falsum, quem in se continent succum, egrè concoquitur, & si cruda edantur, aluum cicut. Quod si concoquantur, vel in quouis humore, magis a falsuginis partẽ in eo relinquunt, quò fit, vt eorum iuscula aluum turbent: caro verò ipsa, saltilius succi iam expers, minimè ventrem perturbet. Quod si probe assentur Conchæ, maximè tum salte euadent, vt quæ succum iam habeant ab igne veluti succum, & prope dixerim, absumptum. Ad aluum vrinam è ciendam ceteris præstant Mituli, Ostrea, Pectonculi, & Chamæ, vt author est Diocles Castus. Galenus pariter Conchularum maris, & ceterorum ferè Ostreorum succum planè tum falsum esse tradit, tum ventrem soluedi vim obtinere; quamuis earum caro, inquit, ventrem reprimat. Paulò aliter Cornelius Celsus, aluum mouere ait Cochleas, Ostrea, Pelorides, Musculos, & Conchulas ferè omnes. Et Plinius Phariam physicum citans, Vtricam coctam cum Conchulis aluum cicut author est. Dioscorides verò, Chamarum, Conchulamque in exigua aqua decoctarum, ius, aluum cicut, idq; cum vino assumi vult. Lego & apud Serenum.

*Ventri moliendo*

*Quodque satis melius verbis dicemus Horati.*

*Mugilis & viles pellent obstanza Concha.*

*Ven' è Concha nata cur dicatur. Li. 17. c. 22.*

*In Rudete. Vt cõdiantur.*

*Lib. 9. c. 7.*

*Li. 4. c. 3.*

*Li. 16.*

*Geog.*

**Aetius**, qui re venerea vti non possunt, sedere Polypos, & Concharum omnia genera iubet, insigniter sanè Venereum incitat eorum elus, vnde Venereum Concha Cyprum vectam alijs Concha natam voluerunt: atque huc pertinere putat Adrianus Turnebus illud Plauti: *Cane tu harum Conchas spreueris*. Quod ad condituram Conchyliorum attinet: In omne genus Conchyliorum condimenta sumes, inquit Apicius, pipet, ligusticum, petroselinum, mentam siccam, cumini plusculum, mel, & liquamen: si voles, folium, & malabathrum addes. Diodorus Siculus Conchas permagnas legi in Aegypto scribit, quarum testis saxis atritis, interiore carne cruda sapore Ostreis per simili vescuntur, vbi: verò tempestas ventorũ vi diutius perseverat, Conchæq; deficiunt, ad ossa confugere iã cumulata. Conchas, quæ carnẽ habeant, hoc modo Ichthyophagi teste Strabone nutriunt: ijs in fossam, vel lacum immisis, pisciculos in cibum inijciunt, atq; in penuria piscium vtuntur.



## VSUS IN MEDICINA.



**ONCHYLIA**, inquit Sauonarola, & Ostrea magis medicinae, quam cibo idonea sunt. Galenus ad agilopes cum testis suis teri, & apponit iuber: aliquos verò etiam aloen, & mirham miscere ait, & alias in lib. de composit. medicament. Conchas vltas vnum ex validissimis medicamentis ad achores esse. Eorundem testatum cinis vlcibus malignis prodest. Rasis Conchas marinas adustas abstergendo dentes purgare, ex non adustis contritis emplastrum applicatum adustionem ignis sanare asserit. Quomodo verò vrantur docet Seruitor his verbis. Oportet qui vult comburare Testas Conchyliorum, quòd terantur, & ponantur in olla munda, & ponantur in furno figuli vna nocte, deinde extrahantur sicut combustæ, sicut cinis albus: sin autem ponas iterum in furno panis, vel eodem dimittendo, nec sint alba calcinata. Et sunt qui ponunt Cochleas super prunas, & exufflant, & dimittunt, donec fuerint albæ, & terunt, & ponunt super Testam terream super carbones, & exufflant, donec sint albæ secundum voluntatem eorum.

*Euporist.*  
2. 106.  
*Ad agylo-*  
*pes.*  
*Ad Acho-*  
*res.*  
*ad vlcera*  
*maligna.*  
*Testa Con-*  
*charum vt*  
*comburan-*  
*tur.*

DE TESTACEIS TURBINATIS IN  
GENERE. Cap. II.

## SYNONYMA.

**Τρομβώδη** in genere dicta sæpius Aristoteli, inter Testacea, maximè vbi de Cochlearū generibus ei sermo est, Theodorus Gaza Turbinata interpretatur. Sunt autem hæc quæcunq; in volutas, & anfractus, seu spiras, quales in prælis, & torcularibus visuntur, Testas suas quoquo modo reflectunt, vt in Cochleis in primis cernere licet. Hæ enim omnes Turbinatæ sunt, breuiores, rotundioresque, nec exeunt in mucronem suo Turbine, vt Strombi propriè, & priuatim dicti. Zoographus ἐλικοειδῆ etiam dici posse putat, quoniam Græci ἐλικας vocant, quas diximus volutas, siue anfractus. Et σρόμβος Rondeletio in genere sumitur pro omnibus Turbinatis: quemadmodum hisce verbis nobis scriptum reliquit: Massartus vir admodum doctus in suis annotationibus in nonum librum Plinij existimat Cochleas a Græcis appellari σρόμβος, id est, Turbines. Eius hæc sunt verba. Sunt autem Cochleæ inter Testacea, quæ sanguine carent. Verùm aliæ aquatiles, aliæ terrestres sunt, quæ item in plures species distinguuntur. Aquatiles Cochleæ sunt, quæ Græcè Strombi, Latineq; Turbines communi nomine nuncupantur, quòd ex amplo in tenue deficient in vertiginem totti. Sed ille mea quidem sententia fallitur. Nam Strombi à Cochleis secernuntur, vel ipso Plinio authore, qui in piscium marinorum catalogo, scorsum Concharum genera, & Strombos recensuit: & alio in loco pro diuersis ponit. Quartanis Cochleæ fluitatiles in cibo recenset. Deinde: Strombi in aceto putrefacti, lethargicos excitant odore. Reuera Cochleæ τῶν σρόμβων nomine concluduntur, veruntamen σρόμβώδη καὶ σρόμβος multò latius patent. Nam σρόμβων nomine intelliguntur etiam, quæ in longam Turbinem delinunt, & in anfractus contortum, à quibus differunt Cochleæ, quòd testæ quidem sint clauiculatim intorta, sed rotunda, & non in longum protensa. dicuntur enim κοχλίας, quòd habeant τὰ ὄσρα καὶ κυκλοτερῆ. Στρόμβοι verò etià dicuntur, quibus testæ quidem in Turbinem desinit, etiam si clauiculatim contorta non sit, vt ex superioribus Strombis, quos depinximus, perspicuum sit. Quod si quando apud authores confundantur hæc significationes obseruandum est præter rerum ipsarum naturam id fieri. Hæc omnia Rondeletius: ceterum si Cochleæ æquè ac Stròbi figuræ æmulentur, indeq; vocentur σρόμβώδη, quid vetat, quod nō etiam Cochleas vocare possimus voce multò cōmunitiori. Equidē si Mucronis sola habeatur ratio, latius parebit Strombi significatio quàm Cochleæ, sed ita non videtur, voluisse mihi Massarius, sed quod simul omnia anfractuosa sint. Ita quoq; Hesychius non distinguit Strombum simpliciter κοχλόν interpretatus. Et in hisce Theocriti versibus Strombus, & Cochlea, ceu synonyma nominantur.

*Turbinata*  
*quæ.*

*Strombus*  
*pro genere.*

*Cochleæ q̄.*

*Aquatiles*  
*Cochleæ à*  
*Stròbis dif-*  
*ferunt Rō-*  
*deletio.*

*Lib. 31. c.*

*11. & c. 10.*

*Strombode*  
*quid.*

*Contra Ron-*  
*delet.*

*1076 9.*



Τῶν δὲ στρομβῶν καλὸν, ὄσρακον, ἔκρεας αὐτὸς  
 Στραβῶν, πέτραισιν ἐν Ἰκαρίαισι δοκίμας,  
 Πέντεταμῶν, πέντε ἔσιν: ὃ δ' ἐγαναγήσατο κόχλω.  
*Alicui verò Concha pulchram testam, cuius carnem ipse  
 Comedi, quam in scopulis Icarij's captaueram,  
 Quam in quinque partes diuisi presentibus. Ille verò insonuit Concha.*

Sic Strobilum quoque, & Strabelum, & Cochlon, & Concham, pro Cochlea marina, siue omni, siue genere illo, quo ad buccinandum utebantur, authores vsurpare, ijs quæ subijciemus testimonij, constabit. *Στρόβιλοι*, inquit Suidas, dicuntur Cochleæ, & Buccina marina. *Στραβήλω*, τῶ κόχλω ᾧ ἰσάλπίζον, Hesy chius. *Τὲς Τρίτωνας φασὶν φασὶν διὰ κόχλω τετροπημένης*. Impropiè itaq; Cochlea pro Turbinato, etiam sumi possit. Est enim Turbo, vt ipsius Rondeletij verbis utar, qui ex amplo, & lato paulatim in mucronem definit, vt de Buccina scripsit Ouidius, dum canit:

— *Cava Buccina sumitur illi  
 Fortilis in latam, quæ turbine crescit ab imo.*

Huius figuræ est Turbo lusorius.

Turbo lu-  
sorius.

*Quem pueri magno in gyro vacua atria circum.  
 Intenti ludo exercent,* vt ait Virgilius.

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. NATVRA.

Lib. 4. de  
partib. c. 7.  
Turbinato-  
rum duo ge-  
nera.



URBINATORVM duo genera facit Aristoteles his verbis: *Τὰ δὲ στρομβῶδη καθάπερ εἶρηται πρότερον: καὶ τέτων τὰ μὲν ἐλίκω ἔχοντα, οἷον κήρυκες: τὰ δὲ σφαιροειδῆ μόνον, καθάπερ τὸ τῶν ἐχίνων γένος*, hoc est Turbinati generis alia in anfractum intorta, vt Buccina, alia in globum circumacta, vt Echinorum genera. Aduersus quam diuisionem insurgit quodammodo Rondeletius, dum alio in loco dicit Aristotelem in Tur-

Lib. 4. Hi-  
stor. c. 4.  
Echini an  
Turbinatis  
annume-  
randi.

Turbinatis  
quid pro-  
prium.  
Cōtra Ron-  
del.  
Arist. expli-  
catus.

Echinos in  
ter Testata  
numerat  
Aristot.

Testatorū  
diuisio.

binatis Echinos non recensere, quamuis testa opertos, vt ex his, inquit, verbis perspicuum est. Quæ testa operiuntur, vt Umbilici, Cochleæ, Purpuræ (in textu Græco nihil est, quod Purpuræ respondeat) & omnia quæ Ostrei, aut Conchæ (nihil quoq; est, quod Conchæ vocabulo respondeat) nomine appellamus, atq; etiam Echinorum genus. Præterea Turbinatis tradente eodem (ibidem) hoc peculiare est, vt testæ postrema à capite clauicularim intorqueantur. Operculum etiam ea omnia iam inde ab ortu naturæ gerunt: quæ Echinis nullo modo conueniunt. Sic ille, quæ sanè argumenta neutiquam meo iudicio conuincunt, quo minus Echini in Turbinatis sint recensendi. Cùm enim Turbinatis proprium esse dicit, vt testæ postrema à capite clauicularim intorqueantur, operculumque iam inde ab ortu naturæ ea omnia habeant, loquitur de ijs tantum quæ verè, hoc est clauicularim Turbinata sunt, & non de rotundis, vt sunt Echini, qui per se alterum, nimirum rotundum Turbinatorum genus efficiunt. Neq; etiam verum est, quod in eo loco quem adducit Rondeletius, Echinos à Testatis, separet. Etenim philosophus eo toto capite agit de Testatis, eorumq; inter se differentijs: vnde à principio ferè capitis, paulò post allata verba, sed ipsa (testata nimirum) inquit, inter se numerosa discrepant differentia, tum testæ, tum carnis intus ratione: alijs. n. in eo genere nulla est caro, vt Echinis: alijs H est, sed penitus inclusa, nec vlla ex parte conspecta, excepto capite, vt terrestrium Lima- cibus &c. Disertissimè verò in decimo eiusdem libri philosophus Echinos Testatorum generis facit inquit: Echinus inter Testata genera, quibus facultas ingrediendi est; ver- tubula, glandesq; inter immobilia eiusdem generis, olfactum minimè habere videntur. Quid clarius? Possem præterea & alia philosophi loca adducere, nisi & ipse Rondeletius suo se se gladio occideret vel binis saltè, quæ subueniunt nunc mihi locis, quorū prior est in capite eodē de Strombis, vbi hanc posuit Testatorū diuisionē. Sed ne qua sit in Testaceorū diuisione obscuritas, ea sic perspicuè distinguemus. Testaceorū alia sunt vndiq; connecta, alia parte duataxat altera. Vndiq; cōteguntur Tellinæ, Peccines, Mytuli, Conchæ aliæ. Altera tantū parte, vt lepas, auris marina. Rursus eorū, quæ vndiq; integuntur, alia testa continua penitus cōclusa sunt, vt nulla ex parte carnē detectā habeant, veluti Holothuria, Tethya, Echini. Alia testa cōtinua inclusa quæ, nec vlla ex parte cōspecta, depto capite, vt Buc- cina,



**A** cina, Purpuræ, Cochleæ: denique Turbinata omnia quæ capituli operculum habent. Alia testa vndique conglobata quidem, sed non in gyrum conclusa sunt, quæ rimam habent sine operculo, vt Conchæ venereæ. Alia vndique duabus testis contacta, vt Pectines, Chamæ, Dactyli &c. Alter locus est, qui nunc in mentem subit, in primo capite libri eius de Testaceis primi, vbi quoque eorundem Testaceorum differentias ponens sic loquitur: Ex his (Testaceis) alia ab alijs testæ duritia superatur, vt Stellæ, Pulmones, Holothuria, Echini, (omnia enim ista Ostracodermis subijcit Aristoteles) longè minus dura testa continguntur quàm Purpuræ, & Buccina &c. Fatetur itaque Rondeletius Echinos à Philosopho Testaceis annumerari, & ipsemet ille in sua diuisione ita scribit: quare mirari subit, cur postmodum Echinos inter Testata non reposuerit, loco de ijs agens inter Testata, & Crustata medio: Nam quod Plinium in Crustatis recensuisse scribit, locus ille Plinij quem adducit, mihi valdè est suspectus, quin doctissimus Massarius longè aliter eum interpretatur. Agens enim is author toto nono libro de varijs animalibus aquatilibus, nominatim verò capite vigesimo de ijs quæ sanguine carent, & trigesimo de Cancris, Echinis, & Echinometris, vbi de Cancris esset locutus, subit; Ex eodem genere sunt Echini &c.

**B** vnde Rondeletius ea verba ad proxima referenda abittatur vnà cum Zoographo, (quamquam ille ad Cancros, hic ad Locustas refert) Massarius verò ad exenguias; & meo iudicio rectè, nam in sequenti subinde capite idem Plinius nullo interposito alio animali iterum subdit: In eodem genere Cochleæ, &c. Quare si & hoc ad Cancros, vel Echinos, de quibus vltimum erat locutus, esset referendum Testacea qualia Cochleæ sunt cum Crustaceis confundisset. Non me later interim Plinium in ea fuisse opinione, quod Echini sint Crustacea, sed Rondeletius id videtur ignorasse, cum locum Plinij minimè adducat. Is autem in eodè libro capite duodecimo legitur, vbi agit de digestionè aquatiliū per species, atq; ita insit: Aquatiliū tegumenta plura sunt. Alia corio, & pilo integuntur, vt vituli, & hippopotami. Alia corio tantum, vt delphin: cortice, vt testudines: silicū duritia, vt Ostrea, & Conchæ: Crustis, vt Locustæ: Crustis, & spinis, vt Echini: squamis, vt pisces; aspera cute, vt squatina; molli, vt muræna: alia nulla, vt Polypi. Sic Plinius: cæterum nos, Philosophum potius sequentes, Echinos inter Testata ponemus, & alterum Turbinatorum genus faciemus. Vt itaq; diuisionem Philosophi repetamus, Turbinata quidem non omnia *ἔλιχον* habere constat ex verbis eiusdem: Pars posterior in Mollibus adducta est in anteriori, sicut in Turbinatis Testatorum. In vniuersum enim testa, partim cum Crustatis, partim cum Mollibus conueniunt. Crustatis quidem, quòd partem terrenam foris, carnosam intus habent. figuram autem corporis eodem modo quo Mollia, Testata etiam quodammodo omnia habent: maximè verò è Turbinatis ea, quæ volutam habent, *μάλιστα δὲ τῶν σπόμβωδῶν τὰ ἔχοντα ἔλιχον*. (Gaza vertit: quæ ex Turbinatis cuniculo in anfractum contorquentur.) natura enim horum vtrorumque perinde se habet, quasi quis directà linea (vt in quadrupedum, ac hominum genere est,) primùm extrema lineæ parte superiore os situm intelligat, quæ a: mox stomachum quæ b. tum ventrem, quæ c. deinde intestinum vsque ad ostium excrementi, quæ d. Hæc ita in sanguineo genere disposita sunt &c. At verò Mollia, & Turbinata, inter se quidem proximè constant, sed illis è conuerso. Finis enim ad principium flectitur, quasi quis lineam inflectendo (in circulum) adducat d. ad a. Cum enim ita partes interiores eis collocentur, (foris) ambit alueus in Mollibus, *τὸ κύτος*: in Testato genere, Turbo, *ὁ σπόμβος*. (Notandum hîc monet Zoographus, quòd Strombus, & pro testa exteriori tantum, & pro animali toto accipitur.) hinc fit vt excrementū meatu ori vicino emittatur. Hęc Aristoteles. Helicen autem fortè ea tantum habuerint, (inquit Zoographus) quæ in turbinem, veluti pyramidis forma exeunt, alia, vt Cochleæ quædam, lineas suas aliter digestas habent, circulo ferè forma: qui plures ita coniuncti sunt, vt minores à maioribus contineantur, quod in helicoide linea non fit. Quomodo à Mollibus differant, etiam in Mollibus dictum est. Ab vniuersibus, bivalutibusque differunt præterea, quòd illis adnata sit caro, cum turbinatis magis sit soluta, vti idem Philosophus prodidit, apud quem plura de Turbinatorum partium forma inuenio, & ne sæpè in particularium historia veniant repetenda, hîc adferam. In quarto itaque de partibus, capite quinto, cum dixisset Cochleas, & dentes præduros, acutosque habere, & quod interiacet dentibus, carnosum similiter, vt Mollia, & Crustata, promiscuum etiam inter aculeum, & linguam: in superiori iungi quasi ingluuiem auisum, à qua stomachus est, & sub hoc venter, in quo sicum est id quod papauer vocatur, mox intestinum continuum tendi simplex, originem à papauere illo ducens. In omnibus. Testaceis inest hoc excrementum, quod vel esculentum esse præcipuè sentitur, subdit: cætera etiam Turbinata, vt Purpuræ,

Plinius inter Crustata Echinos posuit.

Echini Crustacei Plinio.

Turbinata omnia non habent *ἔλιχον*. Vt cū Mollibus & Crustatis conueniant.

Strombus pro testa exteriori, & pro toto animali.

Turbinata vt ab vniuersibus bivalutibusque differant.



Buccina (*μύπουκες*) similiter, vt Cochleæ constant. Bivaluibus quomodo differant, modò diximus, at quomodo hisce eisdè affimilentur, diximus suprâ in Testaceis in genere, nimirù vt operculo quodâ congenito carni patulæ opposito claudantur. In quinto historiæ c. 15. cùm dixisset eundem modum, & idem tempus gignendi esse Buccinis, quod Purpuris, adiungit, Operculum item oris idem, tam huic vtriq; generi adhæret natiuû, quàm cæteris Turbinatis omnibus. Pasci quoque exerta lingua appellata sub illo operculo solent. Diximus quoque carnem alijs Testatis nullam esse, vt Echinis; alijs esse, sed penitus inclusam, nec vlla ex parte conspectam, excepto capite, vt terrestriû Limacibus, & ijs, quæ Cocalia quidam appellarunt, & aquatiliû Purpuris, Buccinis, Cochleis, & reliquis Turbinatis. Interiorum natura in Turbinatis (sumpta sunt hæc ex eodem philosopho histor. quart. capit. quarto,) omnibus similis est, nec nisi magnitudine (excessuque) variat: alijs enim partes maiores, alijs euidentiores, alijs minores, obscuriores que sunt. Adhæc discrimen illud duritiæ, mollitiæ, cæterarumque eiusdem generis affectionum. Caro enim prima in ore teste, quam omnia torosiusculam habent, alijs magis talis, alijs minus. Caput eius partis medio prominulum iungitur, & cornicula duo, quæ pro magnitudine plus minus capiunt incrementi. Exerunt caput more eodem omnia, idemq; per metum retrahunt intrò. Nonnullis etiam os, & dentes acuti, breues, & tenues, vt Cochleæ. Promuscidas etiam gerunt modo Muscarum: quod quidem membrum linguæ speciem præ se fert. Habent hoc idem, & Purpuræ, & Buccina firmum, & torosum, quo similiter, vt a sili, & tabani quadrupedum tergora penetrant, imò longè validiùs: testas enim escarum possunt perforare. Venter os protinus excipit, similis in Umbilicis ingluuiciuuium, habetq; parte inferiore duo albida, torosa, mammis similia, cuiusmodi carunculas, vel in Sepijs esse animaduertimus, sed hæc torosiora. Gula à ventre duplex, longa, porrigit se vsque ad papauer, quod postremum fundo commissum est. Hæc ergo, vt in Purpuris, & Buccinis conspicua in clauicula testæ continentur. Quod autem gulæ subiungitur, intestinum est, gulæ ipsi continuum, simplexque ex toto vsq; ad exitum: cuius initium circa anfractum papaueris est, quâ, & laxius heret, quod enim *μύπουκα*, Latini verbum è verbo papauer appellamus, in omnibus Testaceis generibus inest. Hinc sursum versus replicans, carnis repetit sedem, finitque ad caput, vnde eijcitur excrementum, pariter in omnibus Turbinatis generibus, tam aquaticis, quàm terrestribus. Hæc est interiorum partium, quibus Turbinata constant, descriptio, prout ex Philosopho citat Rondeletius: qui item post traditas omnium Testaceorum differentias: Ex his omnibus, inquit, ea tantum hîc tractamus, quæ testam habent vnicam totam continuam, atque hoc quidem Turbinatis proprium est, quò à reliquis secernatur: ipsis tamen omnibus commune est, quod iam diximus, quodque testa intorta sit. Cæterum hoc de anfractuoso genere tantum, non de rotundo intelligendum esse diximus suprâ ex Aristotele. Scitu quoque dignum est quomodo crescant. Huius quoque meminit Philosophus in tertio de generatione cap. vltimo, vbi cùm demonstrasset Testata crescere, vt vermes, id ipsum etiam in Turbinato genere constare testatur, scilicet aufractibus eius, qui subinde accrescentes plures efficiuntur in partem priorem, quod caput vocatur. Crusta illa prætenui, quæ à fronte integitur, quasi bialue ex vniualui efficitur, eodem teste, agenteque de Testatorum omnium congenito operculo quo carni patulæ opposito clauduntur. Aliàs etiam cùm dixisset Nerites quasi tegmine dimoto adhære, quod velut operculum sibi possident. Vsum enim, inquit, quem bivaluibus pars vtraque administrat, eundem altera exhibet Turbinatis. Còrinèt papauer sua omnia clauicula, vt in quarto de partibus, capite quinto docuit, & in quarto de historia animalium capite quinto Echinos scribit habere quid amarum, nec esculentum, idque esse etiam in testudine, rubeta, rana, atque etiam in Turbinato genere, & in Mollis, sed colore diuerso, & aut omnino ingustabili, aut magis ab vsu cibario alieno. Alibi cùm scripsisset, Echinis euenire, vt quod caput appellant, & os versus terram sit, quod verò ad excrementi exitum deputatum est, id supra habeatur, idem omnibus Turbinatis, Patelliq; euenire tradit: partum enim de impeti necesse esse. Mouentur etiam Turbinata, atque serpunt omnia, parte dextra, non ad clauiculas, sed in aduersum. Ex eodem, qui demum quomodo cocant, etiam nobis hoc reliquit in quarto de partibus capite nono. Mollium, inquit, partium interiores antè, cùm cæterorum exposui, tunc exteriorem ordinem prosequemur. Habent hæc foris alueum corporis indiscretum, & pedes parti priori iunctos circum caput, infra oculos, circà os, & dentes. Sed cùm cætera animalia quibus pedes, aut parte anteriore, posterioreq; eos habeant, aut latere, vt ea quæ multis pedibus ianitantur, & sanguine carent, hoc vnum genus pedes parte, quam priorem in eo capimus, omnes continet. Cuius rei causa est, quòd pars



A pars eius posterior ad priorem eius adducta est, extremaq; cocunt, & confunduntur, quomodo Turbinatis inter Testata accidit &c.

## DE TESTACEIS IN SPECIE.

Et Primum

## DE NAVTILO. Cap. III.



VM utilitates, tum partium præstantia, quam hic potissimum obseruamus, Turbinata cæteris Testatis anteponenda videntur. Inter hæc verò Nautili historia primo loco congruè texetur. Etenim cum Crustaceis, ac Mollibus, de quibus proximè iam diximus, conuenit, quia pedibus instructus est, vnde Polypis accensetur ab Aristotele; cum Testaceis, quia

B Testa includitur; cum Testaceis autè turbinatis, quia Cochleæ ferè in morè στρομβώδης est.

Ordinis ratio.

Lib. 4. h. 1. cap. 1.

## ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

Αυτίλος legitur inter fabulas Timothei Milesij: & apud Varinum ναυτίλος, & piscem, & nautam significat; quæ sanè significatio nostri turbinato conuenit, quod Aristoteles alijs ναυτίλον & ναυτικόν, & ὄν πολύποδος nuncupari scribit; quâquam Theodorus Gaza hæc aliter legit. Ναυτίλον autem nautam vertit, vt post patebit. Suidæ etiam ναυτης dicitur. Naupliū Plinij idem animal esse cum Nautilo (etiã sibi, & hunc nomen Aristoteles) dicemus mox, vbi de generibus agemus. Robertus Constantinus Nauplij Concham, nunc à Græcis θαλάμιω τακταποδίω, vocari testatur. Nautilus Plinio etiam Pompilos nominatur, dùm ait: Inter præcipua miracula est, qui vocatur Nautilus, ab alijs Pompilos. Πομπίλος Eustathius pagina 1070. dicit esse ζῶον θαλάσσιον ἑρωτικόν, ποικίλον, Πηλαμιδιεοικός. Et pag. 1067. tradit hunc πομπίλοι à quibusdam nominari ἱερὸν ἰχθύϊν, vt à Thimachide, vbi ait πομπίλοι ἱεροῖ ἰχθύς, quod hemistichium & apud Athenæum legitur, vbi multa de hoc Pompilo. Ibidem ex Thalassijs Pancratis:

Πομπίλος ὃν καλέουσι ἀλίωλοι ἱερὸν ἰχθύϊν. id est,

Pompilus quem vocant Nauta sacrum piscem.

Cæterum de amore huius piscis erga nautas, ibidem ex Nicandro.

Πομπίλος ὃς ναυτησιν ἀδημονέουσι κελύθει

Μηνοῦσαι. id est, vt vertit Natalis Comes,

Est assuetus iter miseris ostendere nautis

Pompilus. Et ex Alexandro Ætolo

Πηδάλω ἀκρῶ ἐπὶ πομπίλος ἀνιοχέυει.

Pompilos extremo residens temone gubernat.

Aliquantò post ex Corinna,

Πομπίλε, ναύτησιν πέμπων πλόον ἑυπλοῦν ἰχθύϊν

Πομπευσαις πρύμναθεν εἰμὰν ἀδείαν ἐτάραν:

Pompile, felicem, qui nautæ per freta cursum

Præbet, ipse meam rexisti lætus amicam.

Ibidem ex Apollonio prolixè refert fabulam de Pompilo illo, quem scribit Eustathius ab Apolline comprehensum, in cognominem piscem transformatum esse, nauī qua eum vehabat, in saxum conuersa; sed aliter quàm Eustathius fabulam enarrat. Ibidem ex Dionysio Iambo, qui itidè à nautis Πομπίλον vocari ἱερὸν ἰχθύϊν tradit, ἐστὶ δὲ πελάγιος, καὶ παρὰ τὰς ναῦς πικρὰ φαίνεται, ἔοικος πελαμιδι, ποικίλος. Est autè marinus piscis, varius ac Pelamydi similis, qui ad naues sæpe cōspicitur. Aliquāto post ex Clitarcho. οἱ ναυτικοὶ πομπίλον, ἱερὸν ἰχθύϊν προσαγορεύουσι διὰ τὸ ἐκ πελάγους προπέμπειν τὰς ναῦς ἕω; εἰς λιμέναδιὸ καὶ πομπίλον κελύθει, χρύσοφρον ὄντα. Nautæ sacrum piscem Pompilū vocāt, quia naues mittat ex mare vsq; ad portū, idcirco Pōpilus appellatur, cū sit aurata. Plinius de Thy-nis: lidem sæpe nauigia velis euntia comitantes, mira quadā dulcedine per aliquot horarū spatia, & passuū millia à gubernaculis spectantur, ne tridente quidè in eos sæpius iacto ter-

Fabula Timothei Milesij.

Nauplius Plinij.

Pompilus, &amp; Nautilus synonyma Plinio.

Pompilus sacer piscis dicitur.

Lib. 7.

Pompili piscis amor erga nautas.

Li. 9. c. 15.



Pompilus comitatur nauigiorū cursus. Muscardinus.

riti. Quidam eos, qui hoc è Thyonis faciant, Pompilos vocant. Idem sub finem libri trigesimi secundi, Pompilum, qui semper comitetur nauigiorum cursus. Ex quibus omnibus liquidè constat Pompilum duo diuersissima animalia significare, Nautilum nimirum, de quo agimus, & Tygni genus. Porro Nautilum vulgus Neapolitanum Bellonio teste Muscardinum, & Muscarolum nominat, quod etiam nomen Osmyle commune est. Apud nos, quod sciam, nomen non habet, sed Latino utimur. Zoographus Germanicum finxit, ein Farkuttel, aut Schiffkuttel.

GENVS. DIFFERENTIÆ.



Li. 4. Hist. c. 1.

N. librum de Testaceis, inquit Guliel. Rondeletius, Polyporum genera duo Conchis indita reijci possent, sed cum Polyporum tractationem aggressi simus, superioribus; utpotè quorum genera sint, ut Aristoteli placeat, rectè adiungentur; *Ἐπι δ' ἄλλοι δύο ἐν ὄσραιοις: ὁ τε καλεμένος ὑπὸ τῶν ναυτίλος, καὶ ὁ ναυτικός, ὑπὸ ἐπίων δὲ ὠν πολυπόδος. Τὸ δὲ ὄσρακον αὐτὲ ἐστὶν εἶον κτεῖς κοίλος, καὶ οὐ συμφύης. ἔτος νέμεται πολλάκις πα-*

Nauilorum quot genera Arist.

Gazæ lapsus.

ρά τινὲ γλυ, εἶδ' ὑπὸ τῶν κυμάτων ἐκκλύζονται εἰς τὸ ξηρὸν, καὶ περιπεσόντος τῆ ὄσρεια ἀλίσκονται, καὶ (ἢ) ἐν τῇ γῆ ἀποθνήσκουσι. εἰσὶ δὲ αὐτοὶ μικροὶ, τῶ εἶδει δὲ ὁμοιοὶ ταῖς βολιταίναις. Καὶ ἄλλος ἐν ὄσρακω οἶον κοιλίας, ὃς ἐκ ἐξερχεται ἐκ τῆ ὄσρα' κε, ἀλλ' ἐστὶν ὅσπερ ὁ κοιλίας, καὶ ἔξω ἐνίοτε προτείνει τὰς πλεκτάνας. id est. Duo alij sunt Polypi testis conclusi: (ἐν ὄσραιοις, malim inter Testacea, ὄσραιοι enim Oltracodermo synonymum est, uti ex Galeno alibi diximus.) is qui dicitur à nonnullis Nautilus, siue Nauticus, siue ouum Polypi. Testa huius pectinis testæ similis, quæ caua est, nec ita ut ei cohaereat. Sepius is iuxta terram pascitur, vnde fit, ut in eam à fluctibus eiiciatur, & testa excussa capiatur, vel in terra pereat. Isti parui sunt, & facie similes Bolitænis. Alter Cochleæ modo testâ munitur, quâ nunquam deserit, sed brachia dumtaxat interdum exerit. Haecenus Aristoteles interprete Rondeletio, qui meo iudicio probè vertit, tanquam duo tantum genera Nautilorum Aristoteles descripserit; non, ut Gaza, & alij eum secuti, tria. Quod si pro verbis istis, καὶ ὁ ναυτικός, legas, ὁ καὶ ναυτικός nihil prorsus dubitationis supererit. Plinium quoque pro genere vno omnia hæc Aristotelis verba accepisse apparet. Alterum deinde genus est, καὶ ἄλλος ἐν ὄσρακω οἶον κοιλίας, &c. Enallagæ etiam numerorum, casuum, & huiusmodi, nimium familiares Aristoteli, hic quoque mouere Gazam potuerunt, ut genus vnum in duo distraueret, nam cum in singulari numero verba, & nomina aliquot rectè posuisset philosophus, mox numero temerè mutato, ceu de pluribus vnoloquens, inquit: *Εἰσὶ δὲ αὐτοὶ μικροί, &c.* Sed quilibet etiam mediocris iudicij, perlectis philosophi verbis, genera solum duo eum statuere animaduertet: vnum in testa Pectunculi, testæ suæ non adnatū: alterum verò in Cochleari testra, & adnatum ei. Si quis tamen Gazæ translationem adhuc desideret, ea huiusmodi est. Duo item visuntur genera (Polyporum) Conchis indita: quorum alterum Nautam aliqui vocant, alterum Pompilum, siue ouum polypi. Testa ijs (αὐτῆ eius, Græcè in singulari numero) ut Pectunculis, &c. Est etiam qui Cochlearum more siliceo tegmine ita muniatur, ut nunquam egredi soleat, suaque interdum brachia exerat. Ex his coniecit idem Rondeletius prioris generis testam esse eam, quam capiti de Nautilo præfixit, nimirum eam, quam & nos depictam exhibemus: Ea enim vnica, inquit, Concha constat caua, & ut inquit Plinius, acatij modo carinata, puppe inflexa, prora rostrata (Plinij quidem hæc verba sunt de Nauplio, tanquam altero genere nauilij, ut doctissimè in suo corollario Zoographus demonstrat.) Quod is sit Nautilus, quem exhibemus, quodque simplici testâ consistet, maximè Athenæi autoritate confirmatur, qui sic scribit interprete Natali. Qui verò Nautilus dicitur, sicut ait Aristoteles, non est quidem Polypus, at similis quod spectat ad cirros, dorsumq; habet erustatum, emergitq; de maris profunditate, in sese Concham habens conuersam, ne aquam excipiat, atque ita conuersus nauigat, duos cirros superius exerit, inter quos membrana quædam tenuis conspicitur, ijs similis quæ digitis palmipedum autum inferatæ continetur, alios duos cirros pro gubernaculis in mare demittit: si quid verò ad se veniens videat, pedes protinus contrahit, ac Cōcha mari repleta, quàm celestimè in profundum demittitur. Vides hic Athenæum Nautilo dorsum dumtaxat testaceum tribuere, etq; ob id simplicem esse testam, quod eam aqua modo impleat, modo vacuet. Reprehendit idem Rondeletius Bellonium, qui Concham margaritiferaam vulgo dictam secundam speciem esse putauit. Sunt, inquit, de hac Cochlea margaritifera

Li. 7. c. 32.

Cirrorum usus.

Li. 7. c. 32. Natali. Qui verò Nautilus dicitur, sicut ait Aristoteles, non est quidem Polypus, at similis quod spectat ad cirros, dorsumq; habet erustatum, emergitq; de maris profunditate, in sese Concham habens conuersam, ne aquam excipiat, atque ita conuersus nauigat, duos cirros superius exerit, inter quos membrana quædam tenuis conspicitur, ijs similis quæ digitis palmipedum autum inferatæ continetur, alios duos cirros pro gubernaculis in mare demittit: si quid verò ad se veniens videat, pedes protinus contrahit, ac Cōcha mari repleta, quàm celestimè in profundum demittitur. Vides hic Athenæum Nautilo dorsum dumtaxat testaceum tribuere, etq; ob id simplicem esse testam, quod eam aqua modo impleat, modo vacuet. Reprehendit idem Rondeletius Bellonium, qui Concham margaritiferaam vulgo dictam secundam speciem esse putauit. Sunt, inquit, de hac Cochlea margaritifera



- A** garitifera scribens, qui hanc secundam esse Nautili Cochleæ speciem tradunt, sed falsò, ut ex Aristotele dilucidè colligitur his verbis: Præter dicta Polypo ù genera, duo sunt Cō. his indita, quorum alterum à quibusdam Nautilus, &c. Alterum genus veluti Cochlea in testa latet, &c. Primum stupidi est nō animaduertisse Aristotelem duo tantū Polyporum genera Conchis conclusa constituisse, ut ex verbis eius liquet, contra cuius mentē author libri de Aquatilibus (Bellonius intelligit) tria ponit. Tertia, inquit, Nautili species ab Aristotele prodita. Sed hæc secunda, quā adfert, Nautilus Aristotelis esse nequit; neq; enim Pectini cauo vlla ex parte comparari potest. Deinde cū Nautili corpore sint exiguo, trahere Conchā tantæ magnitudinis non possent. Hoc non est artificiosè fingere: qui enim fingit, saltem probabilia debet dicere. Neque Concha Nauplij, quam depinxit Plinius, esse potest, ut pote cuius figura ab hac Concha alienissima sit. Naugeram similitudinem, & aliā (inquit) in Propontide sibi visam prodit Mutianus, Concham esse acarij modo carinatam, inflexa puppe, proa rostrata: in hac condi Nauplium animal Sepiæ simile. Hucusq; Rondeletius. Cæterum cū nec ipse, sicut neq; alius quispiam etiamnum aliud animal cognouerit, nedum depinxerit, quod pro secundo Nautili genere accipi possit, placet Bellonij coniectura, maximè cū longè aliter in eo quàm in cæteris Cochleis animal lateat. Porro Plinius cū de Nautilo paulò antè dixisset ex Aristotele, mox tanquam de altera eius: nauigeram similitudinem, inquit, & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus: Concham esse acarij modo carinatam, inflexa puppe, proa rostrata: in hac condi Nauplium, animal Sepiæ simile ludendi societate sola: duobus hoc fieri generibus. Tū tranquillo enim vectorem demissis palmulis ferire ut remis; Si verò flatus inuitent, eadem in vsu gubernaculi porrigi, pandiq; Concharum sinus auræ. Huius voluptatem esse, ut ferat, illius, ut regat; simulq; eam descendere in duo sensu carentia: nisi fortè misti (id enim constat) omine nauigantium humana calamitas in causa est. Hæc Plinius. Pro cuius ultimis aliquot verbis alia lectio sic habebat: simulque eam descendere in cluso sinu, fluctu hausto territam visu: id enim vbi constat rumore nauigantium humana calamitas in causa est. Sed priorem, ceu clariorem, antiquioremq; probat Massarius. Mihi, sicuti & Zoographo Nauplius à Plinio Mutiani verbis descriptus, non alius quàm Nautilus proximè ex Aristotele ab eo memoratus videtur, Nauplij quidem hoc nomine alius nemo meminit quod sciam. Videtur autem casus rectus esse Nauplius, & per appositionem dictum à Plinio, in hanc condi Nauplium animal Sepiæ simile. Nauplium quidem, si rectè scribitur, dictum aliquis coniecerit, à nomine ναυς, & verbo ναύειν: hoc nauigare, illud nauem significat. Sed in eo saltem iure à Rondeletio reprehenditur Bellonius, quod tria Nautili genera à Philopho memorari scribit. Robertus Constantinus in supplemento suo lingue latinæ asserit maris Indici Nauplij carinam mulò latiore esse quàm aliorum, ut Venetijs obseruauit.

Contra Bellonium.

Lib. 9. cap. 30.

Nauplius Mutiani.

Nautili secunda species que auctori.

Nauplius Plinij qui.

Nauplius vnae di-

ctus. Bellonij error.

## FORMA. DESCRIPTIO.



**A**RISTOTELES testam Nautili primi generis, quem hic priuatim describimus, Pectinis testæ simile esse dicit, cauamque, nec ita ut ei cohærere: sæpius iuxta terrā pasci, deoq; fieri, ut in eā à fluctibus eijciatur, & testa excussa, vel in terra pereat: esseq; paruum, & facie similem bolitænis. Bolitæna autem Polypi species est, Polypiq; genus Nautilum fecit idem Philosophus. Oppianus quoque Nautilum Polypo similem esse scribit

Nautilus Polypi generis.

his versibus.

*Est quidam curuo testus sub coriæe piscis  
Polypoi similis, quem dicunt nomine vero  
Nautilon, insignem ponto sua gloria fecit.*


Exactam nobis Nautili descriptionem reliquit Bellonius. Eius Concha, inquit, tribus fragmentis constare videtur, (carina scilicet, & lateribus: cū tamen vna, & simplex sit,) quorum latera vtrinq; ceu carinæ iunctæ apparent, ea ut plurimum magnitudine, quam ambæ manus amplecti possunt: latitudine autem quantum pollex cum indice comprehendat. Omnes autem non excedunt crassitudinem membranæ pergamenæ, strisq; in oblongum ductis ad oras crenis laciniatæ sunt, in formam rotundam abeuntes: foramen autem per quod Nautilus alitur, atq; exit de Concha, magnum est. hæc fragilis est, lactei coloris, lucida, admodum polita, omnino nauis rotundæ effigiem ferens. Nauigat enim per ma-

Bellonij descriptio.

Concha Nautili.



Nautili primum genus Aristotelis secundum Bellonium, & authorem.





**A**ris summa, elatus de imo gurgite, effertque se testa inuersa, vt facilius ascendere possit, & inani scapha enauget, atque vbi inde emerferit, tum Concham inuertit. Cæterum Nautili brachijs interiacet membranula, qualis est inter palmipedum digitos, sed hæc magis est tenuis, in tela araneæ modum, robusta ramen qua etiam aura inspirante velificat. Cirris quos vtrunque multos habet, pro gubernaculis vtitur, atq; vbi meruit, tum Concham protinus marino humore opletam demergit. Cæterum Pstaci rostrum habet, suisque cirris Polypi modo graditur, atque eodem modo acetabulis sorbet. Hæc itaq; Bellonius. Nautili picturam Ioan. Fauconerus medicus egregius ex Anglia olim ad Zoographum dedit, his verbis in epistola adscriptis: Mitto ad te hinc picturam cuiusdam piscis ex Testaceorum genere, puto Aristotelis Nautam esse: quam mihi primùm, cùm in Italia essem, Cæsar Odonus doctor Medicus Bononiensis exhibuit, vir vt humanissimus, ita in exteros admodum hospitalis: postea verò hic in Anglia ipsum piscem vidi, quem pro loci, ac temporis opportunitate pingendum curavi. Testam habet externa parte ex fusca rufescentem: internam verò partem ita nitentem, & splendentē, vt cum Vnionibus preciosissimis de coloris amantate certare posset. Multa quoque habet in ipsa testæ carina tabulata eodem colore nitentia. Velum constat ex pellicula tenuissima. *πλεκτάναι* ab vtroque latere demissæ carinæ sunt, & molles, vt Polyporum cirri, reliqua corporis pars confusa erat, & indiscreta, vt reliquorum Testaceorum generum. Hæc Fauconerus, Anglicum huius piscis nomen ignorare se confessus. Sed hæc Fauconeri descriptio ad secundum Nautili genus rectius aptari poterit. Testam Nautili Bellonius similem cum ea quam Rondeletius pinxit, & conditum in ea Polypum extantibus cirris omnibus, multò proportione longioribus, nempe triplo, & amplius quàm Rondeletius pingit: ita vt terni eorum vtrinque crispati demittantur, bini in obliquum erigantur, nulla intermedia membrana. Eam enim veli loco ad planam testæ extremitatem (siue proram) erexit. Oppianus binos pedes erigi ait, interq; eos tenuem membranam veli instar, binos verò vtrinq; demitti, gubernaculis (*οἰμωσοῖ*) similes. Sed Bellonij icon, & quam ex Anglia Zoographus accepit, necnon, & mea ternos vtrinq; demittit. Videntur autem remis, non gubernaculo, comparandi ij. Plinius solus cauda media vt gubernaculo hunc piscem vt scribit, nescio quàm rectè, quæ enim pars caudæ nomine in Polypo appellari possit, & extra testam emitti, non video.

Cirri.

Rostrum.

Plinij error.

## O R T V S. M O T V S.



**D**E generatione incrementoque huius piscis nihil adhuc exploratum habuit Aristoteles: non autumat tamen hunc ex coitu gigni, sed vt cæteras Conchas prouenire, neque verò an Concha solutus viuere possit Nautilus. Rondeletius secundum Nautili genus sponte nasci, vt cæteras Conchas cùm dixisset, addit: De Nautilo (primo nempe genere) idem sentio, etiamsi id sibi non exploratum esse scripserit Aristoteles. Cirris Polypi modo graditur, & eodem modo acetabulis sorbet.

Sponte nasci.

## V T N A V I G E T.



**A**RISTOTELES non minus eleganter quàm iucundè Nautili Polypi, nauigationem depinxit hoc ferè modo. Est Nautilus quoque Polypus, & natura, & actione mirabilis: nauigat enim per maris summa elatus. Ex imo gurgite effert se testa inuersa, vt ascendat facilius, & inani scapha nauiget. Cùm verò emerferit, Concham conuertit. Brachia membrana congenita connexa sunt: quemadmodum palmipedum auium digiti: sed hæc crassior est, & densior: illa longè tenuior aranearum telis similis: hac vt velo spirante aura; brachijs, vt gubernaculis vtitur (*ἀντὶ πηδαλίου δὲ τῶν πλεκτανῶν ἀπακαθίσουσι*. Gaza vertit. Cirros pro gubernaculis vtroque demittit latere.) Si quid inctuerit, testam protinus mari replet, atque ita demergit. De eadem natandi peritia Aelianus, Nautilus, inquit, è genere Polyporum Cōcha vna præditus est, is cùm ex ima maris sede ad summā aquam effertur, inuertit, & mutat Concham deorsum versus, vt ne hausta aqua rursus demergatur: vbi verò ad summam æquoris peruenit, & mare ab aduersa tempestate conuiescit, supinam Concham vertit. Hac enim tanquam scapha nauigatione fertur: & duo (ego tria potius

Membrana vt in palmipedū auium pedibus.



*Ut tempe-  
statē vitet.*

*Lib. 9. c. 29  
Plinij loc<sup>o</sup>  
suspectus.*

*Plinius, &  
Oppianus  
concordati.*

potius dixerim, nam & Polypi octo habent brachia in vtrumque latus demissa, sensim, atq; moderatè mouens remigat, domesticamque, & natiuam nauem propellit, quòd si ventus flat, brachia quæ tanquam remos prius longè, lateq; porrigerat, gubernacula constituit, at quæ cæterorum brachiorum media est membranula prætenuis, ea passa, & intenta pro velo vititur: sicque cum est sine metu, nauigat. Sin quippiam à valentioribus beluis metuit, se demergens Concham aqua complet, & simul ex pondere in profundum delabens, sese occultat, atque ita hostem effugit. Pòst ubi mare est tempestate vacuum, & à Beluis quietum, de imo maris gurgite se extollens, rursus per summum mare nauigat, vnde nomen habet. Hucusque Aelianus. Plinius quoque Nautili mentionem faciens, eandem nauigationem describit, sed mendum vnum illic subesse suspicatur Rondeletius: nam pro Pompilos, Polypi ouum legendum esse arbitratur ex Aristotele, ex quo Pliniū hæc mutuatum esse certissimum: nam Pompilus (inquit) longè alius est à Polypis. Verba Plinij sunt hæc: Inter præcipua miracula est qui vocatur Nautilus, ab alijs Pompilos. Aristoteles verò καλεμένος ὑπὸ τινῶν ναυτίλος, καὶ ὁ ναυτικός, ὑπὸ ἐνίων ὡς πολύποδος. Pergit Plinius: Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissã omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facillè nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua velificante in auras cæteris subremigans brachijs, media cauda vt gubernaculo se regit. Ita vadit alto Liburnicarum gaudens imagine: & si quid pauoris interueniat, hausta se mergēs aqua. Oppianus tradit Nautilū πρηνή, id est, pronum è gurgite sursum natate: Plinius supinum: vterque quidem rectè, sed alter fortè ad testam, alter ad animal ipsum respexit. Sensus quidem clarus est, nam si quis vas vacuū in aquam caua parte præmissa adigat æqualiter, rursusque etiam eximat, aqua non intrabit, obstante aëre. Propius autem ad Aristotelis mentem accessit Oppianus, nec minus perspicuè Nautili nauigationem cecinit his versibus ex Lippij versione:

*Quem dicunt nomine vero*

*Nautilon, insignem ponto sua gloria fecit.*

*Per freta dum cautus sub nauis imagine ludit.*

*In sabulo aonus est, summa deferitur in vnda.*

*Pronus neu pontum capiat, plenusq; grauetur,*

*Cum nando vehitur per fluctus Amphitrites,*

*Exemplo versus tumidam per marmoris vndam*

*Labitur, vt nandi doctus, puppiisque peritus.*

*Atque pedes geminos tendit de more rudentum,*

*Quos inter medios tenues membrana tumescit.*

*Extentã atque pedes contingunt æquora subter*

*Themoni affemiles nauem, piscemque, domumque*

*Deducunt, si fortè malum supereminet vllum,*

*Absorbet fluctus intus, lymphisque grauatus*

*A tumidis trahitur cum pondere fluctibus vnda &c.*

*Nauigia  
vnae inuē-  
ta.*

Hinc homines nauigia inuenerunt, vt ex eodem Oppiano citat Lilius Gregorius Gyraldus.

*Plaustra maris naues qui primus repperit: ille*

*Sive deus, seu mortali de semine natus*

*Audax orauit fluctus tranare marinos*

*Nauigium spectans piscis: dum robora necit,*

*Fecit opus simile. Hinc & ventis vela tetendit*

*Funibus, aperuit retro dehinc frena carina.*

*Nautilum  
ubi venari  
non liceret*

Synesius quoque nauim, quæ remis impellitur, ζῶον πολύποδι comparauit in suis epistolis. Hinc fortassis etiam circa Troezenem, vt Clearchus scribit referente Athenæo, neque sacrum appellatum Polypum, neque remigem (τὸν κοπηλάτην) Polypum (Nautilum intelligo) fas erat piscari: Sed tum hosce pitces, tum Testudinem marinam attingere erat vetitum. Atque hæc de nauigatione. Cæterum cum Plinius de Nautilo velificante simul & remigante dicat: Ita vadit alto Liburnicarum gaudens imagine: de Nauplio verò Cōcham esse acatij modo catinatum, inflexa puppe, prora rostrata, non incongruum erit, ea verba explicare. De Lyburnicis multa Baysius in libro de re Nauali: nos quæ Appianus tradit, recitasse contenti erimus. Fuerunt (inquit) Liburni alterum Illyriorum genus, qui Ionium mare, & quæ in eo sunt, insulas deprædabantur celeribus, & leuibus nauigijs: vnde etiam nunc leues, & celeres biremes Romanis Liburnicæ vocantur. Talis nauigij formam

*Liburnica  
naues.*



A mam quoq; exhibuit Bayfius . Idem acatium docet à Strabone positum pro prædatorio nauigio : A. Hicium simpliciter nauigium dixisse, quod Plutarchus acation, & Tranquillus scapham . fuisse & maxima quædam acatia. Acaton apud Thucydidem , & Lucianum Vallam ἀκάτιον interpretatum ( nauigium ) ætuarium : quàm rectè se dubitare : quoniam ætuarium à Græcis putat dictum κωπήρη ( ναῦν ) vel κωπήρες πλοῖον.

*Acatium.*

*Acatos.*

EPIGRAMMA.



N Nautilum piscem epigramma Callimachi Cyrenæi apud Athenæum legitur tale.

Κόγχος ἐγὼ Ζεφυρίτε παλαιότερος, ἄλλα σὺ νῦν με  
Κυπρισελλωαίης, ἀνθεμα πρῶτον ἔχεις  
Ναυτίλον, ἐς πελάγεσσιν ἐπέωλεον: εἰ μὲν αὖται  
Τείνας οἰκείων λαΐφος ἀπὸ ποροῦνων:

Ei δὲ γαλῶαίη λιπερή θεός, ἔλος ἐρέσσων  
Ποσσίν, ἐν ἄσπερ καὶ τένομα συμφερέται.  
Ες δ' ἔπεσον παρὰ θῖνας ἑλιδας, ὄφρα γένωμαι  
Σοὶ τὸ περὶ σκεπτὸν παίγιον Ἀρσινόης.  
Μηδὲ μοι ἐν θαλάμησιν ἔδ' ὡς πάρος, εἰ μὴ γὰρ ἄωνες  
Τίπτειτ' ἀνοτέρης ὠσὲν Ἀλκυόνης.  
Κλεινὴ ἀλλὰ θυγατρὶ δίδε χάριν. δῖδὲ γὰρ ἐδὼλα  
Ρεζεῖν, καὶ Σμύρνη ἐστὶν ἀπὸ Αἰολίδος.

B

In hoc Epigrammate quoniam obscuriora quædam sunt , Zoographus paucula hæc explicat, quæ nos quoq; præterire noluimus. O Venus Zephyriti (Nautilus loquitur) quamquam ego Concha sum ipsa etiam Luna antiquior, nunc primùm tamen tibi sum consecrata, eiecta in littus, & allata Arfinoæ. Hæc autem Ptolemæi filij Lagi filia fuit, præstantissimæ formæ, Veneris, & venustatis studiosa. Ουλος, crispus, idest crispantibus pedum cirris. Ὡσπερ καὶ τένομα &c. idest vt nauta. θῖνα in eodem versu abundare videtur . Iulis oppicum est insulæ Co. Stephanus . Μηδὲ ἐν θαλαμησί. legit Zoographus, Μηδὲ μοι ἐν θαλάμησιν Βδος, ὡς πάρος, &c. Smyrnæ plures fuerunt, & earum vna Aeolica. De ouo Alcyones, non habeo, inquit, quod dicam . Idem Epigramma ita vertit Natalis Comes.

*Explicatio*

*Arfinoe.*

*Iulis.*

Concha vetus fueram Zephyris impulsaper undas  
Depositum primam nunc Venus ipsa tenes  
Nautam, sulcabam pontum, si ventus, & aura  
Dum me a nativus vela rudens tenuit.  
Si tranquillus erat, præbebat remigis usum  
Ipse pes, ut nostri nomina significant.  
Litoribus vicina fui simul obuia Iulis  
Essem spectandus sudus ut Arfiones.  
At non in thalamis velut olim, mortua cum sum  
Ouum peioris nunc pario Alcyones  
Clinia. ad ipse bona me gratificare sorori:  
Quæ Smyrna nata est patribus Aeolidis.

DE NAVTILO ALTERO.

Cap. III.



BELLONIVS Cochleam margaritifera vulgò nuncupatam, alterum Aristotelis Nautilum, vti paulò antè inuimus, facit. Id quamquam reprehendat Rondeletius, nos tamen non improbamus, donec tandem alia detur Cochlea, quæ rectiùs respondeat. Robertus Constantinus Nauplij (simpliciter) Conchã nũc à Græcis θαλάμω τεκταποδίω, id est, polythalamũ vocari scribit, quod nomen huic Cochleæ rectè quadrabit, miũ enim est, quot intus thalamos habeat: quãuis videã Nauplij, siue Nautili secundã speciẽ ab iisdẽ Græcis, nunc (si eidẽ Cõstãtino credimus) ἀρμενισαμί nominari à velo, vt ait, qđ nauigãdo erigit. Velificatur enim (inquit) more nauiiũ, protẽsa, ac sublata mẽbranula, siue tunica. Describit verò

*Cochlea  
Margaritifera.*



*Porcellana  
sive sic di-  
cta.*

*Vasa myr-  
rhina unde  
dicta.*

*Murrhin<sup>o</sup>  
Nautilus.*

*Synonyma  
Gallica.*

*Descriptio  
ex Carda-  
no.*

vt opinor longè aliam, quàm Bellonius Cochleam. Inquit enim: Eius Concha non maior Cochleæ, sed subtilissima, ac pellucida: cuius hiatus oblongus, vt in Conchis Venereis. Sic ille. Bellonij sanè Concha Cochleâ multò maior est, de qua sic scribit: Secundam Nautili Conchæ speciem ab Aristotele traditam esse hanc puto, quam nostri artifices in magno pretio ad vasa ditiorebus abacis accommoda conficienda habere solent. Porcellanam ob id vocant, quod de Muricis Conchæ (de qua in Buccino differemus) formam habeat. Eam enim etiam porcellanam nominant, ex qua antiquis vasa, quæ murrhina dicebantur, fieri solebant: id enim mihi conijcere per vos licebit; quanquam alij à myrrhæ (quam Græci *μουύρα* vocant) fragrantia dicta fuisse putent. Murrhinum igitur Nautilum hunc dicere poterimus. Huius amplitudo cum superiore (Nautili primo genere) conuenit. Sed paulò magis est crassus: prior præterea Pectunculorum more striatus est: hic omnino glaber, parte interna infinita habens interstitia: vndecunq; nitidus, ac mira colorum varietate splendens: subinde circumagentibus se in purpuram, candoremq; maculis. Hæc Bellonius. Gallica nomina iconi adscripta erant hæc: Coquille de pourcelle; vel Grosse Coquille de nacre de perle. Cardanus quoque hanc Cochleam describit, sed alterum Aristotelis Nautilū esse non apparet eum nouisse. In Conchis margaritifera, inquit, color non absimilis est Cochleis, quas India, vt dicunt, mittit. De colore, forma, ac substantia dicere possum, quòd eas viderim sæpius, vnde veniant, non fat dicere possum. Est igitur forma triremis cum alta puppi: in qua vasculum aliud, dices poculum à natura excogitatum: nam & magnitudo tanta est eius quam vidi: vt cotylam capiat: res profectò vsus elegantissimi, & pulcherrimæ formæ. Limacis igitur hæc est

Concha, Margaritarum Conchis simillima: tanto verò nostris nobilior

Limacum Conchis, quanto Indicus aër, ac terra, tum aqua, nostris

elementis sunt præstantiora. multorum enim sæculorum cur-

su res meliores euadunt. Hæc ille. Habes hæc primo lo-

co Nautili testâ rudi cortice obtectâ, ac variega-

to colore castaneo. altero verò testâ læuiga-

ram, vtrumq; aut è aperta, & perfora-

ta prora. tertio loco Nautili testa

est varijs ab Indis imagini-

bus extimo cortici in-


sculptis exornata.

quarto, ac postremo testa per medium secta conspicienda proponitur, vt interior structura appareat.






Nautilus testa rudi cortice obiecta, ac variegata castaneo colore.  
Nautilus alter leuigatus. vterq; aperta perfracta prora.



II



Z





# Vlysis Aldrouandi

Nautilus ab Indis varijs imaginibus extimo cortice insculptus.



Nautili structura media.





## DE PURPURA.

## Cap. V.



**P**URPURA M Turbinatorum generis Concham nobilissimam esse ait doctissimus Rondeletius. Quod planè verissimum esse, nos qui inter omnia turbinata Purpuræ quoque primas tribuimus, nullo pœnè negotio asserere, atque affirmare possumus, cum ex pretio, quo apud priscos habebatur, tum ex usu eiusdem. Theopompus apud Athenæum author est, Purpuram (ita quoque eius florem, quæ vestes tingebantur, nominamus) olim, vel regibus, raram, & expetitam fuisse, tanti quidem pretij (vt ab hoc auspicemur) vt æquali argento penderetur. Plinius pelagium, hoc est, Purpuram in libras quinquagenos nummos, & Buccinum centenos ponit, id est quinquaginta solidos, & centenos Gallios, vti ex Budæo supputat Baysius, qui etiam addit violaceæ Purpuræ libram denarijs centum, id est, decem aureis solatis constitisse, siue libris Turonicis viginti, supputante Roberto Cenali, dibapham Tyriam, denarijs mille, id est, mille Iulij, vel centum aureis solis, vel libris Turonicis ducentis. Acceptum hoc quoque ex Plinio est, apud quem sic legimus: Nepos Cornelius, qui diui Augusti principatu obiit: Me inquit, inuene violacea Purpura vigeat, cuius libra denarijs centum veniebat, nec multò post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Celebrat item Purpuræ pretium Epigrammataris, dum canit.

*Emis lacernas millibus decem Bassus*

*Tyrias, coloris optimi.*

Et in Mancinum — *Mollibus decem dixit,*

*Emptas lacernas munus esse Pompili.*

Idem poëta in Proculciam (inquit Baysius) vestis Purpureæ immensum pretium ponit, quam trabeam fuisse puto, vel togam pictam, de quibus paulò post fusiùs dicitur. Ludic in vxorem quæ diuertit à viro, propterea quòd prætor esset renunciatus.

*Quid, rogo, quid factum est? subiti quæ causa doloris?*

*Nil mihi respondes? Dicam ego, prætor eras.*

*Constatuta fuit Megalensis Purpura centum*

*Millibus, vt nimirum munera parua daret.*

Per Magalensem Purpuram intelligit togam pictam, quæ ornabantur prætores celebrandis Megalensibus ludis. Vel fortasse Megalensis Purpura accipienda est ea, quæ à prætoribus in ornatum chori in ludis illis, partim emebatur, partim conducebatur, partim etiam commodatò rogabatur. Cuius meminit Plutarchus in Lucullo, vbi loquitur de quodam prætore de spectaculis ambitiosè sollicito: qui cum à Lucullo in chori ornatum Chlamydes Purpureas peteret, respondit, inspecturum se si domi haberet, daturumque, postridè verò interrogauit eum, quot sibi esset opus, illo autem affirmante centum sufficere, iussit accipere bis totidem. Hactenus Plutarchus, qui ex Horatio sumpsisse hæc videtur, epistola ad Numitium, dum ait:

*Chlamydes, Lucullus, vt aiunt,*

*Si posset centum scena præbere rogatus,*

*Qui possum tot? ait, tamen & quarum, & quot habeo,*

*Mittam, post paulò scribit sibi milli a quinque*

*Esse domi chlamydam, partem vel tollet omnes.*

*Exilis domus est, ubi non & multa supersunt.*

Verùm vt ad Purpuræ pretium reuertamur, id li quis alius maximè celebrauit Plinius his verbis: Conchyliis, & Purpuras omnis ora (hora) atterit: quibus eadem mater luxuria paria penè etiã margaritis pretia fecit: Proximè autem dixerat de margaritis, æternæ prope possessionis eas esse, & sequi hæredem. Et alibi: Pretia (inquit) medicamæto sunt quid è profertilitate litorum viliora: non tamè vsquã pelagij libras quinquagenos nummos excedere, & Buccini centenos sciant, qui ista mercantur immèlo. Sed alia sunt in fine initia: iuuatq; ludere impendio, & lusus geminare miscendo iterum, & ipsa adulterare adulteria natura: sicut testudines tingere, argentum auro cõfundere, vt electra fiât, addere his gra, vt Corynthia: Ex quo tam ingenti pretio purpuram non à quibusuis vsurpatam fuisse constare arbitror. So-

*Nobilissimam esse Turbinatorum Purpuram.*

*Pretium.*

*Magalensis Purpura.*

*Luculli luxus.*

*Purpuras non omnes vsurpatas.*



- crates, referente Plutarcho in libro de Animi tranquillitate, quendam amicorum audiens E dicere: quàm sumptuosa est vrbs? mina venditur vinum Chium, Purpura tribus, mellis he- mina quinque denarijs: adduxit ad farinas; dicens, sextarius venditur obolo; frugaliter in vrbe viuitur: tum ad oliuas; duobus æneis chænix; deinde ad oxonides; hæc decem dra- chmis venditur vestis: viles sunt in vrbe. Sic Socrates, innuens benè quem pie, ac honestè vestiri posse, etsi ex tam pretiosa Purpura tineta non esset. Erant tamen omnes Purpuræ sumptuoperè amantes, adeo vt tinctores illius, & qui eam adueherent, à vestigalibus im- munes haberentur: Quare nec mirum erit, quod de Vladislao Polonorum rege legimus, Valachis quadringentarum Purpurarum tributum imposuisse. Strabo asserit Tyrios ob- tingendi Purpuræ peritiam (quanquam maxima huiusmodi officinarum multitudo eorū vrbeni redderet grauiorem) locupletiores factos esse, & nō solū à regibus, sed à Romanis etiam libertate donatos fuisse: iam verò qui Purpuram vsurparint, aliquid dicamus, & qui ea delectati sint, quales profectò reges fuisse, ac summos magistratus inueniemus, quin etiam sacerdotes, & quod amplius est, ipsosmet deos. Atque ita Palladis vulnus Purpurea fascia obligatum fuisse legimus, fascia scilicet, quæ deam deceret immortalem, quando mortalibus alba sufficere potest. Constat quoque vestes Purpurâ imbutas dijs suis vete- res, tanquam eximia, ac singularia dona obtulisse; in quo sensu apud Statium legimus Iononi sceptrigeræ à Tyrijs peplum dono oblatum, quod Purpurâ in primis condecora- tum esset:
- Peplum etiam dono, cuius mirabile textum  
Nulla manus sterilis, nec dissociata marito  
Versarat calathis, casta velamina diua  
Haud spernenda ferunt, varijs ubi plurima flores  
Purpura picta modis, mixtoque incenditur auro.*
- Ornabant autem etiam deorum templa tam pretioso apparatu, quemadmodum idem poëta sub exemplo Veneris demonstrat, canens:
- Digna Dea sedes, nitidis nec sordet ab astris  
Hic Libydus, Phrygiusque silex, hic dura Laconum  
Saxa virent, hic flexus onyx, & concolor alto  
Vena mari, rupe sive nitent: quis Purpura sepe  
Oebalis, & Tirij moderator linet abeni.*
- Claudianus illustris admodum poëta eiusdem deæ superbissimum comptum descripturus, nō inuenit colorem præstantiorem, à quo vestitum eius commendaret, quàm Purpureum: canit autem:
- Illi multiplices crinis sinuatur in orbes  
Idalia diuisus acu, sudata marito  
Fibula, Purpureos gemmâ suspendit amictus.*
- Ex recentioribus nostri æui poëtis non ignobilis Aelius Iulius Crotta de Apolline ait:
- Phæbe pater lætè Tyrio spectabilis ostro.*
- In Tyro Herculi, sacerdos, referente Alexandro ab Alexandro, cum insula; & Purpura incedebat: Sed & Hebræorum Sacerdotes Purpuræ vsum magni admodum fecisse non est à ratione; aut veritate alienum. Tradit enim S. Isidorus Araonis cingulum Purpura, Cocco, & Hyacintho fuisse contextum, ex quibus præterea tabernacula dei confecta fuis- se ex diuino præcepto sacra pagina testatur, non sine alto mysterio, vt suo post loco pate- bit. Inuenio item purpura, & aureo monili vtendi potestatem ab Antiocho cognomento Sedete datam fuisse Ionathani duci, & Pontifici Iudæorum, qui summi sacerdotis apud H eos munere fungebantur. Erat veruntamen Purpura regum, ac cæterorum procerum præ- cipuum, ac peculiare ornamentum. Togam eorum regiam, ac pictam dictam fuisse La- zius autumat, quanquam & Romanis Coss. postmodum, vt modò patebit, ex vsu fuerit. Erat autem eodem scribente non modò Purpurea, sed aureis etia flosculis exornata. Quantum verò decoris, atque ceu autoritatis regibus adderet tam pretiosum ornamen- tum, vel quilibet penes se iudicare potest. Plutarchus in præceptis reipublicæ geren- dæ id obiter innuit, inquiens: At verò magni illi reges, & à Ioue, vt Homerus ait, prognati; Purpuris, sceptris, stipatoribus, deorumque oraculis seipso extollentes, vbi maiestate sua tanquam præstantioris ipsi nature vulgus sibi subiecerunt, & cæte- ra. Audi quæso quod nobis facundissimus, ac Diuus inquit Ambrosius: Quid etiam Purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquarum est igitur, quod in regibus adoratur. Quamobrem taxatur à multis Euripides, quod
- in ve-

*Vs purpu- ram ama- rent vete- res.*

*Lib. 16.*

*Geog.*

*Tyrii cur diuites fa- cti.*

*Qui Purpu- ra vsi.*

*Vestes Pur- pureæ Dijs oblata.*

*Lib. 10.*

*Syluar.*

*Templa Deo- rum Purpu- reis vestib<sup>o</sup> ornata.*

*lib. 1. Sylu.*

*Lib. 2. de rap. Profer.*

*Lib. 2. c. 8. Sacerdotes Iudæorum Purpura vsi.*

*li. 19. c. 21*

*Toga regia Iudæorum. Lib. 8. c. 8. Toga picta que.*

*Regum or- namentum Purpura.*

*Euripides taxatus.*



A in vestibus laceris introduxerit reges, & principes, & è contrario laudatur Sophocles, qui in aureis, & Purpureis. Veteres quoque poëtae, eosque secuti recentiores omnes amicus pretiosissimos, nominaturi, eos Purpureos semper faciunt, ut pluribus subinde locis patebit, nunc de regibus ipsis prosequamur. Ovidius.

— Medio rex ipse resedit  
Agmine Purpureus, sceptroque insignis eburno.

Medea apud eundem de Iasone.

Rideat & Tyrio iaceat sublimis in ostro.

Eleganter etiam Horatius dicebat.

Regali conspectus in auro, nuper & ostro.

Ceterum ne in vna tantum regione Reges Purpurâ resplendisse quispiâ credat, de nonnullis diuersis aliquid quoque dicendum esse videtur. Strabo author est apud Nabatæos Purpuratos incedere reges. Persæ autem in primis Purpura induebantur. Testatur Herodotus regem Aethiopum, cum conspexisset à rege Persarum missam sibi vestem Purpuream, & ab Ichthyophagis didicisset tincturæ rationem dixisse, *δολερὰς μὲν ἀνδρώπυς*

B *εἶναι; δολερὰ δὲ ἀντιῶν τὰ εἴματα*, id est, non solum homines esse subdolos, sed & vestes eorum esse dolosas. Plutarchus quoque in libro de malignitate Herodoti de Purpura, & vnguento ait dixisse, dolosas formas, dolosas vestes esse Persarum. Et in Sympotiacis eiusdem dieterij meminit his verbis: Aut vnguentum potius, & Purpuram auersamur ob luxum ijs adhærentem, tanquam dolosas vestes, dolosos colores, ut barbarus ille dicebat. Idem rursus author in oratione de fortuna Alexandri Persarum Purpuræ meminisse videtur, dum ait: Noli meæ virtuti detrabere, noli meam gloriam deprimere: tuum opus est Darius, quem ex seruo, & astanta regis dominum Persarum fecisti: tuum Sardanapalus, cui Purpuram peccenti diadema regium circumposuisti. Herodotus, Valerius, & Strabo clarissimi scriptores, quàm grata Persarum regibus fuerit Purpura, non obscure innuunt asserentes Purpuram imperium peperisse Sylofonti apud Darium, qui olim curiosa contemplatione viderat Sylofontem amiculo Purpureo indutum, eiusque pulchritudine captus id mereari voluerat: Sed Syloson, Ego, inquit, amiculum pecunia nulla vendō, sed tibi dono, do, si modò tuum perpetuò esse debet. Mox Darius memor muneris liberaliter dati Sylofontem remuneratione regia remuneratus est: namque pro veste illi re-

C tribuit imperium Sami insulæ fortunatæ, & optimæ. Legitur præterea epigramma Philippi, in quo Leonides Lacædæmonius Xerxi Persarum regi insultat, quòd eius corpus inter cætera cadauera iouentum ob singularem virtutem Purpura contegendum curasset, respuens ipsius honorem, proditori magis, quàm Lacædæmonio, id est, viro forti conuenientem. Charon apud Lucianum cum à Mercurio quæsisset, qui apud mortales ille esset, cui pallam Purpuream fibula neciebat, quemque corona adornabat, intellexissetque Polycratem Samiorum tyraanum esse, affirmat se huiusmodi hominum quæcunque nudum in suo nauigio agnouerit, maximè deridendum, quando, inquit, neque Purpuram, neque regium capitis regmen, denique neque tolium secum adferant aureum. Virgilius quoque de Latino rege loquens canebat:

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus  
Obutu tenet ora, soloque immobilis hæret  
Intentos voluens oculos, nec Purpura regem  
Picta mouet, nec sceptrâ mouent riameia tantum.

Et post rursus:

Orbis picta croco, & fulgenti murice vestis.

D Idem poëta de domo regia Didonis

At domus interior regali splendida luxu  
Instruitur, meisque parant conuiuia tectis.  
Arte laborata vestes, ostroque superbo.

Item de eadem regina venatum cum Aenea eunte,

Reginam thalamo cunetantem ad limina primi  
Pænorum expectant; ostroque insignis, & auro  
Stat sonipes, & frena spumantia mandit.

Tandem progreditur magna comitante cæterua  
Sidoniam picto chlamydem circundata limbo,  
Cui pharetra ex humeris, crines nodantur in aurum  
Aurea Purpuream subnectit fibula vestem,

Lib. 3.  
Metam.

In arte  
poët.

Lib. 16.

Geogr.

Persæ Pur-  
purati in-  
cedebant.

Lib. 4.

Lib. 3. 9.

In Thalia.

Lib. 4.

Lib. 14.

Geog.

Syloson

vex Sami

quomodo

factus.

Lib. 7. Ac-  
ceid.

Lib. 9.

Lib. 1.

Didonis ha-  
bitus.



- Aeneas.* Aeneas etiam apud eundem victoribus praemia proponit, quae sunt: *Armaq; & astro*  
*Perfusa vestes, argenti, auriq; talenta.*  
 Sed & Mercurius ibidem Troianorum regem  
*Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem*  
*Conspicit, atq; illi stellatus iaspide fulua*  
*Ensis erat, Tyrioq; ardebat murice lana*  
*Demissa ex humeris, diues qua munera Dido*  
*Fecerat, & tenni telas discreuerat auro.*
- L. 4. dec. 3.* Liuius verò scribit Hieronem, filiumq; eius Gelonem, Siciliae reges, nec Purpuræ ve-  
 stis habitu, nec alio vilo insigni differentes à cæteris ciuibus processisse, contra Hierony-  
 mum Purpura, ac diademate, & satellitibus armatis, quadrigisq; etiam alborum equorum  
 interdum vsum esse. Dionysius verò eiusdem insulae tyrannus non modo ipse Purpuram  
 induebat, sed referente Diogene Laertio, iussit aliquando in conuiuio, vt singuli in ve-  
 ste Purpurea saltarent. Id cum Plato renueret, dicens,  
*Ουκ αν δυναμλω θηλω ενδυναισωλω,*  
*Αρπλω περυχως, και γενως εξ αρπενως, hoc est.*  
*Effeminata veste non possum legi*  
*Cum sim vir, & virili natus stemmate.*  
 sumpta ea Aristippus se induit, & cum saltare inciperet, propriè, promptèq; dixit.  
 — *Καλ γαρ εν βαρχευμασιν*  
*Ουκ εν σωφρονι διαφρασησεται, hoc est,*  
 — *Neq; in sacris Liberè*  
*Patris, pudica mens unquam corrumpitur.*
- L. 7. dec. 3.* Philippus quoque rex testante Liuius Purpuram quandoque respuit: hoc enim de eo scri-  
 ptum: Philippus laudorum quoque qui reliqui erant, celebritatem, quantècunq; de Roma-  
 nis tamen victoriae partae fama auxerat, lætitiæq; ingenti celebrati festi dies, eò magis etiã,  
 quòd populariter dempto capitis insigni, Purpura, atq; alio regio habitu æquauerat se cæ-  
 teris in speciem. Præterea Plutarchus in libro de fraterno amore de Antiocho Seleuci fra-  
 tre ait: Antiochus hoc nuncio allato (Seleucum nempe à Galatis deuictum) Purpuram  
 deposuit, pullaque sumpta veste, & clausa regia, fratrem luxit. Phoenici regi, vt Suidas  
 testatur, Purpura ab Hercule Tyrio, cum hac tincturam, canis sui maxillis eruentatis re-  
 perisset, oblata est, is verò rex primus Purpuram gessit. Cleitus Alexandri familiaris co-  
 gnominæ Candidus, quoties aduentibus respondere vellet, amictus veste Purpurea, &  
 obambulans cum ijs, qui compellauerant, sermones conferebat, vt Athenæus prodidit ex  
 Agararchide Cnidio libro decimo de Asia. Et mox ex Phylarcho, Alexandri quotidianos  
 sumptus describens, ait primos clauarios Persas quingentos circa tabernaculum suum fo-  
 ri astitisse Purpureis, atq; melinis (colore mali Cydonij) vestibus indutos, extra taberna-  
 culum Purpuratos quingentos, quibus cum vestitum indullerat. Scripsisse tum Alexan-  
 drum ad Ioniae ciuitates, & primùm Chios, sibi Purpuram vt mitterent: velle namque se  
 familiares omnes Purpura stola vestire. Sed de regibus hæc citasse sufficiat, Rectè qui-  
 dem regalis inde Purpura dicta est. Cicero pro Scauro: Quem Purpura regalis non com-  
 mouit, cum Sardorum mastruca mutauit? Mastruca vestis erat Sardorum è pellibus. Et  
 Claudianus regiam eam nominauit, canens.  
 — *Cum regia circi*  
*Conuexum gradibus veneratur Purpura vulgus.*
- iplos verò reges Purpureos.  
*Sub tua Purpurei venient vestigia reges.*
- Reges Pur-  
 purei cur  
 dicti.* Hinc quoq; Purpuram petere pro ad regni gubernacula aspirare Latini dicunt, itemque  
 Græci. Plutarchus libro de fraterno amore: Contra Antiochi, Seleuci, Grypi, Cyxiceni  
 cum nò didicissent secundo à fratribus esse loco, sed Purpuras, ac diademata appetent,  
 seiplos inuicem, ipsamq; adeo Græciam multis calamitatibus oppleuerunt. Virgilius.  
*Non illum populi fasces, non Purpura regum.*  
 Et alibi — *Nec Purpura regem*  
*Picta mouet.*
- Christus  
 Purpurea  
 veste indu-  
 tus, & cur.* Quamobrem veste etiam Purpurea in hunc modum creator, ac redemptor humani ge-  
 neris, velut scenica larua regem fictitiū agens, ac ridiculū à nefarijs illis ludæis illudeba-  
 unt, cū alioqui Purpura illa grandi nò vacaret mysterio, de quo post agemus: sicut & ruber  
 pileus & purpura, in Concilio vniersali decimotertio Lugdonensū concessa sunt S. R. E.  
 Cardi-



**A** Cardinalibus, ut admonerentur se semper paratos esse debere, pro Christiana religione sanguinem, qui per Purpuram Christi designatur, effundere. Amictus istius Cardinalium Illustrissimi Hyppolitii Estensis exemplo meminit Ariostus:

Cardinales cur Purpuram gestent.  
Cant. 3.  
St. 4.

*Quelle che in pontifical habito imprime*

*Del purpureo Capel la Sacra chioma,*

*È il liberat, magnanimo, sublime,*

*Gran Cardinal de la Chiesa di Roma*

*Hippolito, ch' à prose, à versi, à rime,*

*Darà materia eterna in ogni idioma.*

Iam verò Lacedæmonios ad prælia euntes puniceam vestem (φοινικίδα, φοινικίς autem vestis erat vitilis purpurea, vnde & Plutarchus φοινικίδα, pro paludamento (quæ vestis Imperatorum erat) Purpureo dixit teste Bayffio.) indutos venire oportuisse tradit Aelianus, ut & color aliquam gravitatem præ se ferret, & si in eam sanguis è vulneribus influeret, terribilior spectatu hostibus fieret. Simile planè est, quod de Laconibus narrat Eustathius, sed tamen vestes in bello Purpureas gestasse prodidit, ut notæ sanguinis vulneratorum,

φοινικίς  
Vestis quæ  
In Crasso.  
Li. 6. var.  
c. 6.

**B** coloris cognatione regerentur, & minus a liij terrentur. Verba Eustathij hæc sunt. χρῆσαι ἡμῶν ἐν πολεμῶν φοινικίδων φορήματα, ἕρπην καὶ ἐν Ἰλιάδι κατὰ ἔθος Λακωνικόν, ὡς ἐν μάχαις ὑποκλήπτουτο ἢ τὴν αἵματος ρήσιν διὰ τῆς ἰμοκρούς ἐκδύσεως. Ut modò ad Romanos accedamus, hos ferè vel à principio vitis conditæ purpureo amictu delectatos fuisse luce claritus est, quanquam alij Tullum Hostilium, qui post Numam Pompilium vixit, regnavitq; primùm Purpura usum esse velint, alij Numam Pompilium allata Regis Hetruscorum veste, alij ipsum Romulum, qui primus regnavit: verùm ego abâ Romulum, al à Numam, Tullum aliâ vsum fuisse suspicor. Plinius, Purpuræ usum Romæ (inquit) semper fuisse video, sed Romulo in trabea. Nam toga prætexta, & latiore clavo Tullû Hostilium è regibus primùm usum Hetruscis devictis satis constat. Trabea autem, (de qua mox plura) propriè regum erat, eaque postmodum alios vsum fuisse suspicandum est: quare cecinit Virgilius:

Vestes Purpureas cur in bello.  
Odyss.

Romani reges qui primùm Purpura vsi.

Trabea.

*Ipsè Quirinali lituo, paruaq; sedebat*

*Succinctus trabea, lauaq; ancile gerebat.*

Ausonius verò illustris admodum poëta, ac vir consularis id declarat dilucidè, dū canit:

Epist. 23.  
ad Paul.

*Paulinum, Ausoniumq; viros, quos sacra Quirini*

*Purpura, & auratus trabea velant amictus.*

Qui verò trabea erant induti, trabeati vocabantur, quod ex Ouidio innotescit, apud quem de Romulo legimus.

Trabeati qui.

*Hoc igitur vidi trabeati cura Quirini*

*Cum rudibus populis annua iura daret.*

Placuit postea & consulibus Romanis (de quibus post) atque Imperatoribus Purpura, atq; ut à primo auspicietur, de eo apud Ciceronem inuenio, Cæsar cum Purpura veste processit: Et rursus de eodem: paulò ante interitû Cæsaris, cum immolaret illo die quo primùm in cella aurea sedit, & cum Purpura veste processit, in extis bouis non fuit cor. Dion Cassius Octavium Augustum testatur peculiare sibi habuisse purpuram, palmatas, pictasque vestes, ideoq; cæteris interdixisse earum usum. Legitur idem Imperator, ipse quod emerit in officinis Purpuram, ut si quæ præstantior esset alia, sibi cederet in usum. Caligula referente Suetonio Ptolomæum, & accersitum è regno, & exceptum honorificè non de causa repente percussisse, quam quòd edente se munus, ingressum spectacula conuertisse hominum oculos fulgore Purpureæ abollæ animadvertisset. Nero vero, ut idem Suetonius testatur, piscatus est rete aureo, Purpura, coccoq; funibus tinctis. Lego etiam apud Xiphilinum, eundem Nerone vela, quæ in theatris, vel amphitheatris superinduci solent, arcendo æstui, & soli, Purpurea suspēdisse. stellis aureis variè interstincta. Eius verba sunt.

Lib. 49.  
Augustus ipse purpuram emit.

Caligula cur Ptolomæum percussit.

Neronis piscatio.

Vela Purpurea.

Τὰ γὰρ μὲν παραπετάσματα τα διὰ τὸ ἀέρος διακρίθεντα, ὁ πῶς τὸν ἥλιον ἀπέριπτες, ἀλυργὰ ἦν, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἄρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνεσίκτο, ἀσίερα δὲ χρυσοὶ πῆμαξ, ἐπέλαμνον, id est, Vela etiam quæ per aerem expansa ad arcendum solem, Purpurea erant inque ijs medijs Nero acu pictus, eurrum agitans (videlicet instar Phoebi, ut ait doctissimus Lypsius) circum verò vndiq; aureæ stellæ. M. Antonius apud Actium, ut scribit Alexander ab Alexandro, Purpureum velum prætorix navii pro insigni dedit. Idem fecisse ex Græcis legimus Alcibiadem. Plinius, nescio an de eodem Nerone, vidimus, inquit, iam & viventium ouium vellera Purpura, Cocco Conchylio se squilibris confecta, velut illa nasci cogente luxuria. Huc quoque spectare videtur quod Iulius Capitolinus in vita Clo-



Lib. 8.  
vari ar.

dij Albini scribit. Sanè vt tibi inigne aliquod imperatoriae maiestatis accedat, habebis vtendi coccinei pallij facultatem, me præsente, & ad me, & cum mecum fueris: habiturus & Purpuram, sed sine auro. Athalaricus rex Iustiniano Imperatori apud Cassiodorum à principio. Non vos, inquit, (innuens omnes Imperatores Purpura vsos fuisse) maiorum Purpuratus tantum ordo clarificat, non sic regia sella sublimat, quantum longè, lateq; potens gratia vestra nobilitat. Et rursus ad Hildericum regem Vandalorum, Mater quinimo haberi debuit, quæ nobis regna profudit. Nam & hoc nobilitati vestræ fuisset adiectum, si inter has diuorum (Hasidirigorum) stirpem retinuissetis Amali sanguinis Purpuram dignitatem. Adeo vt equidem luce sit clarius omnibus Imperatoribus, ac regibus Purpuram placuisse, Claudianus de Honorio Augusto quartum consule:

*Omnibus acceptis vltro teregia solum*

*Protulit, & patrio felix adolefcis in ostro.*

L. 5. Hist.  
Ecole. c. 17

Purpura  
vsus, & di-  
gnitas a-  
pud Roma-  
nos.

Consules  
Romani  
Purpuras  
sacrifica-  
bant.

Herodianus de Commodo: simul, inquit, Purpureas sibi auro intextas vestes circundaret, non sine omnium irrisione. Quippe eodem schemate, & foeminarum luxum, & herorum virtutem repræsentabat. Sic & apud Theodoritum legimus D. Ambrosium, cum iussisset vt Theodosius Imperator cum reliquis laicis consisteret, quia ad loca interiora solis Sacerdotibus aditus pateret, dixisse Purpura Imperatores, non Sacerdotes efficit. Fuit sanè Romæ Purpuræ vsus iam inde ab initio vrbis conditæ, vt diximus, distinguebatq; , vt ait Plinius ab equite curiam, id est, insigne erat Romani magistratus, atq; idcirco quamplurimum vendebatur. Huic (Purpuræ flori) fasces, securesq; Romanæ viam faciunt, (consularis autem insignia erant duodecim fasces, totidem lictores, Purpurea prætexta, curulis sella) idemq; pro maiestate pueritiæ est. Distinguit ab equite curiam: Dijs aduocatur placandis, (consules enim non nisi Purpurati sacrificabant) omnemque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata, & Purpuræ sit infania. Hæc Plinius, quibus sane mirum in modum Purpuræ dignitatem extollit, adeo vt mirum sit Purpuræ vsum tam rarum, vel penitus nobis potius ignotum esse, cum alioqui tota posteritas luxuriosa admodum fuerit. Hinc passim Purpura pro ipsomet magistratu accipitur, vt apud Ouidium de Pisone.

*Cum tua bisse nos numerar et Purpura fasces.*

Sic & Iuuenalis ait — *Sed quinq; taberna.*

*Quadringenta parant, quid confert Purpura maius*

*Optandum, si Laurenti custoat in agro*

*Conductas Coruinus oues.*

Elegantur, ac clarè Claudianus de tertio Honorij consulatu canebat:

*Diuæ Idaspeis auge scat Purpura gemmis*

*Succedant armis trabea, tentoria licitor*

*Ambiat, & Latæ redeant ad signa secures.*

Aequè dilucidè Lucanus in panegyrico Calphurnij Pisonis.

*Quis dignè refert, qualis tibi luce sub illa*

*Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu*

*Cum tua bisse nos numerar et Purpura fasces,*

*Cæsareum grato cecini sti pectore numen?*

Nec non & Martialis.

*Te primum pia turba rogent, te voce salutent,*

*Purpura te felix, te colat omnis honos.*

Et rursus de consulatu Syllij:

*Rerum prima salus, & vna, Casar*

*Gaudenti supere st adhuc quod opte t*

*Felix Purpura, tertiusq; consul.*

Li. 1. Fast.  
Senatus

Purpureus  
dictus.

Lib. 2. Syl.  
In Crasso.

Lib. 2.

Plinius de gallo gallinaceo: Vt planè dignæ aliti tantum honoris præbeat Romana Purpura. Ouidius de nono consule.

*Iamq; noui præeunt fasces, noua Purpura fulget.*

Quin & ipsum magistratum, siue Senatam purpureum vocari legimus. Stadius.

*Cantu Purpureum trahes senatum.*

Deponebant nonnunquam Purpuram, nimirū vel allato tristi aliquo nuncio, vel ob mortem cuiuspiam affinis, quo tempore pullâ sese induebant: quare Plutarchus ait: Fertur eodie Crassum, non Purpureum (vt Romanorum Imperatorum mos erat) sed atro paludamento ad milites processisse. Lucanus de toto magistratu præuidete calamitates belli ciuilibis



*Ergo ubi concipiunt, quantis sit cladibus urbi.*

*Constatuta fides superum, ferale per urbem.*

*Iustitiam, latius plebeio rectus amictu.*

*Omnis honos, nullos comitata est Purpura fasces.*

**A** Erat autem Purpura, inquit Lazius, apud Romanos per omnes vestes, nimirum Purpura prætexta, Purpura in lato clauo, Purpura chlamys, & Purpura plaudamentum. Taccuit autem trabeam, de qua tamen alij multa scribunt. cæterum Purpuram fuisse per omnes eas vestes (quod nos quærimus) etiam confirmat, astruitq; doctissimus Aldus Manutius his verbis: Restat color: quem fuisse Purpureum non modò in latis clauis, verum in reliquis etiam tunicis, veterum testimonijs probabo. nam si tunicæ expertes lati calui Purpureæ sunt: cur laticlautos, id est, nobilissimum tunicæ genus Purpurâ priuemus à tunicas autem lato clauo carentes Purpureas fuisse, apertè docet Quintilianus, his verbis: Ut Purpuræ rectè defendant, leuis cura est: notatur interim negligentia. Non loquitur de tunica lati clauis, & Purpuras tamen nominat. Cicero etiam Purpuream tunicam non modò in ordine Senatorio, verum in plebeijs quoq; hominibus videtur agnoscere, cum ait

Lib. 8. c. 8.  
Purpura  
Romanis  
per omnes  
vestes.

Lib. I. c.

**B** de L. Pisonè in oratione pro Sextio: Vestitus asperè, nostra hac Purpura plebeia, ac pænè fusca. Nostra, dixit, qua nos vtimur Senatores: plebeia verò, quia Purpurea Pisonis tunica fili crassitudine plebeia Purpurâ similior, quàm senatoriæ, videretur, deinde subiunxi de colore. Ac pænè fusca: quia varius erat Purpurarum color, vt ex Plinio liquet. Verum de tunica lati clauis Purpurea, vt omittantur dubiæ fortassis fidei testimonia, satis aperta fit significatio in hoc Ouidij versu.

*Induiturq; humeris cum lato Purpura clauo.*

Plinius autem, cum dixit: Purpura distinguit equitem à curia: non significauit in Senatoria tunica Purpuram fuisse, in equestri non fuisse: iam enim probauimus Purpuram in omni tunica fuisse, sed de lato clauo Purpureo locutus est, qui Senatorem ab equite Purpureum quidem clauum, angustum tamen gestante, distingueret. Id explanat idem Plinius: Annulli distinxere alterum ordinem à plebe sicut tunica ab annulis Senatorem tantum: quanquam, & hoc serò: vulgoq; Purpura latiore tunicæ vsos inuenimus etiam præcones. Quis non videt latum clauum significari? nam, si solus Purpuræ color Senatorem ab equitibus distinxisset; non dixisset, Purpura latiore tunicæ, sed Purpurea tunica. Appellabatur autem tunica lati clauis, ab ipsis clauis Purpureis, qui tunicæ inferebantur, vt ex Festo patet, quanquam cum palmata confundat, vt dictum est. Quibus clauis Purpureis vt opinatur Baysius mappæ quoq; ad limbum, variari solebant. Et hoc est quod ait Marcialis: *Et lato variata mappalia clauo.* Græci eam vocabant *χιτώνα πλατύσημον*. Inferebantur eiusmodi clauis Purpureis ad eam ferè partem qua pectus tegebatur. Horatius *Et latum dimittis pectore clauum.* non quòd reuera essent clauis, sed quòd viderentur, clauorum Purpurea capita super eminentia in tunicæ superficie. Dicebatur item hæc tunica, Purpura Sclataria, quoniam veteres sclatum dicebant pro latum, & sclitem pro litem. † Iuuenalis.

Li. 9. c. 36.  
Plinius ex  
plicatus.

Li. 33. c. 1.  
Tunica lati  
clauis vnde  
dicta.

Toga prætexta que.

Sclataria  
Purpura.  
Annustyro  
ciny quis.  
† Sat. 7.

*Spondet enim Tyrio Sclataria Purpura filo.*

Prætexta verò toga dicta est à prætexendo, quia ei Purpura, vt ait Macrobius, prætexta erat: hoc est, quia Purpuram in ora habebat; vnde etiam Græci *περιπόρφυρον* vocant, id est, circumqua; Purpuram habentem. Hac utebantur pueri vsq; ad annum decimum septimum qui annus tyrocini dicebatur. Cuius moris causas plures Macrobius indicat. Hanc intellexit Iuuenalis, cum ait

Lib. 1. Sat.  
cap. 6.  
Sat. 12.  
Sat. 11.

*Purpuream teneris quoq; Mæcanatibus aptam.*

**D** Et antè dixerat. *Et princeps Tyrio vestem prætextat ostro* Staius quoq; meminit de Atq; iuvene loquens:

*Nunc pedes ense vago, pressis hunc celsus habenis*

*Ceu spectetur, agit; triplici vel auerat ostro*

*Surgentes etiamnum humeros, & laniam mater*

*Pectora: tunc autophaleras, auroq; sagittas,*

*Cingulaq; & manicas, ne coniuge vilior iret*

*Presserat, & mixtum cono crispauerat aurum.*

Quantum verò ad pueros pertinet, præcipuum prætextæ significatum fuit, vt pudorem indicaret, quem scilicet ætas ea, quæ prætextata dicebatur, sibi proponere deberet; eiusq; rei indicium esse Purpureum colorem, vnde admonerentur verecundiam in dictis, factisq; omnibus amandam. Inuenio interim prætextam togam non tantum puerorum fuisse,

Pueri cur  
prætexta  
vicerentur.  
Prætexta,  
toga etiam  
mastratus

quin



li. 4. dec. 4.

quin & magistratus. Livijs in oratione L. Valerij; Purpura (inquit) viri vtemur prætextati in magistratibus, in Sacerdotijs, liberi nostri prætextis Purpura toga vtentur. Plutarchus in quæstionibus Romanis. Purpura prætextam vestem tribunus plebis non gestat alijs magistratibus gerentibus; an quia magistratus omninò non est: nam neq; liçtores habet tribunus plebis, neq; pro tribunali sedens responsa dat. Huc spectare videtur illud Silij Italici,

*Bissenos hac prima dedit præcedere fasces,*

*Et iunxit totidem lacito sermone secures,*

*Hac alias eboris decoravit honore secures,*

*Et princeps Tyria vestem prætextavit ostro.*

Alluisse quoq; apparet ad prætextam Epigrammaticum hoc versu:

*Divisit nostras Purpurea vestra togas.*

*Purpurea  
fascia.*

*Toga pal-  
mata.*

*Toga picta*

*Cur picta  
dicatur.*

*Trabearum  
genera.*

*Lib. 33.*

*Triumphans  
in toga pi-  
cta.*

Invenio etiam prætextam qua Romanus magistratus utebatur, à nonnullis Purpuream quandam fasciam valde latam intelligi, quæ tamen multipliciter plicata in angustum contraheretur, atq; ita supra alia vestimenta, nunc ab humeris, nunc à pectore in fasciæ modum circumduceretur, nunc eius capita vtrinq; ab humeris in pectus dimitterentur, cuius generis amicuia Romæ plerisq; antiquorum statuis inducta conspicias. Togam palmatam à palmis pictis appellari existimat idè Manurius, cuius tamen non multa apud scriptores veteres mentio extat: plures meminerunt tunicæ palmatæ. Nec assentitur Aldus, qui Festum secuti, si modo Festus ita scripsit, tunicam palmatam à latitudine clavorum dictam, & eandem esse cum lato clavo, arbitrantur. Quid enim simile (inquit) habet clavus cum palma? Quare tunicam palmatam fuisse credit, quam triumphantes, toga picta superimposita, tanquam insigne victoriæ præstarent, propterea Livijs eam simul cum toga picta nominant in decimo. Quos, inquit, vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laurea q; honoratis. Quo loco satis patet non significari latum clavum: non enim post togam prætextam nominaretur: cum toga prætextata sit honoratior, quia non ea Senatores omnes, ut lato clavo, sed tantum qui magistratum gerent, utebantur. Toga picta, vetus Hetrusca fuit, Purpurei coloris, auto distincta, à triumphantibus gestari solita, quam, ut ait Florus, subactis duodecim Thusciz populis, Tarquinius Priscus Romam transtulit, id quod etiam Dionysius confirmat. Macrobius, & Plinius id non Prisco, sed Tullo Hostilio tribuunt. Hæc Purpurea fuit, ut Dionysius ostendit. Picta vocatur, quòd in ea variæ figuræ ita fingerentur, ut ea species ad picturæ similitudinem accederet. Differebat ab hac toga Purpurea, quia hæc erat pura, & omnibus senatoribus communis, quanquam magistratum non gerent: à toga prætextata verò, quia hæc erat alba cum limbo Purpureo circumducto, cum Purpurea limbum non haberet. Trabearum genera tria fuisse Suetonius in libro de vestimentis, auctore Servio, ostendit: vnum è sola Purpura, dijs consecratum, alterum è Purpura non sine albo, quo reges vti fuerint, tertium augurale è Purpura, & cocco. Primum itaq; illud fortè fuerit, quod nos superius Dijs, & consecratum, & gratum fuisse diximus. Secundi generis trabeæ fuerunt præ reliquis in maximo apud Romanos usu. Non enim reges tantum, verum etiam pulsus regibus consulens, item equites, cum trabeati idibus Quinctilibus transueherentur, eas viurparunt. Et consulum quidem trabea, ut videtur Aldo Manutio, post reges fuisse militaris habitus, quo consules in bello vti fuerunt: ad cuius opinionis corroborationem citat illud Livijs: Consul, cum Corcyræ hibernasset, vere primo incontinente trabeatus ad hostem ducere pergit: eandemq; ob causam etiam equestres turmas bellicam speciem repræsentantes, idibus Quinctilibus trabea vestitos transuectos esse asserit. Meminit huius trabeæ consularis Aufonius in gratiarum actione, pro consularatu, his verbis: In procinctu, & tum maxime dimicaturus, palmatæ vestis meæ ornamenta disponi feliciter, & bono omine: namq; iste habitus, ut in pace consulis est, sic in victoria triumphantis. Parum est, si qualis ad me trabea mittatur, interrogas: te coram promi iubes. Hæc ille, ex quibus illud primum constat, triumphalem Romanis trabeam fuisse, quòd alibi non facile inuenias: triumphabant enim in toga picta, ut diximus, deinde consularem: quod reipub. temporibus inusitatum fuit: prætextata enim tunc, & consules, & reliqui magistratus utebantur: postremò trabeam, & palmatam vestem, & togam pictam eandem facit: quin etiam trabeam auro pictam dicit, quod nec Suetonius, vbi de tribus trabearum generibus agit, nec quisquam alius veterum scriptorū veteris, & liberæ reipub. meminit. Vnde apparet Gratiano imperante, & trabeatos consulens fuisse, qui prætextati antea fuerant, & trabeam fuisse pictam contra veterum consuetudinem. De tertio trabearum

generis



Agene re loquitur Dionysius, vbi de Saliorum vestitu, vel trabeis scribens, eas *περιωσώπας* vocat, id est, Purpura prætextas, puniceo colore alternis intertexto. Erat præterea Purpura patritia, cuius meminit Eusebius his verbis: nam insignis Purpura patritia Constantinus ibat paterna domo, patrem quasi reuixisse cunctis in se monstraturus. Militaris Purpura ob virtutem dono dabatur, quod meminit Iulius Cæsar, dum scribit: Cæsar tunc qui lem honores minime proponere velle ait, cum plures tribuisset legionibus coronas, alias turmarum ducibus, tribunisq; Purpuream vestem. Et post Cæsarem Virgilius, qui scribit Aeneam Cloanthe, quod præ cæteris rem bene gessisset, Purpuream chlamydem donasse:

*Victori clamydem auratam, quam plurima circum*

*Purpura Meandro duplici Meliboea cucurrit.*

Vuolfgangus Lazius arbitratur ab huiusmodi Purpura Satrapas quondam, & qui in comitatu principis, aut regis erant, dictos esse Purpuratos, qui, inquit, alia item voce ab alio vestimenti genere nominabantur prætextati. Linius: Sopatrum ex Purpuratis, & propinquis regis cum quatuor millibus Macedonum, & pecunia nuper missum in Africam esse. Præsidialis Purpura eodem Lazio scribente magistratum erat, & provinciarum præfectorum, qua fortasse Pilatum induisse Christum Salvatorem nostrum credendum iudicat. Meminit illius togæ Spartianus in historia Septimij Seueri. Habuit etiam aliud omen imperij, cum rogatus ad cenam Imperatoriam palliatus venisset, qui togatus venire debebat, togam præsidiatiam ipsius imperatoris cepit. Hanc intellexisse videtur Sidonius Apollinaris.

*Huius Socer Antemius præfectus, consul & idem*

*Iudicij populos atq; annum nomine rexii*

*Purpureos fortuna viros cum murice semper*

*Prosequitur solum: hic tantum mutatur in illis*

*Vt regnet qui consul erat.*

Lacernas in vsu vulgi pullas fuisse constat. Lyphius excipit delicatos, qui, inquit, amethystini coloris sumebant, aut coccinei, non tamen sine nota hominum seueriorum. Martialis,

*Amator ille tristium lacernarum*

*Et baticatus, atq; leucophæatus,*

*Qui coccinatos non putat viros esse*

*Amethystinaeque mulierum vocat vestes:*

*Natiua laudet, habeat & licet semper*

*Fuscus colores, Galbanos habet mores.*

Seneca epist. 115. Quod vides istos sequi; qui aut vellunt barbam, aut interuallunt, qui labra pressius tondunt, aut abiadunt, qui lacernas coloris improbi sumunt, qui per lucentem togam, qui nolunt facere, quidquam quod hominum oculis transilire liceat. Lacernæ coloris improbi, Purpureæ sunt. quoniam insolens ille color adhuc Senecæ temporibus. Simile in pænulis, quæ vulgò item pullæ: Purpureæ tamen quædam lautiorum. Dio Cassius de Tyberio: Cumq; Purpurea toga plerique vterentur, quod antea vetitum fuerat, neminem quidem ipse reprehendit, aut multauit; sed cum fortè pluisset in conuentu quodam, pulla pænula se induit, quo facto vti alio genere vestium nemo deinceps est ausus. Et hinc liquet, inquit idem Lyphius, quotiens interdictus Tyrius color, non ad togas id referendum (albæ enim & pullæ tantum in vsu) sed ad pæoulas, & lacernas. Phasis libertus, vt citat Martialis, cum legitimus equitis censum non haberet, lacernis Purpureis volebat videri eques, & cum nuper Domitianus iussisset seruare legem Othonis, ne cui liceret sedere in decimoquarto gradu, nisi equestrem censum haberet, hic in theatro iactabundus laudabat legem, quasi ipse esset eques: sed Leptius cui ordinis theatralis cura erat demandata, ipsi eum surgere.

*Edictum domini, deiq; nostri*

*Quo subsellia certiora sunt,*

*Et pueros eques ordinis recepit*

*Dum laudat modo Phasis in theatro*

*Phasis Purpureis ruber lacernis,*

*Et iactat tumido superbus ore*

*Tandem commodius licet sedere*

*Nunc est reddita dignitas equestris*

*Turba nunc premimur, nec inquinamur.*

Lib. 3.

Purpura

patritia.

Lib. 1. de

Constant.

Purpura

militaris.

Lib. 15. de

belicis.

Lib. 8. c. 8.

Satrape

Purpuratis

prætextatis;

curditi.

Lib. 10.

dec. 3.

Præsidialis

Purpura.

Lacerna.

Lib. 1.

Elect. 6. 13

Lacernæ coloris improbi.

Lib. 57.

Lib. 5.

Equitum lacerna.



*Hæc & talia dum referi supinus*

*Illas purpureas, & arrogantes*

*Iussit surgere Lectius Lacernas.*

E

*Stultè.*

*Purpura  
cur plebeia  
dicta.*

*Leges lata  
aduersus  
Purpuram.*

*Lib. 49.*

Eodem modo lego apud Athenæum iuuenem quendam ex Ionia indutum Purpurâ, aureis fimbrijs Athenas cum profectus est, interroganti cuidam, cuius esset, respondisse, se esse diuitem. Vt non videatur mirum Purpuram à Cicerone, alijsque plebeiam vocari, Eo enim potest Purpura, vt ne plebs ab ea sibi reueratè vellet, adeo vt sepè leges aduersus illam latas esse legamus. Suetonius: Iulius Cæsar Conchyliaræ vestis vsum, nisi certis personis, & ætatibus, perque certos dies ademit. Dio Cassius longè aliter: Cæsar edixit ne quisquam nisi Senator, qui cum magistratu esset, Purpuram gestaret, quam iam vulgo summi videbat. In codice Iustiniani etiam priuatis hominibus vsum Purpuræ interdicitur, in titulo, quæ res vendi non possit. Nero verò Tyrij & amethystini coloris vsum profus interdixit referente Suetonio. Et apud Syracusanos lege erat cautum, ne Purpura, aut auro fæminæ se exornarent. Præterea à superioribus omnibus probro dabatur eadem, vt apparet ex oratione Ciceronis pro Cælio: Si quem etiam minimorum horum aliquid offendat, si Purpuræ genus &c. Plutarchus in Cratone: ἐπὶ πορφυρᾷ ἰσρατῶν κατακόρος ἰσρατῶν καὶ ὀξείαν ἀγαπωμένω, αὐτος ἐφ' ἑστῶν μέλαιναν. Id apparet etiam ex hoc Virgilij, quo significatur parum virilis vestis:

*Vrbis picta croco, & splendenti murice vestis.*

*Li. 5. c. 18.*

*Purpura  
plebeia  
qualis.*

*Proceres  
cur Purpu-  
ra vterentur.*

Alexander ab Alexandro scribit Purpuram plebeiam fuscam, & obsoletam fuisse, non murice, aut cocco, sed herbarum succis infectam. Nos quoque supra penè fuscam fuisse ex Cicerone diximus; alij putant fuisse quidem ex Purpura, sed cærulea, aut obscura. Cæterum vt ad nobilium Purpuram reuertamur, cur ea vterentur ij proceres, atque vti debeant elegatissimè, ac disertè admodum docet Cassiodorus: Comitibus Stephani insinuatione comperimus, sacra vestis operam, quam volumus necessaria festinatione compleri, disrupto magis labore pendere: cui vsum subtrahendo solennem abominandam potius inferre cognosceris tarditatem. Credimus enim aliquem prouenisse neglectum, vt aut crines illi lactei, carneo poculo bis terq; satiati, pulcherrima minus ebrietate rubuerint, aut lanæ non auxerint adorandi muricis pretiosissimam qualitatem. Quapropter si perscrutator Hydrontini maris intusa Cōchylia sollemniter condidisset apto tempore, aceruus ille Neptunius, generator florentis semper Purpuræ, ornator solij, aquarum copia resolutus imbrem aulicum flammeo liquore laxaret. Color nimio lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo sanguinea regnantem discernit, dum cōspiciuum facit, & præstat humano generi, ne de aspectu principis possit errari. Mirum est, substantiam illam morte confectam, cruorem de se post spatia tam longi temporis exudare, qui vix solet viuis corporibus vulnere fauciatu effluere. Nam cum sex penè mensibus marina delicia à vitali fuerint vigore separata, sagacibus naribus nesciunt esse grauissime: scilicet ne sanguis ille nobilis aliquid spiraret horrois. Hæc cum infecta semel substantia perseverat, & nescit ante subtrahi, quam vestis possit absumi. Quod si Conchyliorum qualitas non mutetur, si torcularis illius vna vindemia est, culpa nimirum artificis erit, cui se copia nulla subtraxit. In illis autem rubicundis fontibus cum albentes comas serici doctus moderator intinxerit, habere debet corporis purissimam castitatem, quia talium rerum secreta refugere dicuntur imunda. Et paulò post. Verum talis tantaq; res, quam facili legitur inuenta compendio? Nam cum fame canis auida in Tyrio litore proiecta Conchyliis impressis mandibulis contudisset, illa naturaliter humorem sanguineum defluentia, ora eius mirabili colore tingerunt. Et vt est mos hominibus, occasiones repentinas ad artes ducere, talia exempla meditates fecerunt. Principibus decus nobile dare, quod substantiam nescitur habere mediocrem. Eoa Tyros est Hydrō Italica, aulicum profecto vestiarius, non antiqua custodiens, sed iugiter nouella transmittens. Cum itaque tanta apud Romanos in dignitate habita sit Purpura, non mirum est, cur non omnes Patritij Veneti ea vtantur. Hi enim togati incedunt simili ferè quo Romani antiqui amiculi genere, eo excepto quod Purpureum non sit, sed ex nigro panno: Purpura enim nisi magistratum gerentibus conceditur, hisque insignioribus. Nuptialibus quoque & cum primi honores, quos procuratorios vocat, alicui deferuntur (Sunt verò hi sacrarum largitionum præfecti) tum consanguineis, & cognatis, & affinibus licet per aliquot dies vti Purpura in lætitijs, gratulationisque significatum. Iam verò de alijs quibusdam vestibus, quas Purpura decorabat, postquam in eas incidimus, non abs re fuerit quædam quam breuissimè recensere, ne Purpuræ autoritatem, atque honorem deprimere velle videamur. Rarius Textor scribit Purpuram in imo confitam habuisse ge-

*Purpura in  
uenio.*

*Hydrō Ita-  
lica.*

*Veneti pa-  
trij, quib'  
vtantur ve-  
stibus.*

*Vestis Pur-  
purea alia.*

H



**A** nus vestis, quod limbus dicitur, unde limborarij vestimenti huius textores dicantur. Ab his fortasse non differebant perinesa vocata vestimenta, in quorum etiam extremitatibus, ut Stephanus Aqueus ait, Purpura assuta circumcurrebat. Forteq; etiam limus dicebatur: multi enim apud Virgilium legunt velati limo, ut testatur doctissimus Turnebus, nam limus, inquit, vestis erat ab umbilico ad pedes, ad pudenda poparum tegenda. Higenuus limum cinctum ideo dicit vocatum, quod Purpuram transfusam habeat; habebat enim in extremo Purpuram limam, Paryphes (παρύφης) apud Pollucem, & Paraluges (παράλουργης) indumentum appellatur attextam utrimque habens Purpuram. Id vero ab Ionibus dicitur Pachyales. (παχυαλῆς.) sed & in tunicis virgæ (ῥαβδοί) Purpureæ vocantur paryphi (πάρυφοι) unde & in latinis literis (inquit Cælius) virgatæ vestes, & apud poetam sagula virgata, quæ haberent in virgarum modum deductas vias: cui sententiæ subscribit Diodorus: tamen in eo allusum Seruius putat ad Gallicam linguam, qua virgæ dicebantur Purpura. Virgilij versus est.

*Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla  
Auro innectuntur.*

**B** Paryphes etiam nominatur apud Athenæum his verbis: Syracusani prohibuerunt, ne mulieres ferrent vestes Purpura prætextas, πορφύρας ἐκέσας παρυφάς, præterquam meretrices. χιτῶνας ἐνδεδουκίτις περιπορφύρας, nominat Hippias apud eundem. Περιήγητος Hesychio est ὁ περιπορφύρος χιτῶν; & περιήγητος, περιβόλαια. οἱ ἐν κύκλῳ πορφύρα παράκειται. Zoographus legendum putat quatuor syllabis περιήγητος, quoniam ita habeat Pollux: Περιήγητος ὑπόκροσσοι ἐστὶ περιβλήματα, ἔχον τὰ νήματα ἐξηρητημένα: ἢ πορφύρα κύκλω τὰ τέλη τῆ ὑφάσματος περιέρχεται, νήσῳ σχῆμα ποιεῖν τῆ περιήγητῆ χρώματος. hoc est, ita ut ambiens undiquaque Purpura, vestem reliquam, ceu mare insulam includeret; ut forte eandem vestem Anaxilas νῆσον id est, insulam vocavit. Viriles vestes à coloribus dictæ sunt teste eodem Polluce, πορφύρας, ἀλουργίς, θοινικίς. Ἔσσις vestis erat tragica mulieris, & exponitur παρφυρίς (ἢ) κροκατὸν ἱμάτιον à scholiaste Aristophanis in Nubes. aliqui reges tragicos eam ferre ferunt, & aurigam in pompis, Polluci vero etiam πορφυρῆν ἱμάτιον, vestis iuniorum in comædijs est. Candys à Cælio exponitur vestimentum Persicum, Pollux candyn regalem, ἀλιπόρφυρον esse scribit, aliorum vero Purpureum: sed ὀλοπόρφυρον potius legendum videtur: Sic enim inferius habet in eodem capite: Ξενοφῶν ἔφη

**C** κἀνδυν ὀλοπόρφυρον: quanquã holoporphyro non περιπορφύρον simpliciter, sed periporphyron, & diaporphyri ὀρποναντῶν. (Holoporphyron enim dicitur ad differentiã periporphyræ, & diaporphyri, quibus Purpura prætextitur solum, aut intertextitur quibusdam ceu virgis Purpureis, de quibus ex Cælio prædictũ est.) Et mox ibidem: Crates (inquit) in Samijs de Purpureis vestimentis dixit: ταυτας εἶδε τας πορφυροβαφεις ἐθῆνας. Eadem Comici etiam κάλλη vocare solent, ut Eupolis: τὰ κάλλη τὰ περιήγητα τῆ θαλάσσης. Archippus in Pluto πλατυπόρφυρα ἱμάτια nominat. Hi fortè sunt lati clavi Romanis à latitudine clavorum dicti, ut supra dictum est. Ἀλιπόρφυρα, ἀλεργῆ, τετίσει ἐκ θαλασσίας πόρφυρας. Hesychius. Polluci vero ἀλεργίς exponitur vestis virilis à colore dicta, sicut & πόρφυρίς; παραλεργίς vero mulieris. Hinc apud Hesychium eundem, vbi habet, ἀλεργαρίδες, πορφυρίδες legendum est ἀλεργαρίδες. Ἀλεργίς autem etiam Etymologo, purpura est, ἢ ἀπο θαλάσσιε κόχλε γινομένη καὶ ἐργαζομένη. Meminit eiusdem Aristophanes in equitibus his verbis, ἀλεργίδα ἔχων κατὰ πᾶσαν, καὶ σιδάρι ἐφ' ἄρματος: vbi Scholiastes interpretatur πορφυρῆν χλαμῖν. Varinus quoque ab ἀλς, & ἔργον derivat: & substantivum fæmininum esse ait: adiectivum autem masculinum ἀλεργός, cuius fæmininum sit ἀγυργός, neutrum ἀγυργάς: quod tamen non probat Zoographus; quoniam ἀλεργός non aliter moueatur quàm ἀγαθός: & ipse etiã genere neutro ἀλεργὸν χρῶμα dixerit: Theopompus de Colophonijs apud Athenæum, χιλίς φησὶν ἀνδρας ἀρτῶν ἀλεργεῖν, φορεῖν τας σολὰς ἀσυπλείν. Apud eundem legimus ὀρη ἀλεργῆ. Meminit item Plutarchus: Ἐξέω δὲ Εὐμένει καὶ καυσίας ἀλεργεῖς, καὶ χλαμύδας διανέμειν: ἢ τις ἢν δῶρεα βασιλικὰ τὰ παρὰ Μακεδόσι, hoc est: licebat Eumeni causias Purpureas, & chlamydes dilargiri: quod inter dona regia præcipuum habebatur à Macedonibus. Causiam capitis Budæus appositissimè vsurpavit pro galero Cardinalium coccineo. Licet enim vni Romano Pontifici, ut quondam Eumeni, causias Purpureas, & chlamyde Coccinas, ceteraque Cardinalium ornamenta, arbitrato suo dilargiri. Ἀλεργίς, πορφυρῆν est apud Hesychium: & in scholijs Aristophanis legitur, ἀλεργίς ἐθῆς, ἢ πορφυρά, Ioannes Tzetzes Antisthenis Sybaritæ ἱμάτιον ἀλεργίς, id est, vestem Purpuream picturis, & gemmis insignem, describit, Carthaginensibus venditam centum, & viginti talentis,

*Limbus qd.  
Perinesa  
vestimētia*

*Li. 11. Ad.  
cap. 1.  
Limus quæ  
vestis.  
Paryphes.  
Li. 7. c. 13.  
Lib. 8. Ac-  
neid.  
Lib. 6.*

*Paryphes.*

*Περιήγητος.*

*Lib. 7. c. 13*

*Ἔσσις ve-  
stis quæ.*

*Candys.*

*κάλλη.*

*ἀλεργίς.  
παραλου-  
γίς.  
Hesychi-  
i correctus.*

*Caussia.*



de authore dubitat : suspicatur autem apud Plutarchum se legisse. Ego apud Aristotelē in **E**  
 Admirandis legere memini, & Athenæum in duodecimo. Αλεργα Etymologus πορφυρά  
 interpretatur, Suidas θαλασσοπόρφυρα: Hefychius τα ἐκ τῆς θαλάσσης πορφυρά: Αλεργας  
 σόλας apud Atheuæum lego: qui & Hipiæ hæc verba citat: ἀλεργα μὲν ἀμπεχόμενοι πε-  
 ριβόλαια, καὶ χιτῶνας ἐν δευκότες περιπορφύρουσ' Ἀλλικὰ, χλαμύδα πορφυρᾶν. Hefychius.  
 Et rursus: Ἀλλικὰ, χλαμύδα, ἐμπόρπια: οἱ δὲ πορπίδα χλαμυδοσ' ἀλληλοχείρε. Βεῦδεον,  
 τὸ ποικίλον ἱμάτιον, ἢ τὸ πορφυρῆν, apud Varinum. Βεῦδας verò Polluci est χιτωνίσκος δια-  
 φανής: & σαραγῆς Μήδων τι φόρημα, πορφυρῆς, μεσολευκος χιτῶν. Lego & Εμβρόνιον apud  
 Hefychium, esse μικρὸν καὶ ἄπορφυρον ἱμάτιον τιβερικόν. Vtebantur & Græci equites eo  
 genere vestis, quam ephaptidem appellat Athenæus in quinto his verbis: πάντες, εἰ πορει-  
 ρημένοι εἶχον πορφυρᾶς ἐφαπτίδας. πολλοὶ δὲ διαχρύσους καὶ ζωάτας: hoc est, belluatas  
 ephaptidas. Polluci ephaptis genus est vestis tragicæ: συσπρεμματίον τι φοινικῆν ἢ πορφυρῆν:  
 ὁ περὶ τῶν χεῖρα εἶχον οἱ πολεμῆτες, ἢ οἱ θηρώντες: è lino tenui nimirum, sericouè Pur-  
 pureo, quod propter tenuitatem facile manibus conuoluebatur pugnantium, atque ve-  
 nantium. Lenones, & scortorum matres in tragedijs, ταινίδιον τι πορφυρῆν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν  
 ἔχουσι teste Polluce. cæterum ipsa quoque scorta Purpuram vsurpauit: quare apud Plau-  
 tum quoque legimus de quadam meretrice loquentem: **F**

*Meretricem pudorem gerere magis decet quàm Purpuram,*  
*Magisque meretricem pudorem quàm aurum gerere condecet:*  
*Pulchrum ornatum turpes mores peius cæno collinunt,*  
*Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.*

**In Mosbell.** Et alibi rursus inquit:  
*Purpura etas occultanda est, aurum turpe mulieri*  
*Pulchra mulier nuda erit, quàm Purpurata pulchrior.*

**Babylō cur Purpurata meretrix.** Nec aliam ob causam Babylon quondam omnis luxus plena à Diuo Hieronymo Purpu-  
 rata meretrix nominata est. Hic enim in quadam epistolata vocat se colonum Purpuratæ  
 meretricis. Συμμετρία, ἦτοι χιτῶνα ποδήρη ἀλευρόν κύχλα mulieres quasdam in com-  
 dijs gestasse inuenio apud Pollucem. Næuius: Mulieres operatæ auro Purpuraque. Plu-  
 tarchus luxum mulierum in Purpura texat in Sympotiacis, inquiens: existimo autem per-  
 multum interesse inter superuacaneum cultum, & munditiem. Nam mulieres fuce, vn-  
 guentis, auro, Purpuraque dum vtuntur, curiosè, & impensius quàm par est ornatui indul-  
 gere videntur: Et rursus in libro de coniugalibus præceptis: Aegyptiæ mulieres maiorum  
 instituto calceis non utebantur, vt domi meminissent tempus exigendum, hodiè domi  
 mansuræ sint pleræq; si aureos calceos, & armillas, & periscelides, & Purpuram, atq; vni-  
 ones auferas. Author est Lampridius Alexandrum Seuerum Purpuræ clarissimæ non ad  
 suum vsum, sed ad matronarum, si quæ aut (vti) possent, aut vellent, certè ad vendendum  
 grauissimum authorem fuisse: ita vt Alexandrina Purpura hodieque dicatur, inquit, quæ  
 vulgo Probiana dicitur, idcirco quod Aurelius Probus baphijs præpositus id genus mu-  
 ricis reperisset. Artemidorus citante Turnebo tradidit ingenuas mulieris albatas fuisse,  
 libertinas atratas, nobiliores Purpuratas. Atque hætenus de tam varijs Purpuræ nobili-  
 tatis vestibus: quot verò etiam aliæ à Purpura nomen obtinuerunt, licebit videre in deno-  
 minatis. Dicam interim & illud, quod summoperè etiam Purpuræ magnificentiam, ac  
 honorem indicat, quòd nimirum & mortuos eâ induerēt, cuius his verbis meminit Blon-  
 dus in nono triumphantis Romæ: Iam Purpuram pretiosissimam fuisse eleganter ruben-  
 tem constat. Eius originem sic edocet Placidius Grammaticus. Murex Cochlea maris, ex  
 qua Purpura magistratuum color, de qua Liuius in trigésimo post M. Catonis verba con-  
 tra tribunum plebis, legem Oppiam abrogare conatum. Purpura viri vtentur prætextati  
 in magistratibus, & sacerdotijs, liberi nostri prætextis Purpura togis vtentur: magistri-  
 bus in colonijs, in municipijs, togæ prætextæ habendæ ius est: nec id vt viui solum ha-  
 beant tantum insigne, sed etiam vt cum eis cremantur mortui, & cum tibi viro liceat Pur-  
 pura in veste stragula vtis; matrem familias tuam Purpureum amictum habere non sines, &  
 equus tuus speciosius instratus erit, quàm vxor vestita? Hucusque Blondus. Morem verò  
 mortuos in Purpureo amictu sepeliendi post ad posteros descendisse verisimile mihi vide-  
 tur, nam & apud Claudianum lego.

*Has dedit inferias tumulis, iuuenumque duorum*

*Purpureos merito placuit sanguine manes.*

**Equi Pur-** Equos verò, vt ex Blondo diximus, Purpurâ fuisse decoratos, cum apud alios, tum apud  
**para deco-** Romanos verò ipso verius est. Id enim etiam indicat ornatus equi Didonis, quo cum  
**rari.** Aenea



A Aenea ad venatum proficiscebatur: cuius cum supra facta sit mentio, hic non repetam. *lib. 7. Aen.*

Alias apud eundem poetam legitur:

*Instratq; ostro alipedes, pictisq; tapetis.*

Eleganter Claudianus canebat:

*Vique tuis primùm sonipes calcavibus arsit.*

*Turbantur phalera, spumosis morsibus aurum*

*Fumat, anhelantes exudant sanguine gemma,*

*Ipse labor, pulvisq; decet, confusaq; motu*

*Casaries, vestis radiato murice solem*

*Combibit, ingestis crispatur Purpura vento.*

Meminit item Silius Italicus.

*Stratumq; ostro quem ceperat ipse*

*Cornipedem.*

Scitu quoque dignissimum est, ex sericoné, an ex lana istiusmodi, quas diximus vestes Purpureæ constiterint. Ex vellere facta fuisse demonstrat apud Lucianum Demonax,

B hic enim conspecto quopiam ex molliter, & delicatè conuestitis, propter Purpuræ latitudinem superbiente, insolentiusq; incedente, admoto ad illius aurem capite, apprehensaq; veste, & commōstrata: heus tu, inquit, hoc ante te ouis ferre solebat & ouis (ωροβατον) fuit. Iam verò Purpura præterquam in vestibus, in alijs etiam rebus placeat antiquis: in tapetibus in primis: Citat enim Giraldus hoc Iuliani rhetoris versus:

*Item tonsiles tapetes ebrj fuco,*

*Quos Concha Purpura imbuens venenauit.*

Conchylata peristomata Cicero nominat in Philippicis: Conchylatis Cn. Pompei peristomatis seruorum in cellis lectos stratos videres. Inuehitur autem in nimium M. Antonij luxum, vnde subiungit: quamobrem desine mirari hæc tam celeriter esse consumpta: non modo vnius patrimonium quamuis amplum, vt illud fuit, sed & vrbes, & regna tanta nequitia deuorare potuisset. Taxat eandem stragulorum luxuriam Plutarchus in libro de cupiditate diuitiarum: sicut enim Agatho (inquit) fistulam è conuiuio ad mulieres emisit, sufficere ratus sermones conuiuarum: ita repudiauerim etiam stragula Purpurea, mensas sumptuosas, & superuacanea omnia, videns diuites iisdem vti rebus quibus pauperes.

C Athenæus item scribit Purpurea stragula in foro substrata fuisse in conuiuio Coryis regis, Purpura, & auro stratus erat laetus C. Iulio Cæsare interfecto. Lecti autem etiam Purpureis stragulis cohonestabantur, quod aliquoties innuit Epigrammaticus, vt in vndecimo:

*Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra lanis,*

*Constringatq; tuos Purpura texta toros.*

Item in duodecimo ait:

*Circumfusa rosis, & nigra recumbit amomo,*

*Dormit & in pluma, purpureoq; toro.*

Et rursus in decimoquarto:

*Stragula Purpureis lucent villosa tapetis,*

*Quid prodest, si te congelat vxor anus?*

Meminit præterea Statius, dum canit:

*Vario strepit ista tumultu*

*Regia, pars ostro tenuas, auroq; sonantes*

*Emanire toros, alioq; inferre tapetas.*

D Libros, quos vel donabant; vel præstantiores alijs habebant, iidem veteres ornabant Purpura, quod præter alios meminit Lucianus non vno in loco, vt dum scribit: Tu verò, nunquid animaduertis prorsus idem tibi accidere, dum librum manu tenens progredieris, cuius aluta Purpurea, bullulæ aureæ sunt, at tu barbara voce legis, deformans, & euerrens scriptoris dignitatem. Martialis libro primo circa finem:

*De primo dabit, alterouè nido*

*Rasum pumice, Purpuraq; cultum*

*Denarijs tibi quinque Martialem.*

Et in secundo librum suum alloquens ait:

*Et te Purpura delicata velet,*

*Et coccorubeat superbus index.*

In quinto rursus ad Musas:

*Nunquam grandia, nec molesta poscit,*

*Ex serico  
an è lana  
Purpurea  
vestis olim  
facta.*

*Conchylia-  
ta peristo-  
mata.*

*Lecti stragulis Pur-  
pureis or-  
nati.*

*li. 1. Theb.*

*Libri Pur-  
pura orna-  
ti*



*Quæ cedro decorata purpurâq;  
Nigris pagina creuit umbilicis,  
Nec porrexeris ista, sed teneto.  
Sic tanquam nihil offeras, agasq;  
Si noui dominum nouem sororum  
Vlro purpureum petet libellum.*

Nec non in decimo.

*Perfer Atestina nondum vulgata Sabina  
Carmina, Purpurea sed modo sata toga.*

Sat. 14.

Si itaque Purpura totam, supellectilem cohonestaret, & tantoperè color ille placeret, non erit quòd miremur Iuuenalem, dum scribit eis, qui ambitiosè viuunt, magnos sumptus esse faciendos, ac perinde animum ad varias rapinas conuertendum, proinde canit:

*— Peregrina ignotaq; nobis*

*Ad scelus atque nefas quodcumq; est Purpura ducit.*

*Purpura in  
zer suppel-  
lectile pre-  
tiosum.*

Sic quoq; Plutarchus libro de Consolatione ad vxorem exclamat: Quid quæso magis est à ratione alienum, quàm nimium risum, & gaudium amputare, fletui, & eiulatu ex eodem fonte promananti fluxum liberum permittere? aut de vnguento, & Purpura nonnullos cum vxoribus deligare, interim concedentes tonsuram lugubrem, atratam vestem &c. Quo pacto etiam idem Iuuenalis Purpuram inter pretiosissimam supellectilem reposuit, vbi de victis Cilicum piratis canit hos versus:

*Non idem gemitus olim, non vulnus erat par  
Dammorum socijs florentibus, & modò victis  
Plena domus tunc omnis & ingens stabat aceruus  
Nummorum, Spartana chlamys, Conchylia Coa.*

*Purpureâ  
p pulchro.*

Spartana chlamys, id est, vestis Purpurea. Hinc quoq; Purpureum à poëtis pro pulchro, ac venusto poni ex illius coloris præstantia, & pulchritudine non est ignotum: atque ita Virgilius lumen vocat Purpureum, verque Purpureum, quod vèrè pulchri dentur flores, quos & ipsos Purpureos nuncupauit, vt

*— Manibus date lilia plenis*

*Purpureos spargam flores. Item.*

*Purpureus veluti cum flos succisus aratro.*

11

*Color Pur-  
pureus cur  
alijs prala-  
tus.*

Lucianus Hippæ balneum descripturus, sumptuosissima, splendidissimaq; eius ornamenta, & structuram miris extollens laudibus ait: Ο δὲ ἐνδον οἶκος κάλλιστος, φῶτος τε πολλὴ ἀνάμεσος, καὶ ὡς παρφύρα διὰ διασμένος. id est: porro interior habitatio omni amoenitate referta, plurima luce cōspicua est, ac instar Purpuræ floribus, ac venustate renitet. Cur verò Purpura, seu color Purpureus tantoperè cæteris coloribus cum à regibus varijs, tum etiam magistratu toto Romanorum, quin Imperatoribus antepositus fuerit, non video quenquam qui id scripserit. Raritate id factum esse (quod enim rarum est, idem & earum) non videtur esse affirmandum, cum satis obuia sint hoc genus Conchylia: nec etiam ob tincturæ artificium, vrbes enim atque adeo integræ regiones hac arte celebrantur: nec denique ob elegantiam suam, quia & aureus color non minus oculos delectat, quàm Purpureus. An itaque quia cum lanæ permixtus est, dirimi non potest. Hoc autem de Purpura testatum reliquit naturæ scientissimus, atque antiquissimus Lucretius in sexto de rerum natura libro.

*Purpureusq; color Conchylj iungitur vnâ*

*Corpore cum lanæ, dirimi quia non queat vnquam*

*Non si Neptuni fluctu renouare operam des*

*Nox mare si totum velit eluere omnibus undis.*

*Cocci colo-  
ris præstā-  
tia.*

*In mensis  
postea Pur-  
purea.*

Idem quoque videmus in Cocco, cuius color eadem ratione præfertur in panno: quibus enim nihil ex eo permixtum est, subinde splendorem, colorisq; bonitatem amittunt. Erāt postremò Purpuræ in mensæ luxu, quod inter alios innuit Macrobius, qui scribit, quo die Lentulus flamen Martialis inauguraretur, hanc cænā fuisse: ante cænā vrtice, murices, Purpuræ: nec non Porphyrius libro secundo de Abstinētia ab animatis, Ostrea (inquit) omnigena, Purpuras, vrticas &c. deus homini condidit, vt iuris, & ferculorum (Ζωμὴ καὶ παραδεισίων) copia nobis suppeteret. Sed hac de re post nonnulla alia. Sufficiantq; hæc in Purpuræ laudem, qua sola moti, eam cæteris turbinatis prætulimus.



## ÆQVIVOCA. SYNONYMA.



RÆSTANTISSIMVS iste color, cum non è sola Purpura, sed etiam è Conchylio, murice, Buccinoq; colligeretur, multi viri docti omnia istæ Conchyliæ, vel simul confunderunt, vel saltem non rectè distinxerunt. Sunt qui Conchylium nihil aliud esse quàm ipsam Purpuram arbitrentur: quorum sententiam erroneam esse, sic ex Plinio comprobamus: ait enim: Conchyliæ, & Purpuras omnis ora atterit, quibus eadem mater lu-

Conchyliū  
à Purpura  
quid differat.

Li. 9. c. 35.

Li. 9. c. 36.

xuria paria penè etiam margaritis pretia fecit. Et de Purpura loquens: Calculosæ appellantur à calculo maris, mirè apto Conchylijs, & lōgè optimo Purpuris. Sic manifestè Conchyliæ à Purpuris seiunxit. Alijs Conchylium idem est, quod Buccinum; quod Plinius, cum duo tantum genera Turbinatorum continentium florem illum tingendis vestibis tantoperè expetitum posuerit, alterum Purpuram, alterum Buccinum necesse esse videatur: Buccinum esse, qui murex κήρυξ, & Conchyliorum appelletur, cum etiā constet & mu-

rice Tyrio infectas vestes dici, & Conchyliatas. Quæ ratio etsi valida nonnullis videatur, eam tamen facilè conuellerè possum eiusdem Plinij autoritate: qui euidentissimè Conchylium à Buccino seiunxit. In Conchyliata veste cætera eadem sine Buccino præterque ius temperaturæ (aliàs ius temperatur) aqua pro inuiso humani potus excremento. Et

Li. 21. c. 8.

alio in loco: Conchylijs suum florem, coloremq; proprium tribuit: luxuria vestibis quoque prouocauit eos flores, qui colore commendantur. Hos animadueto tres esse principales: unum in Cocco, qui in rosis micat, gratius nihil traditur aspectu: & in Purpura Tyria, dibaphaq; Laconica: alium in amethysto, qui in viola, & ipsum Purpureum, quemque ianthium appellamus. Genera enim tractamus in species multas sæpe spargentia. Tertius est, qui propriè Conchylij intelligitur, idq; multis modis. His adiungemus Dioscoridis testimonium, qui cum dixisset de Purpura, & Buccino, aliquantò post de Conchylij operculo seorsum scripsit, & in fine addit: Αὐτὸ δὲ τὸ κογχυλίον καὶ ἐν ποσσὶ, ὅσα καὶ ἡ πορφύρα καὶ ὁ κήρυξ: Crematum Conchylium idem efficit, quæ Purpura, & Buccinum. Quare cum ex his constet Conchylium diuersum esse à Purpura, & Buccino, iam quid Murex sit veteribus videamus. Hermolaus, Muricum nomen, inquit, generalius esse video, quàm Buccini, ut

Murex qd.

potè quod & Purpuram quoque comprehendat. Massarius collatis aliquot Aristotelis, & Plinij locis, Pliniū ostendit cerycem modo muricem ex eo, quod vertigo Conchæ in acutum maximè tendat (murex enim, inquit, pro acuto quandoq; capitur) modò Buccinum, quia sit alteri Turbinato generi Buccino dicto similis, conuertisse, quem Theodorus, inquit, vocis significationem imitatus, Buccinū semper interpretatus est. Ceryx enim idem quod præco significat, verum quæ apotredes vocantur, murices conuertit, ut muricis nomen generalius esse quàm Buccini coniectare liceat. Ceryx igitur, qui secundum Plinium Latinè murex, & Buccinum vocatur, Concha est è Turbinato genere, Purpuris magnitudine inferior, similis Buccino illi Turbinatorum generi, quo sonus editur, oris tantum rotunditate in margine incisa differens, promuscidem modo muscatum habens, firmam, & torosam, quæ linguæ effigiem præ se fert: cuius flore illo Purpureo antiqui vestes inficiebant, quæ muriceæ, & Conchyliatæ dicebantur. Hæc Massarius. Et rursus enarrans hæc Plinij verba: quæ durioris testæ sunt, ut murices, Purpuræ, saluario lentore proueniunt. Saluarium, inquit, lentorem appellat mucosam illam congeriem fauaginem dictâ, quam

Ceryx quid

Salinarium  
lentor.

Purpuræ, & murices, siue Buccinæ construunt. Vbi etiam comprehenditur Plinium muricem pro ceryce, hoc est, Buccino comprehendisse. Hæc enim duo genera, Purpura scilicet, & Buccinum fauificare solita sunt, ex Aristotele quinto de historia: Nos quoque quid Conchyliū tum generatim, tum speciatim significet, antea cum ostendebamus, statui mus Conchylium à murice, & Purpura differre: concedimus interim muricem per excellentiâ Conchylium aliquando dici, præsertim cum pro ipso flore, siue colore accipitur, quo murice tineta vestis, à Purpura tineta, vel Conchyliata etiam apud disertissimos scriptores nihilum quidem differt: Sed hæc ex priuata cuiusuis Conchæ historia rectius patebit: nunc Purpuræ synonyma examinemus. Non modò autem hæc vox animal ipsum significat, sed etiam colorem, vel ex eo factum, vel quoq; ei similem. Virgilius. Viola subluceat Purpura nigra. Plinius. Ut ouatus esset Numidicus lapis, ut Purpura distingueretur Sinaadicus. Et vestimentū eo colore tinctum, & magistratū ita vestitum, ut paullò antè etiam demonstraui mus, vnde etiam Purpurati pro Purpura induti dicuntur, & Purpureos reges pro Purpuratis Horatius alijsq; appellarunt. Animal ipsum nimirum Purpura Latinis nominatū, à Græcis

Conchyliū  
quid.

Purpura  
quid.  
li. 4. Georg.

patiet



Lib. Hist.  
cap. 15.

pariter consimili voce πορφύρα appellatur, ab Aristotele πορφύρα μικρά, Purpuræ par-  
uæ dicuntur. Gillius Græcos hac ætate idem nomen (porphyra) tetinuisse testatur. Apud  
Latinos penultimam corripit, ut similiter apud Græcos. Oppianus:

Νεπίται, σπόμβων τε γένος καὶ πορφύραι αἶται,

Li. 9. c. 37.

Pelagia.

Verbum tamen πορφύρα produci inuenio apud eundem Oppianum, item apud Home-  
rum, & Theocritum. Synonyma Purpuræ ad florem eius pertinent, eaque post, ubi de flore  
agam, enumerabo, quæ ad animal referenda sunt, admodum pauca, quæ nulla reperio: nam  
quod Plinius scribit Purpuras alio nomine pelagias vocari, Iacobus Dalechampius in  
doctissimis suis scholijs, & ante eum Rondeletius, atque ante hunc rursus Massarius, Pli-  
nium volunt vniuerso Purpurarum generi, quod situs, ac loci proprium est, oscitanter tri-  
buisse, id quod ex Aristotele satis liquet, qui pelagias Purpuras tertium genus facit, cuius  
verba postmodum enumerabo. Zoographus tamen fieri posse arbitratur, ut vulgus Plinij  
sæculo eas sic appellatit (κατ' ἐξοχὴν, quod illæ maximæ requirentur, utpotè & maiores,  
& quæ magis probatum florem haberent: ) cum & pelagium pro colore, seu flore Purpu-  
ræ Plinius dixerit: Buccinum, inquit, per se damnatur, quoniam fucum remittit: pelagios  
(id est, Purpuræ flore) admodum alligitur, nimis que eius nigritiæ dat asperitatem &c. F

In Eliacis  
in fine.

Ser ani-  
mal.

Conch.  
Herculea.  
alarginan.

Pulpia.

Antale.

Dentale  
quid.

Penicillus  
marinus.

Dentalium

Antale.

Porcellani-  
ca vasa un-  
de dicta.

Reperio & apud Seruium à Phœnicibus piscem, cuius sanguine sericum in Purpuram tin-  
gebatur, Sar appellari. Sed Pausanias in Eleorum terra vermen nasci scribit, quem Se-  
rem Græci, (σῆρα à nominatiuo σῆρ) ipsi Seres (populi) longè alio appellant nomine.  
Hoc à Seribus accuratè nutriri, cellas illis cum æstiuas, tum hybernas apè fabricantes:  
pedibus (habere verò octo, quot & Aranea) sub arboribus textile opus facere, nimirum se-  
ricum, ut opere nostro de Insectis abundè est videre, vnde fortè Seruium memoria lap-  
sum hoc animal cum Purpura implicasse suspicandum est, & pro Ser Sar exarasse. Politi-  
anus Purpuram vocauit aliquando Concham Herculeam, quoniam Hercules, ut post di-  
cetur, huiusce tincturæ inuentor primus esse perhibetur. Auicenna, ubi in curatione an-  
ginæ muricem interpretes transtulit, Arabicè dixit Alarginam, intelligens Purpuram, ut ex  
remediorum collatione apparet. Serapio, vel potius eius interpretes pro Purpura habet pulpia  
(alias palpi) ubi de blatta Byzantia agit. Antale quod ad citrium unguentum à phar-  
macopis requiritur, Brasauolus Purpuram esse putat: dentale verò Buccinum. Syluari-  
co verò dentales sunt ossa satis alba, quæ dentes caninos referunt, quibus tamen (inquit)  
longiores sunt, inanes intus, & perforati: oriuntur in cauernis lapidum in profundo ma-  
ris: liccantis, refrigerantis, & abstergentis naturæ. Quidam dentale, & antale non forma, ut  
Brasauolus, nec aliter, sed magnitudine tantummodò distinguunt. In Germania (inquit  
Zoographus) pharmacopœ Germani tubulos quosdam ostendunt, veluti osscos, candi-  
dos, formæ teretis, striatæ, vna, aut altera linea transuersa inæquali ambiente, præsertim  
in minoribus: Maiores ad quatuor digitos accedunt. Longitudo non omnino recta, sed  
modicè inflexa est dentis canini instar. Substantia prædicta est, non ossea, sed aliorum re-  
statorum substantiæ similis. Conchæ non merentur appellari: cum neque bivaluium, nec  
vniualuium generis sint, neque muricibus, aut veneris Conchis simili forma. Est, & pe-  
nicillus marinus Rondeletij tubulus quidam testaceus, sed molli, & laxa substantia. Va-  
lerius Cordus vocat Enthaliu, atque esse testaceum quiddam marinum, fistula modo  
longum, & concuum, foris striatum, longitudine digiti (non transuersi, sed secundum lon-  
gitudinem) dentalium Conchulam esse marinam, paruum, dentatam rimam habentem.  
Nos huiusce Conchulæ inter Conchas venereas mentionem faciemus. Post marinos estus,  
inquit Brasauolus supra maris litora inueniuntur. Sunt qui hæc cocta, & qui cruda edunt,  
sicut alta maris Conchylia. Antale diuersis inuolucris circumgyrat: est autem Buccinū H  
& accedit quandoque flante vento per antalis anfractus sibilum emitti, ut tuba videatur  
Hæc Brasauolus. Quod ad vim quidem remediorum attinet, Purpuræ Buccinæ, tubulos  
aut porcellanas aliquas excipias, ego cum Zoographo parum interesse censeo. Ridet eos  
qui barbaram sectantes medicinam tradunt esse lapidum genera. Græcè quidem à Nic.  
Myrepto ἀνταλι, & τένταλι scribitur. Atque hæc de antali. Cuius hic quinque icones ma-  
gnitudine tantum differentes damus. Bellonius Purpurarum restas ab Italis porcellanas  
vocari tradit, eoque nomine omne genus Conchylia ab illis intelligi: vnde nos (Galli) quo-  
que, inquit, de ortis ad vasa appellatione, porcellanica vasa appellamus, vocemque hanc  
agnoscimus in globulis, quibus nostræ mulierculæ suas præces nuncupare solent: Pare no-  
thes de porcellane nuncupare solent, qui ex restis maiorum Purpurarum, aut muricū con-  
ficiuntur. Sic ille. Sed ex Purpuris globulos factos nedum ego obseruaui, porcellanas verò  
Conchas venereas, quæ sub muricis nomine etiam à Plinio comprehendi diximus, appel-  
lamus,



Dentalium quinque differentia.



Iamus, ex quibus eos fieri certum est. Idem Bello-nius Purpuram a Genuen-sibus Ronceram dici scri-bit (quod muricatis acu-leis in orbem circumual-letur) a Venetorum vero, & Romanorum vulgo ab vngue odorato (quo iam inde ab ortu naturæ sese quasi cōcludendo tuerur) Ognellas nominari. Eadē synonyma repetit Ronde-letius, additq; Purpuram suis (Gallis) dici Burex, mutuata, vt apparet dictio-nē a latino: ū murex. Mas-silienses verò teste Gilio, Purpuras, Murices, & Buc-cinas, Bios appellant. Et Seruius in hæc Virgil. ver-ba, *Virgatis lucent sagulis.* Purpuram Gallica lingua *Virgas* dici scribit. Zoo-graphus Germanicū Pur-puræ nomen facit, ein Na-gelschnegg, ab vnguis si-mili operculo, simili nimi-rum ratione, qua Veneti, & Romani Ognellas, nun-cupās; aut circumscribit, ein Stachelsneggen ait,

Ronceram.

Virgella.

id est, Conchæ aculeatæ muricatiæ species. Potest inquit, & Purpersneck dici tanquam genus, cuius species sint Purpura, Buccinum, Conchylum, Purpursnecken arten. Purple Anglicum nomen est, nescio, an vulgare, an effectum imitatione Latini.

GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMÆ.



VRPVRAM Concham esse ex Turbinatorum genere, disertissime profitetur Aristoteles, cui non vnum earum genus notum fuisse ex hisce eiusdem verbis discimus: εἰσὶ δὲ τῶν πορύρων γένη πολλὰ, καὶ ἔναιαι μὲν μεγάλαι, οἷον αἱ περὶ τὸ Σίγειον, καὶ Λεκτον. αἱ δὲ μικραὶ, οἷον ἐν τῷ Ευριπῶ, καὶ περὶ τὴν καρίαν. Καὶ αἱ μὲν ἐν τοῖς κόλποις μεγάλαι, καὶ τραχεῖαι: καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν αἰμὴ πλεῖσαι, μέλαν ἔχουσαι: ἔναιαι δὲ ἑρυθρὸν μικρὸν &c. Quæ sic Gaza conuertit: Genera Purpurarum plura, & nonnullæ magnitudine augentur insigni, vt quæ ad Sigeum, & Lectum (Idæpromontoria) gignuntur. Aliæ parux, vt quæ Euripus fert, & Caria. Pelagiæ magnæ, scabræq; sunt, quarum flos magna ex parte niger, sed nonnullis rubidus pusillum. Nonnullas ex magnis, vel ad pretium minæ euadere nouimus: Paruæ ad litora, & oras (ἐν τοῖς ἀγριαλοῖς καὶ περὶ τὰς ἀκτὰς) reperiuntur flore rubro. Rondeletius Purpuras, quæ ἐν τοῖς κόλποις nascuntur, pelagias rectè interpretatum fuisse Gazam ait, quia κόλπος τῆς θαλάσσης Græci τὰ κοιλώματα τῆς θαλάσσης appellant, & τὴν βαθεῖαν θαλάσσαν: & qualem hic florem pelagijs tribuit Aristoteles, talem pelagijs Plinius, scilicet nigricantem. Addit ibidem Aristoteles in partibus item Aquilonijs Purpuras haberi nigras, & in Austrinis magna ex parte rubras. Ex quo forte Vitruuius Purpuras quoq; colore distingui tradidit: Septentrionales nigriusculas, & subobscuras. Orientales

Turbinatæ esse.

Virgella.

Purpurae nigrae.


tales



ales, & Occidentales lividas. Meridionales rubras, & genuinas. Isidorus quoq; Occiden-  
 ti tribuit subnigras, dum scribit ferruginem esse Purpuræ subnigræ colorem, quæ fit in Hi-  
 spania, iuxta illud. *Ferrugine clarus Ibera*. Mihi quidem rubras Purpuras, atq; nigras vi-  
 dere rarò licuit, sed quales Rondeletius depingit, innumeras, à quibus quæ hîc primo lo-  
 co exhibetur, in hoc potissimum differt, quòd pluribus spinis, siue mucronibus horreat,


*Purpura  
 Rondeletij*

*Purpura oluribus mucronibus horrens.*





*Purpura  
 minus E-  
 chinata.*

*Purpura altera minus mucronata.*



*Purpurea intus subcerulea.*

maximè verò in postica parte, ubi Turbi-  
 nata est: extraq; modò candicat, modò fla-  
 uescit; intus modò violacei coloris est, mo-  
 dò rubicundi, cum Rondeletij Purpura  
 vndiquaque, extra minus, intus magis candi-  
 ceter. Altera echinata pariter est, sed ut  
 minoribus, ita quoq; rarioribus spinis, ac  
 brevioribus prædita: eius tota pars turbi-  
 nata rubicundo colore conspicitur, dor-  
 sum verò (ita eam partem, qua magis gib-  
 ba est, aut extuberat, licet appellare) par-  
 tim rubet, partim viridescit. Anterior mu-  
 cro acutus non est, ut in priori, sed notabi-  
 li latitudine spectabilis, & velut ex qua-  
 tuor, vel quinque mucronibus constans.  
 Intus color ferrugineo, flavescente,  
 ac eleganti ceruleo variat. Ex hoc ge-  
 nere nonnullas alias species observa-  
 vi, quas in gratiam studiosorum &  
 describere, & depingere libuit. Quæ  
 itaque ab illâ prima est, eiusdem planè  
 magnitudinis, colore tota cinereo,  
 intus quandoque candicante, quan-  
 doque subceruleo, spinis etiam longè  
 brevioribus, quin ferè nullis, cum  
 extuberantiæ hîc potius sicut appel-  
 landæ. Variat hoc genus Purpuræ  
 summoperè secundum quantitatem,



*Purpura pe-  
 lagia.*

*Purpura  
 marmorea.*

ut ex duarum icone adiecta videre licet. Huius quoq; potius quàm alterius generis esse  
 videtur pulcherrima isthæ Purpura, pelagia forè Aristoteles, longis vndique tuberculis,  
 ubiq; ferè duplicibus, ac minimè acutis, sed obtulis plena, labio latissimo, quasi canali-  
 culato, binæ enim ad foveæ percurrunt, tota ferè marmorea duritiei, vndiq; candida, pe-  
 terquam in extremis foraminis oris, quæ purpurascunt. Huc referenda præterea, quæ sub-  
 inde ab ea marmorea pingitur, tota ex cinereo candida, minor quàm prior es omnes, labio  
 subtus spinoso, seu echinato, cum alioqui nullæ aliæ spinæ in toto corpore dentur. cate-  
 gum in hoc ab omnibus ferè Purpuris differens, quòd vix vilius Turbinis figuram habeat.



**A** Purpura marmorca.



ventre enim planè est sessili. Quæ hanc ordine sequitur, sæpius à me obseruata, ex cinereo nigricans, à Zoographo primùm depicta fuit, scribente se eam ex Adriatico mari accepisse. Postremæ icones Purpuram designant pronè, supineque depictam à Pet. Bellonio, appellatam pentadactylum, cum alioqui sex dactylis instructam depingat. Purpuram suam Rondeletius ita descripsit. Purpura nostra oui est magnitudine: non nego alibi multò maiorem reperiri. Testa rugata, aspera, cinerea, aliquando flauescente, aliquando ex viridi cinerea, intus luteo colore. In anfractus contorta est. Aculeis veluti clavis ordine dispositis munita, primis minoribus, medijs longioribus multò, vnde Plinius clauatam esse Purpuram dixit, ad turbinem vsque aculeis in orbem septenis ferè. Rostro est longo, tubuli modo excauato, per quod linguam exerere creditur. Ante id foramen est rotundum, operculo interceptum, quod separatim depingendum curauimus, de quo etiam seorsum dicemus. Ex his

*Descriptio ex Rondeletio.*

*Lib. 9. c. 36*


**B** Purpura ventre non turbinato.



perspicuum est quàm alienæ sint à vera Purpura aliorum picturæ, quorum hi rostrum tubulatum, illi turbinem omiserunt. Caro interior, qualè in Turbinatis antea ex Aristotele descriptus: suntque falsissima, quæ nonnulli de Purpurarum branchijs (Bellonium notat) & alijs partibus se percepisse blaterant. Hæc ille Bellonius ve. ò sic habet. Eius Concha Cochleâ penitus refertet, nisi clauata esset & canalem ad latus, quâ linguam exeret, haberet: Cornua Limacum more attollit, atq; eodem modo serpit, iisdemque cornibus iter sibi præterdit. Linguâ ex tubulo canaliculato in latere procurrètem habet, quæ callosæ huic parti adhærescit: cui caro ipsi testæ adiungitur. Est autem ea caro, musculus quidam fortis, ac candidus,

*Contra Bellonium. Bellonij descriptio.*

**C** Purpura Zoographi ex mari Adriatico.





mediæ testæ alligatus, quo Purpura, tãquam congenito quodam operculo, carni patulè opposito diutissimè extra aquam viuit, marinam enim aquâ haustam asseruat, qua pluribus diebus refouetur, ac sustentatur. Caput illi cartilagineum, ac durum. Os in ea parte, qua sculpulis hæret, rotundo foramine peruium, quo lapides arrodit, & in stomachum exuens demittit. Percepi autem ex anatomico Purpuræ in canaliculo, per quem linguam exeret, dum fo-

ramina



Purpura pētadaetylos Bellonij pronè, & supinè.



Differētia  
unde su-  
mantur.

Magnitu-  
do.

Aristoteles  
& Athe-  
neus corre-  
ctus.

Hedypor-  
phyra.

Aetatis co-  
gnitio.

Lib. 5. Hē-  
stor. c. 3.

codex sic recitat) sed tribus *μυαϊαίαι* legit, quia & Xenophon *λίθους μυαϊαίαις* dixit in libro, qui inscribitur Magister equitum, & in altero de re equestri, neq; de pretio, ut Gaza accipit, cuiuseo in loco nulla mētio, sed de pondere, & mole. Ad Carteiam, ut author est Strabo citante Bellonio, inueniri tradūtur Pupuræ, & Buccinæ *δικακότυλοι*, hoc est, quarum testæ decem cotularum sunt capaces. Quales sanè Purpuras pelagias esse conuenit, quarum caro teste Xenocrate cæteris durior esse solet. Earundem plura genera tradit Plinius, pabulo, & solo discreta: Lurense putri limo, & algense enntritum alga vilissimum. Vtrisque melius Teniense in Tenei maris ora collectum. Hoc quoque tamen etiamnum leuius, atque dilutius. Calculosæ appellantur à calculo maris, mirè apto Conchilijs, & longè optimo Purpuris. Dialutense, id est, vario soli genere pastum. Inuenitur item apud Athenæum. *Ἡδυπορφύρα*, hedyporphyra, quam aliam à Purpura, vel saltem genus quoddam diuersum esse VVottonus existimat. Iam verò partes Purpuræ examinemus (omnia enim Turbinata, ut Purpuræ, Buccina, similiter ut Cochleæ suis partibus, ut inquit Aristoteles, constant) ac similitudinē. Speusippus similes facit, Purpuras, Buccinas, Strabelos, & *κόχλας*, malim, *κόχλας*, id est, Cochleas. Plin. Purpuram clauatam esse scribit ad Turbinem vsq; aculeis in orbē septenis ferè, quæ descriptio Purpuræ à Rondeler. & Zoographo *πίδα*, & meis fauet maximè, qui (inquit) non sunt Buccino, sed utrisque orbestotidem, quot habeant annos: Quod postremum ab Aristot. mutuatus est, qui sic scribit. Singulis annis incrementum eius patet per orbis, quibus totidē, quot annos habet, testa intorta cuniculatim in crepidinem definit: Sic ille ex Gazæ versione, verba Græca sic habent: *καὶ καθ' ἕκαστον ἑνιαυτὸν φανερὰ ἐστὶν ἡ αὐξήσις τοῖς διαστήμασι τοῖς ἐν τῷ ὄσρακω τῆς ἑλικος*. Alias idem Plinius ait:

Alterum

ramina in diuersas corporis primum. E delata: ut inde ad branchiarum (Testata branchias non habent, & reprehendit hæc Rondeletius) locum pertinerent, (quas transuersas sub grandiore, ac neruoso musculo positas numero senas in parte corporis gibba ostendit: ac paulò inferiùs stomachū, amplum cor, erui ferè magnitudine, subrotundum ad latera branchiarum situm. Hepar verò viscidum, tenaci quodam lentore præditum, ut panè viscum esse appareat. Hoc Aristot. papauer appellare voluit: ad cuius latus mucus Purpureus (quo olim tingebatur) apparet, in recentibus Purpuris ilico extorquendus: totus enim in demortuis perit. Quibus autem Purpuris tincturæ succus apparet, ea magnitudine mediocres sunt, ouum gallinæ raro excedentes: quanquam nonnullis eiusdem magnitudinis nihil interdum eius appareat. Ut modò ad Purpuræ differentias redeamus, eas Rondeletius sumi ait, à loco, magitudine, paruitate, floris, siue succi varietate: sicut nimirum ex Aristotele paulò antè dicebamus. Quod ad magnitudinem atinet, Aelianus Purpuras, ac Buccina tanta esse testatur in Indico mari, ut facile congium capiant. & apud Aristotelem in modò præcitatis verbis legitur, *γίνονται δ' ἐνταῦθα τῶν μεγάλων καὶ μυαϊαίαι*, quæ Gaza vertit: nonnullis ex magnis, vel ad pretium minæ euadere nouimus. Zoographus nō *μυαϊαίαι* duabus syllabis (quanquam & Athenei



- A** Alterum genus Concharum Purpura vocatur, cuniculatim procurrente rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato (tabulato legit Vuortonus, & interpretatur leui, quod tamen Zoographus non probat) quâ proferatur lingua. Alij codices, inquit Hermolaus, etiam antiqui, canaliculatim habent, & canaliculi: sed legendum videtur cuniculatim, vel clauiculatim, ex Aristotele, qui scribit *κοχλιοειδώς*. Sic ille. Atqui Plinius, hæc non aliunde, quàm eo, quem paulò antè citauimus, loco Aristotelis transfuisse videtur, vbi Græcè nihil aliud, quàm *τὰ τῆς ἑλικῆς διαστήματα* legas, id est, clauiculæ interualla, nam quod *ἑλιξ* in vitibus Græcis est, id Latini capreolum, aut clauiculam vocitant, non dico vocem *κοχλιοειδώς* ad rem ipsam non quadrare: sed vbi Aristoteles de Purpura vtatur, non occurrit: & si alibi vtitur, non aliunde tamen, quæ recitauimus, transfudit Plinius. Cælius quoque helica in Purpurarum testa nuncupari ab Aristotele scribit, à Theodoro orbem cuniculatim intortum: à Vitruuio, in columnis etiam volutam. Quoniam verò superioribus addit Plinius: Præterea clauatum est ad turbinem vsque aculeis in orbem septenis ferè: qui non sunt Buccino, sed vtrisque orbis totidem, quot habent annos: Massarius Marcello infensior; Liberatus nunc (inquit) est Theodorus à falsa calumnia Marcelli: qui in suo Dioscoride, vbi de Purpuris loquitur, cum reprehendit: quòd vbi in Aristotele, annos circiter sex Purpuræ viuunt, & singulis annis incrementum eorum patet, per orbis quibus totidem, quot annos habent, conuerterat; non orbis, sed volutas interpretari debuerat: non animaduertens homo nimis sciolus, videri cupiens quòd ita Plinius etiam hoc loco Aristotelem conuerterat, quare Theodorus Plinium Aristotelis meliorem, quàm Marcellum interpretem imitatus, orbis rectius quàm volutas conuertit. Nam volutæ appellantur, quòd circuli, siue orbis illi interiores volutim complicantur, & ab exterioribus fasciolarum modo inuoluantur, & obtegantur, prima nanque voluta, siue plicatura integitur à secunda, & secunda à tertia, & sic vsque ad vltimam: quemadmodum in voluta capituli à Vitruuio demonstrata constat. At qui in Purpura orbis vocantur, omnes detecti sunt, clauiculatim in fastigiatam longitudinem exeuntes, nullo orbe ab altero volutim intecto. Sed vt ad rem redeam, ego potius cuniculatim, & cuniculi, vnà cum Hermolao legerem, tum ex Plinio, ipso superius, vbi de Concharum generibus loquitur (in quibus magna ludentis naturæ varietas) dicente cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata: tum ex Aristotele quinto de historia, vt Theodorus vertit. Tempus (inquit) viuendi & Purpuris, & Buccinis longum: annos enim circiter sex Purpuræ viuunt, & singulis annis incrementum eorum patet per orbis, quibus totidem quot annos habent, testa intorta cuniculatim in crepidinem desinit. Et quarto de partibus animalium. Quæ ex turbinatis cuniculo in anfractum contorquentur. Est vbi etiam clauiculatim, vt quarto de historia, duobus in locis, interpretentur. primo, facie dixit clauiculæ Buccinorum. secundo, Mouentur item eadem omnia Turbinata parte dextra, non ad vertiginem, siue clauiculam, sed in aduersum. Et quarto de partibus animalium: Continent quod papauer vocatur, Turbinata omnia sua clauicula. Sic etiam Hermolaus in Dioscoride libro secundo, vbi ait Cionia vocantur partes in Buccino, atque Purpura, mediæ, secundum quas silicei operimenti clauicula est. Cæterum exemplaria antiqua canaliculatim, & caniculi legunt. Facilis corruptio quinta vocali in primam mutata. Hæc omnia Massarius. Eum verò locum Dioscoridis, quem citat, de cionijs, non satis explicatus videtur Rondelerio, etiam ab ijs, qui benè longa, inquit, commentaria in Dioscoridem conscripserunt. Ac primū alij *κίονια* legunt, alij *κίονια*. Qui *κίονια* legunt, detortum putant vocabulum à dictione *κίον*, quæ violam significat: quia Purpurarum quarundam flos violacei sit coloris, qui flos est inter papauer, & ceruicem.
- D** Hermolaus *κίονια* legit, id est, columellas, vt sunt Buccinorum, Purpurarumq; partes mediæ, quibus velut columnis, & fulcris caro, & reliquæ partes innitantur. Sunt autem partes hæc mediæ, partes corporis interni Purpurarum valde torosæ, ac firmæ, ac fibrosæ, circa quas testæ volumina capreolorum ritu conuolui, incipiunt secundum Dioscoridem: vel quibus hæret vena illa, vel membrana florem Purpurarum continens, secundum Aristotelem inter papauer, quod inferiore est loco, & trachelin, siue ceruiculam, siue collum superiore loco. Sed præstat locum Aristotelis proferre, vt ei lucis aliquid inferamus. *Τὸ ἄνθος ἔχεισιν ἀνά μίσην τῆ μήκωνος καὶ τῆ τραχήλε. Τέτων δ' ἐστὶν ἢ σὺμρυρις πρὸ κων. Τὸ χροῖμα δ' ἰδεν, ὡσπερ ἡμῖν λευκός, ὃν ἂν ἀφαιρῶσι, θλιβόμενος δὲ βαπτει, καὶ ἀνδίζει πλὴ χεῖρα. Διατένει δὲ αὐτὴν ὡσπερ φλέβα. Τέτο δὲ δόκει εἶναι τὸ ἄνθος, ἢ δὲ ἀλλήνη σὺμρυρις; ὅσον σὺμπτῆρας.* In cuius loci versione Gaza sensum quidem Aristotelis mihi videtur asecutus, sed obscure locum sic interpretatus est. Florem suum inter papauer dictum, & collum continent: textu spissiore, aspectu veluti membranae candicantis, quam

Elix quid.

Voluta qd

Cionia.

Dioscorides explicatus.

Li. 5. Hist. 6. 15.

Flos Purpuræ vbi.

detra.



detrahunt, tingit hæc expressa, & inficit manum. Pertinet eadem suo situ perinde vt vena, idque flos ille celebrer putatur, reliquum contextus quasi alumen est. Quæ dilucidius sic expressa sunt. Purpuræ florem habent inter papauer, & ceruicem, quorū coherētia densa est, coactaque. Coloris quidem aspectu membranam albam refert, quam detrahunt, pressaque tingit, & inficit manum; distenditur autem vt vena: atque in hac quidem est flos Purpuræ; reliqua coagmentatio est veluti alumen. Hæc sunt mediæ partes, de quibus Dioscorides. Hactenus Rondeletius. Quod verò Aristoteles *σπινθίαν*, hoc est alumen dixit, Plinius sterile vertit, cætera nihil ab eo dissentit. Purpuræ florem illum in medijs faucibus habere scribens: liquoris (inquit) hic est minimi in cadida vena, vnda pretiosus ille bibit, nigrantis rosæ colore subluçens, reliquum corpus sterile. Rondeletius partem hæc quæ succum continet, cordi proportionem respondere existimat: cor enim (inquit) hepar, cerebrum, & alias partes indiscretas habent Purpuræ, & Testacea omnia. Vnde constat nungari eos, qui cor, hepar, branchias, se in Purpuris inuenisse prædicant. Florem verò illum sanguinis loco esse dubitandum non est, idque præter alios Plinius scriptum testatumque reliquit his verbis: Sanguis non in cunctis terrestribus est, verum simile quid vt Sepiæ in mari sanguinis vicem obtinet atramentum, Purpurarum generi infector ille succus, de cuius varijs synonymis, ac differentijs, antequam ad alias partes pergam, primò dicendum mihi esse videtur. Vlpianus Purpuræ (sic plerunque vocatur) appellatione omnis generis Purpuram contineri putat. Argaman, & Argeuā Hebraicæ voces in libris sacris Daniel. 5. & Paralip. 22. Purpuram interpretantur, vel sericum Purpura tinctum: vnde & Amorge Græcis per metathesin factum putat Zoographus. Aristoteles, vt demonstrauiimus, atque alij Græci *ἄνθος τῶν πορφυρῶν* vocant: Plinius alijque florem Purpuræ transferunt: Plinius etiā succum, vt cum ait: cum vita sua succum illum euomunt. Et alijs: cum foetificauere, fluxos habent succos. Vocatur & liquor, ros, sanies, pelagium, fucus, Vitruuius etiā Ostrum: Sic enim scribit: Incipiam inde de Ostro dicere, quod & clarissimam, & excellentissimam habet præter hos colores aspectus suauitatem. Omne quidem Ostrum Purpura est, sed non omnis Purpura Ostrum, vt tradit A. Gellius, quod exuberantiam, splendoremque ruboris habet, hoc est, illustratur splendore, quo reliqua Purpura caret. Hunc splendorem cocco incendi tradunt. Nonius Ostrinum colorem distinguit à murice (qui & ipse pro Purpura multoties accipitur) quòd Ostrinus color sit subrubeus, murex Purpureus. Sed hæc à scriptoribus confunduntur. Idem Nonius Ostrinam, inquit (scilicet vestem dicunt) ab Ostro colore, qui est subrubeus. Citat item hæc verba Turpilij: Interea aspexit virginem vectari, in capite ricolam indutam Ostrinam: Et Varronis, Aurora Ostrinam (Ostrinum) hic indurus supparum. Vtebantur autem, vt Zoographus conijcit, non tinctores solum, seu infectores vestium, hoc colore, sed & pictores. Dicitur verò est Ostrum *ἀπὸ τῆς ὀσπρίας*, quòd à Purpuris testa tectis eximeretur, ex Vitruuij sententia. Virgilius Sarranum Ostrum dixit, à Sar vrbis Phoeniciæ, quæ postea Tyrus appellata est: *Et gemma bibat, & Sarrano dormiat Ostro.* Vnde & Sarranum, & Tyrium Massarius hunc eundem florem à Latinis vocari testatur. Properitio alijsq; etiā color dicitur Ostrinus: *Et Tyros Ostrinos præbet Cadmea coloris.* Aduertendum interim Conchylum, muricem, & Ostrum pro eodem colore, Purpureo scilicet sumi. Saniem verò præter Plinium etiā Vitruuius dixit: Conchylia, cum sint lecta, ferramentis circumscinduntur, è quibus plagis Purpurea sanies. Pollux item *λαΐθρον*, id est, cruorem, vel sanie dixit: Nonnus antiquus poeta *διερὸν πῖρ*, id est, liquidum ignem, hoc à colore, illud à saniei substantia. Fucus non semel Plinio dicitur, vt Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit: Sammonicus: *Purpura torretur Conchylis prædita fucis.* Pelagium verò eodem loco Plinius: Pelagio admodum alligatur, nimisque eius nigritia dat austeritatem illam &c. nonnulli etiā Purpurissum, de qua voce post. Plinius medicamentum quoque pro Purpuræ colore dixit, quod & Græcè pharmacum appellare licebit. Pharmaca Iones tincturas vocant. *φάρμαξαι, ὀξύαι, βαΐαι. φαρμάσσει* apud Homerum non solum tingere est, vnde *φαρμακῶντες* dicuntur *τὰ βαφεία*, id est, officinæ tinctoriæ, teste Varrino, sed etiā ferri aciem exacuere, & indurare *τὸ σῶμῶν, καὶ σερπέ- ποτῶν*. duratur enim ferrum aquæ frigidæ intinctum. Ad pharmacum Græcam vocē Germanica Farb, vel far vñ accedit. Hinc fortè etiā venenum Tyrium poetis nonnullis flos iste, aut color vocatus fuerit. Oxos apud Suidam Purpura est, quæ apud Phænices tingebatur preciosissima: hinc oxybapha in L. i. C. Quæ res alienari non possunt; quo in loco nonnulli corrigunt dibapta, veram lectionem, vt Alciatus ait, peruertentes, Ego apud Suidam

*Floræ sanguinis loco esse.*

*Synonyma floris Purpureæ.*

*Argaman. Amorge.*

*Lib. 7.*

*Ostrum quid Li. 2. noct.*

*Atticar. c. 26.*

*Ostrin<sup>o</sup> color an à Murice differat.*

*Ostrum vnde dictum.*

*Sarranum*

*Ostrum vnde.*

*Lib. 3.*

*Fucus pro flore Purpureæ.*

*Pelagium.*

*Venenum Tyrium.*

*Oxos quid Suidæ.*



A Suidam nihil huiusmodi reperio, nec alios Lexicorum scriptores, neq; in ὄξος, nec in οξυβαφῆ. Oxybaphum quidem, quod aliqui ineptè oxobaphum nominant (Varino teste) vasculum est aceto, & intinctui, excitandi appetitus causa, destinatum in mensis. Purpuras tamen διαφορές καὶ ὀξυτάτας, id est, excellentes, minimè vulgares, & acerrimi fulgoris apud Suidam legimus in Σαρδά. Διαφορος πορφύρα Arriano est Purpura præstantior, cui opponit χυδαίαν, id est, vulgaerem. Brodæus quoq; in miscellaneis cap. 24. ineptam hanc Alciati interpretationem reprehendit: cum Suidas nihil aliud scribat, quam ὄξος ἐψητὸν τὸ ἀπὸ φοινίκων, hoc est, Acetum coctum è palmulis, cuius meminit Xenophon in secundo Anabaleos. Καλυξ Hefychio est flos rosæ &c. & Purpura marina. Et Nicandri Scholastes κάλλιον ait esse florem, seu animal marinum quo Purpura tingitur. Hermolao chalcæa est (ex Suida ut videtur, apud quem idem legitur) herbæ genus, quæ Purpura tingitur, quod & Ruellius meminit ex Phocione Grammatico, cui tamen eadem vox etiam Purpuram significat. Sed κάλλιον potius scribendum est; unde verbum καλλίνειν: Scholastes Lycophronis, ubi hic habet πέπλος Καλλινορουτῆς. Calche, inquit, propriè est Purpura tinctoria: nunc verò peplos simpliciter multis tinctoris infectos intelligit, & variegatos, & plumaricos. Cælius calchea Purpuræ operculum ab alijs vocari tradit (vide, inquit, dictus Calchas) à Galeno onycha; tamen si dicatur onyx, unguis odoratus, quæ ostracion item appellent, vel ostracon quoq; cæterum hæc postrema non ad ipsum florem, dum adhuc in animali est, sed cum ad usum accommodatur, pertinent. ita & Purpura simpliciter apud Romanos, aliosq; vestimenti genus commemoratur. Ἀθῆναί tamen ab ipso flore vestes Purpureæ dictæ sunt, & toga picta à florido Purpuræ colore. Testis est Festus Pompeius. Picta, inquit, quæ nunc toga dicitur, antea Purpurea vocitata est, eratq; sine pictura. Eius rei argumentum est pictura in æde Vertumni, & Conti, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera T. Papyrius censor triumphantes ita picti sunt. de hac plura superius dicta sunt. Ita pariter vestimenta Purpura infecta eo temperamento, ut amethysti colorem referrent, amethystina dicebantur. Plinius de amethystis loquens: Indicæ absolutum Purpuræ colorè habent, ad hancq; tingentium officinæ dirigunt vota: fundit enim aspectu leniter blandum, neq; in oculos ut carbunculi vibrant. Nec non Purpuram vocabant extremam oram vestis prætextæ, cui, ut diximus, purpura iuferebatur, unde teste Aldo Manutio, περιώροφρον vocabânt limbum huius vestis. In summa à Purpuris (conchis) ipsas quoq; vestes, ut Hermolaus quoq; voluit, Purpuras vocamus. Accipitur etiam pro rubore faciei, ut apud Propertium.

*Tincta rubore genas paulatim purpura vestis.*

Et apud Martialem lib. 9.

*Et libata semel summos modo Purpuræ cultus  
Sparserat &c.*

Ennius in hoc quoque sensu.

*Et si mulier erubuit cen lacte, & Purpura.*

Atq; ita pro purpurissimo etiam accipiebatur: Afranius.

*Mea nutritrix surge, profer Purpuram.*

Non absimili ratione Gallis exanthemata, seu maculas pestilentiales, quia sæpe Purpurei sunt coloris, Purpuræ nomine, ut testatur Ambrosius Paræus, intelliguntur. Sed ut ad florem ipsius Purpuræ reuertamur, tempestivum est, ut de differentiis eius aliquid dicamus.

Tria autem purpuræ genera, à varietate coloris sumpta à veteribus memorata inuenio:

πορφύριδα coloris violacei saturati, & subnigricantis, quo colore πορφύρεον κύμα, θάνατον

πορφύρον Homerus dixit: Talis fuit amethystina, & quæ è pelagijs Purpuris solis fiebat, & Buccinis. Φοινικίδα, puniceam rubentem colore cocci, qualis fuit Tyria, & Tarentina, unde & venenum Tarentinum dicitur, à colore puniceo maturæ palmulæ dictam, ἀλαργίδα colore glaucò, irato mari simili, austero, diluto, qualis fuit Conchiliata. Tyria omnium celeberrima, quæ Ostrum quoq; dicebatur, quo obscurior, & nigricantior, eò erat carior, à qua sanguis dicitur purpureus, admodum splendida, & fulgore luminosa, quæ nempe

ad solis radios ignem repræsentabat: quare igneâ vocavit Iuuenalis, & Valerius Flaccus ardentem. Fuit fortè etiam huiusmodi, quam in Britannia nasci laudatissimam Beda memorat initio Eccl. hist. gent. Angl. Hac ideo deterior habebatur Tarentina, quod sine luce, & splendore esset. Non enim omnis Purpura fulgore luminosa erat, sed quadam obscuritate censebatur, quin & splendentium quædam nisi altius tollantur non splendecebant, nec implebant oculos contuentium. Hinc Augusti iocus innotuit, qui cum olim quærentur de

obscuritate Tyriæ Purpuræ, quam emi iusserat: dicente venditore: Erige altius, & suspice,

Oxybaphū.

Καλυξ.  
Chalcæa.

L. 8. c. 11.

Li. 37. c. 9.

Purpura p  
rubore fa.  
ciei.

Pro ex æthe  
matibus.

Floris diffe  
rentia.

A coloris  
varietate  
tria Purpu  
ra genera.

Sanguis pur  
pureus un  
de.

Augusti  
iocus.



*Purpura  
clarissima.  
Alexandri  
na Purpura  
qua.*

*Sandyx In  
dica.*

*Differentie  
à loco.*

*Nigrum p  
violaceo.*

*Amethyste  
gemma.*

*Dibapha.*

*Purpura ce  
rulea.*

*Li. 7. Her-  
mathena.  
Purpur un  
de dicatur.*

his vsus est salibus. Quid? Ergo vt me populus Romanus dicat bene cultum, in solario **E**  
ambulaturus sum? Vocabatur ea clarissima Purpura, quod meminit Lampridius in vita  
Alexandri: Purpuræ clarissimæ non ad vsum suum, sed ad matronarum, si quæ aut possent,  
aut vellent, certe ad vendendum grauissimus exactor fuit, ita vt Alexandrina Purpura ho-  
die dicatur, quæ vulgò Probianæ dicitur, idcirco quòd Aurelius Probus baphijs præposi-  
tus, id genus muricis reperisset. Meminit Flavius Vopiscus in Aureliano Purpuræ pallij,  
quod Perfarum Rex ab Indis interioribus acceptum Aureliano dederat, ad quod cum ma-  
tronæ suas Purpuras iungerent, cinaris specie decolorari videbantur, diuini comparatio-  
ne fulgoris. Talem Purpuram Sandicem Indicam facere, si curetur, idem tradit dici, me-  
moratumq; pallium eo Purpuræ genere, quod postea nec vlla gens detulit, nec Romanus  
orbis vidit, in templo Iouis Opt. Max. fuisse, cæterum splendidissimus iste color, si ex san-  
dyce erat, hic non pertinet: saltem hoc constat Purpuram loci varietate omnino variare.  
Testatur Vitruuius ostrum quod legitur in Ponto, & Gallia, quòd hæ regiones sint prox-  
imæ ad Septentrionem, esse atrum. Progredientibus inter Septentrionem, & Occidentem  
inueniri liuidum: quod autem legitur ad Aequinoctialem, Orientem, & Occidentem, in-  
ueniri violaceo colore, quod verò meridianis regionibus excipitur, rubra procreatur po- **F**  
testate, & ideo hoc rubrum. Rhodo etiam Insula creatur, cæterisq; eiusmodi, regionibus,  
quæ proximæ sunt solis cursui. Sed hic animaduertendum Purpuram nigram sumi  
pro violacea exsaturata; sic enim sæpè nigrum à veteribus sumitur: Amethystina Purpu-  
ra, quæ etiam ianthinam, seu violaceam appellabant, ab amethysto lapide nomen obtinuit,  
de quo Plinius sic scribit in nono: Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum, rur-  
sus absolucus inebriatur, Tyrio, vt sit ex vtroq; nomen improbum Tyriamethystus. Et ali-  
bi. Amethystos gemmas esse dicunt perlucens violaceo colore. Causam autem nominis  
amethysti adferunt, quòd vsq; ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet, in vio-  
lam desinit. Fulgor quidam in illa Purpuræ non ex toto igneus, sed in colorem vini defi-  
ciens. Est enim à priuatiua particula *a*, & *μῆτις*, id est ebrietate nominata, tanquam ame-  
thystinus color sit sobrius, & colore vini minimè inebriatus. Ad huiusmodi Purpuram al-  
ludit Suetonius in Nerone. Et cum interdixisset vsum amethystini, ac Tyrii coloris, sum-  
psissetq; qui nundinarum die pauculas vncias venderet. Alludit ad eandem, & Epigram-  
matarius in Aphoreticis de lanis amethystinis hoc carmen subiiciens:

*Ebria Sidonia cum sim æ sanguine Concha  
Non video, quare sobria lana vocer.* **G**

Huc arbitror etiam pertinere, quod Plinius scribit: Purpura violacea me iuvene vigebar,  
inquit Nepos Cornelius, qui diui Augusti principatu obiit, cuius libra denarijs centum  
veniebat: successit dibapha Tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Dibapha  
tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impèdio: qualiter nunc omnes penè  
commodiores Purpuræ tinguntur. Erat deniq; aliud genus Purpuræ cæruleum, omnium  
vilissimum ex leuissima, ac deterrima Africana prope Succubio Africæ urbem. Extat & ho-  
diè eius imago in holosericis violaceis deterioribus, quæ ad cæruleum colorem accedunt,  
& vino inficiuntur. Ab hoc genere Purpuræ, mare Purpureum vocauit Virgilius in quarto  
Georgicorum.

*In mare Purpureum violentior influit amnis.*

Plutarchus quoq; citat in libro de exilio illud Simonidis,

*Tene me Purpurei maris  
Fremitus circum agitati.*

Et in libro de facie, orbis lunæ: Et maris quidem, inquit, colores conatus est Homerus vt- **H**  
cunque nominibus exponere, mare violæ, viniq; rubri forma præditum dicens, & alibi  
glaucū, vndam Purpuream, tranquillitatem albam, Cicero mare Purpureū videri scripsit,  
Fauonio nascente. Primum itaq; locum obtinebat Purpura quòd ardentius fulgeret, vt de  
Tyrio, dictum, alterū amethystinus; omnium vilissimus, qui magis ad cæruleum vergebat.  
Ioannes Goropius Becanus, vt astruat, Purpuram, quo magis ad ignem vergat, eo haberi  
præstantiorem, Purpuræ etymologiam ex Cymbrorū vetustissima lingua deducit, quibus  
Purpura Purpur, quasi pur vur, id est purus ignis vocabatur: cæterum cum multa adducat  
quæ hanc nostram historiam dilucidare, atq; amplificare possint, ego ea præterire nolue-  
rim. Inquit itaque, Purus fit à vur, quo ignis denotatur, eò quod omnia per ignem purgen-  
tur. Vur itaq; purū & purgo, dat Latinis: nobis pur, à quo purpur color purè igneus, quasi  
pur-vur. Sic tamen Latini vsi sunt, vt pur pur color sit purus purus. Sic dixit ille, quisquis  
nomen Virgilij sumpsit: — *Carmina purpurea candidior anive.* Et Valerius Flaccus:

*Hic*



A *Hic sale Purpureo vnaq; nitentia lymphæ:*

Sic Horatius — *Tempestivis in domo*

*Pauli, Purpureis ales coloribus*

*Comessabere maximi.*

Quo loco demitor intolerabilem Lambini audaciam, qui cum poëtæ elegantiam non intelligeret, pro Purpureis posuit marmoreis, operosa testium denunciatione, docens marmoreum pro candido dici. Citantur Lucretij, versus, citantur Virgilij, citantur Ovidij, quo vetus scriptura, ac genuina lectio corrumperetur. At non vidit hic Lynceus, cornicū oculos configere paratus, hanc lectionem non in omnibus modo vetustis exemplaribus inueniri, sed iam olim etiam à Seruio probatam, germanamq; habitam fuisse, vt interim Acronis ei testimonium contemnere permittam. Ille enim hunc Virgilij locum

Lambini  
error.

— *Namq; ipse decoram*

*Casariem nato generix, lumenq; iuuenta*

*Purpureum, & latos oculis afflarat honores.*

sic interpretatur, vt Purpureum pulchrum, & floridum vocari dicat: quod vt probabile

B reddat, hanc ipsam Horatiani versus partem adducit,

*Purpureis ales coloribus.*

Vellem equidem Lambinum interrogare quod sibi Columella voluerit, dum dixit: Fron- des Purpurat auro. Sanè si consentire sibi Horatium emendenti vellet; necesse haberet, vel ineptum authorem dicere, vel locum castigare. Quis enim vnquam aurum vidit Purpureum, si Purpureum sit rubrum ad atrum declinans? Nescio profecto quæ sit effrons corrupendi impudentia dicenda, si hæc correctio, & emendatio sit vocanda. Nos igitur Purpureum id dicemus, quod floridum est, & pulchrum, idq; vocis origini conuenienter, quæ nihil aliud significat, quàm vel purum ignem, vel purum putum. In igne autem non tam color, quàm lux, & splendor consideratur: quò videtur Horatius respexisse, in arte poëtica canens.

*Inceptis granibus plerunq; & magna professes*

*Purpureus late qui splendeat vnus, & aliter*

*Affuitur pannus.*

Nec inde alienum est illud Aufonij in Mosella

C — — — *Phœbusq; sereno*

*Lumine Purpureum reserat iam sudus olympum.*

Fecit itaq; Purpuræ nomen ad rectam rationem vocatum, ne Purpuream niuem, ne Purpuros olores, ne Purpureum sal admiremur; nec absurdum item putaremus, si quicquam auro Purpurari diceremus. Furius apud A. Gellium sic legendus.

*Vt fulica ipsa leuis volitat super aquora classes*

*Spiritus Eurorum viridos dum Purpurat undas.*

Exemplar meū habebat, sicut fulica leuis: quod non placet, nisi ex fulica fulca facias, quod per me liberum esto. Hic Purpurat sic interpretatur Gellius, vt idem sit quod nitescere facit, quod non potest displicere, maximè, si nitorem quendam splendidum, & igneum intelligat, qualis incrispanti mari videtur, adeo vt noctu etiam luceat. Purpureū itaq; ignis splendorem vbiq; indicat, qui quòd in ostro maximus sit, & excellentissimus, Purpureum ostro tinctis potissimum applicatum. Eleganter Virgilius, *Tyrisq; ardebat Murice lena.*

Liuius in Laodamia: Ille Asiatico ornatu affluens, aut Sardonio, ac Lydio fulgens decore. Bene dixit fulgens, vt igneus Purpuræ fulgor intelligeretur. Addamus & Quintilian lo-

Quintilia-  
nus corre-  
ctus.

D cum insigniter corruptū, ex libri duodecimi capite decimo, & in eo corrigendo, si minus placebo, Lambini audaciam dicar æmulatus. Sed euanescent hæc (inquit,) atq; moriuntur comparatione meliorum, vt lana tincta fuce citra Purpuras placet: at si contuleris etiā Tyriæ lacernæ, conspectu melioris obruatur, vt Ouidius ait. Si verò iudicium ijs corruptis acrius adhibeas, vt fucis Purpuram iam illud quod fefellerat, exuat mentitum colorē, & quadam vix enarrabili fæditate pallefcet. Luceat igitur hæc citra solem, vt quædam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. In his alia aliter corrupta fuerunt, vt liquebit conferenti. Quod autem dicit, vt Ouidius ait, nescio an à quopiam sit adiectum. Eius certè alia est comparatio. Tyrias enim Amyclæis confert. Est autem locus in remedio amoris.

*Confer Amyclæis medicatum vellus abenis,*

*Murice cum Tyrio, turpius illuderit.*

Si mihi citra exemplarium fidem coniectandum sit, pro lacernæ, non Laconicæ, sed Tyriæ lacernæ legam; vt alludat ad Iuuenalis illud.



— Tyrias humero reuocante lacernas,

& illud, vt Ouidius ait, à quopiam sciolo dicaci margini adiectum, cui visa fuerit eadem, vtriusq; authoris collatio, cum tamen Horatius potius citandus fuisset, apud quem est:

*Non qui Sidonio contendere callidus ostro*

*Nescit Aquinatem pot a-ria veller a fucum*

*Certius accipiet damnum, propiusue medullis,*

*Quam qui non poterit verum distinguere falso.*

Hic enim fucum Purpuræ, perinde atque apud Quintilianum, comparari videmus. An verò Amyclis iuxta, ac Aquini fuco pro Purpura vterentur, an Purpura quidem vterentur, sed pallidior, quàm esset Tyrriorum, alijs coniectandum relinquo; penes quos etiam esto eius, quam velint, lectionis sequendæ potestas; cum non vno modo locus intelligi corrigiq; possit. Nobis satis est ex eo intellexisse, igneum fulgorem in Purpura maxime placuisse, quo ratio nominis à me assignata facilius suam tueatur probabilitatem. Nonnus Purpuræ inuentionem describens.

*Καὶ τυρίης σκοπία ζε δεδιύμενα φάρεα κόχλα*

*Πορφύρης σπινθήρας ἀποτίζοντα θαλάσσης*

Et mox — *χείλεα φονίζας διερω τυρί.*

Videsne hic semescinillas, rursus ignem ipsius Purpuræ? Num possit quidpiam ad etymologiam esse aptius? Sed si quis dicat *πύρ* Græcum esse, eoq; ad Græcos vocem pertinere, ei mox respondebo, dum ostendam ab *vr*, *vur*, & hinc *πύρ* & *pur* derivari: & alioqui Græci non Purpuram, sed *πορφύρα* dicentes longius quàm Latini recesserunt. Hæc itaq; omnia Goropius. Vt modò vnde quodammodo digressi sumus, fermo noster reuertatur, examinandæ veniunt reliquæ Purpuræ partes: inter quas, cum de succo multa dixerimus,

*Caro*

*Li. 7. c. 34.*

*Lingua.*

primùm occurrere videtur ipsa caro: hæc penitus includi, nec vlla ex parte, excepto capite

conspici author est Aristoteles, item testis suis Purpuras adherere. Aelianus purpura m-

scribit vehementer gulosam esse, linguamque habere longam; ea autem etiam penetrare

quæcunq; potest & attrahit ad comedendum, eaq; demum capi. Purpuræ, & Buccina, in-

quit Aristoteles, promuscidem, siue linguam firmam, torosam habent adeo validam, vt ea

testas escarum possint perforare, vt asili, atq; tabani quadripedū tergora penetrāt. Et rur-

sus: pascitur (inquit) Purpura exerta lingua sub operculo, quæ Purpuris digito longior est,

qua tum Conchulas (velut turbinum, quorum esca capiuntur) tum sui generis testam per-

forare potest. Et Plinius in trigesimo sexto noni libri. Lingua Purpuræ longitudine digi-

tali, qua pascitur perforando reliqua Conchylia, tanta duritia aculeo est. Et alibi: Purpu-

ra vocatur caliculatim procurrente rostro, & caliculi latere introrsus tubulato, qua perfo-

raturlingua. Rondeletius verò diligentius considerandum proponit, linguauè testas per-

forat. Lingua (inquit) omnibus animalibus in ore est: os autem in capite, quod operculo

tegitur in Purpura, atque adeò in turbinatis omnibus. In rostro igitur longo, & tubulato

lingua non est, sed id eam profert, & exerit. At linguam Purpurarum, & turbinatorum

omnium promuscidibus muscarum, quæ inter cornua sunt, comparat, quæ firma est, toro-

sa ac rotunda, quæque exeri potest: quam tamen si per anatomen propius intueare, & tra-

ctes, neque ita longam neque ita duram esse certo comperies, vt per longum rostrum tes-

tas perforare posset. Quare id fabulosum esse puto, sed ea quo ad eius fieri potest, exerta,

Purpuræ succos, & humores aliarum Concharum exugunt, Pectinum ritu: rostro autem

acuto, & duro (tanquam terebello excavato) testas alias perforant. Hæc Rondeletius: qui

eos etiam redarguit, qui cum legunt apud Galenū in tertio de medicamentis *κατὰ τόπους*

*Lana non*

*est in Pur-*

*purpa.*

in auricularijs medicamentis *προκίδα τῆς πορφύρας* siue *χογχυλίου*: Et linum è Purpura, H

apud Paulum Aeginetam existiment in Purpuris lanam aliquam, siue stupam, siue linum

siue tomentum reperiri, quo contuso, & depexo in medicamentis veteres vterentur. Sed

illi, inquit, toto cælo aberrant, vt dicitur: nihil enim tale in Purpuris, neque in Turbina-

tis alijs repetias. Neque bysso alligantur, vt pinnæ, & mytuli. Mouentur enim Purpu-

ræ, & caro Turbinatorum omnium non aliter alligatur, quàm circa testarum volumina.

Quare intellexerunt veteres per *προκίδα* lanæ Purpura tinctæ crassiorē, & minus curatam

*Li. 2. c. 83.*

partem; cuius meminit etiam Dioscorides: *Τὸν δὲ αὐτὸν τρόπον καὶ προκίδας καίονται τῆς*

*θαλασσίας πορφύρας*. Nec secus simbriati marinarum Purpurarum flocculi cremari solent.

Cur ita appellarunt id in causa est, quòd Purpura nō solū pro marino animali, sed pro suc-

co eius, pro vestimēto ex eo tincto, & pro lana tincta sumatur. Redarguit eundem errorē

etiā lōga oratione Zoographus his verbis: *Λανæ ad remedia quædā vtitur*, inquit Diosco-

rides, eodē modo *προκίδας θαλασσίας πορφύρας*. Sic habet æditio nostra per *υψίλον*, à recto

*προκίδας*

*Purpura*  
*varia signi-*  
*ficata.*



**A** *κροκός*, qui descriptione, genere, & flectendi modo congruit cum *κλαμύς*, *ύδος*. nam apud Hesychium *κροκίδες* per iota non rectè scribi, vel ipse literarum ordo arguit. interpretatur autem *γνάφαλα*, id est, tomenta. Hinc compositum est nomen *κροκιδέλιμος*, quod est floccorum lectio; qualis ab adulatoribus fieri solet. idem *κροκιδισμός* dicitur, & id facere verbum *κροκιδίζειν* sonat, ut annotavit Cælius Rhodiginus, qui & ipse tamen per *iota* scribit, non per *ypsilon*, deprauatos fortè Galeni codices secutus, nisi quis *κροκίδα* vocè diminutiua esse velit à *κρόκη*, quod filum, & subtegmen interpretantur. Marcellus Virgilius Dioscoridis interpres, in ipsis Purpurarū Conchis stuppæ imagine vellera quædam esse putauit: quæ alij (inquit) tomenta, alij licia, alij fimbrias dixerunt: nos rem & nominis significationem secuti, à stuppis rem indicauimus. *κροκίδας* enim Dioscorides dixit, qua voce Græci adhuc, quod contuso, & depexo lino crassissimum superest, significant. neq; hîc pluribus alijs locis aliud ea voce quàm stuppam significat: & sæpe Paulus Aegineta, iubens *κροκίδι* imponi aliquid. In mari autem quotidie Purpuræ capiuntur, quæ superiore sui parte villosæ sunt, tam tenui, & sequaci vellere, ut in filum lini modo trahi, & confici possit. Hæc ille, sed in Purpuræ concha villosum quicquam reperiri, ceu

**B** fallum redarguit quidam Germanus, qui in eos quos citauimus, Galeni libros, doctissima commentaria conscripsit, & post eum Rondeletius: qui *κροκίδας* (ipse *κροκίδα* scribit) lanæ Purpuræ tinctæ crassioris, minusque curatam partem interpretatur. Sed nihil prohibet simpliciter etiam vellus Purpura tinctum interpretari: è quo tamen, ne temerè sumptus fieret, ad cremandum crassius, & minus pulchrum seligebatur. possent & è veste Purpurea, præsertim attrita discerpta, aut vulla fila, seu linamenta *κροκίδες* nominari. Commentator ille Germanus in commentarijs in Galeni de compositione medicamentorum libri tertij caput primum. In fine huius compositionis (inquit) in Græco exemplari corruptè legitur, *καὶ κροκίδα ἐπιτίθει προπυριῶν*. ipse *πορφυρῶν* pro *προπυριῶν* legendum conijcit, (quàm rectè, viderit ipse. mihi quidem temere mutare videtur: quod si *πορφυρῶν* legendum esset, vltima circumflecti deberet:) & interpretatur: lanæ Purpuræ infectæ tomentū indito, velut suprâ etiâ Archigenes dixit *ἐμφρασσομένῃ τῇ πόρῃ πορφύρας μαλλῶν*: hoc est, obturato meatu per Purpuræ lanam: lanam autem mollem à fomento, & instillamentis auri indendam esse, suprâ in principio huius libri Galenus dixit, præstat tamen hanc ex Purpura, & Conchylis infectam esse. Et rursus in libri sexti caput secundum, in

**C** his verbis. *Ἡ χάλυξ ἀποκρίνεται ἐκ τῆς θαλάσσιας πορφύρας εἰλησας σύγκραυσον*: pro *κρηματι* voce nullius significationis legit *κροκίματι*, vel *κροκίδι*, quorum posterius approbo, & vertit. Aut atramentum sutorium Purpuræ marinæ tumento inuolutum vrito. Lanarum enim vistarum, & præsertim ex Purpura infectarum, vis est escharotica, Dioscoride teste: & mox *κροκίδα* hapsum lanæ, siue lanam conuolutam sonare dicit. Ex quo longa oratione, uti etiam ex allatis primò Rondelerijs ve bis satis dilucidè constat in Purpuræ Concha nullam reperiri lanam, vel tomentum, sed Dioscoridis, Galeniq; locum de lana intelligendum esse, quæ Purpuræ succum imbibit. Hic interim Hesychij, & Suidæ lapsus etiam obiter annotandus venit, quorum ille *βύσσονα* ait esse *χρῶμα ἀντὶ τῆς ὑσγῆς παραλαμβάνομενον*, & *βύσσινά* etiam exponit *πορφύρα*, Purpurea: hic ve ò etiam *βύσσον* significare ait *βαφίω ἐκ πορφύρας*: & *βύσσινον*, τὸ βύσσω βεβαμμένον. Sed perperam uterq; nec enim coloris genus est, sed delicatissimi lini, & diue si a Purpura; ut ex Luca etiam patet, apud quem *ὁ πλέσιος ἐνεδιδύσκειτο πορφύραν καὶ βύσσον*. Postremò Purpuram operculum, siue integumentum, apud authores cum veteres, tum recentiores, in considerationem veniunt. Aristoteles id à verbo *καλύπτο*, *ἐπικάλυμμα*, siue *κάλυμμα* nuncupauit,

**D** alibi etiam *ἐπίπτυγμα*. *Βρῆσι δὲ καὶ τὰ ἐπικάλυμματα κατὰ ταυτὰ ἀμφοτέρω, καὶ τὰ ἄλλα στρομβώδη ἐκ γενεῆς πάντα. νέμονται γλώτταν ἐπὶ τὸ κάλυμμα*. hoc est, operculū itaque huic generi (Buccino, & Purpuræ) adhæret natium, & cæteris omnibus Turbinatis. Pasce quoq; exerta lingua appellata sub illo operculo solent. Et alio in loco: *Ἐπὶ δὲ ἐπίπτυγμα πάντ' ἔχει ἐκ γενεῆς*, hoc est, Operculum etiam iam inde ab ortu omnia gerunt: de Turbinatis loquitur (lib. 4. de hist. cap. 4.) Statim ab ipsa procreatione Turbinatis operculum esse dicit, ad discrimen Cochlearum, quæ ipsæ sibi ex glutinoso humore, siue ex mucosuo operculum conficiunt. Dicitur aliter à Græcis *πῶμα*, ut a Galeno, qui seorsum de jeo hæc prodidit: *Πῶματα πορφυρῶν δ' ὄξυς ποδέντα σωλῶν αἰσίδα λέας ὀγραψάν τινεῖς ἰᾶσαι: θυμώμενα δὲ τὰς πνιγόμενας ὑσερικῶς ἀφαιεῖ, ἐκβάλλει τε καὶ κατεχόμενα κόρια*. Opercula Purpurarum ex aceto pota scripserunt quidam tum entri leni mederi; suffitu autem excitare fæminas vuluæ strangulatu oppressas, & morantes secundas detrahers. Eodem nomine operculum Conchylis nominauit Dioscorides, &

Lib. 20. c. 33.

Marcelli error.

Hesychij, &amp; Suidæ lapsus. Byssus a-laud quam Purpura. Operculi cōsideratio Lib. 5. hist. cap. 15.

Cochlearū operculum

Cochlear operculares.



*Blatta by-  
zantia.*

*Blattens  
color.*

*Error Ni-  
colai My-  
repsi.*

*Myrepsus  
correctus.*

*Opercula  
ve differat*

*Blatta By-  
zantia odor.*

*Blatta pro  
Purpura  
Indica.*

*Lib. 23.  
cap. 2.*

*Pruna Ony-  
china.*

*Lib. 12.  
cap. 10.*

Cochleas quasdam alpium Liguriæ ποματίας, id est operculares. Dicitur autem E quòd eo Testatorum foramina claudantur, ut vasa operculo suo. Carni haeret ut vnguis noster, ac tanquam ex filis, siue ex fibris coagmentatum quid, & duratum esse dicas: Differt substantia à testa, quæ multò siccior est, neq; fumum emittit, nisi si accensa liquore aliquo extingueretur. Operculum verò pinguedinis nonnihil in se habens fumum reddit cornu modo. Pharmacopolæ hodie in officinis habent Conchyliorum Buccinorūq; opercula permista, quæ Blattas Byzantias vocant, sed hoc nomine Purpuram tantum opercula appellanda erant. nam βλάττος, siue βλαττίον Purpuram significat. vnde Blattens color pro Purpureo. Cassiodorus in epistolis de chamæleonte. Colores suos multifaria qualitate commutat, modò Veneta, modò Blattea, modò prasina, modò cyanea. Eutropius: Nero inusitata luxuria fuit, ut qui exemplo Caligulæ frigidis, & calidis lavaretur vnguentis, hamis argenteis, aureisq; piscatur, quæ blattæis funibus extrahebantur: quos Suetonius, & Orosius interpretantur Purpureos. Ille: piscatus est, inquit, retè aurato, Purpura coccoque funibus nexis. Orosius, Luxuriæ, inquit, tam effrenatæ fuit Nero, ut retibus aureis piscaretur, quæ Purpureis funibus extrahebantur. Hæc Hermolaus vir pereruditus in suis in Plinium glossæmatis annotavit. Sed et si βλάττος Purpuram significet, tamen pro operculo solùm Purpuræ usurpari docet Nicolaus Myrepsicus, qui tamen non sine errore dixit Blattum Byzantium esse ὄσων τῆς ρίνος τῆς πορφύρας, id est os narium Purpuræ. Hodie quoque in officinis blattā byzantiam esse credunt, quod in ore, & naribus Purpuræ reperitur, quo ineptius nihil dici potest. Purpuræ enim neq; nates, neq; nāsū, neq; ossa intus habent, cum Testacea omnia foris durum, intus molle contineant. Rectè igitur Rondeletius legendum credit, ὄσρακον ἢ ρινὸν τῆς πορφύρας, id est testam, vel clypeum, siue scutum Purpuræ. Ρίνος enim præterquam quod pellem significat, vnde ὄσρακὸν δέρμα vocantur, etiam pro scuto sumitur teste Phauorino. Ρίνος, inquit, καλεῖται αἱ ἀσπίδες, ὅτι ἐκ βοσίου βοσῶν εἰσι, id est, ρίνος vocantur scuta rotunda, quòd ex corio bubulo constet. Operculum verò sicuti scutum, Purpuræ capiti imponitur. Cur verò βλάττος λεζάντιος, vel βύζαντος dicatur, à nemine, quod sciam, traditur. Quare conijcio (inquit) à Byzante, vel Byzantio Africæ cognominari: quoniam illic etiam Purpura tingebatur. Quoni- itaq; Pharmacopolæ opercula Conchilij, & Buccinæ, Purpuræ uè non distinguuntur, ut dictum est, & utraq; blattas byzantias appellant, cum ex Purpuris tantum propriè ita vocari deberent: quædam hæc ab authoribus repetita, & à Zoographo collecta congeremus. Opercula hæc vlu, substantiaq; non differunt, sed figura: quòd ex Conchyliis longiora, è Purpuris, & Buccinis rotundiora sint. Vires quoq; ad remedia minimum differre verisimile est, præterquam si vngui odoris ratione peculiare quid attribuitur. Blatta Byzantia, inquit quidam Germanus, ingrati dum vritur, odoris est, & Castoreum refert: vnguis verò odoratus, suauem odorem spirat, quare & res in vicem diuersas esse oportet. At Rondeletius in Conchylio asserit. ἰσῶδες non modò suauiter, sed aliquando vehementer, & grauitè odoratum Dioscoridi significare: & vnguem castorei odorem, referre idem Dioscorides, & Plinius tradunt. Sed cur suffimugio moschato, & alijs quibusdam adijciuntur apud Actium, si eiusmodi sunt? An dicendum non ex omni regione vngues bene olere suffitos: & eiusdem generis plures forsitan species esse, ut & laseris longè diuerso odore? Plinius Purpurarum cauum pro operculo earum dixit: nervos præcisos Purpurarum cauum, quo se operiunt, tufum glutinat. Ab Actuario, & Myrepsu βλάττος, & βλαττίον βύζαντος appellatur. Ea ætate, inquit Ruellius, qua scribebat Actuarius, Blattam, Purpuram Indicam: & Blatteum, Purpureum colorem, periti etiam authores appellarunt. Sic Lampridus, Heliogabalus parauerat funes blatta & serico, & cocco intortos. Galenus Indici Conchylij testam inter ostraca, ac testas Purpurarum, ac muricum generatim comprehendit, eorundem enim vim habet: & præterea suffita, ab vtero strangulatas feminas, & conituali apprehensas morbo excitat, quod tamen etiam de Purpurarum testis. Galenus in undecimo de simplicibus tradit. Meminit eius Onychis Plinius quoq; cum ait: Inuenio apud quosdam ostracium, quod aliqui onychen vocant: hoc suffitum vuluæ pœnis mirè resistere. At verò ab hac Blattæ barbara appellatione, Blattens color pro Purpureus dictus est à Fl. Vopisco in Aureliano, vbi inquit: vestem holosericam, neq; ipse in vestiario suo habuit, neque alteri vtendam dedit, & cum ab eo vxor sua peteret, ut vnico pallio Blatteo serico vteretur, ille respondit: Absit, ut auro filia pensentur. Libra enim auri, tunc libra serici fuit. Plinium Blatteum colorem Onychinum dixit de pyris: Segaina alia à colore Testacea appellant: sicut onychina, Purpurea. quemadmodum enim Purpureus color à Purpura, sic Onychinus ab Onyche, eodem significato dicitur. Sic quoque Columella pruna Onychi-



**A**na, Purpurea appellavit, ut annotavit commentator Germanus in suis commentarijs ad quintum Galeni librum de compos. secundum locos. Sed Plinij verba, inquit Zoographus, ab eo recitata de pyris, Onychina non interpretantur Purpurea: hoc tantum voluit, ut signina pyra à colore suo Testacea dicantur: sic Onychinis quoque, sic Purpureis, nomina à colore facta. Quamquam autem Onyx operculum est Conchylij, & è Conchylio color Purpureus tingitur: nihil tamen ad illum colorem, nihil ad tincturam illam facit onyx operculum: ut Onchinum colorem ab eo appellatum existimare ridiculum mihi videatur. Columella prout Onychina nominat tantum, colorem non exprimit: ego hunc colorem ex albo purpurascenscentem putavi, qualis in Onyche, id est, vngue humano spectatur: qui color etiam Onychi gemmæ nomen fecit, quamquam ea etiam alijs coloribus reperitur. Onyx gemma (inquit Georgius Agricola libro sexto de natura fossilium) ex eo quod eius candor similitudinem ad vnguem humanam habere soleat, nomen invenit: non raro tamen est lactea, maximè in Zonis, idem vocatur Onychites, & lapis Onychinus: in Germanis, & Sequanis reperta, eiq; similis, vocatur nunc Chalcedonius. multum autem variat colore &c. Gentilitium cognomen Byzantiarum Blattæ secundum Ruellium retulerunt, quod ad eos forsitan Iudi demittant, & hinc ad nos deferantur. Invenio & apud Syluaticum Balantham (vox videtur corrupta) esse squamam, (imo laminam) piscis quandam, è fronte piscis degentis in Concha rotunda, & tortuosa, concava; sed nos ait uti Blatta Byzantia, quæ fertur de sancto: sic habet, sancti autem nomen deest. Belluanti Blatta Byzantia est operculum Conchylij cuiusdam è mari rubro, & alijs locis, quorum meminit Auicenna Canone secundo, capite proprio. Est autem durum, & in gyrum contortum (hoc ad totam Concham potius quam operculum pertinere videtur) instar limacis, sed oblongius, & maius, quam corpus quo limax circumdatur. Operculum hoc ait in ore esse Conchylij, claudique, ac aperti pro animalis arbitrio. has Conchas sæpe vidi, inquit, cum operculis adhærentibus, exportatas è mari rubro Damascum. Blattij Byzantis, hoc est, ossis anterioris naris Purpuræ (ut ipse interpretatur) Nicolaus Myrepsus meminit antidoto 425. Describuntur hæ Blattæ ab Auicenna 2. 8. nomine Adfar althaib. Apud Syluaticum multa barbara nomina passim reperias, quæ Blattas Byzantias interpretatur; ut Achafar, Affaratib, Daablectos, Dafarbachali, Funoblaron, Gafecol, vel Hafecol, Kuaçtil, Hiobothor, Hudal, Curasiè: sed Auicenna: quæ de mari rubeo sunt, inquit, nominantur Curasciæ. Item Egedde, apud veterem Glossographum Auicennæ. Latini mixobarbari, pro Blattis Blattas; pro vnguibus vngulas aliquando efferunt. Iam de remedijs quædam ab ea dicamus. Blatta Byzantia (inquit Syluius) Conchylij tegumentum est ad suffitus idoneum: ipsa enim testa mox liquatur igni, bituminis modo, quod etiam improbè ipsa olet. quidam albicantem odoratam magis commendant. Et alibi: *βλαττιον βυζαντος* appellatur Actuatio in aurea Alexandrina. Diamargarito calido. Vnguis odoratus, vel aromaticus lib. 1. compos. pharm. part. à Galeno scilicet, additur autem medicamento cuidam ad alopecias. Quæ Serapio, & Auicenna scribunt, ex Dioscoride ferè mutuati sunt. Invenio apud quosdam ostracion vocari, quod aliqui Onychem vocant, inquit Plinius, hoc suffitum vulva pœnis mirè resistere: odorem esse castorei, meliusque cum eo vsum proficere. Vetera quoque ulcera, & cacoethe eiusdem cinere sanari. Et alibi. Nervos præcisos Purpurarum cauum quo se operiunt, tusum glutinat. Galenus Onychem detractum ex Conchylio, potum (suffitum potius) strangulatis, ex vtero, convenire. Apud Nicolaum Myrepsum, os naris Purpuræ miscetur pastillo ad cardiacos, & apud eundem vngues aromatici magni, & parvi, iniiciuntur in thymiam, Eldræ, & in alia quædam suffimenta, aliàs simpliciter, aliàs magni: & similiter apud Aetium: qui suffumigio muscato quoq; eos admiscet. Democrates apud Galenum de compos. sec. loc. 8. 10. in malagmatis cuiusdam descriptione bdellium Onycha nominare videtur, optimum bdellium, & quod incensum ac suffitum, Onychis Indici Conchylij testæ odorem referat, tale n. Dioscorides optimum esse refert, *εὐώδες ἐν τῇ θυμιάσει, εὐωδὸς ὄνυχι*: quamquam Marcellus Virgil. colore humano vngui simile transtulit: fortassis ex Plinio inductus, qui lib. 12. cap. 9. Barbariano, inquit, nidor siccus, multiq; candidi vngues. Verùm hæc Plinius ex Græco aliquo scriptore non satis intellecta transtulisse videtur, ut refert commentator Germanus in commentarijs suis in Galeni libros de compositione medicam. secundum loca.

*Signina pyra.**Onyx gemma vnde dicitur.**Balanthā.**Adfar althaib.**Remedia ex Blattæ Byzantia.*



LOCVS

Differunt loco. Aristot. cor rectus.

Lib. 2.



VRP VRARVM alias altum pelagus habitare, alias contra litorales dici, hasque minores, illas maiores esse, iam antè notum est ex Aristotele. Sed notandum quid in Gazæ versione. Paruæ Purpuræ, inquit, ad litora, & oras sunt: αἰ δὲ ἐν τοῖς κόλποις μεγάλαι καὶ τραχείαι, hoc est, in sinibus veiò magnæ, scabræq; Gaza non in sinibus, sed pelagiæ vertit, quod approbat, vt patuit, Rôdeletius. Atqui Oppianus cùm de pelagijs, alijsq; aquatilibus prius dixisset, subdit.

Δοιῶ δὲ σκληροῖσι ἀρρηρότε γυῖα ζιτῶσι  
Φαρξάμενοι κόλποισιν ἐνὶ πλώσει θαλάσσης.  
Καὶ ραβῶς ὄξυπαγῆς ἠδ' ἄσακος.

Esto, sinus omnis pelagi instar profundus sit, non omne tamen pelagus sinus est, & pelagij appellatio latius patet. Idem Oppianus ait Testatorum quædam in petris, alia in arenis degere, vt

Νερίται, σρώμβωντε γένος, καὶ πορφύραι αὐται.

Ex neotericis Bellonius paruas quoque Purpuras, vt plurimum litorales esse tradit, locis quidem scopulosis natis. Columella de piscibus loquens voluit limosam regionem idoneam esse Purpuris, alijsq; Conchis nutriendis. Maris verò adeo amantes sunt, vt author de natura rerum (ex Plinio, vt citat) dicat, cùm semineces fuerint, mari redditas reuiuiscere. Sed Plinius hoc non de ipsis Purpuris, sed illis, quibus inescantur Conchis mytilorum similibus scribit. At insuper aqua dulci necari, & sicubi flumen immergitur, (alias, sicubi flumini immerguntur,) alioqui captas diebus quinquaginta viuere. Atq; hoc ferè ex Aristotele, apud quem legere est: Testaceo generi anni pluuij profunt, præterquam Purpuris, cuius rei indicium est, quòd si amnis in mare fluentis aquam gustarint, moriuntur eodem die. Vivit Purpura extra mare, quæ capta est, dies circiter quinquaginta. Idem philosophus Purpuras testatur aliquandiu in arena latere, sicut etiam Pectines. item canis exortu circiter dies tricenos condi. Porro non inconueniens fuerit loca hæc recensere, quæ à Purpura celebrari meruere. Apud Virgilium vbi habet.

Albanec Assyrio fucatur lana veneno.

aliqui exponunt Purpuram, licet Acron ad herbæ genus referendum putet, quæ fucus marinus vocatur, vnde lana inficitur. Purpuram tamen Assyriam in pretio fuisse inuicit Petronius Arbitet, dum canit:

Assyria Concham laudabat miles in vnda.  
Quæsitus tellure nator certauerat ostro.

Vitruuius in Africa punice coloris Purpuram procreari scripsit. At Plinius præcipuam esse in Meninge Africa. Meninx autem Africa insula est, non longè à Syrtibus sita, quam Lotophagorum terram putant, cuius Homerus meminit. Aitque ibidem Plinius Purpuræ florem Asiæ præcipuum esse, & Getulo litore Oceani, in Laconica Europæ. Getulorum scopulorum aliàs etiam meminit his verbis: Et quidem minus miror incomperta quædam esse equestris ordinis viris, iam verò & Senatorij nil demirantibus quàm luxuriam, cuius efficacissima vis sentitur atq; maxima cum ebori, citroque (cedroque) syluæ exquirantur, omnes scopuli Getuli Muricibus, ac Purpuris. Laconicum autem mare etiam ferre Conchylia, ex quibus ad insecturam vestium Purpura comparatur, nobilitate ijs solis, quæ in rubro mari capiuntur, inferiora, testatur Pausanias. Celebrantur eadem ab Horatio

Nec Laconicas mihi tradunt honeste  
Purpuras clientes.

Purpura Laconica Valerio Flacco dicitur fucus Tenarius hoc versu.

Illis Tenario pariter tremis ignea fuco.

A Statio quoque alibi nominatur Oebalis Purpura, Zoographus Laconicam interpretatur, quæ alio, inquit, nomine Oebalia dicitur. Sed Plinius aliàs Laconicam Purpuram commendat: Purpurissum, inquit, Puteolanum laudatur potius quam Tyrium, aut Getulicum, aut Laconicum, vnde pretiosissimæ Purpuræ. Coæ Purpuræ nominantur ab Horatio quarto carminum: eademq; intelligit Iuuenalis canens.

— Spartana chlamis, Conchylia Coa.

Purpuram Mauram nominat Valerianus apud Trebellium in epistola. In Muxa emporio ad mare rubrum habetur Purpura, tum eximia, tum vulgaris, vt testatur Arrianus, si bene memini,

Regio purpuris idonea.

Aqua dulci necari.

In Arena aliquandiu latent.

Loca ob Purpuras celebrata. Fucus marinus.

Lib. 5. c. 1.

In Laconicis.

Fucus Tenarius.

Lib. 1. Syl. Oebalis Purpura. Coæ Purpura. Sat. 8.



A memini, in Periplo, apud quem etiam lego, à duobus emporijs Persidis, quorum vnum Apologi vocant, alterum Omana, in Arabiam auchi Purpuram. Q. Ennius in Phagesiorum fragmento Atarnæ Purpuram laudare videtur, nisi fortè quid desit, canit autem:

*Polypos Corcyrae, caluaria pinguis Atarna,  
Purpura, muriculi, mures, dulces quoque echini.*

Genus quoddam Purpuræ à Plinio Teniense appellatur, in Tenei maris ora, ut inquit collectum: sed Teneum illud mare: vbi locorum sit, inquit Turnebus, cum esse neminem, qui sciat putem, suspitio non leuis animo incessit, hic emendatores, ut in deletili charta, & palimpsesto lusisse, & deleuisse quæ non placebant, quæ voluerunt scripsisse, nō quæ Plinius literis consignarat, edidisse. deniq; prouocatum est ad vermiculatos, & erosos libros, in quibus reperimus, in Tenei maris collectum, arbitratur autem idem Turnebus in tænijs maris collectum scribendum esse. Sunt autem ipsi tæniæ in mari candicantes cautes longo tractu fasciam imitantes, à quibus Tænienses Purpuræ vocantur, quæ in illis degunt locis. Est & Purpuræ in eo genus dialutense, quod originem Græcam sed formationē Latinam præ se fert. Nam ut è Græco, & Latino compositum esse videatur, non assentiar, inquit ibidem Turnebus, ut si Amminei vini, & Chij nota mixta esset. libri tamen antiqui resagantur editionibus, quod tam frequens est, ut quandocunque aliquid obscuritatis in eo auctore est, ferè semper dissensio reperiatur: & lubentius plerunq; secundum veteres tabulas litem dederim: in illis autem ita scribitur, mirè aptum Conchylijs, & longè optimum Purpuris dialucense, id est, vario genere soli pastum. Dialutense retenta superiorum generum forma, erit tanquam solutum & vagans, neque eidem adhærens sedi: at dialucense per falsum æquor repens, & vario eadem causa genere soli pastum, ex præpositione *δια*, & *αλοχον*, quod est falsum, hoc genus aptum Conchylijs dicit, id est Conchyliatæ vesti. Sed regrediamur in viam. Porphyrisa Aristoteli, ut citat Stefanus Aquæus in commento ad caput duodecimum libri quarti Plinij, à frequentia, & pulchritudine Purpurarum dicta est: sicuti, & melibæa Purpura teste Festo, à nomine insulæ, in qua tingitur: cuius meminit Lucretius, dum canit:

*Melibæa, fulgens  
Purpura Thessalico Concharum testea colore  
Aurea Pavonum vident imbuta lepore.*

Meminit etiam in quinto Virgilius:

*Victori clamydem auratam quam plurima circum  
Purpura Meandro duplici Melibæa cucurrit.*

Sed hic Hortensius Melibæam Magnesiæ ciuitatem esse ait. Cæterum Tyria Purpura olim omnium celeberrima fuit: quod testatur Strabo his verbis: *πολυ γὰρ ἐξήσεται πασῶν Τυρία καλλίστη πορφυρῆ*: hoc est, longè omnium præstantissima habetur Tyria Purpura. Plinius: Tyri nobilitas tunc omnis Conchylio atque Purpura. Quia verò Tyrus prius Sarravel Sar vocaretur, itaque Sarranum Ostrum dixit Virgilius, & Sarranam Purpuram Iuuenalis: vnde Ennius Pœnos Sarrà oriundos scripsit auctoribus Probo, & Festo. Dicuntur quoque absolutè Tyriæ, vestes Purpura Tyria infectæ: Ouidius,

*Sive erit in Tyrijs. Tyrios laudabis amictus*

Martialis in primo

*Hispanas, Tyriasq; cocinasq;*

Et in sexto rursus:

*Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestie  
Vis te Purpureum, Marce, sagatus amem?*

D Idem quoque Tyrias Lacernas dixit:

*Vt lutulentam linat Tyrias mihi multa lacernas.*

In decimoquarto lanæ Tyriæ apud ipsum gloriantur se in Laconia quoque vbi Purpura, non minus frequens est, habitas fuisse pretiosi loco muneris, quod argutè dicunt, dum aiunt se à Paride donatas fuisse Helenæ, & Purpuram Lædæ, hoc est, Purpuram Laconicam fuisse deteriolem.

*Nos Lacedæmonia pastor donauit amice  
Deterior Lædæ Purpura maris erat.*

Tyrius. quoque absolutè videtur color à Plinio dictus, nam cum de Purpura amethyssi colore dixisset, addit: At Tyrio laus summa color sanguinis concreti, nigricans aspectu &c. Virgilius etiam Tyrium muricem dixit, *Tyriog, ardebat murice lana.* & Ouidius *Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.* Cochleam Tyriam Vranus in Arabicis dixit, citante Stephano, pro Purpura nimirum *κολλίλω τυρίων.* Ouidio Purpura Tyria, Concha Sydonis dicitur:

*Collocat*

*Lib. 9. c. 3.  
Aan.  
Plinius cor  
rectus.*

*Tenienses  
Purpura.  
Dialucenses*

*Porphyrisa  
sæunde di-  
cta.  
Lib. 2.  
Melibæa  
Purpura.*

*Tyria Pur-  
pura opti-  
ma.  
Sarranum  
Ostrum.*

*Tyria lacer-  
na.  
Lana Ty-  
ria.*

*Murex Ty-  
rius.  
Cochlea  
Tyria.  
Lib. 10.  
Metam.*



Sidonium  
Ostrū quid

*Collocat hanc stratis Concha Sydonide tinctis.*  
Sidonium Ostrum Horatio. Est autem Sidon vrbs Syriæ, vnde & sindones dici conijcit Zoographus: Statius in Propemptico Metij Celeris:

*Quæ pretiosa Tyros rubeat, quæ Purpura succo  
Sidonij's iterata vadis.*

Lucanus etiam meminit in tertio:

*Et Tyros instabilis, pretiosaq; murice Sidon.*

Purpura di  
bapha.  
Lib. 8. c. 8.

Purpura  
Succubita-  
na Maura.  
Purpurifi-  
cium vbi.  
Tarentinū  
Vestimen-  
tum.

Istiusmodi autem Purpura dicebatur dibapha, quòd bis tincta essent, veluti magnifico im-  
pendio: dibaphum Cicero appellat. Lazius refert in Tyro Coccineam præparati sole-  
re, & à Cocco, hoc est, grano tinctorio appellari, sed secus Purpuræ inuentio ostendit in  
Hercule Tyrio, de qua mox. Succubitanam Purpuram quandoq; ab Africæ oppido quod  
Succubi vocant. Valerianus in epistola ad Trebelliū Pollionem, Claudio qui postea Ca-  
sar factus, dari præcipit à procuratore Syriæ albam subsericam vnam, cum Purpura Suc-  
cubitana, Subarmale vnum cum Purpura Maura. Post Syrtim lacum esse scribit Strabo  
nomine Zuchis quadringentorum ferè stadiorum: ad quem sit vrbs eodem nomine: Eam  
Purpurificium, & varias piscium condituras habere. Augustinus Niphus Purpuræ Con-  
chylum, notissimum, inquit, est, apud Tarentum. Varinus *ταραντινον ιματιον*, Tarenti-  
num vestimentum, tenue, & translucidum, non omninò Purpureum, vt quidam puta-  
runt, exponit, sed & Tarentinas tincturas. Olim etiam nota, & laudata fuit Tarentina  
Purpura. Me iuvene, inquit Cornelius Nepos, Purpura violacea vigebat, nec multò post  
rubra Tarentina. In Sardinia insula Purpuræ item excellentes tingebantur. Miratur Bay-  
sius cur inter doctos conueniat, quòd Purpuræ vsus nostris temporibus prorsus ignotus  
sit, cum in Carteia, inquit, Bæticæ prouincia olim murices, & Purpuras nobiles (Conchis  
vel decem cotylas capientibus) ex Strabone constet. In Sardinia quoque fuisse constat ex  
prouerbio, Tinctura Sardonica &c. Salij poetæ tempore Purpuræ etiam Anconæ tingi so-  
lebat, vt verba eius ostendunt: *nec Sydone vilior Ancon, Murice nec Lybico*. Acron explicat  
illud Horatij:

*Non qui Sidonio contendere callidus ostro  
Nescit Aquinatem potantia veller a fucum,  
Certius accipiet damnum, propiusuè medullis,  
Quàm qui non poterit vera distinguere falsum.*

Sufis ma-  
gna Purpu-  
ra copia re-  
peria.

Purpuras Aquinates Tyrijs similes esse scribit. Sufis ab Alexandro captis memorabilis  
Purpuræ vis & copia, in ipsius deueni potestatem. Vbi aiunt (inquit in Alexandro Plutar-  
chus) & Purpuræ Hermionicæ inuenta quinquaginta millia talenta, repositæ quidem ab  
annis fermè ducentis, recentemq; adhuc coloris florem nouumq; seruantis. Huiusce ve-  
rò rei causam adferunt, quòd infectura Purpuræ ex melle facta sit. Atque hæc de varijs  
locis vbi Purpura fiebat. Miretur sanè aliquis, non in Europa solùm, & Romæ (vbi Purpu-  
ræ vsum semper fuisse Plinius tradit) sed in Africa quoque, & Asia, & toto terrarum orbe  
defecisse, cum ex Africa olim, Asiaq; & Persis, ac tot alijs regionibus, locisue peteretur.  
Eorum quidem qui nostro sæculo varias, & remotissimas nauigationes, aliasq; peregrina-  
tiones literis mandarunt, Purpuræ (quod sciam) nullus meminit.

## INCREMENTVM. MOTVS. ÆTAS. OLFACTVS.

Celerrime  
crescunt.

Ætas.  
Vt anni ea-  
rum cogno-  
scantur.



ONCHÆ omnes, inquit Aristoteles, celerrimè crescunt, præcipuè ve-  
rò Purpuræ, atque Pectines, quippe quæ anno perfici (magnitudinem im-  
plere) possunt. Ait tamen tempus viuendi Purpuris, & Buccinis longum  
esse, Purpuras enim annos circiter sex viuere, & singulis annis incremen-  
tum earum patere per orbem, quibus totidem quot annos habent, testa-  
clauiculatim intorta in crepidinem desinat. Si itaque quotannis nouum

sibi adiiciunt orbem, vno anno perfici non poterunt, cæterum absque orbibus etiam per-  
fectæ sunt, & talem supra descripsi, in qua vix primi orbiculi rudimentum conspiciebatur.  
Quod ad ætatem attinet, Plinius annum adijcit, inquiens Purpuras annis plusquam se-  
ptenis viuere. Athenæus verò Aristoteli subscribens circiter sex etiam testatur. Extra  
aquam vt paulò ante ex iisdem authoribus diximus, captæ diebus quinquaginta viuunt  
faliua



**A** salua sua: Parum admodū progrediuntur, teste philosopho, qui præterea scribit, Purpuris elcas putidas emoliri, & accedere ipsas ad eiusmodi elcam à longè, utpote odorantes.

## G E N E R A T I O.



**D**UPLICEM esse originem Purpuris, Buccinis, Mytulisque ex citandis veterum autoritatibus constabit. Plurima in mari, inquit Aristoteles, sponte existunt, sed non ex eodem materia omnia: Purpuræ, & ostracoderma ex materia putrescente, & limo. Et mox: Ostracodermorum ea quæ fauos conficiunt, eodem modo quo alia ostracoderma fiunt. Hæc prior est origo: Altera eorum est, quæ dicuntur κηρίαζεν, id est fauos conficere, quod fauificare, & fauare cōuertit Gaza, siue μελίπεραν, τὸ δ' ἐστὶν οἶον κηρίον ποιεῖν, id est eodem interprete, fauaginem, quæ est veluti fauus apum, condere, quod Plinius dixit, de Purpuris, eas mutuo attritu lentorem cuiusdam cerij saluare. Id faciunt, Mytili, Buccina, Purpuræ authore Aristotele. Nam emittunt lentorem quendam, siue humor

*Duplex origo.*

**B** rem mucosum, velut à feminis natura: semen verò eorum nullum esse existimandum est. Ex illo Purpuris verno tempore congregatis, veluti fauus, quasi ex putaminibus cicero alborum inter se cohærentibus coagmentantur, quem pro maris spuma pharmacopolæ quidam falsò ostentant: nullus autem hic meatus est apertus, neque fiunt, neq; nascuntur ex eo Purpuræ, sed est veluti expurgamentum. Nam saluare incipiunt ex lentore mucoso, ut dictum est: putaminibus similia ista componuntur, ex eo verò quem in terram emittunt, ichore, id est, tenuiore humoris parte, eo in loco fiunt in terra coagmentata parua Purpuræ, non aliter quàm effuso in terram fungorum decocto, fungi permulti breui enascuntur. Ex his duos Aristotelis locos, in quibus de istis agit dilucidiores reddidit Rondeletius. Alter est in tercio de generatione capite vndecimo: alter à Gaza male cōuersus in quinto de historia animalium capite decimoquinto, citatus etiam ab Athenæo libro tercio, quem si cum Aristotele conferas, menda, inquit, aliquot facillè emendabis, maximè verò illud, ἀφίνοι δ' ὀείχεν εἰς πλώγην, cum legendum sit, ex Athenæo, ἀφίνοι δ' ἔχοντα εἰς πλώγην, &c. nec non Plinij locus libro nono, in quo scribit murices, & Purpuras saluatio lentore prouenire, clarior inde fiet, quàm ex Massario, qui saluatio lentorem, fauaginem interpretatur, ex qua, ut ex superioribus liquet, Purpuræ minimè fiunt, sed dum putaminibus cicero similis congeries fauago Gazæ dicta sit, ex mucoso humore, qui saluatio lentor à Plinio nominatur, huius tenuiore parte in terram effusa, proueniunt murices, & Purpuræ. Huiusmodi ortus rationem idem Aristoteles alibi comparat plantis, quæ ἐκ τῆ παραβλασάειν, id est ex sobole, aut si verbum è verbo exprimas, ex ad generatione procreantur, ut caparum genus. Hoc modo, inquit (Aristoteles) Mytili gignuntur, quippe qui minores semper circa eos qui primi uati sunt, proueniunt. Purpuræ, & Buccina quæque fauos conficere creduntur eodem modo. Quare magna eorum copia oritur, quando origo aliqua prius exiterit: nam cum omnia hæc sponte fieri contingat, rationi consentaneum est, cum origo aliqua præcesserit, multa formari. A singulis enim eorum, quæ primæ sunt originis, quibusque reliqua adnascuntur, excrementi aliquid effluit. Quod verò prima istorum origo ex materia putrescente fiat, certissima inditio est, id quod in stagni nostri parte, quæ est ad oppidum

*Humor mucosus naturæ feminis.*

*Fungi ut subito nascuntur.*

*Lib. 4. de piscib. c. 4. Aristoteles correctus. v. assarij error.*

*Lib. 3. de gener. c. 11.*

*Quædā magna copia.*

*Ex putredine oriri.*

*Contra Belonium.*

*Buccina caro autior Purpuræ.*

**C** Baleric vernacula lingua nuncupatum multorum, ac magnorum Mitulorum feraci, accidisse vidimus. Hæc & alia Rondeletius. Constat itaque purpurarum generationem sponte naturæ fieri sine maris, & feminæ commistione, sine ouis. Quamobrem inquit idem Rondeletius in capite de Purpura, hoc in loco improbanda est authoris libri de aquatilibus sententia, ab Aristotelis sententia alienissima, etiam si eam exponere velle videatur, quam tamen miserè deprauat, & corrumpit, ut ex eius verbis perspicuum fiet. Uterque autem piscis (de Purpura, & Buccino loquitur.) Purpureum colorem fundit, estq; Massiliæ, Genuæ, ac Venetijs in cibis expetitus: sed Buccini caro Purpuræ carne durior est. Ambo quoque fauare dicuntur, quod sanè hoc pacto faciunt. Qua sub lapide prona parte oblonga, albaque deinceps pendentia disponunt, quæ ita disposita faui nomen habent, ab apū similitudine (ut icon subsequens ostendit.) Supra autē sub lapide stabulant, cum fauificant: quo verò tempore fauos extruunt, si incoquantur, & abscondantur, oua intus continere comperientur, quæ saluatio lentore lapidibus, & cautibus ferrunt, ut inde


**D**

**D**

**D**

**D**





Lib. 5. His.  
cap. 15.

Cur non co  
eant testa-  
cea.

Lib. 5. His.  
cap. 12.  
Oua Purpu-  
rarum non  
ad genera-  
tionem con-  
ferunt.

Quando fa-  
uifcent.

Fauificare  
dicuntur  
Purpurae.

de decidere nō possint, quod  
tā magno artificio cōstruūt,  
vt nihil coaceruatū esse vi-  
deatur. Hac aut fauificatio  
verna esse solet. Primum vt  
hec à veritate, quā maxi-  
mè abhorrere intelligas, esse  
que planè ægri somnia, expli-  
cādū quomodo procreentur  
Buccina, & Purpuræ, deinde  
quid sit fauare, siue fauificare.  
Omne Ostracodermorū ge-  
nus expers coitus est, inquit  
Aristoteles. Et cū Purpuræ,  
tū & reliqua testis inclusa è  
limo ferè, & materia putre-  
scēte oriūtur. Quod & neces-  
saria ratione cōfirmatur. Ete-  
nim nulla naturalis actio sine  
partibus eam aptè cōfirma-  
tis perfici potest: nā partibus  
singulis sua sunt réperamēta,  
à quibus facultates, & ab his  
actiones proficiſcūtur: quas  
rationes corruere necesse  
est, imò ne esse quidē possūt,

si harū fundamentū, vel subiectum nullū existat. At quæ in Purpura, Buccina, turbinatisq;  
partes sint semini generādo, cōtinendo, emittendo, recipiendo, & fouēdo idoneæ? Quæ  
aliæ præter eas, quæ sustinendo, nutriendoq; simpliciter animali destinatæ sunt? Præterea  
quæ commistio corporum vndique testa conclusis esse potest? Dices fortasse ex Aristote-  
le, Genus omne Ostracodermorum verè, autumnoque habere ea, quæ oua appellant, ex ce-  
pris Echinis cibo idoneis, quippè quibus etsi per ea tēpora præcipuè vbertas ouorum est,  
tamen nullo tempore committitur, vt ouis omnino careant, sed maximè plenilunijs, die-  
busq; tepidis restituuntur. Hæc quidem Aristoteles prodidit, sed locus is ex alio intelligē-  
dus, qui legitur in tertio de gener. anim. cap. 11. Quæ oua appellantur, nihil ad generatio-  
nē conferunt, sed inditio sunt melioris nutritionis, quale in sanguineis pingue est: quam-  
obrem sapore per id tempus præstant, ciboque laudantur: argumento, quod & Pinnæ, &  
Buccina, & Purpuræ continent quidem semper ouum illud vocatum, sed aliàs maius, aliàs  
minus. Quare falsum est oua huiusmodi per similitudinem sic appellata, non ex semine;  
non ex fæminæ, & maris coitu concepta, ita disponi, vt faui nomen habeant, ab apum simi-  
litudine, vt hoc sit fauare, siue fauificare. Est enim longè aliud apud Aristotelem, Athe-  
næum, Plinium. Αἱ μὲν γὰρ πορφύραι τῆς ἑαρος σιωατροὶ ζόμεναι εἰς ταυτὸ, ποιεῖσι τὴν καλι-  
μένω μελίχηραν. Τῆς το δ' ἐστὶν οἶον κηρίον, πάλιν ἔχει τὸ γλαφυρον, ἀλλ' ὡς περ ἀνὲκ λευκώ-  
ρων ἐρεβίνθων λευκῶν πολλὰ συμπλακῆν. ἔκ ἔχει ἀνεωγμένον πόρον ἐδὲν τετραῶν, ἐδὲ γίνον-  
ται αἱ πορφύραι. ἀλλὰ θύονται, καὶ αὐταὶ, καὶ τὰ ἄλλα ἐκ τῆς σήψεως, καὶ ἰλύος ὀσρακό-  
δερμα. Τῆς το δὲ συμβαίνει ὡς περ ἀποκάθαρμα, καὶ τοῖς κήρξι. Κηρία ἔστι γὰρ καὶ οἱ κήρυ-  
κες, idest, Purpuræ verno tempore eundem in locum sese colligentes, condunt, quam fa-  
uaginem nominant, quæ veluti fauus est apum, verūm non ita elegans, sed quasi ex puta-  
minibus cicerum alborum multa inter se composita, struem vnam sua cohæsiōne coagmē-  
tatam. Nullum ijs patet foramen, neque ex ijs nascuntur. Sed cū Purpuræ, tum etiā re-  
liqua testis inclusa à limo ferè, & materia putrescente oriuntur. Illa verò coagmentatio fa-  
uo similis, purgamentum tam ijs, quàm Buccinis euenit. nam Buccinis quoque fauificare in  
more est. Igitur κηρίαζεν, siue μελίχηραν, siue οἶον κηρίον ποιεῖν, quod est Gaza interprete fa-  
uare, siue fauificare, vel vt Plinius loquitur, lentorem cuiusdā cerijsaliuare, dicuntur Pur-  
puræ, & Buccina, cū emittunt lentorem quendam, siue humorem mucosum, velut à se-  
minis natura, semen verò eorum nullum esse existimandum est. Ex eo lentore concreto, &  
exsiccato fit congeries veluti putaminum cicerum alborum, inter se cohærentium, quam  
in litus



in lituseiectam pharmacopolæ quidam pro spuma maris, alij pro alcyonio falso vsurpāt. Quocirca procreantur purpuræ & buccina sponte, vt alia ostracoderma, è limo & materia putrescente, vt iam dictum: & præter saluarium létorem tenui humore in terram recepto. Ac quemadmodum fungorum decocto in terram effuso fungi permulti breui enascuntur, ita purpurarum origine aliqua præcedente, multò maior copia prouenit, à singulis enim excrementi aliquid effluit, quod qui lē semen non est. Atque hæc est duplex purpurarum, buccinorū, myrtilorū origo ab Aristotele tradita, & à doctis. Rondeletio fusiùs explicata.

*Fungi vt multi nascantur.*

## VICTVS.

**Q**UANTO PERE maris aqua pupuræ delectentur iam antè ex Aristotele dictum est: apud quem etiam inuenio cibus purpurarum esse carnem, item ex plantis maris. In octauo enim de historia capite secundo, quæ mobilia sunt (inquit) eadem carne vescuntur, ijs victus ex pisciculis est, vt purpuris: sunt enim carniuoræ, & quidem esca huiusmodi capiuntur: quanquam ijs etiam quæ mari pullulant, alliciuntur. Et rursus alibi: Alit altera alteram, eo quod sua testa agnatum veluti algam muscumuè gerit: quæ autem pro cibo eis afferunt, ponderis causa adhiberi a iūt, vt in libra sint grauioræ. Quod postremum repetit, sed paulò aliter Plutarchus Musci & algæ quicquid est esui, ita in suas testas recipiunt, vt ijs in orbem exsertis quasi circula rem conuiuationem præbeant, vna alterius alimentum de pascente. Plinius purpurarum genera pabulo & solo discernit, vt sit lutense putri limo; algense quod alga enutritum, vilissimū: dialutense vario soli genere pastum. Testatur Gillius purpuram diu multumque considerasse, cum aliam Concham mordicus tam diu premeret, quoad suffocata hisceret. Voraces admodū esse vel ex prouerbio notum, quanquam nonnulli hoc ad tincturam referant.

*Cibus.*

*Lib. de Solerti. anim.*

*Voraces esse.*

## CAPIENDI RATIO.

**D**E modo capiendi, ac de tempore capturæ idoneo, necnon de esca qua alliciuntur, dicendum. Aristoteles purpurarios ait escas putidas eis purpuris emoliri, hasq; accedere ad eiusmodi escam à longè, vt pote odorantes. Quod repetens Plinius, foeridis capi scribit. Aliàs carnibus ranarum (rubetarum; Isidorus & Albertus) vel ham, inquit, additis, præcipuè purpuras certum est allici: sed nescio quam rectè: vix enim hamo eas capi crediderim. Hiccius scribit purpuratores chamis ad inescandum vti. Tarentinus escam quandam ad polypos describit, qua purpuræ etiā alliciuntur, eam in polypo recitauimus. Aelianus capiendi modū eiusmodi describit: Paruam nassam denso cōtextu, exiguis maculis purpurarij piscatores contextunt. Intus in media nassa Strombus piscis illecebra appenditur, ad eam alliciendam, Purpura maiorem in modum linguam distēdere cōtēdens, eo pertingere & Strombum ipsum assequi conatur: & ne ab esca quam ligurit, abiret omnem eā necesse habet exerere: itaq; ipsa exerta fugit escam, quoad plenitudine intumescens retrahere nequit: vnde fit vt eam piscator liguratione irretitā comprehendat. Hæc Aelianus ex Oppiani halieuticorum quinto, qui *κρυτίδας*, id est, nassas exiguas huiusmodi calathis (*ταλάροις*) similes è viminibus neæi canit. Aristoteles quoque *εὐφορμίον* capi ait purpuras: Gaza tegetes & crates interpretatur, quā significationem alibi fortè hoc vocabulum habet (quoniam storeæ huiusmodi similiter è iuncis texti solent) at hoc in loco nassas potius, vel nassis familia retia interpretari mauit Zoographus: quoniā & paulò post eadem vasa philosophus *κρύτες* appellat. Et Plinius, Capiuntur, inquit, parulis rarisq; textu veluti nassis in alto iactis. Inest ijs esca, clusiles mordacesque Conchæ (apud Athenæum lib. 3. Concha ea *μέλαινα* dicitur & *ρογχοθήρα*) ceu mitulos videmus. Has semineces sed redditas mari auido hiatu reuiuiscens, appetunt purpuræ, porrectisq; linguis infestant, at illæ aculeis stimulate claudunt sese comprimuntq; mordentia: ita pendentes auiditate sua purpuræ tolluntur. Sed plura, de his nominibus, *φορμός* primitiuo, & diminutiuis, *φορμίσ*, *φορμίσκος*, *φόρμον*, *φορμίδιον*, apud Varinum, Pollucem, aliosq; reperies. Aelianus quoq; pro nassa *φορμίον* dixit: aliqui *πόρρον* pro eadem aut reti eiusdem formæ. Phœnices hoc tempore purpuras in hunc modum capiunt, inquit Iulius Pollux, & vellus inde aspectu floridum tingunt. Funem oblongum validumq; vt in mari durari possit, demittunt. ei modicis interuallis vasa quædam exigua, (*κρυτέλας*) veluti tintinabula quædam (*κρίδωνας*, nimirum quod ad figuram) addunt, è sparto seu vimine

*Fatidis capi carnibus.*

*Hamo non capi.*

*Lib. 7. de animal. c.*

*34. Nassas paruis capi.*

*Phœnices vt purpuras capiunt.*



aliquo innocuè contexta. Ea circa ingressum rigentibus extremis iuncis aut viminibus hirsuta asperaq; sunt, ita ut ingredienti cedant, dilatato facile introitu, regressum autem aduerso rigore arceant. Sic funem instructum eleis quoq; in nassulas impositis, loco petroso Purpurarij demittunt, subere alligato in summo, quo sustineatur. Sic nocte una intermissa, aut etiam die, ut plurimum vasa Conchis repleta extrahunt. Eiusmodi vel similem texturam intellexisse videtur Varinus, dum ait: *Κηρός* textura quaedam est ex iuncis (*ἐκ χοινίων*) colo similis, in qua Purpuræ & Conchylija ingessa (nā & esca imponitur) capiuntur. Quod modò attinet ad tempus capturæ idoneum, Aristot. scribit capi Purpuras tempore verno cum fauos extruunt: caniculæ verò tempore nullas ferè capi. Atqui eo tempore teste vel ipso Aristot. deterrimum florè habent. quapropter etsi ita quoq; repetat Athenæus, suspectus mihi est Aristotelis codex. nam præterquam quod rationi consentaneum est, Purpurarios eas capere, cum meliorum succū floremuè habent, propter quem eas capiunt, etiam Plinius aliter legit, inquit, Capi eas post canis ortum, aut ante vernum tempus vtilissimum, quoniam cum foetificauere, fluxos habent succos, sed id tingentium officinas ignorare, cum summa vertatur in eo, ut ipse loquitur.

## TINCTURÆ RATIO.

*Ut Purpure flos colligitur.*

*Flos vbi positus.*

*Phœnices ut Purpurâ facerem.*

*Lib. 1. c. 4.*

*li. 1. quest. natur. c. 3.*

*Fabæ miscetur.*

*Li. 9. Orig. cap. 28.*

*Lana primū tineta Purpura.*

*In Hercu. Octavo.*

**Q**uomodo succus ille siue flos quem Purpuram vocamus, colligeretur, & in usum præpararetur, sic ferè apud veteres reperio. Cum foetificant, inquit Aristot. deterrimū florè gerunt: paruas cum testis contundunt, alioqui difficile est succum detrahere. Maiorū florè testa ablata detrahunt: quamobrem euenit, ut collum à papauere separetur. Flos enim positus inter hæc est supra eam partem, quam ventrem appellant. Itaq; detracta florè, diuidantur partes iste necesse est. Dant opera ut viuæ frangantur: nam si prius quàm frigeris, exspirant, florè omnem cum vita euomunt: quapropter solènt eas asseruare in nassis, dum ipsæ se colligant, atq; requiescant. Breuiter de hac re Plinius: Viuas, inquit, capere contendunt: quia cum vita succum eum euomunt. Et maioribus quidè purpuris detracta Concha auferunt: minores cum trapetis frangunt: ita demum rorem eū excipiètes Tyrij. Dilucidè Vitruuius: Conchylija cum fiat lecta ferramentis circūscinduntur, è quibus plagis purpurea sanies, uti lachryma profluens, excussa in mortarijs terendo comparatur. Phœnices, inquit Gyllius, purpurarum captarum testas cōstringunt, & carnes ad tincturam condiunt, & aqua dilutas & sordibus expurgatas, succensis ignibus in lebete coquunt: earum sanguis ut ab igne incalescit, partim cyaneo colore fit, partim in aliū colorem conuertitur, ac iam quicquid imposueris, in illius colorem commutatur. Hæc ille ex onomastico Iulij Pollucis, vbi verba aliquot quæ Græcè leguntur: *Ἐπειτα κοφάμενοι τὸ ὄσρακον ἐν ταυτῶ καὶ πλὴν σάρκα, ταριχεύσαντες τε ἐπὶ δευσοποσίαν, ὕδατι πλὴν ἄσπιδι ἐκκαθραντες, ἐνέψουν ἐμπύρρα λέβητι τὸ θηράμα τὸ θαλάσιον*: sic interpretatur Zoographus, aliter quàm Gyllius: Phœnices captis purpuris testas simul & carnes tundit & deinde condiunt (sale nimirum vel nitro saniei admixto) ut color firmior ac tenacior fiat, & sordibus aqua ablutis, (primū videtur ut tundantur, secundum ut lauentur, tertium ut flos eximatur, cōdiatur, coquatur, in lebete ad ignem coquunt. Notandum verò purpuram, ut Seneca philosophus tradit, eodè Conchylio non in vnum modum exire. Interest, inquit, quantum macerata sit, crassius medicamentum an aquatius traxerit, sapius merfa sit, an semel tineta. Admixtio fabæ proderat, quod me docet Plutarchus libro de Oraculorū defectu, his verbis: Alia alijs sunt conducibilia: Sic faba Purpuræ, nitri cocci tincturam expedit admixtum, & ut Empedocles ait:

*Glauci flore croci byssus miscetur amœnus.*

Isidorus omnem purpuram prima tinctura ferruginei coloris esse ait; quod verum ut fit vereor. Ex Ciceronis Hortensio apud Nonium in verbo imbuere, didici eos qui combibi purpuram volunt, prius lanam medicamentis quibusdam sufficere. Inficiebantur autem initio purpurâ solæ lanæ; vnde Seneca Tragœdus:

*Nec Sidonio mollis abeno.*

*Repeita bibit lana rubores.* Et Virgilius

*Ipse sed in pratis aries iam suauè rubent*

*Murice.* Horatius.

*Muricibus Tyrjjs iterata veller a lana.*

Tibullus. *Nec quæ de Tyro murice lana rubet.*

Ouidius. *Phœaico bibulas tingat murice lanas*

Iteraba-



**A** Iterabatur tinctura, ut magis colorarentur vestes, quod constat ex eodem Ouidio in libello de medicamine faciei, ubi ait:

*Veller a saepe eadem Tyrio medicantur ahenis.*

Fortasse dibapham Purpuram dicit, quam pretiosissimam fuisse constat: de qua etiam Flaccus ad Grosphum scribens, inquit: *Tebis Afro Murice tincta vestiant lana.* Tyria autem Purpura apud antiquos laudatissima existimabatur, ut saepe dictum est. Papirius.

*Rupesq; nitent, quae Purpura saepe  
Oebalis, & Tyrij moderator linet aheni.*

Inter Conchiliata autem, & Purpurea interest, quod Purpureum inficitur Purpuræ flore, & Buccini succo, certo quodam temperamento: in Conchyliatis vero, non miscebatur Buccinum, ut Plinius scribit, sed ita obscure, & mendose, ut intelligi non magis possit, quam si alienigeno vteretur sermone. In Conchyliata veste cætera eadem sine Buccino, præterque ius temperatur aqua pro indiuiso humani potus excremento, dimidia & medicamina adduntur: inuiso tamen pro indiuiso malunt emendatores, semper non intellecta mutare solenni insania consueti, inquit Adrianus Turnebus, qui se in veteribus indiuiso reperisse testatur, & ius temperatura, & quæ. Sic igitur legit: præterque eius temperatura, & quæ pro indiuiso humani potus excremento remedia, & medicamina adduntur. Nam inficiendis Conchylio velleribus, cum humanum admisceretur lotium, ut eius odoris foeditas emendaretur, medicamenta quædam, & remedia adhibebantur. miscebatur & lotium tingendæ purpuræ, unde & indiuisum dixit, quod & in Purpura, ut in Conchylio tingendo addere tur. quare de grauissimo, & teterrimo odore dixit Martialis:

*Quod bis Murice vellus inquinatum.*

Hucusque ille. Iam vero pictores ipso purpureo vtuntur cruore trito in mortario, sicuti indicat Vitruuius, aut creta argentaria in eum liquorem feruenti ahenis addita, & inebriata: bibit enim eum colorem celerius lanis: purpurissimum vocat Plinius in sexto trigesimo quinto: Argentaria autem creta nitorem argenteum reddit, eodem authore dicti lib. cap. 17. Georgius Pachymerius lib. suo 12. de colore, Purpuræ colorè tardiùs consistere notauit. Etenim cum hanc, inquit, contuderint, omnemque ex ea humorem eluerint, atque expresserint, effusumque in ollis coxerint, primo quidem nullus prorsus color in tinctura manifestus est. Gaudet hæc eadem tinctura in sole versari: nam ab eo radiata illuminatur, & magis conitescit. Notauit & illud Gyllius ex Polluce, cuius elegantissima verba Græca ommittere non possum, ut omittam: *χαίρει δὲ ἡ λινὰ ὀμιλῆσα αὐτῷ ἀναπυρσέει, καὶ πλείω ποιεῖ καὶ φαιδρῶταραν τῷ αὐγῶν, ἐκφορῖσσομένῳ ἐκ τῆ ἀνω πυρῶς.* Mirum in primis est, quod scribit Aelianus: Purpurarius piscator, si postquam Purpuram non in hominum cibum, sed ad tingendas lanas comprehenderit, in exhaustum, constantem, & genuinum velit fieri colorem, & perfectè tinctum vno saxi ictu Purpuram vna cum testa iuterimit. Quod si læuior plaga inferatur, & etiam nunc spirans relinquatur, atque iterum lapide percutiatur, ad tincturam fit inutilis. nam ex eo dolore tincturam amittit, siue illa per eius corpus dispersa imbibatur, siue aliter effluat. Quod quidem ipsum præclare Homerum intellexisse dicunt: idcircoque vno ictu celeriter morientes Purpurea morte affici ait, peruulgatum suis versibus illud canens:

*Purpure a illum mors, violentaq; Parca peremit.*

Mel, ac oleum addidisse tincturæ, ut sine læsione, aut detrimento florem, tincturam uè in tempore conseruarentur, non male quis inde coniiciat, quod Alexander Dario deuicto, uti Plutarchus memorat, Purpuræ Hermoniacæ quinque millia talentum Sufis capitibus inuenerit, annos seruata decem minus ducentos, quæ florem recentem adhuc, ac nouitium retineret: cuius (inquit) ferunt causam esse, quod puniceorum infectura melle perfecta fuerit, & candido oleo candidorum, quippe horum in pari ætate splendorem integrum, & fulgentem conspici. Ex quo loco, inquit diligentissimus pariter, ac eruditiss. Hieron. Mercur. à nemine ferè animaduerso dubitari video, quænam esset illa Purpura, quo pacto melle facta esset, cum huius apud nullum alium authorem mentio habeatur, demum quæ fuerint candidæ Purpuræ oleo albo integrè conseruatæ. Fuisse non pannos, lanam, aut sericum Purpura tincta, sed ipsammet Purpuræ substantiam, adducor ut credam, tum quia tanto tempore fuisse conseruatam eiusmodi materiam non adeo verisimile est, tum quia in conficiendæ Purpuræ tinctura, neque Plinius, neque Pollux, neque Cassiod. qui eius conficiendæ rationem diligenter persecuti sunt, nec alius author, mel vsquam commemorarunt. Præterea ex Cassiod. colligere licet consueuisse contusa, & simul coaceruata Conchyliis sex menses absque alio magonio integra seruari. Neque quomodo lanam, aut serico tinctis verba de flore à Plutarcho prolata accommodari queant, facile video cum propriè id nomen succo illi Purpurarum ab omnibus scripto-

*Cur tinctura iterabatur.*

*L. 2. Carm. Li. 1. Sylu.*

*Conchiliata & Purpurea differunt.*

*Lib. 9. Aduers. ca. 5. Urina humana vsi sunt ad tingenda Conchylio velleribus.*

*Pictorum Purpura.*

*Tardiùs consistit.*

*Li. 16. c. 1.*

*Mel, et oleum cui adderentur.*

*Li. 6. c. 25. Plutarchi locus explicit. à Mercuriale.*

*Lib. 1. Var. Epi. 7. 2.*



Lib. 3.

Li. 7. c. 13.

Lib. 1. c. 4.

*Oleum, & mel à putredine cōseruandi vim magnā habens.*

*Alba Purpura quæ Plutarcho.*

*Plutarchi lectio authori suspecta.*

*Oleum cur non adhiberentur.*

*Lib. 2. Variar. c. 2.*

*Herba quæ Purpuram præbent.*

ribus tributū inueniatur, vt iure quoq; idem βαφή, siue tinctura ab ipsomet nūcupatus sit, E quod illo solo tingerentur cuncta, quibus siue sponte, siue artificio inhærebat: Sic enim Apollodorus apud Athenæum βαμματα eundem succum appellasse inuenitur. Itaque res quantum ipse iudico, hunc in modum sese habet. Conchylia, siue Purpuræ, aliæ erant puniceis, aliæ candidis corticibus testæ: nam sese candidas habuisse Zoographus testatur, vtraq; tamen eundē succum ab Aristot. Plinio, & Plutarcho nūcupatū emittebant: capte igitur Purpuræ diligenter contundebantur; si erant parua, vt Aristoteles docet, simul cum testis tundebantur, ob facilior ē succi expressionem, ac in massam vnā cū succo redactæ, si ante sex menses in vsum ad infecturam trahendæ erant, absq; alio cōseruabatur, sin autem multo tempore durare debebant, punicearum massæ in melle, candidarum in oleo ex oliuis immaturis, albis à Galeno, atq; ab alijs sæpenumero nominatis facto, immersæ cōseruabantur, adeo vt succus veluti recenter maceratū Purpurarū integer, & floridus longo tempore maneret. Sed si Purpuræ magnæ erant, quemadmodum Vitruuius, & Pollux tradunt, ijs Cōchas auferebant, atq; ita modò integras carnes totas sale cōditas, modò succū illum in cādida vena ab Aristotele, & Plinio cōmemorata contentū, & à carne separatum, similiter melle, & oleo à corruptione tuebantur. Atq; hoc est quod in fine illius capituli voluit nobis significare Vitruuius hisce verbis. Id autē propter falsuginē citò fit siticulosum, nisi mel habeat circumfusum. Quasi verò succus ille, quem Vitruuius vocat ostrum, citò corrumperetur, nisi ita melle fuisset mersus, vt vndequaq; circumfusum id habuisset. Vt enim oleum ad tuendas à putredine res magnam vim habere omnes sciunt, sic melle non modò alia corpora, verum etiam humana cadauera per annos plurimos cōseruari solita fuisse præ cæteris testatum habemus apud Xenophontem, & Columellam. Plinius quoq; narrat sese principatu Claudij vidisse Hippopocentaurum in melle allatum. Et Varro in Sciomachia scribit, Heraclidem Ponticum plus sapientiæ habuisse, quod præceperit vt cōburerentur corpora, quàm Democritum, qui voluit vt in melle cōseruarentur, quasi si id factum esset à vulgo, ingens mellis caritas extitisset. Vt ex ijs omnibus liceat conijcere, cadauera Purpurarum vnā cum flore, vel florem ipsum cum suo folliculo tot annos melle, ac oleo candido immersa, fuisse integra seruata, ac propterea Plutarchum, qui sciebat vix sex menses Conchylia contusa manere, nec succum florem vocatum vltra cōseruari posse recentem, addidisse rationem tot annorum durationis, ac sub voce βαφή intellexisse, vel totum eum rudem contusarum Purpurarum aceruū ob idq; talenta illa potius fuisse ponderis quàm pretij, vel (quod magis credo) ipsummet florem cum vaginula sola, aut etiam cū carnibus extractum. Hæc omnia Mercurialis ad Plutarchi loci explicationem, in qua nonnulli desiderari aiunt rationē, cur potius melle puniceas quàm oleo, ac è contrario, cur potius albo oleo candidas Purpuras condirent, cum alioqui, & mel, & oleum æquè putredini, ac corruptioni resistent, cumq; eiusdem coloris florem habeant puniceæ Purpuræ, cuius habent albæ. Cuius quæsitæ solutionem si quis à me hinc expectet, fallitur. Neque enim ratione factum existimo quod albæ oleo, phænicia melle conditæ essent, sed fortuito id euenisse, si modò verum est albas Purpuras à Plutarcho nominari ratione testatum, vt Mercurialis credit. Secus enim mihi videtur, quoniam λευκῶν non habet suum ἀντίθετον; neque ἀλεργῶν priuatim punicearum interpretandum puto, sed vniuersaliter Purpurarum. Etenim si colore Plutarchus Purpuras distinxisset, dilucidius dixisset πορφυρῶν μέλανων, aut φοινίκων, καὶ λευκῶν, qualem sane diuisionem, distinctionemue apud veteres non inuenies: quamobrem suspecta semper mihi fuit Plutarchi lectio, crediderim quæ quidpiam desiderari, quod ad dictionem λευκῶν pertineat, quam suspicionem mihi adauget Vitruuius in allatis à Mercuriale verbis, in quibus mellis quidem, sed olei minimè, mentio fit. Si enim, & oleo cōseruata fuissent Purpuræ, haud dubio, vt de melle, ita quoque de oleo meminisset, non iuerim interim inficias etiam oleo potuisse cōseruari, sed non æquo modo, mel enim simul cum liquore illo, siue flore permisceri potest, quum oleum semper innatet, vbi cum liquore aliquo permiscetur, quod fortè in tinctura non requirebatur; Quod obiter dictum esto, vt quisque quam placuerit, opinionem amplectatur. Ego saltem oleum tincturæ vel ideo adhibitum negauerim, quod vestes, quæ ea erant inficiendæ, sua pinguedine labefactasset, ac inquinasset, quod nos nostro sæculo plurimum abhorremus, & summa cura, vbi licet, prohibemus, cæterum illud notatu in primis dignum, eū qui sericū Purpuræ intingeret, purissimum habere debuisset corporis castitatem, vt tradit Cassiodorus, quia inquit, talium rerum secreta refugere dicuntur immunda. Iam verò herbas quoq; natura procreauit, ex quibus Purpureus quoq; color genuino illi similis tingitur: quare auctores Purpurā sæpe marinā cognominarūt, nō quod terrestris etiā sit, sed ad differētiā illius quæ ex herbis fiebat, de qua iam dicendum. Plinius, Trāsalpina Gallia, inquit, herbis Tyrium, atq;



**A** atq; Conchylium tingit, nec quærit in profundo murices. Inter eiusmodi herbas non ultimum locum obtinere videtur coccum. Huius enim color cum Purpura maximè conuenit, quod liquet in primis ex euangelio Matthæi, Marci, & Ioannis de veste, qua Iudæi induerunt Seruatorem nostrum Iesum Christum. Sic enim Matthæus: *περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην*, id est: circumdederunt ei chlamydem cocceinam: Marcus verò: *καὶ ἐνδύσιν αὐτὸν πορφύραν*: id est, & induerunt eum Purpura: Et Ioannes: *καὶ ἱμάτιον*, inquit, πορφύρην περιέβαλον αὐτὸν: & pallio Purpureo circumdederunt eum. Quam itaq; Marcus, & Ioannes Purpuream vocant, Matthæus cocceinam appellat à colore eo, qui idem est, ut dixi, cum Purpureo, cum alioqui materia plurimum discrepent, adeo ut Matthæus color è, illi verò materiam, & colorem simul expresserint: quomobrem Purpuræ appellatione coccum non contineri rectè censuit Vlpianus, in lege, si cui lana. Coccum autem à Dioscoride *κόκκος βαφικὴ* dictum est, id est, granum infectorium, cuius satis magna copia colligitur in Gallia Narbonensi, vocaturq; à Gallis Vermillon ab Arabibus Kermes, unde Kermesinus color. Glossarijs grana *κόκκοι*; granitum *κόκκοτον* dicitur: Hispani coccum granam à grano fruticis, & à grana Granatam vim appellat propter cocci copiam. Brasauolus in libro de

**B** Syrupis multa scribit de Chermes: nos inde pauca mutuabimur. Coccum (inquit) Italis vulgo granam dici, & esse veluti semen fruticis illic è referentis, &c. Chermes verò (quæquam & ipsum ab antiquis cocci nomine comprehensum videatur, ut sit fortè coccus scolocius, id est, vermicularis) ex radicibus herbarum quarundam sumi, ex eoq; charmesinum colorem tingi, floridior è quàm è cocco. Ego (inquit) frequenter excavaui, & granula circa radices collegi, quæ brevi tempore in vermiculum transcut. Aperitur enim semen (si ita vocandum est) & parua quædam formica alata exit, quæ auolat: exterior cortex inanis relinquitur, ad tincturam inutilis. Et hic est cocci vermiculus, qui apud D. Hieronymum reperitur, & in sacris litteris legitur tinctura ex vermiculo &c. Sunt autem plures herbe, quarum radicibus inhæret chermes. Vna inter alias parua, incisa multum, quæ pimpinellæ folia imitatur, sed magis incisa. In multis Germaniæ locis colligitur; excellentius verò in Polonia circa Cracouiam. In Hetruria quoq; nascitur; putatq; Hetrusci genus pimpinellæ esse, strelam vulgo appellant, alij thrialmum. Nascitur autem & sub alijs herbis. Nam Poloni tres herbas habet, sub quibus nascitur. Vna est quæ ipsi appellant Hiedospialek: putat esse auriculam muris, sed non est illa quam Dioscorides sic vocat. Nascitur & sub parietaria, & filigine (fecali potius) quam Græci olyram, Poloni Zito, nos segala vocamus. Sed hanc non excavaui, quia maior est proventus ex filigine, quæ ex chermes, &c. Ego chermes illud de quo Arabes scriptores meminerunt, non aliud esse video quàm coccum Græcorum, è frutice videlicet ilicis aquifoliæ pumilo: cuius grana matura vermiculum aliquemittere putarim, si non ubiq; & cuiusuis, alicubi tamen & speciei alicuius in eodem genere, ut coccus scolocius, vel scolocias cognominari mereatur, grana verò illa de radicibus herbarum, eorumq; vermiculos, & ex eis tincturam, veteribus planè incognita arbitror. Hæc & plura ille. Pluribus etiã hæc profequitur Hermolaus, quæ tam è nobis minimè sunt prætereunda. Saxifragam (inquit) aliqui eandem esse putant, quæ pimpinella, & sanguisorba dicitur, &c. E radice ut ferunt, quibusdam horis vermiculus eruitur, qui curatus sericis præcipuè tingendis, Purpuram facit incomparabilem, cæteros colores splendore quodam, & hilaritate superas: inuentus ut alia quoq; multa, casu, excrementis gallinaceorum ita coloratis, igitur purpurissimum ex hoc vermiculo carbasinum, à præstanti amphiteatralium velorum, ut arbitror, colore, dicitur. Quidam carmesinum appellant colorem: quoniam vermiculis ille Punica lingua carmes appellatur, quemadmodum, & coccus. Potest, & ab urbe Charmi, quæ Sardibus est, nomen accepisse coloris, quod lanas inficere Sardibus cœptum sit, ut inquit Plinius. De hoc vermiculo nihil apud veteres inuenias. Hieronymus in sacris litteris vermiculum, & vermiculatas vestes nominat, granum (ut opinor) aquifoliæ significans, quod a urbe Plinio quibusdam locis vermiculi similitudine conspicitur. Hinc derivatum arbitror, ut cocceinea vestis scolocidata (scilicet lata, quasi scolocata) hoc est vermiculata, vulgò diceretur: siue quasi quisquiliata (etenim granum cocci etiam quisquillum vocatur Plinio) à quisquilijs, opinor. Sunt enim quisquilia, ut Festus ait quicquid ex arboribus minimum cadit. De vermiculo Purpureo Democritus quoque meminit, tincturis vtili, sed è Purpuris, ac murice ut coniectio: nam & de vermiculo Galatiæ, hoc est iligno meminit. Hæc ille in corollario in Diosc. è quo Cælius etiã descripsit, qui insuper, Carmesinum, inquit, sunt qui opinentur chromasimum quoq; nuncupari posse, quia sit radix Syria, quæ vocetur chroma, cuius est apud Theophrastum mentio. Ego omnino carmesinum à Kermes Arabica, seu Punica voce coccum indicante, non vel à carbaso, vel chromate dictum arbitror. De chromate Theophras-

Coccum in  
sectorum.Purpureus  
color idem  
cum cocci-  
no.Kermes.  
Granatæ ur-  
bis Hispani-  
æ oppidum.Tinctura  
ex Vermicu-  
lo quid è  
sacris litte-  
ris.Herbe qua-  
rum radici-  
bus inha-  
ret Cher-  
mes.Chermes  
Arabum est  
Coccum Græ-  
corum.

Saxifraga.

Carmesin  
color unde  
dictus.Coccinea  
vestis cur  
dicta Scoloc-  
idata.

Quisquil.

Li. 8. Ant.  
lect. c. 11.



stus in libro de Odoribus his verbis meminit: *χρωματίζουσι δὲ τὰ μὲν ἐρυθρὰ (μύρα) τῆ* E  
*Anchusa ἢ ἀγχύση: τὸ δὲ ἀμαράκινον, τῷ καλεμένῳ χρώματι, &c.* id est, colorem vnguentis rubris  
*unguentis* ex anchusa faciunt, amaracinū autem è chromate; quod radix est è Syria vehi solita. Appa-  
*tingebant.* ret autem eam radicem non vilis pretij fuisse: quoniam myropolas pretiosa tantum vn-  
*Chroma ra* amaracino miscetur, calfaciendi vim habent, Carmesini colorem rubrum esse constat;  
*dix.* chrōmatis verò radiculae qualis fuerit, non inuenio expressum: rubrum tamen non fuisse  
 ex iam recitatis Theophrasti verbis apparet: vt nimium leuis sit quorundam coniectura,  
 carmesinum à chromate deductum. Dioscorides quidem in eius confectioe non memi-  
 nit chromatis: quòd an sit radix curcuma hodie dicta, inquirendum, colore croceo. Sed  
 quoniam Hermolaus carmesinum quasi carbasinum, à præstanti amphitheatralium velo-  
 rum colore dici potuisse suspicatur, de carbaso quædam addamus: quam ipsam quoque vt  
 amorgen, & byssum (vt post dicitur) propter materiæ pretium, ac tenuitatem, sicut & seric-  
 um, Purpura, coccoué tingi solitam conijcio. Carbasus igitur (generis fæminini, sicut &  
 byssus; quanuis aliqui masculinum etiam faciant, & in plurali neutrum) genus est lini mi-  
 ræ tenuitatis, in Hispania primum repertum, teste Plinio: item velum ex carbaso factum F  
 Virgilius in tertio Aeneidos — *Et aure*

*Li. 19. c. 1.* *Vela vocant, sumidoq; in flatu carabus auro.*

Lucretius in sexto:

*Carbasus vt quondam magnis intenta theatris.*

Virgilius in octauo:

— *Eum tenuis glauco velabat amictu*

*Carbasus.* Et in vndecimo:

— *Tum croceam, chlamydemq; sinusq; crepantes*

*Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro.*

Plura leges in promptuario Trebellij. Vnde apparet carbasum alijs quoque pro arbitrio  
*Li. 19. c. 1.* coloribus tinctū fuisse. Pollux carbasum, *κάρπασον* dixit, vt mox patebit. meminit Pli-  
 nius. Hispania citerior habet splendorem lini præcipuum, torrentis, in quo politur, natu-  
 ra, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas mira, ibi primum carbasus repertis. Et aliquantò  
 post de velis tinctis loquens: Carbasina deinde vela primus in teatro duxisse traditur  
*In Phaci-* Leontulus Spinter, &c. Gallica quidē vox Crespe, à Carbaso, seu carbaso facta videri potest.  
*sis.* Inuenio verò & apud Pausaniam, nasci in cocci fruticis fructu breue animalculum, idque  
 statim ac in aërem fructu iam maturo est emissum, volare, ita vt culici simile (inquit) videat-  
 tur, nunc autem priusquam perficiatur animalculum, fructum cocci colligi, & sanguinem  
 insecti lanas tingere. Monachi qui in Mesuem commentarios ediderunt, Brasauoli senten-  
 tiam secuti sunt; quos reprehendit And. Matthiolus in capite de cocco infectorio: vbi hæc  
 etiam eius verba leguntur: Chermesinum nouum iam pridem conuehitur in Italiam ex  
*Chermes* Hispanijs, ab occidentali India importatum: quod cum copiosissimum adferatur, chermes-  
*ex India.* fina stamina nunc vilescere cœperunt. De eodem puto Cardanus intelligit, his verbis:  
*Lib. 9. de* Adueruntur ad nos nunc semina pro Purpureo colore serici conficiendo, similia cimici-  
*Variet. rer.* bus, à quibus sublata sunt capita: vnde pretium serico rubenti imminutum ferè ad dimi-  
 dium, cum olim è bibinellæ herbæ tuberibus radici adnascensibus fieret. Sed fortè vterq;  
 iste coccus, ilicis nimirum, & qui ex tuberibus plantarum colligitur, etiam antiquis cogni-  
 tus fuerit, lego enim apud Ctesia in Indicis: Hyparchus annis per Indiam fluit, ad cuius  
 fontes flos Purpureus nascitur, quo Purpura, floridior etiam, quam Græcanica, tingitur.  
 Ibidem animalcula canthari magnitudine visuntur, rubro cinnabaris coloris pedibus præ-  
 longis, & vermibus instar mollia. Oriuntur ea in arboribus, quæ succinum ferunt: & fructi-  
 bus earum vescuntur, ipsasq; perdunt: vt pediculi vites apud Græcos. Histritis Indi Pur-  
 pureo colore vestes, tunicas (*τὰς ποικίλας καὶ τὰς χιτῶνας*) & quæcunq; voluerint, in-  
 ficiunt: quæ Persicis etiam tincturis præferuntur. Sic Ctesias: Illud autem prætereundum  
 non est, Purpuræ succo veteres coccum Plinio restante permiscuisse: Quin & terrena mi-  
 scere, coccoq; tinctum Tyrio tingere, vt fieret bis byssinum. Inuenio & hunc colorē coc-  
 co, & Purpura permixtum, hysginum fuisse nuncupatum. Rubiæ colorem Garanciã vul-  
 gus infectorum vocat, quem tanto in pretio esse scribit Iul. Cæsar Scaliger, vt & nunc re-  
 gium colorem multi nominant, & celebratus sit à principe poetarum sub Hiberæ ferrugi-  
 nis commendatione, inter colores militares. Superius diximus quàm pretiosa Purpura  
 apud Indos fieret ex sandice, ad cuius rei corroborationem, cum hic potius illud erat di-  
 cendum, binas quas reperio, authoritates, quarum altera Hermolai est, altera Cælij, addu-  
 cere



**A** cere libuit. Sandix Indica, inquit ille, de qua in Aureliani Cæsaris vita legitur, pretiosas Purpuras fecisse, aliud (quàm vermiculum dictum) tincturæ genus puto. Hic verò, Indicâ Purpuram inquit, ex sandice parari, prodit historia, tantæ verò creditur excellentiæ, vt illi apposita alia quæuis, specie cineris decolorari animaduertatur. Phyllanthion cognomento dyticon apud Democratum, herba ad Purpuram tingendam satis celebris, nec præterea qualis sit monstratur. In Theophrasto, & Plinio legitur, & phyllâtes herba inter spinosas, sed mitior aculeis, & ab radice tantum foliata. Ita Jago apud Hermolaum. Video autem Theophrastum chamæmeligenus, quod caule foliato sit, anthemion phyllodes appellare. Cælius inter amorges significata (ita autem Græciamurcam dicunt, aliquandoq; etiam vini facem) ita quoque vocari ait herbam Purpuream vestibus inficiendis, quæ inde dicantur amorgiæ, quanquam, inquit, & prætenuis arundinacæ paniculæ portio dicatur amorgis. *Αμόργεια*, coloris est byssini species ab Amorgunte insula. *Αμόργις*, Hesycho, Suidæ, ac potissimum Varrino, est *καλάμη τις ἐξ ἧς ἐνδύμα γίνεται: ἢ ὄφασμα, ἢ χιτῶν. Αμόργινα, λεωτοῦσῃ ἐνδύματα. Αμόργινος, χιτανίσκος, παρὰ τῶν ἀμόργων*: id est, Amorgina tunica sic dicitur ab amorga, quod genus est coloris, similis bysso. Significat & vestem pretiosam. *Αμόργιον, ὁμοίον βύσσου πολυτελές. λέγεται καὶ ἀμοργία θυλυκῆς. Αμοργία, καὶ ἀμόργη, καὶ ἀμοργίς, ἢ λινοκαλάμη. Αμόργις, τῆ καλάμης τῆς ἀνθήλης τὸ λεωτοτατον μέρος. Hæc omnia illi, quibus etiam Suidas addit: Αμοργίς, simile est lino ἀλεπίσω, id est, non decorticato. decorticare autem ipsum, & parare (ad lanificium) solent. ἔσι δὲ σφόδρα λεωτόν ὑπὸ (malim κατα) τῶν βύσσου, ἢ τῶν κάρπασου. Eustathius etiam Αμόργη exponit, amurca olei, item Purpura secundum veteres. Ἐσι δὲ καὶ χιτῶν ἀμοργικῶς. Ἀπιφάνης δὲ φησὶ ἐν Μεδείᾳ. Ἦν χιτῶν ἀμόργινος. Pollux, & alibi: τὰ δὲ ἀμόργινα γίνεσθαι μὲν τὰ ἀριστὰ ἐν τῇ Αμόργῃ: λίγες δ' ἐν καὶ ταῦτα εἶναι λευκοῖσι. ὁ δὲ ἀμόργινος χιτῶν, καὶ μόργις ἐκαλεῖτο. Ex his apparet amorgen nihil aliud quàm lini genus fuisse, sed subtilius, & quoniam fortè Purpureo colore tangebatur, (sicut & sericum, & bysso, aliaq; tenuissima lini genera, & vellera præstantiora, vt Milesia) amorgen Purpuram, & amorgina Purpurea, aliquos interpretatos esse: sed ineptè: (vt & Hesychius byssinum Purpureum) poterat enim etiam alio colore tingi. Itaq; non rectè Cælius, & sine authore dixit, amorgen herbam Purpuream vestibus inficiendis aptam fuisse. Quare Zoographus amorgen dictam suspicatur per metathesin ab Hebraico Argaman, quod est Purpura, vel sericum Purpura tinctum. De hac etiam hæc Plinij verba accipienda existimat: Lini quartum genus Orchomenium appellant, sit è palustri velut arundine, duntaxat panicula eius. **C**le- mens in Pedagogo contra luxum muliebris vestitus, & Purpuræ vsum: Οὐκ ἔπιτας οὐδὲ νὰς τὰς ἀπὸ Αἰγύπτου, ἀλλὰς δὲ πινὰς ἐκ τῆς Εἰβραίων καὶ Κιλικῶν ἐκωριζόμενοι γῆς: τὰ δὲ ἀμόργια, καὶ βύσσουα σιωπῶ ὑπερνεύει παίκεν ἠτρυρή καὶ τῶν ὀνομασίαν. De bysso plura dicemus in Pinna: hic paucula addã, ex Serabone: Ex lana arboribus quibusdam innascenti apud Indos Nearchus ait texti sindones subtiles, *συνδονας τὰς εὐπρίεις*: & Macedones ea pro tomento vsos, (*ἀντὶ ναφάλων αὐτοῖς* (malim αἰτῶ, scilicet, τῶν ἑρίων) χρῆσθαι, καὶ τοῖς σάγμασι σαγῶν.) Esse autem huiusmodi etiam serica, bysso ex quibusdam corticibus excarminata, *ἐκ τινῶν φλοιῶν ξαινομένης βύσσε*. tanquam serica lintea è bysso, ceu materia, & lana fiant. De anchusa scribit Nicol. Myrepsus: Coria alba, vt Purpuræ instar tingantur, anchusæ radicem aceto irrigata illine. Idem in fine remediorum ad dysenteriam, anchusam esse scribit herbam quandam tingentem *τὰ ἀληθινὰ κήρια*, nescio quo sensu, nisi lagas *ὡς ἀληθινὰ κηρύκια*, id est, vt veri murices. Dioscorides quoque anchusæ radicem sanguineo colore inficere manus scribit, quod mulierculis non ignotum, quæ eo*

**D** succo tanquam purpurisso malas, quò rubicundæ fiant, inficiunt. Hysge, Τσγη Suidæ quedam herba est, & ὑσγινοβαφῆς χιτῶν, tunica hysge (vel hysgino colore) tincta, dicuntur & in neutro plurali numero ὑσγινοβαφῆ (supple ἰσάτια) ita ille, apud quem ὑσινος (malim ὑσγινος, quamuis litterarum ordo repugnet) tincturæ genus est.

Τὰ κόκκινο βαφίντα, καὶ ὑσίναιο δέρισμα,

Versus authoris innominati, Videntur autem hysginus, & coccinus cognati colores esse, nomine etiam congruente. Nam Pausanias in Phocicis author est, fruticem, quem Iones, & Græci coccum appellant, Galatas, qui super Phrygiam incolunt, lingua vernacula hys nominare. Galli quidem Europæi, hodieq; ilicem aquifoliam hus, vel vt ipsi scribunt, houis appellant: frutex autem cocci ilex aquifolia pumila quædam est. Τσγινον, Hesychius, & Varrinus exponunt *βαμματι*. In quorum vulgatis lexicis hoc nomen non rectè oxytonum scribitur. Meminit huius dictionis etiam Plinius, dum ait, in vigesimoprimo: Hyscinthus in Gallia eximiè prouenit: hoc ibi pro cocco hysginum tingitur. Et in trigesimoquinto:

*Phyllanthion dyticon herba ignoratur.*

*Phyllantes herba.*

*Amorge.*

*Αμόργεια quis color.*

*Amorgina tunica.*

*Celij Rhod. error.*

*Li. 2. c. 10.*

*Lib. 15.*

*Geog.*

*Radicis anchusæ vsus*

*Hysge.*

*Hus Gallis ilex Aquifolia.*



quinto: Purpurissum Puteolanum, inquit, potius laudatur quam Tyrium, aut Getulicum, vel Laconicum, vnde pretiosissimæ Purpuræ. Causa est quod hysgino maximè inficitur, rubiamq; cogitur forbere. Hysge igitur herba eadem, quæ hyacinthus videtur: ex hyacintho autem non cocci, sed sui coloris vestes tinctas opinor. Persius:

Sat. I.

*Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina lana est,*

Ferrugo.  
Hyacinthina.

vbi quidam legunt lumbos, & ianthina lana, id est, violacei coloris. Baysius ex Nonio ferrugineum, ait esse colorem ferro ardenti haud absimilem, vt quidam (inquit) putauere; qui & hyacinthinus ex Virgilio: ait enim ferrugineos hyacinthos. Et alibi: Hyacinthina, inquit, dicuntur vestimenta, quæ cum eius floris colore certant, vel etiam eiusdem nominis lapide. Antonius Thylesius, in hyacinthino colore Purpuram lucere subnigram affirmat: Hysginum inquit idem Baysius, planta est colore flaua, & inde υσγινόβαφῆ, dicta, quæ ab ea planta tincta sunt, τα υσὸ αὐτῆ βεβαμμένα. Hoc legisse memini in scholijs in Nicandrum, si tibi probatur author. Hysgini etiam mentionem Vitruuius in octauo facit. Ruellius verò hyacinthinum colorem non tantum ex propriè dicto hyacintho, vt ferè creditur: sed è viola quoque, quæ syluestris dicitur hyacinthus, traxisse nomen Plinio videri putat, nisi quis, inquit, ianthinum malit, quam hyacinthum legere. Atque hæc de plantis, quibuscum Purpura fiebat. Inuenio præterea animal. Rondeletius enim quartam vrticæ speciem describens: Ex interioribus eius partibus (inquit) filum longum deducitur Purpureo colore tam iucundo, tamque florido infectum, vt cum pretioso illo Purpuræ succo cernet. Verisimile est hanc vrticam Purpuræ adhaerentem (teltis enim alienis adhaesit, & maximè Purpuris) à cane Herculis demorsam fuisse, &c.

Hyacinthi nus color.  
Vrtica animal Purpureo filo.

INVENTIO

Hercules inuētor secundū Tyrios.



VRPURA quo pacto, & quando sit inuenta, est legere apud Nonnum in quadragesimo, & in onomastico Pollucis libro de verbis idoneis ad Commodum primo, qui inquit: Tyrij ferunt captum amore Herculem cuiusdam nymphæ indigenæ, cui nomen Tyros, sequebaturq; eum canis, qui irreptantem scopulis Purpuram conspicatus, peresa caruncula, sua sibi labra cruore puniceo infecit. Cum igitur ad puellam adisset Hercules, delectata illa insueta tinctura, affirmavit sibi cum illo nihil fore, nisi ad se vestem adferret, etiam canis illius labris splendidiorē. Quocirca Hercules inuenta animante, coloreq; sanguine, munus puellæ detulit primus vt Tyrij dicitur, punicæ infecturæ author. Sed quid si fabulosam hanc inuentionem esse dicamus? nam Georgius Cedrenus in compendio historiarum nymphæ nulla facta mentione, etiam Herculem Purpuræ inuētozem, philosophum fuisse scribit his verbis. Inferioribus temporibus (post regnantem Mercurium in Aegypto) Phoenice regnante, Hercules fuit philosophus cognomento Tyrius. Is Purpuram inuenit. Cum enim in eam Tyri partem adscendisset, quæ ad mare pertinet, pastoris canem vidit Concham vorare: pastorem à cane sanguinem emitti putantem, lana ab oue accepta, quod ex ore canis defluebat, abstergere. At Hercules qui rem obseruaret, tincturam eius lanæ egregiam cum admiratione vidit: animaduersoque liquorem eum ex Concha ista fluxisse, lanam istam magni doni loco ad regem Tyri Phoenicem attulit. Is spectaculo tincturæ istius attonitus, iussit hoc modo lanam tingi, atque ex ea sibi regiam vestem carari: qua primus hominum indutus, omnibus admirationi fuit. Nam antea temporis colorem tincturam ignorauerant homines.

Hercules philosophus.

Phoenix primus Purpuræ usus.

DENOMINATA.

Πορφυροβάφος.

Πορφυροβάφος Græcis dicitur, qui Purpuræ liquore vestes tingit, in qua significatione ex Alexandro Aphodiseo affertur etiam πορφυρεύς, quæ tamen vox potius significat eum qui Purpuras venatur, à verbo πορφυρεύω, id est, Purpuras venor. Hycesius Purpurarum venatores vocauit πορφυρευόμενοι: quam quoque dictionem ab eodem verbo formari non dubitauim, quando πορφυ-

Πορφυροπώλης.

ρευται & πορφυρευτική τέχνη apud authores leguntur. Πορφυρόπωλης est negociator Purpurarius. πορφυρούπωλης quidem sœminum pro muliere Purpuras vendente apud Suidam legitur, id est lanas, vel vestes Purpureas, ἢ τὰ πορφυρὰ (subaudi ἱματῖα, vel ἐσθῆματα) πωλῶσα.



**A** *πωλύσα*. Πορφύρεος apud eundem Suidam idem est etiam, ut πορφύρεος ἐσθῆς. Πορφυροειδής, Purpuræ speciem gerens, Purpureo colori similis. Euripides πορφυροειδέα δι' ἄλλα, per mare nigricans in modo Purpuræ. Πορφυρέκαυλος, qui Purpureo caule est; Πορφυρομιγής, Purpuræ permixtus, Polluci de vestium generibus, πορφυρομιγής ἐσθῆς καὶ χλαμύς est non ἢ σιυφαντος πορφύρα, sed quæ τῆ ἐξερὶς θαιξ οὔση καταρχὰς ἐμέμικτο. Πορφυρανθής, qui Purpureo flore est, Ακροπόρφυρος, in extremitate, vel in summitate Purpuram habens, vel in extremitatibus, & lumbis: ut vestimenta quorum fimbriæ, & lumbi sunt Purpurei. Απόρφυρος, nulla Purpura insignis, Purpura non amictus, ut Plutarcho ἡ γυνὴ ἀχρυσος καὶ ἀπορφυρος καὶ ἀφελής παρίσι. cui apud eundem in symposi. sexto proponitur ἡ χρυσὸν φερῶσα καὶ πορφύραν. Ex eodem ἀπορφυρον ἱμάτιον, est vestis, quæ Purpureo colore non tincta est: vel toga sine Purpureo clauo, vestis cui ora Purpurea non est addita. Διαπόρφυρος, ex quo aliquid Purpurei coloris pellucet: Quem aliquid Purpurei coloris velut intercipit. Barbarus tamen vertit Purpureus in hoc loco Dioscoridis, ἐν τῷ ὑπολυκῷ διαπορφυρον. ex albicante Purpureum. Εμπόρφυρος oppositum τῷ ἀπόρφυρος, & significans, vel Indutus Purpura, vel imbutus Purpureo colore, Purpureus. Budæus interpretatur non solum Purpureus, sed etiam in Purpuram vergens, in Purpureum colorem inclinans, apud Dioscoridem. Επιπόρφυρος, Accedēs ad Purpuram, ut Gaza vertit apud Theophrastum. Περιπόρφυρος, Purpura amictus, prætextatus. Plutarchus: Publicola, ὁμῆρες ἐδωκαν ἐξ εὐπατριδῶν περιπορφύρες δεκά: obfides dederunt ex genere patritio prætextatos decem. Et περιπορφύρος ἐσθῆς, prætexta vestis: it idemq; περιπόρφυρος τῆ βέννος apud Plutarchum, quod Romuli gestamen fuisse dicit. Sæpe sine adiectione, ἢ περιπόρφυρος, subaudiendo ἐσθῆς, vel τῆ βέννος. Athenæus in decimoquarto de censoribus Romanis, τῶν περιπόρφυρον ἐνδεδυκότες. Plutarchus in problemat. Rom. διὰ τὴν περιπόρφυρον ἢ δῆμαρχος οὐ φορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φοροῦντων. Sic apud Liviū, Prætextus Purpura togis viri: & frequenter, Prætexta insignis, Τποπόρφυρος, aliquatenus Purpureum colorem referens, leuiter purpureus. Πορφύρεος purpureus, purpuram referens. Πορφύρεος, & πορφυρούς per contractionem, Purpureus, seu color purpuram referens. Grammatici Græci poetarum interpretes aliquando nigrum, vel nigro propinquum interpretantur. Zoographus allatis hisce veterum auctoritatibus: Pretiosus ille flos nigriantis rosæ colore subluces, Plinius de Purpura. *Viole subluces Purpura nigra.* Virgilius de amello flore: Conchylijs virus cgræue in fusco, (aliàs fūco, quod præfert) color austerus in glaucō, & irascenti similis mari, Plinius. hisce inquam auctoritatibus, & ut grammatici sentiunt, esse aut colorem purpureum nigrum rubore quodam admisto. Nos supra multiplicem purpuram, seu purpurei coloris differentiam ex auctoritatibus ostendimus, nam & ipse in Conchis flos, in litore, & pelago variat, item in regionibus diuersis, & in tinctura apparatus, mixturæq; ratio varia est, ut exposuimus. Semper quidē rubri aliquid continet, siue id simplicius sit, siue ad nigrum, aut violaceum, cæruleum uē inclinet. Purpureum, & phœniceum colorem hisce verbis distinguit Goropius. Qui spadiceum, quem Virgilius in equis probat, eundem cum phœniceo arbitrantur, à veritate longè discedunt: decepti videlicet hinc græco palmæ nomine, hinc Plinij auctoritate, qui phœniceum, & purpureum distinxit colorem, florem vicelimo tertio vicesimi primi libri capite describens. Quod ad arborem phœnicem, & eius spadiceum attinet, stultum fuit sinere se homonymia decipi: maximè cum nusquam legant spadiceum colorem phœniceum vocari: & profectò egregiè risisset Virgilius, si phœniceos equos ab ipso demonstrari tibi postulasset. Quid? an non phœnicopterus avis nomine suo, & rubris pennis satis ostendit, quis sit color phœniceus apud Græcos? Verum cum purpureum colorem à rubro differre dicimus, phœnicei coloris nomen pro certa forma rubri coloris accipimus, qui nimirum in granatis interior spectatur. Plinius amethystinum, & violaceum colorem propriè purpureum dici ostendit, licet & hoc nomen ad quemuis rubrum colorem diuagetur. Differunt igitur purpureus, & phœniceus, vti carbunculus, siue rubinus vulgò vocatus, & laudatissimus amethystus; siue ut rosa, & viola. Quae de re liquet eos plurimum aberrare, qui phœniceum colorem non solum cum purpureo confundunt, sed inde etiam rubrum colorem dici scribunt, quia purpura primum in Phœnicia sit inuenta. Hæc & plura ille. Purpureus quandoque pro purpurato ponitur, atque ita purpureos tyrannos dixit Horatius, purpureos reges Claudianus, purpureum scurræ Iuuenalis: aliquando purpureus pro pulchro dicitur, ut supra etiam dictum est. Virgilius:

*Et pro Purpureo pœnas dat Scylla capillo.*

Martialis in octauo.

Πορφυρομιγής.

Li. 7. c. 13.

Ακροπόρφυρος.

Απόρφυρος.

Διαπόρφυρος.

Εμπόρφυρος.

Περίπορφυρος.

Τποπόρφυρος.

Πορφύρεος.

Purpureus color qualis.

Lib. 12.

Hierogl.

Purpureus

à Phœniceo

distinguitur

Phœnicis

arboris color.

Phœniceus

color an à

Purpureo

differat.

Purpureus

pro Purpurato.

p pulchro.

li. 1. Georg.



*Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli,  
Purpureum fundens Casar ab ore iubar.*

Annotauit & hanc significationem Ant. Thylesius his verbis: Rubrum colorem maximè indicat animalium sanguis, & quo lana inficitur, coccus: ostentat tamen hunc colorem præ cæteris rebus liquor Purpuræ: cuius adeo gratus est color, vt si quid paululum habeat ruboris, modò visu sit illud non iniucundum, Purpureum sæpe dicatur, vt sunt violæ, & varia florum genera, quin & candidus: is enim quoque oculos remoratur, à poetis vocatur nonnunquam Purpureus: nam & olores Purpureos dixit Horatius, & niuem ipsam purpuream Albinouanus. De purpureo colore, & verbo *πορφύρεται* erudita quædam depro-  
mit Scaliger. Varia in primis substantiua purpureo adiungi inuenio, vt in primis sanguinem: nam Homerus *πορφύρεον αίμα* dixit, notante Eustathio, nec non Plinio, apud quem legimus: Tyrius (fucus, coloruè priuatim dictus) nigricat aspectu, sanguinis concreti modo; vnde & Homero purpureus dicitur sanguis. Multorum autem opinio fuit animã esse sanguinem, siue, (vt Empedocles arbitrabatur) in sanguine. Hinc illud apud poetam: *Purpuream vomit ille animam*. Et, *Vitam cum sanguine iudit*. Homerus, inquit Pierius Valerianus, eos qui valido aliquo vulnere (vt purpuras Conchas purpurarij vno saxi ictu collidunt,) perempti fuissent, purpurea morte sublatos dicit. *Purpureos cristis iuuenes* dixit Virgilius in nono. Sic in decimo *Purpureū pennis, & pacta coniugis ostro*. nam rubris cristis utebatur antiqui, vt videre licet in nono vbi ait. *cristaq; regit galea aurea rubra*, & in duodecimo, *& rubra cornua cristæ*. quas & puniceas nominat, vt: *aut punicea septū formidine penna*. Narcissus etiam ipsi est purpureus, & dictamnum flore purpureo celebrat; item flores purpureos, ver, mare, lumen iuuentæ diuersis in locis, item cothurnum in primo, amictum tertio, vestem quarto, lumen sexto, & Georgicorum secundo purpureas vites, sui generis: tertio purpurea aula. *Et clarum vestris splendorem Purpuræ*, lego apud Lucretium per initia secundi. *Πορφύρεν ἱπιν* dixit Homerus, Scholiastes *πικίλιον*, id est, variam interpretatur. Purpureum de mari, aut flumine aliquando pro cæruleo dici Grammatici annotant, & nos etiam suprã annotauimus. Virgilius in quarto Georgicorum.

*In mare Purpureum violentior influit amnis,*

*Mare cur  
dicitur Pur-  
pureum.*

Cicero in quarto Academicarum: Mare illud, quod Fauonio nascete purpureum videtur, idem huic nostro videbitur. Purpura, inquit Pierius Valerianus, non nisi in imo reperitur pelago, vt tradit Apollonij Argonauticorum interpret, qui verbum *πορφύρεον* profundū esse interpretatur. hinc mare purpureum, pro profundum, poetæ sæpius posuere. *κύμα πορφύρεον* apud Homerum, Eustathius nigrum interpretatur, vt & sanguinem purpureum. G colore enim ferè conueniunt, inquit, & purpureum ad nigredinem accedit: & verbū *πορφύρεον*, de quo plura mox, etiam de mari in vsu est. Epithetorum quæ poetæ mari tribuunt, quædam parti tantum eius conueniunt: vt glaucum, vbi minimè profundum est, & albam arenam apparentem habet: & canum, circa litus solum. Nigrum autem mare, quod simpliciter eiusmodi apparet, dicitur (nimirum quã profundum est) *μέλας δέ γε πόντος, ὁ ἀκράτως τοῖστος*. cæterum, *πορφύρεον καὶ κυάνεον, καὶ οἰνωπόν*, differentia sunt nigredinis, (sic & *διοφερὸν ὕδωρ* cognominatur,) Cum igitur mare nigrum purpureum, aut alio simili (à colore) epitheto nominatur, quod partis est, ad totum refertur. Hæc Eustathius. Sic & *ἱρδνεφές* mare dicitur. Idem alibi quoque *πορφύρεον κύμα, καὶ πορφύρεον θάνατον*, à verbo *πορφύρειν*, quod nigrescere, seu nigrare significat, deducit. Homerus præterea *ἀλα πορφύρεω* dixit in Iliade, & Aratus in Phænomenis. Nam cum ventus mare cæruleū crispicans nitescere facit, purpurare vndas, dixit poeta Furius. Eleganter Cicero in secundo Academicorum. Quid mare, nonne cæruleum; aut eius vnda, cum est pulsa remis, purpu- H rascit? *Ἀλιπόρφυρον* Eustathius interpretatur nigrum, & simile *ἀλιπορφύρεση*; vel marina purpura tinctum *ἀλουργόν, πορφύρεν*. *Κίχλας* (pisces) *ἀλιειδέας* dixit Numenius. Purpuream mortem Homerus in Iliade.

*Purpurea  
mors qui di-  
catur.*

*Ἐλλας πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.*

Scholiastes interpretatur nigram, vel sanguinariam, vel cruentam: aliqui violentam, & subitam. Hesychius: *Πορφύρεος θάνατος*, etiam exponit *ὀμέλας, καὶ βαθύς, καὶ ταραχώδης*. sed *βαθύς, & ταραχώδης* fortè ad mare potius, cui idem epitheton tribuitur, quàm mortem referri debent. Sed hinc obiter Cælij Rhodigini lapsum detegam. Dignum scitu, inquit ille, de purpurario traditum infectore legimus, qui visus fraude agere in tingendi ratione: cum eo nomine, vt tum mos erat ad vltimum duceretur supplicium, iocis etiam num locum superesse arbitratus, ad Homericum illud potissimum adiecit animum: *τὸν δὲ*

*Cælij Rho-  
digini lap-  
sus.*

*Ἐλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.*



Ita Cælius ex Eustathij in Homeri Iliados E parecholis: unde & Varinus repetijt: πο-  
 strema verba Græca sic leguntur: Απαγόμενος εἰς θάνατον κατ' ἕδος προκαλέσαστο ποθεν  
 εἰς ἀσείον σκῶμμα ἐκ τῶν Ομήρου, τὸ, τον δ' ἔλαβε, &c. ex quibus apparet, non ipsum (pur-  
 purarium hoc aduersus se carmen, sed alios qui spectabant, in illum protulisse. Πορφυροχρεν  
 in eo eodem significato, pro purpureo scilicet, ab Eustathio dictum inuenio, & apud Do-  
 scoridem τῆ χρώη πορφυρώτερον, de tertia specie Alcyonij, de qua Galenus, πορφυρίζει δὲ  
 τῆ χρώη. Cæterum cum & alia nomina dentur apud authores purpureum colorem signi-  
 ficantia, non erit præter ordinem ea hic recensere, Ἰοζωνος Varino & Helychio exponi-  
 tur πορφυροζώνος. putarim ab ἰον, id est viola, cuius color quoq; purpureus nominatur,  
 deductam eam vocem esse. Eisdem Ἰωνά est πορφυρά. Calaina sicilia vasa Alexandrio-  
 tica nominantur apud Galenum inter ea quæ pilos attenuant: interpres Latinus purpu-  
 rea conuertit: & bene quidem. Nam & Plinius de Murrhinis scribens: In pretio est  
 (inquit) varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in Purpuram candoremq;  
 & tertium ex utroq; ignescentem, velut per transitum coloris Purpura rubescente, aut la-  
 te candescente. Sunt qui maximè in ijs laudent colorum repercussus, quales in cælesti  
 arcu spectantur: Hæc ille: Conuenit autem iridis etiam color, & coloris, ad solem varia-  
 tio Purpuræ. Quærendum igitur an Murrhina Latinorum, eadem sint Calainis Græcorum:  
 quando aliud Græcum nomen eorum hætenus nemo ostendit. Arrianus in nauig-  
 atione rubri maris, in Scythia (vel Synthia fortè a fluuio) iuxta id mare regione, lapidē  
 Calleanum, καλλεανόν, cum Sapphito, nardo, &c. ad Minnagar metropolin Parthorum  
 regi subditam, vehi tradit. Hunc quoq; purpureum quis non incongruè interpretetur.  
 Καλλαιοι, apud Helychium sunt, οἱ τῶν ἀλεκτρούων πώγωνες, καὶ πᾶν πορφυροειδὲς χρώ-  
 μα, & subiungit, ἔνιοι δὲ τὰ ποικίλα. καὶ παρ' Αἰγυπτίοις χρώμα καλαϊνόν. Nos de ostris  
 calainis vel callainis scribemus, quæ forsitan vel purpurei coloris erant, vel ad Purpuram  
 tingendam vtilia, vel ad vasa aliqua conficienda: nam & Murrhina è Conchis fiebant:  
 vt calainus color purpureus sit: nam Purpura alijs nominibus & Caltha & Calyx appel-  
 labatur. Reperio præterea apud eundem Helychium & Varinum pro καλλεανθῆ expōsi-  
 tum πορφυρά. Vbi fortè scribendum κάλλι, ἀνθῆ πορφυρά: nam ita scriptum reperio ab  
 Ammonio: Colossinus color deniq; idem est qui purpureus, quod ita comprobatur doctis-  
 simus Cælius Calcagninus in Epistola ad Thomam Calcagninum nepotem. Cupis (in-  
 quit) scire à me quis sit color colossinus: licet ego Colossenum magis legendum putem.  
 nam Græci κολόσσωνον dicunt; atq; ita in duodecimo Strabonis scriptum. Καὶ οἱ Κολοσσῆνοι  
 (oxytonum fortè scribi præstaret) ἀπὸ τῆ δμόνυμ χρώματος πλησίον οἰκοῦντες: à Colossis  
 scilicet vrbe Troadis. Vnde & Colossenses illi celebres diui Pauli epistolis. Tantum abest  
 vt à Colosso Rhodio dicti sint. Color autem is purpureus est, aut in purpureum declinans.  
 nam cyclamini florem colossinum describit in vigesimo primo Plinius: & nos testes ocu-  
 los habemus, hunc enim colorem in flore cyclamini nunc agnoscimus. Quin & Diosco-  
 rides eum sic describit: Κυκλάμινος φύλλα ἔχει πορφυρά, ποικίλα: κατωθεν καὶ ἀνωθεν κη-  
 λισιν ὑπολευκοῖς: κανλὸν δὲ τετραδάκτυλον, γυμνόν: ἐφ' ἧ ἀνθῆ ρόδοειδῆ πορφυρίζοντα: εκ  
 quibus verba vltima, flores in modum rosæ purpureos significant. Sed tempestiuū est re-  
 liqua Purpuræ denominata præsequi. Πορφυρίς, purpurea vestis, vbi subaudiri potest ἰαθῆς.  
 Xenophō in octauo Pædiæ, εἶδεν φειδόμενος, οὔτε πορφυρίδων, οὔτε ὀρφνίων, οὔτε φοινικίδων, οὔτε  
 χαροκίμων ἱματίων. Sic & Πορφυρά vsurpatur: ac sicut πόρφυρα βασιλείος dicit Herodotus,  
 sic idem eodem libro ἡ βασιλείος ὄψεσέξαστο πορφυρίς, imperatoria Purpura suscepit, Com-  
 modum videlicet in lucem editum. Πορφυρίς item avis est, vt mox dicitur. Item in sulæ  
 nomen apud Plinium, quam Nisyron antè dictam fuisse ait. Sic Eustathius eandem Ni-  
 syron nominatam fuisse ait πορφυρίδα, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρέων. Idem tamen Plinius  
 alibi & Cythera ait vocata fuisse πορφυρίδα, quæ Eustathius quoq; πορφυρίζαν nominata  
 tradit διὰ τὸ κάλλος τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν. Πορφυρίτης, purpurans, πορφυρίτης λίθος Lapis  
 in modum Purpuræ rubens: Cuius meminit Plinius dum ait: Rubet porphyrites in ea-  
 dem Ægypto. ex eo candidis interuenientibus punctis leucostictos nominatur. Eius sæ-  
 minium Πορφυρίτης, nigricans in modum Purpuræ, Purpuræ nigricantis speciem gerens,  
 vt prophiritis ficus apud eundem. Πορφυρίων, Latinis porphyrio avis nomen apud Ari-  
 stotelem & Plinium, & Athenæum, qui inter alia ex Aristotele tradit σχιδανόποδα αὐτον  
 ἔχει, ἔχει δὲ χρώμα κυάνεον, σκέλη μακρὰ, ῥύγχος ἠργυμένον ἐκ τῆς κεφαλῆς φοινικῶν, μέγα-  
 ρος ἀλεκτροόνος. Atq; ibidem Callimachum in libro de quibus discrimen facere inter πορ-  
 φυρίωνα & πορφυρίδα, vt pote qui ἰδίᾳ ἐκάτερον καταριθμεῖται. Eustathius πορφυρίωνα nomi-  
 natum scribit διὰ τὸ τῆ ῥύγχος φοινικῆ, à purpureo rostri rubore. Plinius quoq; testatur  
 rostra

Πορφυρο-  
χρεν.

Ἰοζωνος.

Calainava  
sa qua.

Lib. 1. de  
comp. med.  
sec. loc. c. 5.

Lib. 37.  
cap. 2.

Myrrhina  
an eadem  
cum Calai-  
nis.

Colossenus  
color.

L. 2. Epist.  
quest.

Cyclamini  
florum co-  
lor.

Πορφυρίς

porphyris  
avis: quæst.

Porphyri-  
tes lapis.  
Li. 36. c. 7.

Lib. 15.  
cap. 18.

porphyrio  
avis: unde  
dicta.

L. 10. c. 6.



*Porphyrus  
des aues.*

rostra eius & præ longa crura rubere. Sed de hac aue plura in nostra Ornithologia tertia parte. has in Syria gigni Cælius Rhodiginus tradit. Est & piscis nomen *πορφύριον* apud Hesychium. *Πορφύριον*, τῶ, Aristoteli Purpuram paruulam significat. Porphyrides ex auium genere esse etiam Hermolaus annotat, atq; à porphyrionibus esse diuersas: sicut ab utroq; latiporphyrides, siue adiporphyrices & latiporphyræ. *Πορφύριαι*, auis quædam exponitur in lexico veteri, sed sine auctore, quodq; nomen suspectum habet author thesauri linguæ Græcæ. *Πορφύρο*, purpureo colore perfundo, purpureo rubeoq; colore illustro. Nonnus, *πορφύρων γείτονα πέτρων Ὀρδρος*. vt & ipsa aurora ab eodem dicitur *πορφύρειν*; purpureo rubere colore. Sæpius neutrali significatione ponitur pro purpuro, id est, purpureo colore nigro vel rubeo, vt apud Columellam, purpurans viola, & vicissim apud Plinium, purpura violacea. Et in Epigrammatum libro septimo *πορφύρων βοδρος*, Purpurans racemus, seu purpureus. Sic Ouidius canit:

*Lib. 13.*

*Metam.*

*Vue Purpu  
rea cur di  
ctæ.*

*Iliad. 2.*

*Sunt auro similes longis in vitibus vine  
Sunt & Purpura*

Id autem plus est quam pictæ. nam purpurant maturæ, vel maturitati proximæ: at cum sunt pictæ (quas & *αἰόλλεσθαι* dicit Hesiodus) τῆς πεπύσσεως; id est, coctionis tantum initium habent. *Πορφύρειν* plerunq; autem de mari dicitur apud poëtas, cum perturbatur, æstuat, & tempestate ingruente nigrescit, vt in secundo Epigrammatum -- *οὐ δὲ θάλασσα πορφύρει*, purpurascit & fluctuat: sic Homerus

*Ὡς δ' ὅτε ποργύρη πέλαγος μέγα κύματα κωφῶ.*

vbi Eustathius exponit, *μελαινηται*: addens eadem metaphora ab eodem poëta vsurpanti τὸ *καλχαίνεν*, deriuatum à *καλχη*, synonymo τῶ *Πορφύρα*. Sic & *πορφύρεον κύμα*, quod nigricantis purpuræ speciem gerit. Rursum Epigrammatum libro secundo, passiuua voce:

*Εὐδία μὲν πάντος πορφύρεται.*

placidè purpurascit, placidis fluctibus nigrescit. Diuus Basilii quoque in Hexamero dicit mare *πορφύρουσαν χροάν ἢ κυανῶ τοῖς ὀρώσι προσβάλλειν*. Sicut verò metaphoricè animus quoque dicitur *κυμαίνεν*, cum concitatus, & perturbatus (vt & latinè fluctuare, atq; æstuarè translato verbo à mari.) ita quoque *πορφύρειν* ad hominis animam varijs cogitationibus & cuius turbatum ac fluctuantem transfertur: aut profundius aliquid meditantem. nam & mare qua profundius est, nigrius apparet: & purpuræ Conchæ è pelago, id est, profundo, potissimum petuntur. Fortè & quia purpura ad solem diuersos colores reddit, de animo quoq; diuersa consilia agitante, & mutante subito, vt purpura si ad solem celerius moueatur, *πορφύρειν* verbum in vsu est. Ergo & variè & profundè & anxie, & aliquando malignè cogitare significat. De tā varijs huius verbi significationibus audi Hesychiū:

*Mare vbi  
nigrius.*

*Iliad. A.  
Κάλχη.*

*Πορφύρει, ταραττέται, φροντίζει, μελανίζει, μελαινηται, Πορφύριζει, ταραττει, μεριμνᾷ, κακωτεχνει. Πορφύρεται, διαλογίζεται. Πορφύρειν*, inquit Eustathius, de mari dicitur, & ad animum transfertur, τὸ ἐν βαθεῖ διανοεῖσθαι, καὶ ὡς οἶον κυμαίνεσθαι λογισμοῖς, vt in illo Homeri, *κραδίη δὲ οἱ πόρφυρε*. *Κάλχη* quoque purpuram significat, & verbum *καλχαίνεν* idem quod *πορφύρειν*, *ταράσσειν*, *σένειν*, *φροντίζειν*, *ἀχθεσθαι*, *κυκᾶν*, *ἐκ βυθῆ ταράσσεισθαι*. Sic enim Hesychius interpretatur. *Καλχαίνεν* Scholiasti Nicandri etiam est, τὸ *πορφύρειν*. Est quando *Πορφύρειν* simpliciter de motu maris, etiam placidiore ponitur. Ad *πορφύρειν* verbum & sono & significatione accedit *μορμύρειν*. Varrino *μορμύρεσα θάλαττα* est *ταρασσομένη καὶ κινημένη φοβερῶς*. Theophrastus citante Scaligero ait: *Πορφύρεται ἢ θάλασσα, ὅταν τὰ κύματα μετρωρίζομενα σκιασθῆ*. Sic Plinius ait purpuram irati maris faciem referre. *Πορφύρεσκει* Apollonij Argonauticorum interpret profundum esse interpretatur: vnde & purpureum mare dictum, vt supra dictum est fabius. *Πορφύρειω*, purpuro, idem cum *πορφύρω*, seu purpureo colore rubeo: Nonnus *πορφύρρον ἠώς*, purpureo fulgore rubebat: Sic & Ouidius, purpuream auroram dicit, & Virgilius purpureum lumen ætheris. Alias & *ρόδοδακτύλος ἠώς* dicitur à roseo rubore, quam Seneca purpureum ruborem appellat. Rursum Ouidius

*Πορφύρεω.*

*Aurora cur  
purpureus  
rubor dicitur  
Seneca.*

— Patefecit ab ortu

*Purpureas aurora fores.* Et Virgilius

— Quam primum crastina celo

*Purpureis rotis aurora rubebit.*

Item — Aethere ab alto

*Aurora in roseis fulgebat late abigis.*

Igitur eodem modo *πορφύρειν* aurora à Nonno dicitur, quo ab Homero vocatur *ρόδοδακτύλος*.



**A** κτυλος. Πορφυρίζω, purpuram colore refero, purpureum colorem represento, vel imitor; purpuro: ut Columella dicit purpurans viola. Dioscorides de thymo, έχον ἐπι ἀκρῆ κεφάλια ἀνδρῶς πορφυρίζοντα. Plinius de thymo nigricante dicit: Alterum genus nigrius, floribusq; nigri. Idem enim testatur & purpuram nigricare, immo rubentem colorem purpuræ nigricante esse deteriore. **Επιπορφυρίζω**, ad purpuram accedo, ad purpuram inclino. Dioscorides: ἐνίων δὲ καὶ ὡσπερ ἀνα μέσον ὄν τὸ ἀνδρῶς ἐπιπορφυρίζει. Aristot. καὶ γὰρ ταύτης τὸ μὲν ἀνδρῶς ἐστὶ λεῖκον ἐπιπορφυρίζον, ὁ δὲ καρπὸς ξανθός, τὸ πορφυρίζω, aliquatenus purpuro, paullulum refero purpuram. Πορφυρώματα Helychius; & Varrinus exponunt, τῶν ταῖς θεαῖς τίθεντων χοίρων τὰ κρέα. Fortassis autem vasa quædam, & toreumata siglina purpurei coloris porphyromata fuerint: qualia fuisse murrhina, diximus. In his enim ceu pulchris, & spetiosis, dijs aliquid offerri par erat. Sic aurea, argentea, & ærea vasa, Græci χρυσώματα, ἀργυρώματα, & χαλκώματα vocant. Οσράκινα τορεύματα καὶ χαλκώματα Strabo dixit. Cardanus in sexto de varietate rerum, purpurina (inquit, nescio vnde vocabulum hoc mutuatus) coloris est fulvi, aurumque imitatur, si optima fuerit: hoc solo differt, quod non resistit iniurijs cœli, nec diuturna admodum est, deinde compositionem eius ostendit, ex plumbo albo, argentoq; viuo &c. Sed neque vocabulum hoc latinum est, aut purpureo colore quicquam conuenit. Πορφυρεῖον videtur accipere Strabo in decimosexto pro officina purpuraria de Tyro scribens. Purpurariam autem officinam Plinius vocauit. Indicum (inquit) in diluendo mixturam purpuræ cæruleiq; mirabilē reddi: alterum genus eius est in purpurarijs officinis, innatans cortinis, & est purpuræ spuma. Idem Strabo in decimosextimo, easdem officinas vocauit Πορφυροβαφεῖα, quod loco interpres transtulit purpurificia. Alioqui officinæ tinctoriæ à Græcis communi nomine βαφεῖα dicuntur, & φαρμακῶνές, Varrone teste. Δευσσοποιός Helychio tinctor est: nō quiuis tamen, ut videtur, sed qui fitmo, probo, ac genuino colore tingit. Δεῶν verbum idem est, quod βρέχω. Propriè quidem δευσσοποιός de purpura dicitur, cuius color ita firmus, & germanus est, ut non facilè eluatur, ac exoleseat. Per metaphoram verò teste Varrino de alijs quoque coloribus, & rebus alijs permanentibus, & edurantibus dicitur δευσσοποιόν apud veteres, τὸ ἔμμορον καὶ πολυκρόνιον, ut Plato in decimo de rep. ostendit. Ἀγὴρ πορφυρεὺς (inquit Aelianus) ὅταν θηραση πορφύραν, ἢ κ' εἰς ἀνθρώπων τροφῆν, ἀλλ' εἰς ἐρίων βαφῆν, εἰ μέλλει μένειν ἢ ἐκ τῆς ζωῆς χρόα δευσσοποιός καὶ δυσέκνιπτος, καὶ οἷα τε ἐσαὶ πλεῖ βαφῆν ἐργασασθαι γνησίαν, ἀλλ' οὐ δεδολωμένην, μίαν λίθην καταφροσῆ διαφθεῖρεται πλεῖ πορφύραν αὐτοῖς ὄσρακοις. id est, Purpurarius piscator, si postquam purpuram non in hominum cibum, sed ad tingendas lanas comprehenderit, in exhaustum, constantem, & genuinum velit fieri colorem, vno saxi ictu purpuram vnà cum testa interimat. Purpurarius, ad purpuram pertinens, ut officina purpuraria, in qua purpura fit: piscator purpurarius, pro quo Laurentius in Herodoto purpuratorem dixit: tinctor purpurarius, qui purpuras tingit. nam purpurarius absolutè pro vtroq; accipi potest, & pro mercatore etiam, qui vestibus purpureis emendis, vendendis, negocietur. Πορφυρεῖς, & Πορφυρευταὶ Polluci nominantur. Πορφυρεὺς Aelianus est, qui tingit. Hicesius apud Athenæum chamis, inquit pro etca uti τὰς πορφυρευομένους, id est, piscatores purpurarum. Purpuratus, purpura ornatus; vnde purpurati dicuntur ij, qui apud principes dignitate antecellunt. Cicero in primo Tusculanarum: Istis quæso. (inquit) ista horribilia mimitare, purpuratis tuis. Liuius de primo bello Macedonico: Cum duce Athenagora vno ex purpuratis. Idem lib. 10. belli Punici: Sopatrum ex purpuratis, & propinquis regis esse. Cicero in quarta in Catilinam, Gabinium appellauit purpuratum. De purpurata meretrice Babylone, ut in sacris litteris nominatur, multa Cælius Rhodiginus. Purpurascere, purpureum fieri: Cicero in secundo Academicarum. Quid mare, nonne cæruleum: aut eius vnda, cum est pulsa remis, purpurascit? Πορφυρίων, Auis, & purpuraria scis nomen, ut suprà monuimus: cæterum ita etiam homines vocatos reperio. Porphy- meretrix. rion, πορφυρίων, teste Scholiaste in tertium Argonauticorum Apollonij Sisyphi filius fuit, & fratrem habuit Almum nomine. Constat & inter gigantes præcipuè principatum Porphyrio obtinuisse Porphyrionem, & Alcyonem. Πορφυρέων vero vrbs est Phœnicia; cuius gentile Porphyreonius, & Porphyreonites est apud Stephanum. Prasinus quoque auriga, seu equorum agitator temporibus Neronis celeberrimus, cuius in Nerone Tranquillus mentionem facit, Prasinus Purpurio dictus est: cuius etiam meminit Martialis hoc dicticho:

*Nomen habet magni volucris tam parua gigantis,  
Et nomen Prasinus Purpurionis habet.*

Επιπορφυρίζω.  
Porphyromata.  
Purpurina  
Πορφυρεῖον  
Purpuraria officina  
Πορφυροβαφεῖα.  
Δευσσοποιός.  
Lib. 16. de Anim. c. 2.  
Purpurati?  
Purpurati?  
Babylon  
purpuraria  
meretrix.  
Porphyrio  
homo.  
Prasinus  
Purpurio.



Sic enim legit Iustus Lipsius, cuius doctissimi viri iudicium in emendandis, ac dilucidandis E authoribus ego maximi facio, & rectè quidem sic legit, nam idem Martialis in decimo quarto eundem intelligit, dum canit:

*Proficies nihil hoc, cadas licet vsque flagello*

*Si tibi purpureo de grege currit equus.*

*Grege purpureus*

appellat gregem purpureum, equos Purpurionis, qui velocitate præstabāt. Alia lectio habet

*Et nomen Prasini Porphyriosis habet.*

*Porphyrites lapis.*

Porphyrite *πορφυρίτην* Stephano est vrbis Arabiae iuxta Aegyptum. Porphyra inscripta fabula Xenarchi comici, aut Timoclis comici (dubitatur enim de authore) citatur apud Athenæum. Saxa Lacedæmonia, & porphyretica nominat Lampridius in Heliogabalo.

Porphyrites lapis, inquit Kiranides, notus est, maximè in Melantide regione. Chymistæ referente Hermolao ætiden pro chrysolitho, & porphyrite, & chrysochromo cognomine Macedonico, & polychromo accipiunt. Inuenio & apud Plinium in primo trigessimiquinti, nescio num de eodem lapide. Ut ouatus esset Numidicus lapis, ut purpura distingueretur Sinnadicus, qualiter illos nasci optarent deliciae. Porphyrus, *πόρφυρος* Aeliano quidam serpens est Indicus, dodrantis magnitudine, colore accedente ad purpuræ saturatæ

*Li. 4. c. 36. Porphyrus serpens.*

similitudinem. capite verò plusquam niueo, & lactè multò candidiore, locis, inquit, Indiæ calidissimis reperitur: ei mordendi idcirco potestas est nulla, quòd dentium expers sit &c.

*Cete Porphyrium.*

Ceti Porphyrij dicti ex Procopio ita meminit Cælius. Author Procopius est apud Byzantium Gotici belli temporibus cete (*κῆτος*, singulari numero) comparuisse magnitudinis miræ. Porphyrium (inquit) illi vocant. Id verò annis quinquaginta locis infestius circumiectis omnibus fuerat: nec ab Iustiniano, etiam si percupido, vlla quiuerat ratione expugnari. Demum delphinòs insectatum auide, ac ita limo impactum explicari haud amplius eualuit. Sed accolis hinc indè accurrentibus, funium, ac machinatum vi pertractum in siccum, cubitorum triginta mensum per longitudinem excessit, per latum verò decem.

*Purpurissum Li. 35. c. 6.*

Purpurissum inter floridos colores enumeratur à Plinio, dum inquit. Sunt autem colores austeri, aut floridi. Vtrumq; natura, aut mixtura euenit. Floridi sunt, quos dominus pingenti præstat, minium, Armenium, cinnabaris, chrysocolla, Indicū, purpurissum. Cæteri austeri. Quo loco doctissimus Dalechampius hoc addidit scholiolum: Ut Indicum spuma est innatans cortinis, in quibus glastum coquitur pannis tingendis: sic purpurissum spuma est collecta efferuescente purpura, cum ex ea tinctura conficitur. Loco purpurissi

*Indicū, & purpurissū quid differant.*

*Purpurissū ut fieret.*

pi-ctores nunc vtuntur lacca, mixta cum cæruleo. Quomodo verò purpurissum fieret eodem capite prope finem docet idem Plinius his verbis: E liquidis coloribus, quos à dominis dari diximus, propter magnitudinem pretij, ante omnes est purpurissum è creta argentaria; cum purpuris pariter tingitur, bibitq; eum colorem eelerius lanis. Præcipuum est primum, feruente ahenò rudibus medicamentis inebriatū. Proximum egesto eo addita creta in ius idem. Et quoties id factum est, leuatur bonitas pro numero, dilutiore sanie. Quare

*Hygginum quid.*

Puteolanum potius laudatur quàm Tyrium, aut Getulicum, vel Laconicum, vnde pretiosissime purpuræ. Causa est, quod hygginò maximè inficitur, rubiamque cogitur sorbere. (Hygginum, inquit Dalechampius, tinctura est è cocco prius, deinde è purpura Tyria supra lib. 9. cap. 41. nunc tinctura è rubia cocco loco, & purpura, vel purpuræ loco, hygginò, Vitruuius lib. 7. cap. 14. Est autem hygginum hoc arbuscula quam cap. 18. lib. 16. vaccinium Plinius appellat, & cap. 26. lib. 21. falsò hyacinthum exponit, quia hyacinthū Græcorum, Latini quidam vaccinium, interpretarentur. Vulgus magaleb vocat. Ex huius arbusculæ nigro fructu succus exprimitur ad purpuream tincturam aptissimus. Virgilius scilicet ideo vaccinia nigra dixit, & interpres Nicandri *φύτον εἶναι ξανθὸν τῷ χρώματι* (nam tale lignum est) *καὶ μέλαν* (talis est fructus) *πρὸς ἰοβαφεῖν ἐπιτήδειον*) Vilissimum à Canusio. Pretium huic à singulis denarijs in libras ad triginta. Pingētes sandyce sublita mox ouo inducentes purpurissum, fulgorem minij faciunt. Si purpuram facere malunt, cæruleum sublinunt, mox purpurissum ex ouo inducunt. Hucusq; Plinius. Hodie pictores cæruleo sublinunt, deinde laccam inducunt. Author libri de simplicibus medicamentis Galeno attributi, purpurissum, inquit, quod & fucum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ, & pusillæ in modum tessularum: quæ ab insectoribus tinguntur colore roseo: tale est maximè Canusinum, sequens Puteolanum. Vires habet aliquantulum stypticæ. Aliud verò meo iudicio fuit purpurissum, quo utebantur mulieres ad labra, & genas tingendas, cuius scilicet mentio fit apud Plautū in Mostelaria. Vnde. n. hocce cōstaret purpurissum ipsemet docet me Plautus in Truculento, rubricā id nominās: nā cum dixisset. Quia *Has buccas tā belle purpuraffatas habes: non multò post subiicit: Buccas rubrica, cera omne corpus intinxis tibi.*

*Magaleb.*

*Fucus quid*

(Hygginum, inquit Dalechampius, tinctura est è cocco prius, deinde è purpura Tyria supra lib. 9. cap. 41. nunc tinctura è rubia cocco loco, & purpura, vel purpuræ loco, hygginò, Vitruuius lib. 7. cap. 14. Est autem hygginum hoc arbuscula quam cap. 18. lib. 16. vaccinium Plinius appellat, & cap. 26. lib. 21. falsò hyacinthum exponit, quia hyacinthū Græcorum, Latini quidam vaccinium, interpretarentur. Vulgus magaleb vocat. Ex huius arbusculæ nigro fructu succus exprimitur ad purpuream tincturam aptissimus. Virgilius scilicet ideo vaccinia nigra dixit, & interpres Nicandri *φύτον εἶναι ξανθὸν τῷ χρώματι* (nam tale lignum est) *καὶ μέλαν* (talis est fructus) *πρὸς ἰοβαφεῖν ἐπιτήδειον*) Vilissimum à Canusio. Pretium huic à singulis denarijs in libras ad triginta. Pingētes sandyce sublita mox ouo inducentes purpurissum, fulgorem minij faciunt. Si purpuram facere malunt, cæruleum sublinunt, mox purpurissum ex ouo inducunt. Hucusq; Plinius. Hodie pictores cæruleo sublinunt, deinde laccam inducunt. Author libri de simplicibus medicamentis Galeno attributi, purpurissum, inquit, quod & fucum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ, & pusillæ in modum tessularum: quæ ab insectoribus tinguntur colore roseo: tale est maximè Canusinum, sequens Puteolanum. Vires habet aliquantulum stypticæ. Aliud verò meo iudicio fuit purpurissum, quo utebantur mulieres ad labra, & genas tingendas, cuius scilicet mentio fit apud Plautū in Mostelaria. Vnde. n. hocce cōstaret purpurissum ipsemet docet me Plautus in Truculento, rubricā id nominās: nā cum dixisset. Quia *Has buccas tā*

belle purpuraffatas habes: non multò post subiicit: *Buccas rubrica, cera omne corpus intinxis tibi.*

bellè purpuraffatas habes: non multò post subiicit: *Buccas rubrica, cera omne corpus intinxis tibi.*

bellè purpuraffatas habes: non multò post subiicit: *Buccas rubrica, cera omne corpus intinxis tibi.*

bellè purpuraffatas habes: non multò post subiicit: *Buccas rubrica, cera omne corpus intinxis tibi.*

*tibi.*



## MORALIA.



ASCANIVS Martinengus Brixianus in sua glossa magna mystica, purpuram Christi sanguinis, & meriti præclarum exemplum statuens: Ambrosius (inquit) hæc quoque doctissime subdebat: Quid etiam purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquarum est igitur quod in regibus adoratur; aquarum est, species illa quæ fulget.

*Sanguinis Christi exemplum. Hexam. li. 5. c. 2.*

Et post: Aureum etiam vellus aqua nutrit, & lanam in memorati speciem metalli gignunt littora, cuius colorem nullus adhuc eorum, qui fucis diuersis obducunt vellera, imitari potuit: adeo naturæ maritimæ gratiam humana implere nescit industria. Scimus qua sollicitudine vellera ouium etiam minus pretiosa curentur, sint licet optima, nequaquam autem his fucis innascitur. Hic naturalis color est, quem nullus adhuc fucus æquauit, hoc quippe piscis est vellus. Si igitur (inquit Martinengus) tantum fulget, tantamque existimationem nacta est purpura, regum indumentum, quod sanguine conspersum sit exigui piscis, qui purpura vocatur: quantum coruscabit anima, quantumque suscipienda erit, cum sanguine Christi sit aspersa, & redempta? Purpura Christus est. Purpura profecto saxi vnus ictu collidenda est, ut sanguis exterius emanet, quod si ictu solo non est contrita, sanguis iam vniuersum corpus diffusum evanescit. Christus saxo, id est, morte non naturali, sed violenta concussus fuit, & dum voluntati patris obtemperat, in cruce vno ictu contritus, sanguinem vniuersum in redemptionem nostram copiosissime effudit. Sanguis enim tuus ornauit eius meas. Ut quid igitur animam tanto sanguine emptam, & insignitam pollui permittimus? Sed animaduertendum, ut Ambrosius secundo loco purpuræ encomia celebrans asserbat, purpuram iacere vilem in saxis asperis, & cauitibus; Vilis etiam apparuit purpura nostra Christus: Ego sum vermis, & non homo, inquit ipse; non in molliæ vitæ, sed in ærumnis perpetuis, quasi saxum inter saxa. Hæc itaque Martinengus. Purpura, & byssus apud eundem Ambrosium in commentariorum

*Purpura est Christ.*

Clibro octauo in caput decimum septimum Lucæ significant hæreticorum eloquentiam. Nonne tibi videntur, inquit, in quadam purpura, & bysso stratis iacentes thoris, qui pro veris fucata defendant, ditibus abundare sermonibus; cum iactant dominico terram tenuisse sub corpore, cælum tenebris obductum, excita verbo maria, vel sedata, verum tamen Dei filium denegantes; In enarratione verò Psalmi centesimi, & decimi octauo,

*Hæretico-rum eloquentia.*

Ecclesia (inquit) ipsa tanquam benemerita regina Christi sanguine coronatur, sicut scriptum est. Et ornatus capitis tui sicut purpura. Sanguis Christi purpura est, qui inficit sanctorum animas non solum colore resplendens, sed etiam potestate, quia reges facit, & meliores reges, quibus regnum donet æternum. Meritoque ad tantum Ecclesiæ

*Purpura sãguis Christi.*

decorum, cui Christi sanguis irrutilat, Spiritus Sanctus inelamat; quam pulchra, & suavis facta es charitas in delictis tuis. Diuus Bernardus libro de modo bene viuendi ita ait mysticè de purpura. Audi etiam rogo honesta virgo quid sponsus in laudibus Ecclesiæ dicat in canticis canticorum. Coma capitis tui, ut purpura regis iuncta canalibus esse memoratur. Purpura quippe per fasciculos in canalibus ligatur, super quos dum aqua projicitur, per canales ad vestem quæ supra est, currit, ut vestis tingatur, & inde nomen accepit, ut tincta colore purpureo purpura vocetur: quæ omnia sanctæ menti congruunt. Comæ quippe capitis sunt cogitationes mentis, quæ in canalibus ligantur, quia in scripturis diuinis ne inutiliter fluant, stringuntur. Custodi ergo cor tuum, & cetera.

*Serm. 29. de cogitat. Sãctamens.*

Purpura quæ sanguine Conchyliorum conficitur, & sanguineam ipsam præfert speciem, non immerito sacramentum dominicæ significat passionis. Beda ad ea verba: Et mulier erat circumdata Purpura, & Coccino. In Purpura (inquit) fucus simulati regiminis: in Coccino cruentus habitus impietatis demonstratur. Et alibi ad hæc verba: Tabernaculum verò ita facies: decem cortinas de bysso, & hyacintho, ac Purpura, Coccoque bis tincto, variatas opere plumario facies. Purpuram, quia colorem sanguinis ostendit; & vera quoque Purpura Conchyliorum sanguine tingitur, deuota eorum corda designare, qui dicere cum apostolo possunt: Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus propter nomen Domini I E S V: & cum Propheta David: Quoniam propter te morte afficimur tota die æstimati

*Sacramentum dominicæ passionis.*

*Apo. 17. Exod. 26.*



L. 10. com-  
mēt in Luc.  
cap. 23.  
Christ<sup>o</sup> pur-  
pura indu-  
tus qd mi-  
sterij ha-  
beat.

sumus, vt oues occisionis. Quid verò secundum Matthæum, chlamyde coccinea induitur (Christus) à militibus, & secūdū Iohannē, veste purpurea circumdatur, mysticè significet, ita expositū inuenio ab Ambrosio: In altera designans martyriū palmas; in altera regie potestatis insignia, quòd caro eius fuscum toto orbē terrarum sanguinem esset susceptura, pro nobis, & passio regnum paritura pro nobis. Sic ille, & mox. Denique secundum Marcum exuerunt eum purpura, quod nec mysterio vacat. Christus enim ascensus crucem, regalia vestimenta deposuit, vt scias quasi hominem passum esse, non quasi deum, etsi vtrūque Christus, quasi hominem, tamen non quasi deum cruci esse suffixum: sed milites non Iudæi sciunt quo tempore, qualia Christo vestimenta conueniant. Iudico enim in purpura quasi victor assistit, ad passionem verò in suis vestimentis quasi reus humilis venit.

## HIEROGLYPHICA.

Homo ma-  
ledicus.



De gula  
multati.

Vno exani-  
mati icu  
typus.

Secessus.

**M**ALEDICVM hominem, inquit Pierius Valerianus, probos, improbosq; æquè carpentē significare qui volunt, purpuram exerta pingunt lingua, quæ quidē illi tam acuta, & valida est, vt ea & conchylas, & quacūq; sui generis testas perforare possit: quæ cum ita sit omnium, frequens illud in edaces dictum emanauit, Purpura voracior. Atque, inde fortè prouerbiū, quòd purpuræ plurimum per linguam, escas inquirentem capiuntur. Et qui hominem, qui de ganea pœnas dederit, significare volunt, conchylum huiusmodi nassæ per linguam applicitum pingunt, siquidem eius captura, in hūc sapius efficitur modum: parua, densaq; admodum nassæ strombus piscis includitur, hunc auidissimè captat purpura, quem simul ac illuc oclusum, olfecerit, inferra per nassæ iuncos lingua eum assequi contendit, dumq; ille volutatione luctatur, ea magis, ac magis linguam protendit: accidit verò, vt in eo conatu tumefiat, vt nulla eum extrahendi copia relinquatur, atque ita detenta per linguam capriua fiat. Verū hoc picturæ genus in huiusmodi significatum aliter etiam figuratur: Conchulam quippe pingunt, quæ purpuræ linguam morfu comprehenderit. Piscatores siquidem cum purpuram norint Conchatum passionem auidius appetere, has in nassas magno numero coniectas in mare demittunt, oblongo fune ad nassas alligato: sentiunt optatam escam purpuræ, porrectisq; intra nassarum iuncos linguis, eas infestant: at illæ aculeo extimulatæ incolumitati suæ consulturæ contrahunt sese, corticibusq; clausis morfu perquam acri linguam infestam comprimūt, pertinacissimeq; detentam haudquaquam amittunt: atque ita pendentes sua capta auiditate purpuræ tolluntur. Hominē verò vno interemptū icu ostendere qui volunt, purpuram saxo elisam pingunt: siquidem infectores aiunt, quas purpuras in artibus suæ vsum parant, saxo vno icu collidendas, vnde subitarius ille sanguis ad tincturam optimus emanat: quod si icu sefellerit, neque purpura statim exanimata fuerit, frustra repeti, quia præ dolore sanguis in vniuersum corpus diffusus euanescat. Hinc aiunt Homerum totiens de ijs, qui valido aliquo vulnere perempti fuerint, purpurea eos morte peremptos dicere: que quamuis ad sanguinem, in quo anima sedem habeat, Seruius hoc refert putat, de quo satis in accipitris commentario dictum. Sunt, qui secessum per purpuram ostendant, propterea quòd purpura non nisi in imo reperiatur pelago: vnde verbum apud Apollonium Argonauticon primo, πορφύρεον, quod purpurascere dicere possumus, vbi profundum esse interpretes exponit, ea quam memorauimus purpuræ natura repetita. Hinc mare purpureum, pro profundum sapius posuere. Hac vsque Pierius.

## E P I T H E T A.

A colore.

Conchylis  
cur dicta.



**P**ITHEA purpuræ ab authoribus attributa ad colorem, tincturam uè non ad ipsum animal pertinere videntur. Conchylis dicitur Tibullo, quia sanguine Conchylorum inficiebantur lanæ: *Tincta tegit roseo Conchylis purpura fuco.* Virgilius rubram dixit, item Ausonius; Boëtius rubentem, Mantuanus sanguinolentā, Pamphilus sanguineam, Scaliger nigram, Iuuenalis ardentem, nimirum à fulgore, vnde & igneam




A & igneam dixit Flaccus, rutilantem Marrianus Capella, fulgidam Strozius, Ovidius fulgentem, Petrarchia splendidam, Thomas Radius vernantem, Pontanus vagam. Vocatur præterea pura, ut Scaligero, delicata Martiali, lata Statio, grata Politiano, & Pontano, cui etiam noua dicitur, Claudiano nobilis, Paphilo pretiosa, Thomæ Radius regalis, Marullo consularis, Virgilio, Statio, Pontano picta. A loco Martialis Coam, Horatius Laconicam (item Statius, & Strozius, quibus Oebalis, id est, Laconica nuncupatur.) Lucretius, Virgilius, & Aufonius Moelibeam, Mantuanus Romanam, Sidoniamq; : qui præterea longum dixit, nimirum a veste, unde mollis dicitur Pontano, Crotta, sacra Aufonio, & Stroziolibata Martiali, Prudentio supplex. Dicitur denique ipsa purpura dibapha, id est, bis tincta.

A loco.

A veste.

PROVERBIA.

B  *Simia purpurata*. In vacios vsus potest adhiberi purpura, nempe vel in hos, qui tamen si magnifico cultu sint ornati, tamen cuiusmodi sint, ex ipso vultu, moribusq; cognoscitur: vel in hos, quibus dignitas indecora additur: vel quotiens rei per se fœdæ, ascitiæ, peregrinaq; ornamenta indeceter admoventur. Quid enim tam ridiculum, quam simia vestita purpurea veste? Atque id tamen non raro fieri videmus apud istos, qui simias habent in delicijs, ut quàm maximè possunt, ad humanum morem orient, ac vestiant, aliquotiens & purpura, quo parùm attentos, aut imperitos fallât, proq; homine saluteretur simia, aut si deprehensus fuerit fucus, res magis sit ridicula. Η πορφυρα παρα τὴν πορφυρὴν διακριτέα, id est, Purpura ad Purpuram diuidenda est. Certe si in iudiciam ex collatione nascitur. Unde emptores mercaturæ purpuram, ne fallantur, alteram adhibent purpuram. Licebit uti: quotiens negabimus infantiam, aut inscitiam indoctorum plenè deprehendi, nisi cum eloquentium, & eruditorum scriptis conferantur. Etenim si vel Salustium conferas cum Cicerone, iam velat obmutescit ille alio qui per se disertissimus. Refertur adagium a Phebammon Sophista in commentario de figuris rhetoricis. Meminit & Isocrates in Oratione Panathenæica, ἀλλ' ὡς περ τὴν πορφυρὴν καὶ τὴν χρυσοῦν διακρίσει καὶ δοκίμα ζομεν.

Simia purpurata.

Purpura ad purpuram diuidenda.

C *Éτέρα παραδειγόντες*. i. Sed quemadmodum purpuram, & aurum consideramus, ac probamus, purpuram cum Purpura conferetes. Haud arbitramur, pro fusus, inquit adagiorum author, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἵσθαι fore, si de conferenda Purpura locum huc ascripserimus ex Aureliano Flauio Vopisci: Meministis, inquit, fuisse in templo Iouis Opt. Max. Capitolini, pallium breue purpuream, lanestre: ad quod cum matronæ, atque ipse Aurelianus, & Probus, & proximè Diocletianus missis diligentissimis confectoribus, requisierunt tale genus purpuræ, nec tamen inuenire potuerunt. Dicitur enim Sandyx Indica talem purpuram facere si curetur. Alludit huc Quintilianus lib. 12. de generibus dicendi, agens de dictione, quæ, quod medioeris est; per se habet admirationem, sed ad motus ijs, quæ sunt eximia, desinit esse admirationi. Habet, inquit, admirationem, neque immerito, nam ne illud quidem facile est, sed evanescent hæc, atque moriuntur comparatione meliorum: ut lana tincta fuce, circa purpuram placet: at si contuleris, etiam lacernæ conspectu melioris obuat, ut Ovidius ait. Hæc ille: Athenæus lib. 3. dispo sophistarum ex Apollodoro huiusmodi, quoddam refert proverbium, λιγνότερα τῶν πορφυρῶν, id est, edaciora purpuris, idque ductum existimat, vel a tincta purpura, quæ omnia quibus admota fuerit, velut ad sese rapit, luosq; colorem res vicinas inficit, additque lucem: vel ab animante ipso quod quicquid nactum fuerit, retinet, ac deuorat, de cuius voracitate Plinius: lingua (inquit) purpuræ longitudine digitali, quæ pascitur deuorando reliqua Conchylia: tanta duritia aculeo est. Conueniet in edaces, aut in eos, qui omnia in suum compendium vertunt. Fortasse durus, sed non ineléganter accommodabitur, inquit, idem author, ad reges δημοβάρητες, aut aduocatos, qui purpurati omnia conuertunt in fiscum suum: & quocunq; se conferunt, abradunt aliquid. Sic ille. Sed λιγνός Græcis non tam voracem, & multi cibi hominem, aut helluonem: quæ exquisiti, delicatq; liguritorem, & catillonem significare videtur; quod non anima dixerit, ille. Βάμμα Σαρδωνικόν, id est, tinctura Sardonica, de colore præcellenti dicebatur, præcipuè purpuræ, per iocum autem transfertur ad eum, qui pudescit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo enim insula ingens est opposita Italiæ, in qua variæ purpurarum tincturæ, laudatissimeq; fiebant: Aristophanes in Pace. Ην ἐκείνος οὐκ ἔστιν εἶναι βάμμα Σαρδωνικόν, id est, quam ille prædicat coloris esse Sardinici. Idem in Acharnensibus: Ἰνα

Purpura voracior. Edaciora purpuris.

Tinctura Sardonica.

Dd 3



Aristophanes correctus.

Sardinia insula descriptio.

φοινίξ qd.

Cyzicena tinctura.

φικιδίζεν.

Embamma quid.

μη σιβάλα βάμμα Σαρδωνικόν, id est, ne telinam colore Sardoniaco. Ita enim citat B Adagiorum author, sed Zoographus pro σαρδωνικόν vt in contextu Acharnensium legitur, reponit Σαρδωνικόν, vt Scholiastes, & Suidas rectè legunt. Sic etiam carmen melius constabit, inquit, & similiter in Pace (vbi & in textu, & in scholijs Σαρδωνικόν rectè scribitur) à Sardibus quidem Lydiæ, Sardinus derivatur, pro ciue: & Sardinicum, possessiuum, authore Stephano. ab insula autem, quæ Græcis Σαρδῶ, Latinis Sardina dicitur, Sardonius, Sardous, & Sardonicus probè deriuatur apud eundem Stephanum: sed horum nihil apud Aristophanem legi potest, cum versus quinque syllabarum dictionem postulent. Quamobrem author adagiorum Σαρδωνικόν, nec Σαρδωνικόν rectè legit: quanquam Suidas quoq; in Σαρδῶ, habet βάμμα σαρδωνικόν, Aristophanis Scholiastes Sardinicam interpretatur rubram, vel puniceam. Σαρδῶ (inquit) insula vna è septem: stadijs LX. distat à Corsica. In ea purpuræ fiunt διαφοροὶ καὶ ὄσπυραι, id est, excellentes (nō variæ, vt adagiorum author vertit) & præcipit fulgoris. Vel (Sardinicam dixit) quia in Sardo Lydiæ (εἰς τὴν Σαρδίαν τῆς Λυδίας non rectè: Σάρδεις enim plurali nomine feminino vrbs Lydiæ dicitur, non Σαρδῶ.) dicendum igitur, εἰς τὰς Σάρδεις, id est, Sardibus. Sic & Hesychius: (διαφορὰ γὰρ ἦν τὰ ἐν Σάρδεσι βάμματα) tincturæ rubicundæ fiunt. Insinuat autem: nisi verum dicat, flagris ad sanguinem vsque cælum iri. In Vespis etiam Scholiastes scribit Sardibus venundari solita fuisse vestimenta Persica. Chorus rusticorum in pace Aristophanis, inquit se malle domi delicijs suis ruralibus frui, quâ in militia videre ταξίαρχον. Τρεῖς λόφος ἔχοντα καὶ φοινικίδα ἔξῃαν πάνυ, καὶ ἰσχυρὰ ἔσθην κατασκευασμένην. Ἦν ἔκείνός φησιν εἶναι βάμμα Σαρδωνικόν. Ἦν δὲ που δὲ μαχευτὴ ἔχοντα τὴν φοινικίδα, τὴν κατασκευασμένην ὡς ἔσθην. Τὴν καὶ αὐτὸν βέβηπται βάμμα Κυζικλικόν. Καὶ τα φεύγει πρῶτος ὡς περ ἔμδος ἐκ παλεκτρῶν. Τὰς λόφος σείον. vbi Scholiastes φοινικίδα interpretatur galeam puniceo colore tinctam; alij verò vestimenta (περιβλήματα) coccinei coloris. talibus enim utebantur in prælijs Lacedæmonij, ne sanguinem fluentem viderent propter similitudinem coloris: & ne vulnera eorum ab hostibus cognoscerentur. Eximix autem sunt (inquit) Sardinicæ, & Cyzicenicæ tincturæ. Hic verò Cyzicenicæ tincturæ nomine cinædum denotat: εἰς κιναιδίαν διαβαλλεται, ὡς μηδὲ τῶν ἀναγκαίων κρατεῖν διώσθαι. Suidas in φοινικία ποιεῖται cuiusdam, fortè Aristophanis hoc versus citat. Τί φειδομεῖθα τῶν λίθων ἃ δημοταί, Μὴ καταξάνειν τὸν ἄνδρα τὴν ἑσπέρην ἐς φοινικίδα, ἀντὶ τὰ μὴ ὡχί λίθοις αὐτὸν ἀμαίψασθαι, ὡς φοινικὴν αὐτὴ ποῖσαι τὸ σῶμα. Τῷ δὲ καταξάνειν ὡς ἐπὶ ἐρίων ἐκρησατο; διὸ καὶ φοινικίδα εἰπὼν ὡς ἐπὶ ἱματίῳ. Tinctura Cyzicena, vt scribit author idem adagiorum, dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos, dicebaturq; in eos, qui metu quippiam indecore facerent. nam Cyziceni duobus nominibus notati sunt, timiditatis, & mollitiei. Recensetur in Plutarchi collectaneis. Meminit & Hesychius, addens Cyzicenos ob mollitiam notatos, quod Iones essent. Eadem ferè Aristophanis interpret. Stephanus addit eos fuisse graues Tyrrenorum prædationibus: Hæc ille: non satis apertè, non enim de quouis dedecore non eluendo accipienda est Cyzicena tinctura, sed de mollitie, & de præpostera Venere in primis, vt paulò antè ex Aristophanis scholiaste citauimus: aut de eo fortassis scelere, quod Græci λισβίζεν, λισβιάζεν, ἢ φοινικίζεν dicunt: cuius teterrima libido, & excrabilis furor, vt Lactantij verbis utar, né capiti quidè parcat, de quo plura leges in miscellaneis Brodæi, & in Chiliadibus eiusdem authoris adagiorum, prouerbio Phicidifare, φικιδίζεν (quod corruptum est pro φοινικίζεν.) Citatq; etiam illud Suidæ. βάμμα Ἡ Κυζικλικόν, τὴν ἀκαθάρτον ἀσχημοσύνην. Ἀττικὸν λέγουσιν αὐτὸν; ait Stephanum addere, Cyzicenos fuisse graues Tyrrenorum, de prædationibus. Zoographo aliud Stephanus dicere videtur, in Cyzico vrbe Propontidis iuxta Cherronesum. Inde (inquit Stephanus) fit Cyzicenus, possessiuum Cyzicenicus, quanquam gentili etiam pro possessiuo vtuntur aliqui: sicut Τυρρῆνός, pro Τυρρῆνικός, οἱ χαλεποὶ διὰ τὸ ληΐζεσθαι τὰς Τυρρῆνας. videtur enim non iam de Cyzicenis dicere, sed simpliciter Tyrrenos interpretare, infectos alijs, & prædones homines, &c. Solent autem (addit mox adagiorum author) tincturæ insignes à locis habere cognomen. Simili modo dictum est ἔμβαμμα Συρακῆσιον, & βάμμα Σαρδωνικόν. Ego verò Syracusam tincturam purpuram uè apud authores nullam laudari inuenio, & deceptus mihi videtur ille inde, quod Hesychius scripsit: βάμμα (melius βάμμα) τὸ χρώμα, καὶ τὸ ἔμβαμμα συρακῆσιον (non συρακῆσιον) quæ verba mox etiam ineptè in Bammatis Cyziceni mentione repetita sunt. Embamma Græcis communiter in-

tinctum



**A** tinctum significat, hoc est, liquorem, in quem excitandi appetitus gratia edulia intinguntur: hunc sua dialecto, Syraculani bamma nominant: nihil hoc ad purpuræ aut aliam vestium tincturam: Sed reliqua authoris adagiorum in huius prouerbij explicatione addamus, quoniam ad Purpuram faciunt. Est (inquit) æstimatio rumorq; consequens hominum vitam, velut tinctura quædam, vnde carbone notari dicuntur, qui damnantur, & notum est illud Ennianum apud A. Gellium: *Que tincta malis, aut qua bono dicto.* Addam quod est apud Herodotum. Quum Aethiopum rex conspexisset à rege Persarum missam vestem purpuream, rogauit tincturæ rationem. Eam cum ab Ichthyophagis didicisset: *δολερὲς μὲν ἀνθρώπους ἐστὶν εἶναι, δολερὰ δὲ αὐτῶν τὰ εἴματα*, id est, non solum ait homines esse subdulos, sed & vestes illorum esse dolosas. Prouerbiū perelegans vsurpari à Grecis animaduertit. *Extra leucoparyphus, intus verò holoporphyrus*, in eum, qui vestibus quidē frugi vratur, intus tamen, id est, animo, luxu distuat. Sumptum id ex historia: cum Antipatrum quidam laudibus efferret, quod esset apprimē frugi, ac austerus, & victu præparatus: *Ἐξωθεν* (inquit Alexander) *Ἀντιπατρος λευκοπαρυφός ἐστι, τὰ δὲ ἐνθον ὀλοπορφυρος*. Tanquam euparyphus ex comœdia, ὡς περ εὐπαρυφός ἐκ κωμειδίας, Plutarchus in Symposiacis prouerbiali figura dixit, hominem significās magnificē vestitum, nam huiusmodi finguntur in comædijs milites gloriosi: quorū insigne est chlamys purpurea, quem admodum indicat Donatus. Ita Lucianus de milite: *τὸν εὐπαρυφὸν λέγουσιν ἐν χλαμύδι.*

*Hominum vitam tinctura nota.*

*Lib. 4.*

*Extra leucoparyphus intus holoporphyrus.*

## V S V S I N C I B I S .



**V**ANTVM ad purpurarum vsum in cibis attinet, inquit Rondeletius, vniuersè scribit Galenus Purpuris, Ostreis, denique ostracodermis omnibus hoc esse commune, vt salsum in carne succum cōtineant, qui aluum subducant, caro verò dura sit: sed hæc vnicuiq; magis minusq; id est, qualitatis quantitatisq; ratione. Sed in purpuris diuersæ partes, diuersam naturam habēt. Athenæus ex Diphilo: Inter pinnas, & buccina purpuræ mediæ sunt nature, quarum tracheli multi sunt succi, ori grati: reliquæ partes salæ sunt, & dulces, facillè distribuuntur & humores corporis vitiosos ad iustam temperationem (*ἐπιπράσιν*) reducunt. Rursus Athenæus ex Hicelio. Copiosius alimur, maiorique cum voluptate vescimur papauere purpuræ, quàm cæterorum (quàm buccinorum) magis tamen sapit scillam, vt & Concha tota. Peculiare est is & Vnguibus, quod coctæ iusculum spissant. Elix quoq; seorsum purpurarum tracheli ventriculo malè affecto profunt: Hactenus Rondeletius. Vottonus quoq; ex eodem Galeno, vt videtur, carnem purpurarum, sicuti & cæterorum testatorū, durā esse scribit, ac proinde ijs exhiberi solere, quibus ex malorum succorum copia cibus in ventriculo corrumpitur. Et harum quidem & buccinarum carnem duriores esse quàm aliorum, succumq; gignere crassiores, minus tamen glutinosum tenacemque: sed in earum partibus discrimen esse. Quod collum namque appellatur, præ duritie dentibus agrè confici; parcioresque succum generare & stomacho gratum esse. Partes verò inferiores, & quæ *μήκωνες*, id est, papauera vocantur, molles esse ac facilius quàm colla confici: aluum mouere & vrinam, sudoresque ac saliuas ciere. Harum frequentiores vsum cholera gigni. Purpuræ maiores, inquit Xenocrates, duriores sunt, & ea ū cotia mediocriter corrumpuntur: colla difficulter conficiuntur, egrè secedunt, egrèq; corrumpuntur. Aptæ stomacho, pauci humoris sunt, vix mandendo dissolutæ. fundum verò aut earum excrementum, facillè conficitur, facillè secedit, maiorem piscis facultatem affert, vrinam ciet, sudorem mouet, sputum creat. Si quis eo largius vescatur, bilem nauseamq; facit, & atri humoris copiam gignit: partes autem ad caudam pertinentes, aut extremitates earum, quæ eiusdem sunt generis quæ turbinatæ sunt, omnium sunt aptissimæ earumq; vsum elixando & assando humorem ex se emittit ori gratum, ventriculo idoneū, aluum subducentem, dulcium vrinarum motorem, parum tamen carnis facit ad Cochlearum proportionem. sed & ori suauem odorem conciliat. Ad vini potum incommodæ: elixatæ nutriunt: assatæ verò duræ sunt: earum excrementum, quod testa continetur, sistit more buccinarum. Hæc omnia Xenocrates. Ab Archigine apud Galenum, Scribonio Largo, & Cornelio Celso purpuræ & murices censentur inter cibaria; quæ stomachum roborant. Celsus etiam minimè in ventriculo vitari testatur. Et Aetius ex Ostreorum genere purpuras & buccinas reliquis præfert in curatione colici affectus à frigidis & pituitosis humoribus. Scribit Lucianus in Cynico purpuræ carnem non in cibum modo conuerti, sed tingere etiam posse. Coquuntur autem teste Platina eo modo quo cætera Conchyliæ.

*Aluum subducit.*

*Tracheli multi sunt succi.*

*Papauer optimum.*

*Coctæ iusculum spissant.*

*Caro dura est.*

*Collū agre conficitur.*

*Maiores duriores.*

*Bilem largius sumptum earum excrementum facit.*

*Stomacho viles sunt.*

*Ve coquantur.*



## VSVS IN MEDICINA.

Lib. 32. 6.

Ad venena  
Mitigat do-  
lorem.Ad vulne-  
ra glutinā-  
da.Ad hemi-  
craniam.Lib. 32. c.  
10.Lib. 2. Eu-  
pori. 11.  
Ad oris re-  
tro ab ul-  
cere ado-  
res.Lib. 2. c. 4.  
Dentes ab-  
stergunt.Lib. 7. c. 3.  
Cineris fa-  
cultas.

Ioniū quid

Li. 32. c. 9.  
Ad pustul.  
pudendi.Ad pulmo-  
nes male  
affectos.Lib. 11.  
Simpl. c. 21Ad ulcera  
maligna.Ad ulcera  
putrescētia  
L. 1. c. 18.Pilos atte-  
nuant.

Amuleta.

Li. 3. Fen.  
9. c. 10.Viperę ca-  
pitis mira  
facultas.

VRPVRÆ teste Plinio contra venena profunt. Nicander quoque contra dorycnium in cibo prædicat strombos, & calcham, id est, purpurā Purpure totæ partes internæ in oleo percoctæ mitigandi doloris vim habent, inquit Rondelerius: & salua earundem, quæ admodum lenta est, siccantur, & agglutinantur vulnera recentia, maximè si cum paucò sanguine draconis adhibeatur. Kiranides si benè memini ad hemicraniam: caro cruda porphyre, inquit, illita fronti mitigat. Callum quo se operiunt, tulum glutinare nervos præcisos Plinius testatur. Ad oris retros absque ulcere odores, Galenus hoc recenset remedium euphoristicum: Ex Ostreis, purpura, & buccino cum myrtha vtuntur quidam; cumq; cubitum eunt, aceto acerrimo colluunt. Purpura vsta secundum Dioscoridē, dentes abstergit, excrescētia in carne cohibet, ulcera purgat, & ad citatricem perducit. Galenus in vndecimo Simplicium paulò fusiùs eadem docet, atque Aegineta purpuræ crematæ testis eandem vim tribuit, quam pompholygi, id est, siccandi sine rosione. Secundum verò Aetium purpurarum testæ cum aceto potæ lienes tumentes sanant, & secundas morantes detrahunt. Vstarum cinis ad eadem confert, ad quæ buccinorum, de quibus suo loco. His addit Dioscorides, Ionia vocantur purpurarum, buccinorumq; mediæ partes, circa quas testæ volumen clauiculatim intorquetur. Cremata simili modo maiorem purpuris, buccinisq; facultatem vrendi consequuntur, quoniam apprimendi naturam obtinent. Plinius purpurarum testæ cinerem discutere pustulas verendorum è melle alii. Ex purpuris vstis dentifricia optima sic conficimus. Eas vstas vino extinguimus, abluimusque: deinde aceto rosato, postremò aqua rosarum, tum melle scillitico, vel oxymelite exceptis, & ad confectionis formam redactis, odoris boni, saporisque conciliandi causa rosas, & caryophylla addimus. Idem cinis cum puluere glycyrrhizæ, papauerisq; semine, ex cremore hordei, & paucò vino albo sumptus, pulmonibus malè affectis mirè auxiliatur, fluxiones, inhibendo, & id quod iam fluxit absumendo, exiccandoque. Buccinorum, purpurarumq; testa, inquit Galenus, quandoquidem durissima est, nunquam absq; vstione vtor. Atque vsta quidem desiccandi vim possidet: ceteram ad vnguem eam læuigare, planeque pollinis in modum necesse est, tundendo scilicet, & cribrando, quod tibi commune sit in omnibus lapidosis, testaceisq; substantijs præceptum. Nam nisi exactè læuia sint reddita, arenis similia sunt. Per se illarum tritarum farina ulceribus malignis competit, id quod ipsum quoque commune est omnium, quæ citra insignem morsum desiccant vehementer: quippe cum alioqui fluxionum causa existant. Sed & aliud est omnibus id genus commune: nempe vt cum aceto, aut oxycrato, aut oenomelite, aut oxymelite idonea sint ulceribus putrescentibus. Idcirco lapides omnes, vbi ad eum vsus applicantur, alij magis, alij minus, certè omnes conferunt. Hæc Galenus, qui etiam lib. de compos. med. secundum genera, purpuras cum ijs recenset, quæ propositi albi emplastri (aduersus ulcera cacoëthe, & dysepulota) candorem tueri possint. Adduntur & testæ purpurarum vstæ apud eundem eodem libro in quinto capite, vt etiam apud Aetium medicamentis pilos attenuantibus. Idem cinis vtiliter cum melle illinitur ulceribus capitis, & similiter mulierum mannas sanat: panis etiam resistit vtroq; modo, siue opus sit incipientes discutere, siue coctos emittere, si rectè obscurus quidam ex Plinio citat. Idem ex Dioscoride purpuris attribuit, quæ apud Galenum ostreis ascripta leguntur, remedia quædam. Paulus Aegineta tertio sui H operis volumine, eo capite quo agit de columellæ oris inflammatione, authore Galeno docet, plerisq; oris, & colli affectionibus prodesse suspensum ex collo, aut adalligatum homini funiculum ex marina purpura, qui viperæ collo circumdatus eam strangulauerit. Verba Aeginetæ hæc sunt Græca, vt Matcellus Virgilius recitat, ex quo hoc exscripsimus: αἰελοῖς ποιεῖ λίαν ἀπὸ πορφύρας θαλασσίας περιτεθὲν ἐχίδνης τραχήλω, καὶ πανίαν αὐτῷ: εἶτα περιεπτόμενον θαυμασῶς ὀνίσι, παρίσθμια τε, καὶ ὄσα περὶ τραχήλων, ὡς μαρτυρεῖ Γαλένιος: hoc est, ad gingiuas etiam salutare est filum è purpura marina, quo vipera fuerit cervici circumposito suffocata, hoc circumdatum consillis, & omnibus colli causis, mirificè iuuat, vt Galenus testatur. Ego hoc apud Galenum non memini legere. Auicenna, est (inquit) certum inter experimenta, quæ agunt vi quadam occulta in abscessibus, vnde suffocationis periculum est, & vuar, & tonsillarum, & omnino omnium gutturis partium, si filis tinctis cum alargiuā (interpretis verba murice marino) stranguletur

vipera:



**A** vipera: deinde circumdetur eis collum ægroti. Mirabiliter enim iuuat. Plinius ab aliquibus strumas circumligari lino (simpliciter, non purpureo) scribit, quo præligata infra caput vipera pependerat, donec exanimaretur. Inuenio & ex lana, vel vestimento purpureis, id est, purpura infectis, remedia. Actius purpuram hircino felle madefactam mulieb. i. vmbilico diebus septem imponi iubet: & deinde crescente luna, sicum viro congregiatur, concepturam esse existimat. Meminit huius etiam Galenus opere de compositione medicamentorum secundum locos, apud quem ibidem in tertio, capite primo Andromachus medicamentum quoddam auribus instillari iubet; deinde lanæ purpura infectæ tomentum indi. In eodem libro Archigines post medicamentum auri infusum, purpuræ lana iubet obturari. Item lib. 4. cap. 6. tormenta Purpuræ Laconicæ miscentur arido cuidam Asclepiadis medicamento ad oculos. Methodi etiam 7. & 8. panniculo è purpura marina, siue Tyria vitur, quem & modicè astringere dicit. Et in libro de præcognitione ad Posthumum imperatori, qui ex assumpto cibo grauabatur stomacho, purpuream lanam nardino pigmento calido intinctam, ostio ventriculi imponit. Lana per se Conchylio infecta, inquit Plinius, auribus magnoperè prodest: quidam aceto, & nitro madefaciunt. Fimbriati autem marinarum Purpurarum floeculi cremari solent, vt lanæ, mundi, & carpti, in fictili crudo.

Li. 30. c. 5.

Li. 16. c. 34.

Ad Con-  
ceptus iuuandos.Tomentum  
lana purpu-  
ra infecta  
quis opere  
tur.

## DE BVCCINO. Cap. VI.

## ÆQVIVOCA.

**A**ristoteli Buccinum est, vt mox fusiùs patebit, Homero, cæterisque Græcis præco, cui varia ab illo tribuuntur officia, vt populum conuocare ad cõcionem, silentiũ indicere, comitari in itinere viros aliqua dignitate præditos, aut eos, quos illi ad obeundum munus aliquod mittebãt: præterea fungebãtur aliquibus in sacrificijs mysterijs, & epulum etiam apparabant: in primisq; caduceatores agebant, & nominatim quemadmodum legimus apud Lium caduceatorem mitti, qui inducias ad sepeliendos mortuos petat. At verò apud solutæ orationis scriptores *κρηπυες* sunt, qui præconum, vel caduceatorum munia obeunt: de quibus omnibus significatis consule thesaurũ linguæ Græcæ. Præco autem ab hoc animali *κρηπυες* vocari fortassis meruit. Cùm enim Triton Concham inuentam excauisset, secum eam cõtra Gigantes tulisse scribit Hyginus, ibique sonitum quendam inauditum per Concham emisisse: hostes autem veritos ne qua esset immanis fera ab aduersarijs adducta, cuius esset ille mugitus, fugæ se mandasse, & ita victos in hostium potestatem venisse. Romani Tritonus cum buccinis fastigio Saturni ædis superposuerunt, vt significarent à commemoratione Saturni historiam quasi vocalem esse factam, cùm antea muta, & obscura, & incognita fuisset, quod etiã testari videntur, vt inquit Macrobius, caudæ Tritonũ humi mersæ, & absconditæ. Habebant præterea Romani argenteos Tritones, qui pugnam buccina exciebant. Suetonius: Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam antè commisit: Sed cùm proclamantibus naumacharijs, Aue Imperator, morituri te saluant, respondisset, Aucte vos, neque posthac vocem quasi venia data quisquam dimicare velle, diu cunctatus, an omnes igni, ferroq; absumeret, tandem è sede sua prosiluit, ac per ambitum lacus non sine foeda vacillatione discurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula, & Rhodia concurrerunt duodenarum triremium singulæ, exciente Buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emererat. Vt itaq; *κρηπυες* est Græcis, qui buccinat, ita Buccina etiam latinis proprie cornu recuruũ, quod tubæ modo inflatur buccina, inquit Isidorus, est qua signum datur in hostem, dicta à voce quasi vocina. Alij à bucca dici volunt, quum tubam significat. Bucca, inquit Hieronymus, vocatur tuba apud Hebræos, deinde per diminutionem Buccina dicitur. Varro: quod mo- Orpheæ vocari iussit, qui cùm eò venisset, cithara cantare iussus, buccinam inflauit. Lilius: Equitibus imperauit, vt ad tertiam buccinam præsto essent. Cicero: Signum buccina datur. Est quoque Buccina pastoralis, qua oues, & porci appellantur. Columella: Ad quæ saturæ pabulo libenter recurrunt, cùm pastorali signo quasi receptui canitur: nam id quo quæ semper crepusculo fieri debet, vt ad sonum buccinæ, pecus, si quod in syluis sublitent, septa repetere consueſcat. Varro. Subulcus debet consuefacere omnia, vt faciant ad buccinam.

Præconis  
officia.Tritones  
argentei.  
In Claudio  
cap. 21.Buccina  
cornu cur-  
uum tube,  
quod mo-  
do inflatur.  
Vnde dica-  
tur.Buccina pa-  
storalis.

li. 7. c. 23.



*Buccinae  
à tubis ut  
differant.  
Lib. 3.*

*Buccina op-  
pidum.*

*κίρυξ αἰνίς*

buccinam. Hinc verbum buccinare Varroni, & nomen buccinator Cæsari. De buccina, & buccinatore consule Vegetium. Buccinas à tubis nonnulli distinguunt sic: quòd illæ ex recuruis animalium cornibus, tubæ ex ære argentouè, confici soleant, ad animos militum, & equorum inflammandos. Apuleus certè in Floridis buccinam manifestè à tuba secernit, cum ait. Siquidem vox hominis, & tuba rudiore toruior, & Lyræ concentu variatior, & tibiæ quæstu delectabilior, & fistulæ susurro iucundior, & buccinæ significatu longinquior. Sæpe tamen buccinam pro tuba positam inuenimus, aut certè pro instrumento tubæ simili, eundem in bello vsum habente. Cicero pro Mureto. Te Gallorum, illū buccinarum cantus exuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit. Est & buccina nomen oppidi in Sicilia Dionysio, quo nomiue etiam dicta est insula, Pontiani pontificis exilio, & morte clara: Sed vt ad Græcam vocem, vnde digressi sumus, oratio nostra reuertatur, Κίρυκων nomine vocata fuit quædam familia Athenis, à filio Mercurij, qui κίρυξ vocabatur. Horum κίρυκων fit mentio ab Hesychio, & à Suida. Est denique κίρυξ auis quædam, quæ & ὀπίσβος dicitur.

## S Y N O N Y M A.



*Conchylia  
à buccinis  
an distin-  
guenda.*

*Murex vn  
de dictus.*

*Ceryx an  
murex, an  
Cōchylia.*

*Murex no-  
men gene-  
rale.*

*Lib. 8. Dei-  
pnos.*

*Stratonici  
de ceryce  
dictum.*

*Buccinum  
pro aculea-  
ta purpura.  
Casauboni  
error.*

κίρυξ Aristoteli, vt iam dictum est, buccinum, vel, vt Gaza vertit buccina vocatur. Plinius nonnunquam murices transtulit, vt in trigesimo sexto capite noni libri, vbi de purpura agit: Latent vt murices circa canis ortū tricenis diebus; hoc enim de buccino dixit Aristoteles. Iacobus Dalechāpius in explicatione eiusdem horum verborum: Sed quota hæc portio est reputantibus purpuras, Conchylia, margaritas? Conchylia pro buccinis dixisse autumat. cæterum non est necesse meo iudicio ea hæc distinctione, cum & Conchylia propriè dicta purpureum colorem, quem & per se Conchylum dicunt, proferat. Vnde item eadem distinctio apud eundem Plinium, locum non habet, vbi ait: sed vnde Conchylis pretia, quis virus graue in fuce? &c. nam per Conchylia intelligit, præter purpuras, buccina, murices, atque ipsa Conchylia, ex quibus omnibus flos ille purpureus colligitur. Pet. Bellonius vocem murex à Ceryce nōmine Græco prodijisse putat, & littera mutata in m, n verò in u, & o in e. Non probo Franc. Massarij iudicium, cerycem putantis esse muricem, & Conchylum: Buccinum, inquit, Plinius, pro ceryce, seu murice dixit. Cùm enim ex ipso Plinio, duo sint genera turbinatorum continentium florem illum tingendis vestibis expetitum, alterum scilicet buccinum, alterum purpura, necesse est buccinum esse, qui ceryx, murex, & Conchylum appellatur. Sed præterquam quod murex diuersus est à ceryce, & Conchylia, ita quoque muricis nomen, vt rectè aduertit Hermolaus, generalius est quàm buccini, vtpote quod & purpuram quoque comprehendat. Kiranides: Porphyra marina, quam quidam κίρυκα vocant. Sed dicendum est potius species esse vnus generis proximi diuersas. Inuenio item apud Syluaticum: Purpura maritima, idest, cetula marina, lego ceryx marina: Et aliàs habet, Ciceros (nomen etiam corruptum est, à ceryces) id est buccini marini. Antiqui tamen etiam Græci cerycem pro purpura acceperunt nonnulli, vt lego apud Eustathium: Stratonicus etiam facetus ille iuuenis in nomine κίρυκων festiuè lusit: Cùm enim in ciuitate, in qua erat, plurimos κίρυκας (id est præcones) habere cognouisset, summis pedum digitis incedebat, metuere se inquiens, ne si pede plano terram calcaret, ceryce aliquo pedi infixio læderetur, tanquã ceryx marinus propter Conchylia formam mucrones aliquos circa se habeat. Desumpsit hoc ex Athenæo Eustathius. Ego il-  
lius quoque verba adijciam: Stratonicus (inquit) cùm Abdera se contulisset, ad statutum illic ludorum spectaculum, ciues singulos peculiarem sibi præconem habere cōtuitus, qui eorum iussu, cùm adlubuisset, nouilunium ipsorum annunciaret, contemplatus in hac ciuitate præcones (adeo vt propemodum maior esset præconum numerus, quàm ciuium) portione ciuibus esse plures, summis vnguibus pedetertim incedebat, in terrâ defixis oculis. Interrogante verò eius hospite, eequid mali pedibus tam subito accidisset, hoc inquit: Ego equidè totis pedibus valeo, & quouis assentatore ad cænas excurro celerius: anxius tamen sum, ac prorsus metuo, ne calcando τὸν κίρυκα pes transfigatur. Dalechampius hoc addidit scholiolum: Hæc vox (κίρυξ) significat & præconem, & buccinum Concham, non equidem clauatam, aut aculeatam, sed tuberculis multis eminentibus asperam, & inæqualem. Buccinum pro aculeata purpura dixisse videtur Stratonicus negligenter. Isacius Casaubonus in suis animaduersionibus non rectè murices vertit. In præcedentibus versibus



**A** κήρυξ erat præco: hic est murex: nisi muricis nomine generalius accipiamus, ut etiam sub eo purpura comprehendatur. In Glossis rectè, murices, κήρυκες, πορφύρια. Inde Latinis in re militari murices dicti, qui Græcis τριβόλοι, vel σάνιδες κεντραται: Aggregator interpretatur ceryces cancrorum (lego concharum) esse speciem, vel limaces marinas, quæ Venetis dicantur buouali. Atque hæc de diuersa authorum interpretatione. Zoographus κήρυξ scribi ait cum circumflexo in prima, ut φοίνιξ, δοῖδυξ, & huiusmodi, tanquam vltima natura breuis sit, & positione tantum extendatur: in obliquis tamen natura produci, citans illud Oppiani:

*Κήρυκες τε μέγες τε καὶ ἀτρεκέες ἔνομα σάλπι.*

**B** κηρύκιον vox est diminutiua apud Kiranidem, Hippiatros, Trallianum. Illud notare libet (inquit Hermolaus) cerycas à nostris verbum ex verbo buccina conuersos esse, quod κήρυξ idem sit, quod præco; quanquam & à cera, quam mucos similem attritu mutuo saluant, cognominari posse videantur, quod Græci κηρύττειν dicunt. Bellonius buccinum ab alijs vocari tradit, vel quod buccis admotum sonos musicos edat, vel quod buccas inflare tubicines cogat. Eius enim concha antiquis tibicinibus fuit idonea. Hæc ille, sed etymum buccini habemus apud Plinium, dum ait: buccinum minor ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur, vnde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Buccinus etiam à Pet. Gillio masculino genere effertur alicubi, & buccinus minor, Romanis delphinium est, ut inter nomenclaturas apud Diosc. legitur. Gaza latinè fæminino genere buccina semper effert; vti etiam Festus, inquit: Buccina quam nos appellamus, Græci buchia à similitudine soni dicunt. Zoographus ait se audiuisse, hodiè à Græcis φήμιον appellari. Στρόμβος, & σρόβιλος etiam buccinum quandoque significant: Scholiastes Nican-dri, τὸν σρόμβον ἔλεγον οἱ Ἀρχαῖοι ὄσρακον τῶν κογχυλίων οἷς καὶ ἐχρῶντο ἀντὶ σαλπύγγος, ut & apud latinum poetam

*— Dum personat aquora concha:*

& apud Ouidium:

*Caruleum Tritona vocat, Conchaq, sonantē*

*Inspirare iubet, fluctuq, & flumina ligno*

**C** iam te vocare dato. Σάλπιγξ item Græcis non solum buccina, & tuba est, sed etiam apud Hesychiū buccina piscis, seu turbo, nec non auis. Dentale vulgò dictum à recentioribus medicis, nonnulli buccinum interpretantur, ut anate purpuram. Nos de utroque diximus in purpura. Buccinum Northmannis dicitur teste Roberto Constantino Ran de mer, Venetis bouolo di mar. Massilienses, ut Gillius scribit, purpuras, & murices, & buccinos (sic habet) vocant bios: Et rursus: Ligures buccinos nunc vulgò Cornetos nominant, Massilienses bios cornetos; Græci quidam hac ætate strophylidas.

**GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.**

**B** VCCINA turbinatorum è genere esse habemus apud philosophum non vno in loco, ac nominatim vbi scribit in hæc verba: Turbinati generis alia in anfractum intorta sunt, ut buccina: alia in globum tantum circumacta, ut echinorum genus, nec non bivaluum &c. Alibi etiam buccinas testatis πορφυρικοίς, id est, gressilibus annumerat. Quod ad formam attinet, Speusippus apud Athenæum inter se similes esse tradidit ceryces, purpuras, strabelos, & Conchas. Est verò buccinum magnum, & buccinum paruum, cuius concha spirâ tuberculis exasperata cingitur. Aristoteles testam buccino scabram tribuit. Ouidius quàm breuissimè figuram sic perstrinxit

*— Cava buccina sumitur illi*

*Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo.*

Bellonius buccini concham ut plurimum minimi oui magnitudinem non excedere testatur, strias in tergore quinas habere, ut nerita, plærîsq; in gyrum tuberculis, obtusis, breuibusque obseptas, multò quàm in purpura frequentioribus. Sed vbi in clauiculam desinunt, vnicum tantum eam comitari. Interna parte incisam oris rotunditatem habere, turbinum modo, & canalem ad latus, per quem linguam exerat, purpurarum modo: eodemq; operculo contegi, quo etiam turbinata omnia, ne in testas contracta ab externis offendantur.

*Buouali.*

*In Corol. Diosc. lib. 2 cap. 205. Elymum.*

*Li. 9. c. 36.*

*Buccinus minor qd.*

*Strombus, & Strobil<sup>o</sup> buccinum significant*

*Σάλπιγξ. Dentale.*

*Lib. 4. de partib. c. 7.*

*Forma.*

*Li. 4. Hist. cap. 4. Testa buccini.*

*Magnitudo.*

*Operculum.*



*Color testæ* tur. Colorem testæ intus lacteū, foris esse fuluū, tantaq; magnitudine nonnunquam cresce- **E**  
 re, vt ad Carteiam Purpuræ, & buccinæ decacotyli, id est decem cotylarum capaces repe-  
 riantur. Hæc ille, qui & ante pauca interiecta dixerat buccinæ cōcham esse turbinatam,  
 & in anfractum intortam, sed quàm purpura minorem; indeque à quibusdam filium pur-  
 puræ dici, nullis item aculeis exertis clauatam apparere, quemadmodum purpuræ con-  
 cha, sed scabram esse, habereq; (inter notas à Plinio descriptas) rotunditatem oris in mar-  
 gine incisam. Plinius quoque buccinum minorem purpuræ Concham esse scribit ad si-  
 militudinem eius buccini quo sonus editur, vnde inquit & causa nomini, rotunditate oris  
 in margine incisa. Cæterùm Rondeletius pro minor apud Plinium legit maior, & quo-  
 modo apud Athenæum purpuræ filius vocetur buccinum declarare conatur. Verba eius  
 non præteribo. Est ex turbinatorum, inquit, genere, longiore testâ, in medio latior est: in-  
 deq; in turbinem longum definit: altera parte magis in longum procurrente: atque illic  
 rotunditate oris incisa. Tota intus læuis est, & candida: foris tuberculis multis atque exo-  
 chis aspera. Caro interna partibus quibusdam ruffa, quibusdam rubens spectatur, intus  
 cādida: foramen operculo, quod est oui figura integitur, & arctissimè clauditur. Duo buc-  
 cina hinc exhibemus. Vnum interni nihil ostendens, alterū prominente interno corpore, **P**  
 & inuerso operculo. Antiquorum buccina esse declarat succus dilutior, & minus floridus  
 quàm in purpuris, quod de buccino tradit Plinius: Buccinum per se damnatur, quia fu-  
 cum remittit. Testa scabra, & aspera, sed neque aculeata, neque clauata. Aristoteles:  
 Testarum permagna est inter se varietas. quædam enim læues sunt, vt vngues, mytuli, &  
 conchæ nonnullæ, quæ galades à quibusdam vocantur: aliæ asperæ, vt Limnosta, &  
 pinna, & concharum genera quædam, & buccina. Plinius: Præterea clauatum est ad turbi-  
 nem vsque aculeis in orbem septenis ferè, qui non sunt in buccino. Quæ notæ omnes  
 cum certissimæ sint, & in his buccinis, quæ proponimus maximè expressæ, non possum  
 non in eadem permanere sententia, etiam si Plinij locus vnus repugnare videatur, in quo  
 hæc scripsit: Concharum ad purpuras, & conchylia eadem quidem est materia, sed distat  
 temperamento. Duo sunt genera, buccinū minor concha, ad similitudinem eius bucci-  
 ni, quo sonus editur: vnde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa: alterū pur-  
 pura vocatur, &c. At contrā euenit in nostro littore. Purpura enim semper minor bucci-  
 no reperitur. Sed hunc locum corruptū esse docent nos vetustiora exemplaria, in quibus  
 pro minor, maior legitur, quemadmodum etiam legendum esse res ipsa demonstrat. Cor- **G**  
 ruptus est etiam Athenæi locus, ex quo colligunt omnes, qui de piscibus nostro sæculo  
 scripserunt, buccinum minus esse purpura, quod filius purpuræ vocetur. Locus Athenæi  
 est huiusmodi: *περὶ δὲ τῶν κλύων ὁ Αρχιππος τὸ δὲ λέγει: κλύξ, θάλασσης τροφίμος*  
*ἢ ὅς πορπύρας.* Vbi pro ἢ ὅς legendum ὅς, id est, buccinum marinum abundè nutrit vt  
 purpura. Hæc omnia Rondeletius. Fuit autem Archippus Atheniensis veteris comædiæ  
 poëta Athenæo teste, & sæpe eius versus ab Athenæo citantur. Et cum senariū iambicum  
 verbis, inquit Zoographus, iam recitatis constitui appareat, non conueniet ἢ ὅς mutari in  
 ὅς, quod Rondeletio placuit. *Τροφίμων* etiam non vt ipse, quod nutriendi vim habeas,  
 exponendum iudicat idem Zoographus, hoc loco, sed pro eo quod nutritur, & alitur, vt  
 sit buccinum maris alumnum, purpuræ filius, vt Cælius Rhodoginus quoque conuertit:  
 Qua ratione autem filius purpuræ dicatur, magnitudinisnè, an alia quadam, alijs inda-  
 gandum relinquit Zoographus. Aristoteles in quinto historiæ cap. 15. operculum oris  
 idem tam purpuræ, quam buccinæ adherere natium, quam cæteris turbinatis omnibus  
 author est. Et in quarto de partibus cap. 5. Operculo quodam congenito, inquit, carni  
 patulæ apposito clauditur, vt reliqua generis eiusdem, idq; præsidij causa. Qua enim te- **H**  
 sta non protegit, facile offendi posset ab ijs, quæ extrinsecus inciderent. Et alibi dixerat,  
 Promuscidas vt purpuræ habent modo muscarum, quod quidem membrum, inquit, lin-  
 guæ effigiem præ se fert. Habent autem hoc firmum, & torosum, quo similiter vt a fili, atq;  
 tabani quadrupedum tergora penetrant, imò longè validius: testas enim escarum possunt  
 perforare. Venter os protinus excipit, similis in vmbilicis gutturi auium: habentq; parte  
 inferiore duo quædam albida, torosa, mammis similia, cuiusmodi carunculas, vel in sepijs  
 esse aduertimus: sed hæc torosiora. Gula à ventre duplex longa porrigit se vsq; ad papa-  
 uer: quod postremum fundo commissum est. Hæc ergo vt in purpuris, & buccinis conspi-  
 cua, in clauicula testæ continentur. Quod autem gulæ subiungitur, intestinū est, ipsi con-  
 tinuum, simplexq; ex toto vsque ad exitum: cuius initium circa anfractum papaueris est,  
 qua & laxius hæret. Quas verò etiam partes cum cochleis communes buccina habeant,  
 supra detestatis in genere dictum est, & in cochlea reperemus. Ionia sunt, qui florem esse  
 credant

*Filius Pur-  
 pura cur  
 dicatur.  
 Li. 9. c. 36.  
 Plinius cor-  
 rectus.*

*Succus.  
 Li. 9. c. 38.  
 Li. 4. Hist.  
 cap. 4.*

*Cochlearum  
 duo genera*

*Athenæus  
 correctus à  
 Rondeletio.*

*Contra Ron-  
 delet.*

*Oris oper-  
 culum.*

*Lib. 4. Hist.  
 cap. 4.*

*Venter.*

*Gula.*

*Intestinū.*

*Ionia.*




credant eum, quem Purpuræ, vt Aristoteles scribit, habent & Buccina medium inter papauerculum, & ceruiculam, vt Athenæus testatur. Est autem papauerculum in Buccina pars eius ima esculentaque: quamquam otonis callus pinnæ, & Conchylj interior, papauer quoque dicitur. Ego inquit Hermolaus, in Dioscoride non ionia, sed cionia, hoc est verbum è verbo columellam lego, ita scriptum in exemplaribus aliquot inuenias. Rondeletius in cancelli historia legit *ῥονια*, & interpretatur medias turbinatorum partes, circa quas testæ volumen clauiculatim intorquentur, ex Dioscor. lib. 2. cap. 4. His (inquit) cæcellorum mollis cauda cedens implicatur, & alligatur, vt testas circumferre possint. Sed de hac parte plura etiam in Purpuræ historia diximus. Habes hic duas Buccini icones, quas exhibet Rondeletius, item alterius ex Zoographo siue Cochleæ, siue Buccinæ, quam apud ciuem quendam se vidisse ait, mucrone pertuso, circulo stanco ambiente, vt apta esset inflari. Rondeletij, inquit, posita effigies, nostræ quidem similis est, sed tuberculis rotundis scitè clauata. Venduntur passim huiusmodi Buccina apta inflari, & ego habeo quod æneus circulus ambit. Habes item aliud genus magnum coloris item violæci, sed cuius orbis flauescunt, & in ore candicat. Zoographus etiam aliud genus Buccini se vidisse tradit, Purpuræ similis figura, & magnitudine propius, quam vltim ex ijs, quæ picta dedit; sed tuberculis vndiquaque dispositis, deinceps rotundis scitè omnino, eleganterque *ῥονια* clauatum; nec in mucronem adeo exproctum, sed capite obtusiore breuius. Quæ postremo loco adiecta est icon, pro Buccina peregrina mihi missa est. Conchilium est colore, & duritie marmoris, circulis rosas æmulantibus.

Papauer.

Diosc. cor.  
rectus.

Buccina Rondeletij.

Buccina Rondeletij alia.











Buccinae alia species.

Buccina peregrina, colore, & duritie  
ferè marmoris æmulo, circulis ro-  
fas æmulantibus.



LOCVS. NATVRA. ÆTAS.



**A**RISTOTELES latere scribit Buccina, vt Purpuræ, canis exortu cir-  
citer dies tricenos; sed Plinius, vt dixi, hoc de Muricibus dixit. Atque  
Buccinum non nisi petris adhærere, circaq; scopulos legi; sed & hoc Ari-  
stoteles de Aporræde ( Aporrhaide ) inquit Massarius, dicere videtur,  
quam Theodorus Muricem conuertit. Verba Aristotelis hæc sunt: Nati-  
ces saxi adhærescunt more Patellarum, & Aporradum, siue Muricum.

Li. 8. c. 23.  
Canis exor  
in latere,  
Li. 9. c. 36.

Tempus viuendi Purpuris, & Buccinis secundum Philosophum longum est; annos enim  
circiter sex viuere tradit in quinto de historia, cap. decimoquinto.

Ætas.





## G E N E R A T I O .

*Li. 5. Hist.  
15.  
Cap. 12.  
Hyeme ab-  
eunte gene-  
ratur.*



**B**VRPVRÆ quomodo generentur, dictum est antè. Aristoteles buccinis eundem gignendi modum esse profiterur, idemq; tempus: Buccina tamen ante purpuras paulum generari paulò antè dixerat: purpuras nimirum vèrè, buccina hyeme abeunte. Eodem authore semen ad generationem nullum habent, & quomodo quasi à seminali natura humores quosdam mucosos emittant, in purpura dictum est ex eodem. Illa enim coagmentatio fauo similis tanquam purgamentum tam purpuris, quàm buccinis euenit: nam buccinis quoque fauificare in more est, vt ibidem diximus: quod sanè hoc pacto faciunt: Oua sub lapide prona parte oblonga, albaq; deinceps pendentia disponunt, quæ ita disposita faui nomen habent, ab apum similitudine. Supini autem sub lapide stabulantur, cùm fauificant: quo verò tempore fauos extruunt, si incoquãtur, & abscondantur, oua inrà continere comperientur: quæ saluario lentore lapidibus, & caucibus fer ruminant, vt inde decidere nō possint: quod tam magno artificio construunt, vt nihil coaceruatum esse videatur.

*Vt fanific-  
ant.*

## V S V S I N C I B I S .

*Ori grata  
carnes.  
Stomacho  
conueniãt.*



**B**VCCINORVM carnes, inquit Dioscorides ori gratæ sunt, & stomacho vtiles, sed aluum non molliunt. Archigenes apud Galenum, ex testaceis, stomachis maximè conuenire tradit buccina, & purpuras. Bellonius buccina, & purpuras Massiliæ, Genuæ, & Venetijs ait in cibis expeti, sed buccinæ carnem purpuræ carne duriorè esse. Apud priscos in pretio etiã fuisse inducor, vt credam. Charmus enim Syraculanus inter cæteras pæroemias, seu hemistichia, quæ de vnoquoque ferculo in promptu habebat, de buccino hoc vsurpabat

*Χάρητι κήρυκες διός ἄγγελοι,*

ex Homero videlicet, qui de præconibus in exercitu hæc verba protulit: à quibus etiam conchæ istæ marinæ, præconum suo cùm instantur, sono fungentes vice, nomen sumpserunt. Alexis etiam buccina, cochleas, & bulbos inter cibos celebrat apud Athenæum, Venerem stimulant: præferri autem colla eorum video. Diphilus enim Pinnæ, inquit, vrinam cient, difficile cōcoquuntur, & similiter buccina, quorum colla (τρώχηλοι) stomacho conueniunt, sed difficulter cōcoquuntur, quam obrem ijs, qui stomacho infirmo sunt, conducunt, difficulter etiam excernuntur, alunt mediocriter. Papauera verò eorum circa fundum tenera sunt, & facile corrumpuntur. Hicesius quoque, buccinorum colla, inquit, stomacho apta sunt, & minus alunt, quàm musculi, chamæ, peccines. Profunt ijs, quibus est imbecillus ventriculus, ac quibus non facile cibus ad interiora ex aluo digeritur, quoniam vix corrumpuntur. Nam quæ in confesso est facilè coqui, è diuerso incommoda sunt eiusmodi ventriculi aff. Cui, quia paruo negotio ideo corrumpuntur, quod tenera sint, ac statim dissoluantur, (liquentur & in chyli naturam vertantur, sed prauis, & improbi) Quam obrem horum papauera (excrementa in omnibus ferè testaceis, quæ membrana continentur ad extremã ferè testæ partem, esu suauiora reliquis partibus) quæ stomacho valentiori non conueniunt, debiliori ventriculo congruunt, Alunt magis, & delicatiora sunt purpurarum, quàm horum papauera, sed acriore, insuauiore, & ad scyllam magis accedente gustu, qualis est totius conchylij. Exactius omnium Xenocrates de buccinorum alimento scripsit in hæc verba. Buccinæ sunt duriores purpura; & magnitudine, ac loco differunt; triplicesq; vires habent testæ, colli, & excrementi in testa contenti. Nam scabra substantia piscis aluum sistit, ac præcipuè si assetur: contra magis facit elixa. Collum earum aluum sistit, difficulterq; cōcoquitur: idcirco ex sinapi, vel aceto, aut liquore, aut pipere corrigere ipsum debent, qui eodem vescuntur. Aqua denique, quæ ex eis emanat, calefacta ventrem subducit: cum eo verò excremento quod testa continetur, cocta, magis gilua fit, & piscis qualitatem præfert: si verò totæ decoquantur, maiorem sistendi vim habebunt: & sitim offerent: quidam verò eas elixantes læuigant, & æquè ac verrucas condiunt, suntq; ori gratæ. Luna ex oriente plenæ, & æstate graciles.

*Colla præse-  
runtur.*

*Papauer.*

*Imbecillis  
stomacho  
profunt.*

*Testæ vis.  
Colli.*

*Aqua ex  
eis emanã-  
tis vis.*



## VSVS IN MEDICINA.



**A**ETIVS in cura colici affectus à frigidis & pituitosis humoribus, ex ostreorum genere purpuras, & buccina reliquis præferenda scribit. Trallianus buccina etiam inter alia testacea enumerat, quæ raro, & modicè voluptatis gratia offerre tympanicis conuenit. Et in Cardialgia, Cibaria (inquit) conueniunt, quæ non facile alterentur, & concoquantur, & mordacibus, acribusq; humoribus resistere possint, vt sunt astaci, pectunculi,

*Ad Cardialgiam.*

cerycia, id est, buccina. In dolore etiam oculorum ex bilioso, & acri influxu, ægrium vesci iubet alimentis mitibus, minime mordacibus, & incrassantibus; inter alia *unpurpuris*. Item in purulentis, si falsus humor est, pectines aut buccina, aut astacum dare non esse alienum asserit. Enumerat verò etiam buccina inter cibos, qui succos vitiosos generant, podagræ pituitosæ præcessores. Nicander Strombos, pectines, buccina in cibo contra doryenium celebrat, & Kiranides contra cicutam. Galenus aliàs inter abstergètia, quæ pilos attenuat, buccinorum, aliorum uè ostreorū testas vltas connumerat; aliàs vt ne cui penis arrigi possit, buccinum vltum lotio bouis castrati extingui iubet: hocque in cibis, aut potionibus vti,

*Ad oculorū dolorem.*

**B**quod verò remanet in vase reponi. Ad oris tetros absq; vlcere odores, ex eodē: Ex ostreis, purpura, & buccino cum myrrha vtuntur quidam: cumque cubitum eunt aceto acerrimo colluunt. Ad parotidas emplastra quædam molliora fiunt, vt idem Galenus alibi tradit, cerati forma, ex butyro, vel oelypo cōstituta, ostreis, aut buccinis, aut purpuris vltis additis. Ibidemq; nimirum in libris de compos. med. secundum locos Archigenes aduersus idem malum buccina marina, aut purpuras vltas melle, aut axungia excipi, & imponi iubet, vt confestim discutiuntur. At etiam buccina, purpuras, & ostrea, vltas conuenire indurescentibus, ac vetustis inflammationibus. Ad choerades discutiendas, Hippocrates quidam, cerycia marina vri iubet, & cum melle cocta cataplasmatibus instar imponi. Ad alopeciam, & omne defluuium capillorum, alphasq; diuturnos, hoc mirabile habet Nicolaus Myrseus: Buccina vltas, & trita in oleo veteri sufficiens subigito, & ad glutinis crassitudinem reducito: raso prius, & fricto, illinito. Ad aureis dolorem à colore, ex eodem: Vna buccina in oleo elixa illine. Hoc enim naturalem, inquit, quandam vim in se obtinet. Galenus prætereà ad ephelidas, & lenticulas, purpuras, & buccina, vbi expiscatus fueris, iubet in ollulâ

*Contra doryeniū, & cicutam.*

*Ad penem arrigendū.*

*Ad oris tetros odores.*

**C**conijci, & in furnum assanda mitti, deinde ex melle tritis vti. Et apud Aetium quoque medicamentis ad impetigines miscentur testæ buccinorum vltorum. Testatur Zoographus vulgus apud Germanos inferiores, & oceano vicinos contra tussim, inanem præsertim, & puerorum, potum solitum è buccini, vel cochleæ marinæ (Kuckhorn ipsi nominant) concha haustum prodesse putare. Ioan. Guinterus Andernacus buccina ex succo limonum detrita ad genas mulierum dealbâdas commendat, præsertim si aliquid argenti viui sublimati, vt barbarè vocant, iisdem inieceris: Paulus Aegineta in suis succedaneis, item Galenus buccinorum loco ostrea substituunt: Dioscorides verò mitulos crematos eundem buccinis effectum præbere scribit: nec nõ buccina cremata eadem præstare quæ purpuræ, sed vehemècius vrere, si quis falsis plena fœtili crudo adurat: deatificio conuenire: ambustis vtiliter illini, quibus solui medicamentum non oportet: nam posteaquam vulnus cicatricem duxerit, ipsum in testæ modum induratum, sponte sua decidere. Fieri denique etiam ex buccinis calcem.

*Ad alopeciam.*

*Ad Auris dolorem.*

*Contra tussim.*

*Ad ambustia. Calx.*

## DE BUCCINO PARVO, ET STRIATO RONDELETII. Cap. VII.



**N**TER buccinorum genera, inquit Rondeletius, hæc duo reperi, paruum, lineis frequentibus asperiusculum: vt fortasse illud sit buccinū Plinij purpura minus, ijs quibus vetustior Plinij lectio non placeat: neq; succo, neq; partibus internis à superiore differt. Alterum huic simile est, nisi quòd lineas prominentiores habet, & transfuersas, vt striatum merito dici possit.


*Buccina Plinij min.*

Est & testa spissiore, durioreque. Habes hic præter duas Rondeletij icones, duas alias paruas, admodum inuicem differentes, ex Zoographo, vnam ab eo ad nostras conchas effictâ, alteram cum duabus mucronibus: quales ego etiam inter turbines depingam, cum purpuram ferre dubitem. Addidi deniq; & ego Buccini parui genus, quod à Rondeletij paruo buccino parum differt.




Buccinum paruum, &amp; striatum Rondeletij.

Buccina striata alia Zoographi.

Buccini parui genus  
Zoographi.

Buccina parua alia authoris.



## DE MVRICE. Cap. VIII.

## ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

Murex  
multa si-  
gnificat.



Murex pro  
purpureo  
colore.

Pro colore  
ex Murice.

Li. 2 2. c. 2.

Lib. 1. de  
plant.

Pro Purpu-  
ra.

Pro asperi-  
tate.

Muricata  
cacumina  
quid.

**M**VREX, inquit Rondeletius, nomen est polysemum. Significat enim in primis non solum Buccinum, ut nonnulli voluere, siue Cerycem, sed & Purpuram, ut rectè iudicauit Hermolaus, nec non etiam Conchylum propriè dictum, ut mihi videtur, quanquam in hac significatione in promptu non sit autoritas aliqua veterum: cõijicio tamen id inde quòd Murex passim accipitur pro omni purpureo colore, sitne vel Purpure, vel Buccini, vel Conchylj: idem enim est tinctum esse Murice, quod tinctum esse Purpura, vel Cõchyljo. Atque in hac significatione Muricem mihi accepisse Plinius videtur, dũ ait: Transalpina Gallia herbis Tyrium, atque Conchylum tingit, omnesq; alios colores: Hinc querit in profundo Murices. Ita quoque Scaliger, ostendens animalia nonnulla nunquam mutare locum: quale est, inquit, Muricum genus, adherens saxi, nobile diuini carmine Maronis. Sumi verò priuatim pro Purpura constat ex hoc Martialis:

*Sanguine de nostro tinctas ingratis lacernas*

*Induis, & non est hoc satis, esca sumus.*

Indeque & Murex Tyrius à Virgilio dicitur:

*— Tyrioque ardebat Murice lena.*

Et ab Ouidio Phocæicus. Neque aliam ob causam Murex pro asperitate sumitur: Purpura enim acutissimos inter cætera Testacea aculeos habet: ita Virgilius dixit:

*— Et acuto Murice remi*

*Obnixi crepuere.* Sic quoque carduis muricata dicuntur cacumina, id est, aculeata. Ita quoque Murices vocantur machinulæ ferreæ, dolosæ, tetragona forma, quæ in quamcunq; partem



Apartem incubuerint, vnum, aut plures aculeos infectos, protendunt. Meminit Q. Curtius his verbis: Bion quidam transfuga nunciat regi murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equitem emissurum esse credebat. Meminit & Valerius Max. de Scipione Aemiliano: Suadentibus quibusdam, vt circa moenia vrbis, quam obsideret, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in praesidia nostra facere possent. Vocantur à Græcis *πίβολοι*, vt rectè annotauit Budæus, vt & herbæ quædam muricatis similiter, seu mucronatis pericarpis, vna terrestris, altera aquatica. Ecant verò vt apud Hieronem est videre tria muricum genera, quibus in militia prisca bellatores utebantur, nempe ferrei, quos dixi, item lignei, & labdarei: sed & ferrei ignem artificiosum ferentes, quibus mucronibus suis vbicunque iactati fuerint, affiguntur, & flamma quam gestant locum, cui affixi sunt, comburunt, de quibus etiam ignem ferentibus idem Hieron meminit: ex his duo postrema, praesertim tertium, vsque in hodiernum diem in vsu sunt. Ex quo arbitror M. Catonem censuisse forum muricibus sternendum, quod scilicet Plutarchus in libro de foenore esse ait *ἀσπίδων χώραν*, hoc est, impiorum regionem. Vfus erat eiusmodi muricum, vel similium in tormentis, quod me docet A. Gellius, de morte B. Atilij Reguli agens: Tuditanus, inquit, somno diu prohibitum, atque ita vita priuarum refert. Idque vbi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captiuos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab ijs in armario muricibus praefixo destitutos, eademq; infomna cruciatos interiisse. Cùm itaq; purpuris acutissimi sint aculei, has potius murices, quàm buccina priuatim, vocandas arbitraret, quamquam murices ceryces vertat nonnunquam Plinius: nec placet eorum iudicium, qui propriè solum buccinum significare volunt: buccino enim qui aculei? Appelloque vnà cum Rondelerio murices, qui & turbinati sunt, & longos, firmosque aculeos, siue clauos habent. Probo item Perotti etymum, qui murices dici existimat ab asperitate murorum. Sic quoque Isidorus, murex, inquit, cochlea est maris dicta ab acumine, & asperitate, quæ alio nomine conchylium nominatur, propter quod circumcisa ferro lachrymas coloris purpurei emittat, ex quibus purpura tingitur, & inde ostrum appellatum, quod hæc tinctura ex testæ humore elicitur. Non probo verò eos, qui à Græco vocabulo *μύρκαξ*, latinum murices desumptum conijciunt, ex quibus sunt Bellonius, & Zoographus. Præterea præter buccinum concha Venerea muricis nomine comprehenditur à Plinio, vt dum scribit muricem latiore purpura, neque Caspero, neque rotundo, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice concha, vtroque latere sese colligente. His enim verbis concham veneream descripsit, vt suo loco patebit. Pro buccino accipi ab eodem, cùm in purpura, tùm in buccino dictum est. Idem Plinius denique muricum generis esse scribit, quæ vocant Græci colycia (alij corycia) turbinata æquè, sed minora multo; efficaciora etiam, & halitum oris custodientia. Athenæus verò hæc (inquit Hermolaus) non muricum, sed chamarum generibus contribuit, easq; in Macedonia *μύρκαξ* dici, Athenis *κρυπας*, in cetera Græcia tracheas, hoc est asperas vocari prodit: quod & Plin. securus ferè; alicubi videtur, sic ille. Noster Plinij codex sic habet, Muricum generis sunt, quæ vocant Græci colycia, alijs corythia, turbinata æquè, sed minora multo. Hermolaus corycia suspicatur legendū, quòd Athenæus scribat, chamæ genus quoddam Græcis vocari *μύρκαξ* in Macedonia, quas Athenis *κρυπας* dicant. Sed muricum, & chamarum genus diuersum est. Hoc etiam animaduertendum, inquit Zoographus, post corophia, aut potius corythia in verbis Plinij, commatis non puncti notam esse signandam, vt per appositionem mox sequatur, concharum genera. Vuottonus tamen coryphia (sic enim legit per y. non coriphia) à colycijs, corythiis uè non distinguit. Congenerum omnium, inquit idem Vuottonus, quæcunque scilicet turbinati sunt generis suauissima iudicantur coryphia: Suntque ori, & stomacho grata: aluumq; & vrinam cient, atque oris bonum reddunt odorem. Copiosius alunt iurulenta, assa verò dura sentiuntur. Horum papauer buccinorum more stringit potius. Iam verò muricem colorem purpureum (nimirum quemlibet, purpuræ, buccini, & conchylij) Nonius significare scribit. Et sacrum muricem apud iurisperitos ideo nonnulli dici volunt, testante Cælio, quia eo inficerentur vestes Imperatoriæ.

Horatius: *Tebis Afro murice tinctæ vestiunt lana.*

Præcipuè tamen colorem purpuræ significat: quare & apud Cælianum legitur, vt Baysius citat, Murices quoque purpuræ vsus præstant, in Tyro nobiles. Horatius in epistolis:

*Muricibus Tyrijs iteratæ velleræ lana.*

Quidijs quoque Tyrium muricem de purpureo colore dixit:

*Nec qua de Tyrio murice lana rubet.*

Lib. 4.  
Murices ferrei.

Tribuli herba.

Muricū bellicorū tria genera.

Lib. 6. Att. noct. c. 4.

Murices qd propriè sint Etymon.

Lib. 12. Orig. c. 6.

Contra Bellon. & Zoographum.

Lib. 9. c. 25 Concha Venerea descriptio.

Colycia muricū genus.

Lib. 32. c. 7 Plinij locus notatus.

Pro colore. Sacer murex cur dicitur Iuris peritis.



Item alibi: *Phocaico bibulas tingeat muricelanas.*

Virgilius. *Ipse sed in pratis artes iam suauiter ubenti.*

*Murice.* Et alijs in locis, quæ uti etiam aliorum authoritates cum sint innumerae, superuacaneum fuerit citare. Καλχην dixi esse florem, vel animal, quo tingitur purpura, scilicet ex Scholiaste Nicandri, qui præterea in hunc eiusdem poete locum: *ερόμβων δὲ πολὺ πλέον, ἔστι καλχὴν Καραφίδος*, annotat καλχην esse speciem πορφύρας, id est, Purpuræ qua mulieres tingant καλχίον; unde καλχάινεν, τὸ πορφύρειν. Scholiastes Sophoclis dicit esse κόχλον, Κόχλο autem sunt, qui velint esse pisces à Latinis Muricæ appellatum, diuersum à purpura. Vt cumque sit, καλχην non male exponitur purpura (intelligo autem de pisce) quam & καλυκα vocari tradit Hesychius: nam de καλυξ loquens, ait: *σημαίνει δὲ καὶ τὴν θαλασσίῳν πορφύραν.*

Καλχην.

κόχλος.

Καλυξ.

GENVS. FORMA.

*Contra Perrotium.*

*Murices inter Cochlas numerari.*



**P**EROTTVS purpuras inter conchas potius enumerat, muricem inter ostrea ob scabritiem corticis: quod idcirco non laudat Zoographus, quoniam scabrities testarum longè diuersa est, in ostreis superficie tota exasperata, in muricibus verò, & purpuris eminentibus per interualla aculeis quibusdam. At verò nullo modo accipiendam esse eam opinionem ex superioribus liquere potest, in quibus muricem de purpura quoque sumi determinauimus, approbauimusque iudicium Rondelenij, qui murices longos, & firmos aculeos habere voluit, quod Plinius quoque comprobare videtur, dum ait: Firmioris iam testæ murices, & concharum genera. Sed cum buccina, quæ & ipsa murices Plinio vocantur, aculeis careant, ac tantum obtusa habeant tubera, existimo, ut antè etiam dixi, muricem præcipuè purpuram significare ob allatam rationem. Præterea epitheta muricum purpuræ præcipuè conueniunt ut Afer, Tyrius, Sidonius, Getulus, Baianus, Phocacius, Tarentinus, Assyrius, Oebalius. Ab hisce enim locis purpuram celebrari in purpura dictum est: cætera verò epitheta, quæ à colore petuntur, ad buccinum quoque minus quam ad purpuram extenduntur (Purpuræ colorem ex Plinio, buccini colori prætulimus) ut fulgens, suauiter rubens, olidus, auratus, sacer, radiatus, stellans, rutilus, ardens, purpureus, puniceus, flagrans. Mur ex verò intortos Valerio Flacco, meo iudicio buccinum est, in Argonauticis.

*Muricis epitheta.*

DENOMINATA.

*Scolymo muricata cacumina.*



*Muricati gressus qui Muricatim*

**M**URICIS nomen ad aculeos plantarum quoque extendi, quod supra annotabamus, habemus apud Plinium, qui Scolymo muricata cacumina esse dixit: & alibi, carduo cum satiuo, tum syluestri, folia, inquit, pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Muricati gressus Fulgètio, sunt formidulosi, & pauendi. Intuemur: (inquit) arua, quibus adhuc impressæ bellantium plantarum, muricatos (quod aiunt) sigillauerunt gressus. Muricatim, aduectium, inquit Budæus, est conuolutum, in modum muricis: sic Plinius, vertice dixit muricatim intorto, quod Columella, margine in mucronem emisso. Colores, muriceus, ostrinus, conchyliatus, à Thylesio nominantur cum purpureo. In Codice Iustiniani libro vndecimo, titulo de monetarijs. & murilegulis, murileguli Budæo dicuntur, quasi muricarij à muricibus legendis.

VSVS IN CIBO.

*Salsedo ut eximatur.*



*Stomachum roborant.*

**S**ENOCRATES, ut in interpretatione Io. Baptistæ Rasarij legitur, murices scribit esse salfos, virosos; verum succurri eis liquore Cyrenæico, ruta, & aceto: ventrem turbare, urinam ciere, ori ingratos, cõcoctu difficiles, obstruere crasso sanguine, pituitam gignere, & magis adeo recetes: idcirco parados esse cum acibus, ut sinapi, erucaque: assos difficulter secedere, magnam sitim inuehere, grauarique: elixatos, contritos, & cõditos, minus virosos esse. Attamen conchula marina, purpura, & murices tanquam cibi stomachum roborantes laudantur.



A tur à Scribonio Largo composir. 104. & Celsus quoq; murices cibus stomacho aptis annumerat: item apud Macrobius murices cum alijs conchis apponuntur in epulo, quo die Lentulus flamen inauguratus est: deniq; apud Horatium legimus in Sermonibus:

*Murice Baiano melior (aliàs potior) Lucrina peloris:*

Sat. 4. li. 2.

Coquuntur autem murices, & purpuræ, vt scribit Platina, eodem modo quo cætera conchylia.

## VSVS IN MEDICINA.



**M**URICVM carnes appositæ, pilos in mammis tollunt. De malo quidem pilari in mammis qui voluerit, legat ea quæ in cancris fluuiatilibus diximus. Muricum cinerem cum nominat Plinius (nam is ferè solus ex eis hoc nomine remedia præscribit) ex testis dūtaxat crematis cinerem intelligi vult Zoographus: id quod, inquit aliquando exprimitur, plerunq; omittitur. Semel tamen ad discutiendas verendorum pustulas,

*Ad pilos è mammis tollendos.*

**B** Muricum (inquit, nimirum Plinius) vel purpurarum testæ cinis cum melle prodest: efficacius crematarum cum carnibus suis videtur autem eadem fermè vis, & communis testarum maris omnium cineri inesse: nisi quod efficaciorum ex durioribus, solidioribusq; testis existimo. Et quoniam *χιρυκς*, Plinius aliàs murices, aliàs buccina interpretatur: remedia quæ superius buccinis attributa sunt ex Græcis authoribus, muricibus etiam Plinianis prorsus conuenire idem Zoographus existimat: mihi purpuris quoq; ea conuenire videntur, cum scilicet purpuras vnâ cum muricibus non coniungit, vt aliquoties facit, nam sic buccina intelligit. Mituli quoq; cremati eundem buccinis effectum præbent, teste Dioscoride: addit Zoographus, paulò ignauiores: purpuræ verò, & conchylia vndiquaque similem. Pro buccinis ostrea substituit author antiballoménon. Mituli quoque vt murices, cinere causticam vim habent, & ad lepras, lentigines, maculas. Lavantur quoq; plumbi modo, ad genarum crassitudines, & oculorum albugines, caliginelque, atq; in alijs partibus fordida vlcera, capitisq; pustulas. Hæc Plinius, ex quo sequentia etiam remedia omnia, vbi alterius authoris nomen non addetur, decerpimus. Myaces cremati, vt murices, morfus canū, hominumq; cum melle, lepras, lentigines sanant. Muricum cinis cum oleo tumores tollit. Muricum, vel purpurarum cinis vtroq; modo, siue discutere opus sit, siue cōcoctos emittere, panis resistit: quidam ita componunt medicamentum: ceræ, & thuris drachmas xx. spumæ argenti x i. cineris muricum x. olei veteris heminam. Capitis vlceribus muricum, vel purpurarum testæ cinis cum melle vtiliter illinitur (item) conchyliorum: vel, si non vrantur, farina ex aqua doloribus. Muricum, vel conchyliorum testæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus, cutemq; erugat, extenditque septenis diebus illitus, ita vt octauo, candido ouorum foueantur (aliàs foueatur.) Muricum generis sunt, quæ vocant Græci colycia, alij corythia, turbinata æquè, sed minora multo, efficaciora etiam, & oris halitum custodientia. Parotides muricum testæ cinere cum melle, vel conchyliorum ex mulso curantur: Testis cadi salsamentarij tusis cum axungia vetere, muricumque cinere ex oleo ad parotidas, strumasque vtuntur. Muricum cinis dentifricium est. Sammonicus.

*Ad pndendorum pustulas.*

*Cineris vis caustica.*

*Ad canum morsus.*

*Ad lepras.*

*Ad tumores.*

*Ad panos.*

*Ad capitis vlcera.*

*Ad faciei maculas.*

*Dentifricium.*

*Ceruino ex cornu cinis est, aut unguis a porca*

*Torrída, vel cinis ex ouis, sed non sine vino:*

*Muricis aut rosti, vel bulbi extincta fauilla.*

**D** Mammæ muricum, vel purpuræ testarum cinis cum melle efficaciter sanat. Carbunculos de veretris exterminat muricum, vel purpurarum in carbonibus vstarum cinis cum melle permixtus, vt Marcellus Empiricus ait. Plinius hoc remedio, efficaciorè si cum carnibus suis cremenur, pustulas verendorum discuti scribit. Oleum cicinum cum cinere muricū, sedis inflammationibus prodest, item psoræ.





# DE MVRICE MARMOREO RONDELETII. Cap. IX.



*Nominis  
ratio.*

*Testa de-  
scriptio.*


*Ad detri-  
sua.*

*Alterius de-  
scriptio.*

*Alterius  
forma ex  
Zoographo*

**M**VRICES, inquit Rondeletius, hinc appello, qui & turbinati sunt, & longos, firmosq; aculeos, siue clauos habent, quos, vt internoscerentur, quam maximè proprijs nominibus potuimus, distinximus. Eum quem hic exhibemus, à candore duritiaque, qua marmor candidum amulatur parte externa, marmoreum appellamus. Parte interna ex albo purpurascit. Testa grauis est, densa, solida, aculeis multis horrens, figura inter buc-

cinum, & conchylum media; ampla, vt merito *δεκαπόυλος* dici possit, quemadmodum purpuræ species quædam. Terræ est substantiæ, frigida & sicca cum detergendi vi, ob saluginè quam seruat. Quare ad dentificia vti possumus, & inepuloticis medicamentis. Vritur facilè, atq; in cinerem redigitur, & acrimoniam aliquam ob empyreum acquirit, quam diligenti ablutione deponit. Calcis itaque modo elota cum oleo rosato in vnguentum reducitur. Ambustis medetur, cicatricemq; pulchram inducit. Adhæc omnia feliciter vti possumus: Carnem, atq; operculum, purpurarum, buccinorum carni, operculisq; rectè assimilari iudico: sed hæc in vniuersum de muricum substantia dicta sint. Hæc Rondeletius. Cuius ego iconi aliam adieci cuiusdam muricis, vel confimilis cōchylis buccinæ ab vna parte similis, sine vllis aculeis, sineque vlla asperitate, in medio dorso tubera habet, sed valde obtusa, & de-




pressa, & turben eius pro tota cochleæ portione exiguum quinque inuolucris constans: Substantia tota est marmorea duritiæ, color eum intus, tū foris flavescit, & nonnullis in locis candicat: supina parte valde latus est, & longè ultra turbinem latitudo extenditur; foramen autem mediam ferè partem occupauit, quasi vt in conchis veneris conspicitur, vt inde fortassis Plinius has quoque sub muricis appellatione comprehenderit. Aliã addidit figuram Zoographus, quæ quoque hic adiungitur: Ait esse conchæ cuiusdam, seu muricis Orientalis, quam Venetijs se nactum scribit, & in ea margaritas quoque gigni, à quodam audiuisse, sed nescire se quàm verè. Color forinsecus pallefcit, inquit, intrinsecus cū pulcherrimo splendore ex albo roseus est. Labrum exterius protendit se, & dilatat in marginem: mucrones infra caput, seu conum testæ duo magni, sed obtusi prominent. In ipso cono parui admodum, & subrotundi per spiras deinceps non aculei, sed tumores visantur. Addidi ite ite ego alium marmoreum muricè, turbine acutissimo, atque longo, & exili vndique striatum, aut potius vndatum. Habes deinde alios duos murices marmoreos, vnum item totum candidum; alterum purpurascens. Postremo loco datur marmoreæ duritiæ murex asperis mucronibus insignis, colore rubro, cinereo, & albo, prona, & supina parte depictus.






Murex marmoreus supinè depictus.





Murex marmoreus idem prona parte depictus.


Murex marmoreus idem prona parte depictus.







Murex marmoreus Zoographi.

Murex marmoreus striatus, & virgatus.





Murex marmoreus candidus.

Murex marmoreus purpurascens.





Muricis species appendicibus asperis, colore rubro, cinereo, & albo, prona,  
ac supina parte depicta.



## DE MVRICE TRIANGVLARI.


### Cap. X.



**H**IC altera parte Murex, inquit Rondeletius, planus; altera ferè rotundus, sed ita ut utriusque duo sint latera, tertium plana pars efficiat, à qua figura, quæ huic propria est, triangularis iure dicitur: aculeos habet breues, & firmos, vario est colore, foramen duplex habet rugosum, quo ob testæ amplitudinem, & breuitatem, sonus editur grauis, & tristis. Testa tota ad Conchylj testam magis accedit. Operculum quum vitur, fumum emittit, ob id pingue aliquid habet. Quare in oleo amygdalino decoctum in aurium doloribus utiliter vsurpatur.



Murex triangularis Rondeletij.



DE MVRICE LACTEO. Cap. XI.





MVRICEM, quem hic ex Rondeletio representamus, à lacteo colore, lacteum nūcupavit. Turbine, inquit, obtusiore est, quàm ceteri. Exochas & tubercula potius habet, quàm clauos, siue aculeos. Testa ad fucos vti possumus Concharum Venerearum vice. Quem Lacteo ei Murici coniunximus ceu vel eūdem, vel saltem cōgenerem, exochas habebat paulo longiores quàm monstrat icon Rondeletij, paucioresq; vtpotè ternas tantum. præterea angustiori est foramine, quàm & toto corpore, quod longitudine sua vix septem digitos transversales non excedit: postremò turben eius oblongum, & in acutum desinens, ferè vt in turbinebus propriè vocatis, aque in eo sex volutæ, exiguis tuberculis

Cap. 52. cap. 4.



decoratæ. Addidi præterea alios duos, vnum turbine acutissimo, & amplissimo foramine. Alterum longè minorem turbine item acuto, mucronibus insigniturum rectis, breuibus, obtusis, colore subcinereo. Murex lacteus noster primus.

Murex lacteus Rondeletij.





Murex lacteus authoris alius.

Murex lacteus authoris  
tertius.

## DE MVRICE PURPUREO ORTHOCENTRO. Cap. XII.

**A** Rubicundo colore, & rectitudine aculcorum Muricem, qui hîc modò depingitur, nominavi orthocentrum purpureum. Totus enim intrinsecus, & forinsecus rubet, magis tamen intrinsecus. Turben verò eius candicat. Mucrones habet duodecim rectos, robustosq; in sinistro quàm in dextro latere longiores. Sex constat volutis, ac in ijs exigua quædam, & obtusa habet tubercula.

Murex orthocentros purpureus.






**DE MVRICE CORACOIDE**  
**Rondeletij. Cap. XIII.**

**V**T Anatomici, inquit **Rondeletius**, omoplatae appendicem à rostri coruorum similitudine, coraeoidem appellarunt, ita nos muricem hunc coracoidem ab oculis infirmis, & rostris coruorum similibus, à nota illustriore, & huic propria nomen ponentes. Hæc ille. De colore interim, & magnitudine nihil addit: unde albidum esse suspicor.

*Nominis ratio.*

**Murex coracoides** **Rondeletij.** **Murex Coracoides** idem ex **Zoographo.**



**DE APORRHAIIDE**  
**ex eodem. Cap. XIV.**



**APORRHAIIDVM** duobus in locis meminit **Aristoteles**. **Gaza** murices interpretatus est. **Natices** (inquit) saxi adhærescunt more patellarum, & muricum (ἀπορραΐδων) ac cæterum generis eiusdem, nec nisi tegmine dimoto adhærent, quod velut operculum sibi possident. Vsum enim quem bivaluibus pars vtraque administrat, eundem altera exhibet turbinatis. **Caro** intus, quæ oris habitus. **Modus** hic idem muricibus (ἀπορραΐδων)

*Caro.*

**D**purpuris, atque omnibus generis eiusdem. **Ex** his sunt, qui habitandi occasionem sumant, sicut aporrhaides in Muricum, an in lepadum genere. In lepadum quidem genere, nec ab **Aristotele**, nec ab ullo alio discrete ponuntur: dus enim duntaxat **Lepadum** species ponit **Aristoteles**, λέπαδα, & λέπαδα ἀγρία. Sunt tamen, qui ex **Lepadum** genere esse inde effici putant, quod lepadum more saxi adhæreant. Sed non rectè. Nam quavis lepadum more adhæreant **Aporrhaides**, non inde tamen efficitur, eiusdem generis esse cum lepadibus. Etenim neritæ adhærent, ut lepadæ, ut ibidem dicitur, tamen à lepadibus genere differunt. Quod si quem mouere debuit **Aristotelis** locus, in quo vnâ cum lepadibus **Aporrhaidum** meminit, & is, qui mox sequitur, ab ea sententiâ abducere debuisset, in quo cum purpuris, & turbinatis **Aporrhaides** numerat. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει τὰς ἀπορραΐδας, καὶ τὰς πορραΐδας, καὶ πᾶσι τοῖς τοῖστοις, quare aporrhaidem in turbinatorum genere esse censeo, ut ex superiore **Aristotelis** loco diligentius animaduerso perspicuum est. Etenim ut lepadæ adhærent saxi, ita neritæ, **Aporrhaides**, & omnes eiusdem generis adhærent

*An Aporrhaides sit ex muric. an lepadum genere.*

*Et saxi ad hærent.*



saxis, sed alio adhaesionis modo. Nam lepadæ parte altera detecta, & carnem ostendente, affixæ sunt: neritæ verò, & aporrhaides acclinato tegmine, quod illis est operculum, ad saxa quemadmodum videmus cochleas terrestres saxis, & truncis arborum, qua parte carnem ostendunt, veluti agglutinatas. Ergo operculum habent Aporrhaides, & Neritæ, id quod proprium esse turbinatis iam diximus. Quibus subdit Aristoteles operculum neritarum, aporrhaidum, atque aliorum turbinatorum eundem præstare vsum, quem in bivaluibus conchis testam alteram, quemadmodum enim in bivaluibus, clusilibus, & referatilibus à duabus testis tota interna caro tegitur, ita à turbinata testa, & addito foramini carnem ostendenti operculo tota turbinatorum caro occultitur. Ex his efficitur, Nerites, & Aporrhaides in turbinatis haberi. Ac Aporrhaidem rectè muricem mihi videtur Gaza cõuertisse, ob aculeos multos, & longos, atque acutos, quibus murices omnes armati sunt, qualis est hic quem proponimus. Dicam præterea, quod suspitionibus, & coniecturis tantum inductus de Aporrhaidæ sentio. Nimirum esse eius muricum, siue turbinatorum generis, cuius mentionem facit Plinius lib. 32. Muricum generis sunt, quæ vocant Græci colycia, alij corythia, turbinata æquè, sed minora multò, efficaciora etiam, & oris halitum custodientia. Quod muricum genus priusquam explicemus, de varietate lectionis dicemus ex Hermolao, qui pro colycia, alij corythia, legendum censeat ex Athenæo colycia, siue corycia. Etenim chamæ genus quoddam Græcis ait vocari *χωρύκις* in Macedonia, quas Athenis *κρίσις* dicant. Cæterum eas non muricibus, sed (vt dixi) chamis præsertim trachæis adscribit, quod & Plinio placuisse huius libricalce video. Facit hoc generum affinitas. Hæc sunt Hermolai verba, quæ vero consentanea mihi non videntur, neque is Plinij locus ex Athenæo emendari potest. Nam si *χωρύκιον* nomen chamis competat, idem turbinatis longè diuersi generis competere minimè potest. Neque illud verum affinitate generum fieri, vt idem nomen vtrisque conueniat: ob id chamis etiam tribui in calce operis, neque enim ideo post chamæglycymeridas ponit colycia, siue coryphia, quod chamis id nominis tribui velit, sed quia elementorum ordine pisces recelet. Quam ob causam post chamætracheas, chameleas, chameglycymeridas, subiungit colycia, & coryphia, quia à littera C. incipiunt. Vtroq; igitur Plinij loco coryphæa legendum conicio, intelligiq; id muricis, siue turbinati genus, quod aporrhaidè vocat Aristoteles. nomen enim optimè quadrat, quoniam *χωρύκιον* ad omnia extrema, & summa transfertur; inde *χωρύκαλον*, quod summum est, & extremum. vnde turbinata hæc in quibus aculei eminent, coryphæa dicentur. Id etiam conuenit, quod multò minora sint reliquis. Sed hæc pro suspitionibus habeantur. Hæc itaque Rondelertus: Sed de icone quam ponit, nihil loquens. Ego binos huiusmodi murices referuo in musæo appensos: quorum maior, cuius hic effigies pronè, & supinè piéta datur, marmorea est duritia, & cum forinsecus, tū exrinsecus candicat: alter, intus ex albo purpurascit: extrâ ferè croceus est: Vterq; septem habet aculeos, non in dorso, aut turbine, sed ab vno tantum latere, canaliculatos ferè, hoc est, in quorum medio fouea conspicitur. Turben etiam, non vt in alijs turbinatis, integer descendit, sed dimidium eius tantum conspicitur, nam altera pars intus later. In dorso tres potissimum habent extuberantias, seu processus, at in turbine plures, sed exiguos.

Operculi vsum in turbinatis.

Colycia esse Aporrhaides.

Plinius correctus.


Aporrhaidæ authoris descriptio.



APOR




no. Aporrhaidis pars interna.





Vlysis Aldrouandi  
Aporrhaidis Aristot. pars exterior.





## DE CONCHYLIO.

## Cap. XV.



ATIS superquè ostensum à nobis est nomen Conchylij, & pro vniuerso testaceorum genere, & priuatim pro vnica tantū specie eorundē apud veteres accipi: & cū species est priuata, non purpuram significare, neque etiam buccinum, sed ab his concham esse peculiarem, nimirū qualem hic ex Rondeletio exhibebimus subinde, buccino valde dissimilem, & nullis purpurarum more aculeis muricatis circumuallatam. Muricis tamen species est, cū scilicet murex pro colore sumitur; quod innuere fortè voluit Franc. Massarius, dum ait: Murex conchylium per excellentiā dicitur; vnde vestis tincta murice, conchyliata dicitur. Et rursus: Hæc verba Plinij, In conchyliata veste cætera eadem

*Pro purpura.*

siue buccino, si volumus, inquit ille, exponere, vticertè aliqui exponunt, conchyliata veste, id est, tincta murice, erit contradictio in verbis Plinij. nam si verum est, quod supra ex verbis Aristotelis, & Plinij inuicem collatis ostendimus, hoc est, Plinium Cerycem modò muricem, modò buccinum conuertisse, ac propterea buccinum esse, qui ceryx, murex, & conchylium appelletur, cū duo præsertim concharum dixerit esse genera, quæ tingendis vestibus vsui essent, videlicet buccinū minor concha, & purpura, quo pacto verba hæc, scilicet conchyliata veste, exponi poterunt tincta murice, siue buccino, cū buccinum, & murex, vti retulimus, eadem esse constet? Necessè igitur erit vel negare coniecturam nostram Aristotelis fundamentis superius roboratam: vel dicere, quod verba, conchyliata veste, hoc loco non significant tincta murice, sed ipso conchylio, vt conchylium sit cōcharum genus diuersum à murice, siue buccino. Plinius trigésimo secundo volumine inquit, muricum, vel conchyliorum testæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus, vt sit sensus: cinis testæ earum concharum quæ murices, vel earum quæ conchyliæ appellantur, maculas in facie mulierum purgat. sicut etiam inferius eodem trigésimo secundo volumine muricem à purpura distinxit his verbis: muricum, vel purpurarum cinis vtroque modo &c. Notauit item Massarius poni conchylium & pro ipso colore, sicut purpura murexque. Quod auctoritatibus aliquot veterum confirmare non fuerit ab re. Plinius cū de luxuria concharum in cibo dixisset, subdit: sed quora hæc portio est reputantibus purpuras, conchyliæ, margaritas? Et alibi: In Apennino f. utex est, qui vocatur corinus, ad lineamenta modo conchylij colore insignis. Et rursus: Transalpina Gallia herbis Tyrium, atque conchylium tingit, nec quærit in profundo murices. Item alibi: Tyri nobilitas nunc omnis conchylio, atque purpura constat. Item: Vidimus iam & viuenticum vellera purpura, cocco, conchylio, sesquilibris infecta, velut illa sic nasci cogente luxuria. De conchylio, murice, purpura coloribus, ac vestibus multa idem habet lib. 9. cap. 36. Sed vnde, inquit, conchyliis pretia? quæ (quibus) viuis graue (vnde & castorij nomen fortè ei inditum) in fuco (id est in colore, vel tinctura: al. à s. fusco, quod non probat Zoographus) color austerus in glauco, & irascenti similis mari. Et mox: Concharum ad purpuras, & conchyliæ eadem quidem est materia, sed distat temperamento. Et cap. 37. Purpuræ calculosæ appellantur à calculo maris, mirè apto conchyliis, & longè optimo (alij aliter legunt) purpuris &c. In conchyliata veste cætera eadem siue buccino: præterque ius temperatur

*Conchyliata vestis vnde.*

*Conchyliæ pro colore.*

Daqua pro inuiso humani potus excremento dimidia, & medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor, saturata fraude, tantoque dilucidior, quanto magis vellera esuriunt. (id est non saturantur.) Et alibi: Phycos thalassion (id est, fucus marinus) conchyliis substernitur. Hæc omnia ex Plinio. Conchyliæ Coa etiam Iuuenali dicuntur in octaua satyra, vestes conchyliatæ, aut conchylio infectæ. Et Marcellus Empiricus meminit lanæ purpureæ optimè in conchylio tinctæ. Confundunt autem authores istæ nomina, conchylium, muricem, & purpuram, ob consimilem colorem: quam enim vestem alij purpura tinctam scribunt, alij conchyliatam nominant, alij muricem infectam. Ita Varinus κογχύλιον exponit purpuram, & Suidas concham ex qua purpura sumitur. Κογχύλιον etiam Hesychio sunt ostrea, & purpuræ. Rectius tamen dicemus κογχύλια. nam & Varino, qui pleraque ex Hesychio hausit, κογχύλια sunt τὰ ὄστρεα, quo loco in genere conchylium accipio: nā alioqui differt: vnde Plinius: In Ponto conchyliæ non sunt cū ostreæ abundant. Vbi de specie certa eum sentire apparet, nam cū communis accipitur conchylium, ostream quoque

*Conchyliæ Coa.*

*Κογχύλιον.*



Lib. 3.


Conchyliū  
quid.

quoque complectitur: Sic Philostratus in vita Apollonij; Byblus insula parua est apud E Indos, vbi maxima conchyliā, muriceſq; eximie magnitudinis naſci perhibent. Cum itaq; conchylium, diuerſum eſſe conſtet à mucronatis muricibus, nec non à buccino: iam quale ipſum ſit explicemus. Conchylium, inquit Rondeletius, ſeruato Græco nomine vocatur à latinis. Sunt qui Oſtracium putent dici. Sed illi nomen partis toti accommodant, vel Plinius nomen totius parti dedit: ſic enim lib. 32. cap. 10. Inuenio apud quosdam oſtracium vocari, quod aliqui onychen vocant. At onyx (inquit Dioſcorides, ἐπιπώματε κογχυλίου, id eſt operculum conchylij, pro quo etiam oſtracium ſumi à Plinio declarant ipſi uerba: hoc ſuffitum vuluæ penis mirè reſiſtere: odore caſtorei, meliusq; cum eo uſtum proficere. Quæ eadem ſunt cum hiſ, quæ operculo conchylij tribuit Dioſcorides. Commendat enim ungues, qui odorem caſtorei referunt, eorundemq; ſuffitu excitari tradit ſceminas, quæ vuluarum ſtrangulatione conciderint.


## RORMA. DESCRIPTIO.

**C**ONCHYLIVM ſecundum eundem Rondeletium eſt ex maghorum turbinatorum genere, ea parte latiùs quàm in turbinem deficit, ſine aculeis, tuberculis uè vllis. Foramen quo caro interior oſtenditur, non rotundum, vt in purpura, & buccino, ſed longum.

Conchylium Rondeletij, cum ſuis operculis, vnà cum operculo Purpuræ.



Blatta Byzantia Arabum.



Tale etiam eſt operculum, de quo ſeparatim hæc omnia ſcripta reliquit. In purpura ſatis demõſtraſe nos arbitror, operculū eius βλάττον, ſive βλάττιον βυζάντιον, ſive βυζάντος appellari debuſſe. Nunc oſtendendum nobis eſt blattam Byzantiā Arabum nihil aliud eſſe, quàm conchylij operculum: quos imitati pharmacopolę noſtri conchyliorum, buccinorumque opercula permixta vendentes, blattas byzantias vocant, has rotundas; illas longas. Serapio libro de Simplicibus cap. 91. Athar atheb, id eſt, unguis aromatica, & blatta Byzantia Dioſcoridis, eſt conchylium ex ſpeciebus Oſtreorum, & eſt ſimiliter de conchylijſ palpir, & reperiuntur in regionibus Indiæ, in aquis iuxta quas oritur ſpica nardi. odor autem eius eſt aromaticus, quoniã iſtud animal comedie nardum, & ipſa colliguntur tempore æſtuo, quando aquæ deſiccantur. Reperiuntur etiam ex eis in littoribus maris Euxini, & color eius eſt declinans ad albedinem, & eſt pinguis.



**A**guis. Sed illa quæ nascitur in Babylonia est coloris subnigri, & est maior illa, & omnes habent bonum odorem: quando fumigantur, cum eis sentitur sicut odor castorei. Quando igitur fit fumigatio cum eis mulier habent suffocationem matricis, & similiter habenti epilepsiam, confert, & quando bibuntur, molliunt ventrem, & faciunt omnes operationes, quas faciunt ostraca de paraca, vel portura. Eadem repetit Serapio eodē in libro de Purpurarum operculis agens. Quæ omnia ex Dioscoride transcripta esse nemo est qui neget, si illa cum Dioscoridis verbis contulerit, quæ sunt huiusmodi. Vnguis, siue onyx, conchylitegmentum est, ei simile quo purpura integitur, quod in Indiæ nardiferis lacubus inuenitur, suauem ideo spirans odorem, quod conchylia inibi nardi pabulo vescantur. Colligitur posteaquam stagnantes aquæ æstiuis squaloribus inaruerint. Laudatissimus, qui à mari rubro deferretur, candidans, pinguis. Babylonicus nigrescit, atque minor conspicitur. Ambo odoris gratia suffuntur, sed aliquatenus castoreum olent. Idem suffitu excitant feminas vuluæ strangulatu oppressas, comitialesque. Poti ventrem molliunt. Hæc Dioscorides: quibus planè similia sunt, quæ Serapio de blatta Byzantia literis mandauit. Dicitur autem vnguis à figura: est enim operculum oblongum auium carniorarum vnguibus simile. Altera tantum parte adhærens, id est, crassiore. Quum incenditur, fumum multum emittit, valetque ad ea quæ tradidit Dioscorides. Sed id propius intuendum quod scribit in Indiæ nardiferis lacubus inueniri, suauemque ideo spirare odorem, quod conchylia inibi nardi pabulo vescantur, colligiq; posteaquam æstiuis squaloribus inaruerint. Nam si conchylia marina sint animalia, quomodo in lacubus inueniuntur, colligunturq; aquis æstu exiccat is? An mare deserunt turbinata, vt fluuios, lacusque subeant? Hæc à Dioscoride ex aliorum sententia dicta esse crediderim, eaq; ex alijs descriptisse, quibus expositis, præfert ea, quæ ex mari adferuntur. Sunt qui blattas Byzantias negant esse onychas, siue opercula conchyliorum, quod blattæ Byzantiæ non sint odoratæ, sed foetidæ. Quam opinionem possum facillè ex eo refellere, quod Dioscorides non semper *εὐώδης* vocet id, quod grato solùm, & iucundo odore placet, sed aliquando id, quod vehementi, & graui est odore. Sic pix dicitur ab eo *εὐώδης*, quam tamen suauis odoris esse nemo dixerit. Sed de hac re plura aliàs dicturi sumus. Quod autem hoc loco *εὐώδης* rectè interpretemur, id maximo est argumento, quod qualitate odoris exprimere volens Dioscorides dixit: *Ἀμφοτέροι δὲ εὐώδης, θυμώμενοι, καὶ ορίζωντες ποσῶς τὴν ὄσμην*. Ambo grauis odoris (de marino, & Babylonica loquitur) incensu castoreum quodammodo redolent: quod castoreum odore graui, & virus redolente esse debere tradidit idem Dioscorides. Huc accedit quod non nisi à foetidis rebus factu suffitu, suffocatione vuluæ oppressæ excitantur, neque comitiales. Quare si quæ blattæ Byzantiæ hodiè venduntur à leplasiarijs, grati, & suauis odoris non sint, ideo conchyliorum opercula, vel vngues esse non rectè inficiaberis. Eximendus scrupulus alius, quem nobis inicit Dioscorides cum dicit: Vnguis conchylitegmentum est, ei simile, quo purpura integitur. Quæ consentire non possunt cum ijs, quæ diximus de conchylj operculo, longo strictoque, buccini verò, & purpuræ rotundo, nisi hanc similitudinem ad vsum substantiamque, non ad figuram referamus: vt sit sensus: Quemadmodum purpura operculum habet, quo foramen clauditur veluti testa altera, ita & conchyljum, vel substantia, viribusque simile est conchylj operculum purpuræ operculo, non autem figura. Hæc sunt, quæ de conchylj, & buccini operculis dicenda putauit. Hactenus Rondeletius, exhibitis vtriusque iconibus, quarum quæ rotunda est, buccini est, cæteræ conchyliorum. Conchylj succum inesse, inquit idem, purpureum satis testatur Plinius lib. 21. cap. 8. Tertius est, qui propriè conchylj intelligitur multis modis. Vnus in heliotropio, & in aliquo ex his plerunque saturatior: alius in malua ad purpuram inclinans, alius in viola serotina conchyljorum vegetissima. Ex eodem succo lanas tingi solitas facile est ex veterum scriptis confirmare. Marcellus medicus de effectibus aurium scribens claudendam aurem lana infecto conchyljo marino monet: exsiccaadi enim vires habet. Et Crito apud Galenum lib. 3. medicam. *κατὰ τόπον*, conchyljo infectos flocculos in aurem immittendos. Plinius per se conchyljo infectam lanam magnoperè prodesse auribus tradit. Qui conchylia legebant, conchyljarij dicebantur, conchyleguli, & conchyte à Plauto.

*Conchylia  
optima  
quæ.*

*Vnguis castorei  
sic dicitur.*

*An sint Onyches.*

*Antegamentum purpureum.*

*Succus Conchylj.*

*Lana infecta conchylj succo vsum.*





## VSVS IN MEDICINA.



Ad ueri  
strangula-  
tur.

Ad aurium  
dolores.

Scholias-  
tis  
Galenī le-  
ctio suspe-  
cta.

**C**ONCHYLII partes omnes in medicamentis usurpantur. Crematum Conchylum idem efficit, quod Purpura, & Buccinum, ait Dioscorides. Operculum suffitu excitat feminas vuluæ strangulatu oppressas, comitia- lesq;. Carnem internam medicamentis dolorem aurium sedantibus admi- scet Galen. in fine libri tertij de medic. κατὰ τόπος: quum myrrham, adi- pem Anserinum, vel butyrum, vel resinam, & Cōchylj internam partem æquis partibus trita super aurem ponenda monet. Quo in loco eius Scholiastes Germa- nus legendum suspicatur non κογχυλία τὸ ἐντός, sed τὸ ἐκτός, opinionemque suam hac ra- tione firmate conatur, quòd testa, & operculū vim habeant resiccandi sine morfu, & quòd cauum Purpuræ, Plinio teste, valeat ad præcisos ueruos. Sed malim ego priorem lectio- nem, inquit Rondeletius, sequi. Nam eo in loco magis dolorem sedare studet Galenus, quàm exsiccare, ut alia quæ enumerata sunt, ostendūt, scilicet adeps anserinus, butyrum, F resina, quæ doloris alleuamentum afferunt, calore, & humore. Quare per κογχυλία τὸ ἐντός carnem intelligo, quæ ob salsum succum digerendi vim aliquam obtinet, & ob substantiam pinguem, glutinosamq; παρηγορικόν quid habet. Ob eam causam vermes, & aselli, qui sub aquario vase stabulantur, in eodem aurium affectu à veteribus commendantur. Testa ve- rò magis exsiccat, quàm ut dolorem leuantibus medicamentis admisceri debeat: exsicca- do enim, constringendoque dolorem auferent potius quàm lenient.

## DE TURBINIBVS.

## Cap. XVI.



**D**E τρομβωδισι, siue turbinatis aliquot diximus, nūc dicemus de ipsis τρομ- βοις, siue de turbinibus proprie vocatis, quorum quanquam multas spe- cies depinxerit Rondeletius, atque etiam plurimas adijciam, tamen Phi- G losophus inter turbinata unum simpliciter turbinem nominat, omnes eo- dem nomine complexus neque magnitudinis, neque qualitatis aliqua ha- bita ratione. Sunt autem τρομβοι, siue turbines, qui in longiorem, & acu- tiorem verticem deficiunt, quàm turbinata, & cochleæ. Rondeletius non leui coniectura τρομβοις eosdem esse putat cum τραβήλοις, & αστραβήλοις, quorum memin- it Athenæus. Αἰγίαι ἢ Δέρμυλος ἐν ἀργολικοῖς, τῆς τραβήλης ὀνομάζουσι, μνημονεύοντες αὐτῶν ὡς ἐπι- τηδείων ὄντων εἰς τὸ καλπίζειν. hoc est, Agias, & Dercylus in Argolicis strabelos vocant, a tra- belos, de his hoc tradentes, quòd tubæ modo sonum edant.

Lib. 3.

## DE TURBINE MAGNO.

## Cap. XVII.

**R**ondeletius primo loco proponit hunc longum, & magnum turbinem, multisq; H voluminibus constātem, pro corporis crassitudine, margine, ut ait, spisso, & aspe- ro, testa alba, lineis, tuberculisq; multis scabra, & aspera. Foramen rotundum, inquit, habet & rimam, qua excernuntur excrementa. Saxis haret turbine sursum verso. Quæ de testæ, carnisque usu in Purpuris, Buccinisque dicta sunt, huc possunt accommodari. Sic ille.


Descriptio.





A

Turben magnus Rondel.



B

DE TURBINE AVRITO,  
eiusdem. Cap. XVIII.

C




**H**VNC turbinem ordine secundum collocaimus, quòd magnitudine præcedenti proximus esset. Vocasse se turbinem Rondeletius auritum ait ob alterius turbinatæ parti aduersi latam vtrimque appendicem. Esse autem hunc turbinem perelegantem, & rarum in mari Gallico. Testæ volumina tuberculis extantibus, pulchro ordine dispositis distincta esse. Horum imaginem imitari artifices in viceis efformandis, addita basi.

*Nominis ratio.*

Addidi ego auriti Turbinis, vel alterius Stromboidis iconem insignis equidem magnitudinis, & pulchritudinis. Concha est tuberosa, atque an-

Turben auritus Rond.





D

fractuosa, nec non & aurita. Pingitur pronè, & supinè. Oræ eius dentatæ sunt, vt in concha Venerea: Color intus, & in tergore ferrugineus, cætera croceus. Atq; hoc etiam à Rondeletij figura plurimum differt, quod huius turbo se è sit sessilis, cum eius valde sit oblongus. Similis planè est subsequens turbo, nisi testam supernè haberet leucophæi coloris. Cum hisce meis Turbinibus non parum similitudinis habent hæ postremæ conchæ, quarum prima mihi pro Trocho Nilotico albo, altera pro Trocho Nilotico maculoso missa est.







Turben aliud auritum tuberosum colore castaneo  
parte prona, & supina.







Turbo arritus tuberculosus alius, testa supernè leucophæa,  
infernè crocea, pronè, & supinè.





Trochus Niloticus albus.  
Trochus Niloticus maculosus.





## DE TURBINIBVS TUBEROSIS.

## Cap. XIX.



**N** Turbinum generibus hęc iure numerabitur, inquit idem Rondeletius, qui à tuberculis multis tuberosus cognominatur. Is sinistra manui proximus est, longus, tenuis, in mucronem desinens. Huiusmodi sunt quidam albi, quidam nigri, quidam varij. Pollicis magnitudinem nunquam excedunt. In his cancelli cum parui sunt, viuunt, authore Aristotele: suntque longiores ijs, qui neritarum sunt hospites. Huius generis turbines in terra reperiuntur, qui cochlearum nomine comprehenduntur: nam præter cochleas nullum testaceum genus in terra viuit. Eiusdem turbinum generis sunt aliquot species di-

*Magnitudo.*


Turbinis tuberosi icones Rondeletij.



uerse, quedam longæ, tenues, acutiores, læues, cuiusmodi sunt tres tuberoso propiores. Alij, postremi scilicet duo in pictura huic capiti præposita, inæquales, tuberosi, scabri, virgati. Vita, moribus, substantia non differunt. Hucusque ille. Ego istiusmodi tuberosos turbines plurimos obseruavi, atque etiam hęc aliquot depingam. Ex quibus qui prior est in ordine, & separatim depictus, forinsecus cinerei nigrescentis est coloris, albis tuberculis, ac speciosis cõ-

*Authoris tuberosi Turbines.*

C Turben tuberosam.




spicius, intrinsecus amethystini, circum oras ex cæruleo viridescit. Habes deinde tabulam integram, in qua turbines exprimentur quatuordecim. numero primo turbo tuberosus, & asper, in quo nascitur cancellus. 2. Turbo striatus ex monte erutus. 3. 4. 5. Turbinis tuberosi, & oblongi tres differentia. 6. Turbo alius striatus ex montibus. 7. Alius lineatus, & leuis. 8. Turbo circa caudam lineis quatuor protuberantibus. 9. longus, & acutus instar unicornu. 10. Acutus, punctulis extuberantibus plenus. 11. Alius ex rubro, & albo variegatus, & inæqualis. 12. Tuberosus alius, & lineatus. 13. Tuberosus extremo aliquantulum oblongo. 14. Turbo est muricatus. Quorum omnium icones habes proxima pagina.

## DE TURBINE ANGVLOSO.

## Cap. XX.

D Turben angulosus Rond.



**R**ONDELETIVS exhibita hac icone, hęc turbo, inquit buccinis satis similis, quia testæ volumina ita à se discreta sunt, vt in medio angulos efficiant, cognominatur angulatus. In turbine tenuatur inferiore in parte, superiore in longum, & acutum rostrum. Sic enim cum Plinio loqui possumus, qui purpuræ rostrum dixit. Colore est marmoreo. Vtus dentificijs conficiendis utilissimus est. Sic ille. Buccinæ item figuram referunt turbines isti à me adiuncti: quorum primus oblongus est, & striatus, è montibus erutus; alter striatus, & verrucosus; item tres alia ex albo cinereæ.








Turben albus oblongus striatus ex  
montibus crutus.

Turbinis species duæ, vna alba,  
altera subalbida.




## DE TURBINE MURICATO eiusdem. Cap. XXI.

Turben muricatus Rond **T** V R B O hic aspectu quidem buccino dissimilis est, sed à turberculis multis, breuibus quidem, & obtusis muricatus appellatur. Superiore parte tumidior est. Intus testa purpurea est, foris alba, & veluti calce illita. Habes hic præterea octo alias vnica tabula icones, quarum aliæ angulato Rondeletij turbini accenseri possint, aliæ verò muricato. Addidi item quatuor alios muricatos Turbines, qui iconi Rondeletij ab similes omnino non sunt, præsertim duo, vt icones ostendunt.





Turbines octo, quorum alij muricatis fimiles,  
alij angulatis.





Turbines quatuor alij nigrificati

DE TVRBINE PENTEDACTYLO,  
ET TESSERODACTYLO.

## Cap. XXII.

**I**NTER cochleas Plinius Pentedactylos quosdam nominat. De his ē turbinatis intellexerit, quæ proponimus, inquit Rondeletius, nescio. Illud sanè omnibus notū esse potest ex turbinatorum definitione, & natura, potius turbines esse, quos hic expressimus, quàm cochleas, cū in lōgum pro-  
 tendantur, voluminaq; scabra, & veluti striata habeant, cū cochleæ maxi- *Nominis ratio.*  
 mè rotundæ sint, & turbine compresso, non extenso. Dicitur autem Pentedactylos turbo, quòd quinq; habeat appendices longas, & acutas, si extremum turbinis annumeres. Alius est turbo, cui quatuor duntaxat sunt dactyli. Ex his turbinatis alij sunt albi, alij nigrificati, alij varij sunt. Ad primum genus nempe pentadactylum redigendus est turben à me hic depictus, in quo animalculū conspicitur, colore sanguineo. Ad alterum verò quinque sub-  
 sequentes. 1. 2. Turben est pentadactylos parte concava, & conuexa depictus. 3. Alius sed minus auritus. 4. Tesseradactylos niger. 5. Pentadactylos eum eschara.





Turbines quinq; proximè nominati.



## DE TURBINIBVS LEVIBVS.

### Cap. XXIII.

**R**EPERIVNTVR item in Turbinum generibus, qui nullis præditi sunt Tuberculis, ex sequenti hac tabula conspicere licet, in qua primo loco datur Turbo albus glaber, & obtusus. 2. albus acutus, & glaber. 3. lapideus, glaber, ac levis. 4. levis item in stagnis degens. Præterea postea inter Turbines in Spongijs del. rescentes non pauci exprimentur, qui nullas habent vel eminentias, vel tubercula, ut mirum sit, cur & Rondeletius separatim de his non egerit. Ex eisdem sunt, quæ altera dantur tabula. Horum icones vide proximâ paginâ.

## DE TURBINIBVS INTRA SPONGIAS VIVENTIBVS. Cap. XXIV.





**S**PONGIÆ cum secantur in frusta, in ijs maxima Conchularum omnis generis, cochylionum parvorum, buccinorum, turbinum vis reperitur. Cuiusmodi aliquot, partim à Rōdeletio, partim à me observata hinc exhibebo, omnes enim persequi infiniti esset operis, ac vani laboris, nā quis est qui cognitione, ac verbis tantam naturæ rerum fecunditatē assequi possit? Differunt hæc cochylia inter se genere, nā vel sunt cochleæ, vel turbines, vel neritæ, vel

*Differētia.* umbilici. Differunt & coloribus. Rondel. de eo tantum parvo turbine ait, qui sinistrae manus proximus est, rimamque longiusculam verius quam foramen habet, testa non intorta, qui & intra spongas, & extra reperitur, conchulaque lactea à candido colore nominari potest.


*Vsus.* Hac in facie utuntur mulieres, in succo pomi citrij dissoluta, & sublimato ut nunc loquuntur, permista: sic enim facies splendiores, & candidiores effici putant. Sed quia sublimatum, atq; similia faciem contrahunt, & corrugant vi, & acrimonia sua eas, pessimè sibi consulere



Turbinum leuium quatuor species, quarum subinde fiet mentio.



Turbines leues aliij.



Turbines inter spongas viuentes ex Rondeletio.






Porcelaine  
Gallorum.  
Equorum  
ornatus.  
Ab aucto-  
re observa-  
ta species.

fulere arbitrari se rectè ait Rondeletius. multoq; vtilius fore ait in pinguedine felis dissol-  
uere. Huc accedit, inquit, quod hac fuci ratione tanquam crusta inducitur, cuius particu-  
læ si exiliant, atque eximantur, turpissimè fucus detegitur. Hanc conchulam appellant  
petite porcelaine, eamque equorum frænis, & phaleris nonnulli accommodant. Exijsdè  
& gagatarum globulis mulieres monilia, & cingula contextunt, præsertim viduæ, quæ lu-  
ctus tempore, non nisi nigris, candidisque ornantur. Sed quæ equorum ornamentis addun-  
tur, crassiore, durioreque sunt testa, aliæ sunt tenuiore, & fragiliore. Vtræq; & candore, &  
figura similes. Adde ego alias istiusmodi turbinulorum effigies. Numero primo in tabu-

Turbinuli alij in spongijs viuentes.



la prima est turbi-  
nulus luteus macu-  
lis albicantibus. 2.  
Ali<sup>o</sup> pariter flauus,  
sed minor. 3. Flau<sup>o</sup>  
alius denticulatus.  
4. Pellucidus subal-  
bidus exiguus. 5. F  
Albus tuberosus a-  
lius. 6. tuberosus a-  
lius ferrugineus. 7.  
ferrugineus al<sup>o</sup> ma-  
culis albis cõsper-  
sus, 8. coloris est  
ferruginei magis sa-  
turati. 9. minor, al-  
bus, tuberosus. 10.  
Flauus, ventrico-




sus, striatus. 11. minus dilutè fer rugineus, tubercu-  
lis plenus. 12. valde exiguus, albus, & tuberosus. Al-  
tera tabula nu. 1. exhibetur turbinulus albus denti-  
culatus. 2. item albus, oblongus, & in acutum desi-  
nens. 3. albus alius. 4. & 5. alij duo subalbi splendi-  
di, & angusti. Additur præterea turbinulus niveus,  
diaphanus, & acutus. item alius minor diaphanus,  
& eiusdem coloris. Altera tabula octo turbinum  
in spongijs etiam degentium haber icones, num. 1.

nivei coloris est. 2. luteus, maculatus. tertius subalbus, cineris macu-  
lis conspersus. 4. cinereus, albicans. 5. candidus, pellucidus, diapha-  
nus, pronè, & supinè pictus. 6. luteus lineis quibusdam albis instar co-  
ronæ cinctus. 7. cinereus è puteo effossus. 8. E puteo pariter effossus,  
candidus, eminentijs quibusdam per certa intervalla dispositis, quos

duos postremos, quia cæteris ferè hisce nouissimis erant similes, addere libuit. Tertia ta-  
bella exprimitur Turbinulus niger lineis cinereis varius, quarta turbinulus alter eiusdem  
coloris: quinta primo loco candidus, & glaber, deinde castaneus leuigatus linea qua-  
dam subalba: sexta exhibet turbinem primò acutum subnigrum: deinde album cum li-  
neis quibusdã roseis: postremò alium albo, & nigro varium. Septima primùm datur Tur-  
ben albus verrucosus circa rimam aliquantulum dentatus. 2. Tuberosus aliud colo-  
ris castanei linea quadam alba per medium transcurrente. 3. cinereum, seu subalbum pa-  
riter tuberosus. 4. Ferrugineus. 5. minimus eiusdem coloris. 6. item ex minimis, sed præ-  
cedente oblongior. Septima tabula prius pingitur Turbinulus albus lineis purpuras cõ-  
sibus. 2. alius candidus lineis saturatè rubentibus. 3. elegans, & lucidus, lineis item pur-  
purascens striatus. Alius maculis albis, & rubescens totus conspersus. 5. Alius itè  
maculosus. 6. totus subruber. 7. Omnium minimus depressus colore rubro. Octava tabu-  
la primo loco habes turbinulum albū verrucosum. 2. ponitur turben albus acutus, & leui-  
gatus. Nona, atque nouissima datur prius Turbinulus niger, & albus. 2. Alius eiusdem  
quasi coloris. 3. cinereus maculis albis. 4. cinereus alius minutim elaboratus. 4. ferrugi-  
neus macula alba speciosus, 5. totus candidus.



Turbines alij in spongijs degentes.







## DE TROCHIS. Cap. XXV.



**H**OC Turbinum genus Rondeletius à similitudine instrumenti, quo lusi-  
 tant pueri, Trochos appellat. Alij sunt parui, inquit, qui à superiore am-  
 plaq; parte statim inbreue acumen deficiunt. Alij oblongiores. Omnes  
 leues sunt, & varij. Testa veluti crustis duabus constare videtur, externa  
 minus nitet, quæ subiacet, vnionum est splendore. Præter Trochos duos  
 adiecit Rondeletius aliquot diuersas Stromborum formas, quarum alię  
 ad Buccinorum, aliæ ad Conchylionum speciem accedunt. Vt ei vitio verti posse non infi-  
 cietur, si quæ in hoc genere illustra sunt, & à veteribus discretè expressa prætermitteret: ita  
 curiosius certè, inquit, facere videremur, atq; superuacaneæ diligentia accusandi essemus,  
 si omnia & minuta Conchularum, Turbinum, Cochlearum genera persequi vellem. Si  
 quis enim otio abundans in marinis litoribus spatari velit, & in saxa maris penetrare, to-  
 tam istam rem in infinita ista varietate versari videbit. Genera igitur & illustriores spe-  
 cies cognoscendæ, atque vt quæq; vel minutæ, vel neglectæ, vel nominibus non expressæ  
 fuerint, ad genera sua erunt reuocandæ. Sic ille. Et certè si quis omnia istæ confimilia de-  
 pingere velit, nunquam satis ea ob nimiam diuersitatis copiam indagare poterit. Adiunxi  
 ego iconem Trochi maximi subflaui absque vllis tuberculis: item alterius, planè pyrami-  
 dalis. Adieci præterea pyramidalis figuræ Conchulas quatuor alias hic vnica tabella ex-  
 pressas. 1. Turbo, seu Trochus colore partim amethystino, partim subalbo. 2. Alius casta-  
 neus lineis quibusdam albis. 3. Fuluus cum maculis albis. 4. partim roseus, partim argen-  
 teus.

Trochi Rondeletij.





Trochus



Trochus magnus.

Trochus alter pyramidalis.



DE NERITE. Cap. XXVI.



*N*erites apud Aristotelem Theodorus Gaza natices conuertit, ex Festo fortassis, apud quem citante Calepino, sic legitur: Natica est (Iosephus Scaliger legit Narita) genus piscis minuti. Plautus: Muriaticam video in vasis stanneis, Nigricam bonam, & canatam, & tugma, quinas farras conchas piscinarias. Naticem piscem leges apud antiquos per t, non per r, & videtur à natando dictus. Hæc Festus. A recentioribus nerite vel Nerita ef-

fertur genere declinatione secunda: ego cum Zoographo, masculino genere declinatione prima, dicere malim. Sic enim Græci semper vsurpant. Habet autem syllabas omnes longas in omnibus casibus, quamobrem paroxytonum semper est, excepto nominatio mul-



itudinis penanflexo, νηρίαι; sic enim scribendum est, quanquam euulgati codices qui- E  
dam Græci id non obseruent. Nicander,

Ἡ καὶ ὄστρα τὸ σσα βιθεῖς, ἀτε βόσκειται ἀλμης,  
Νηρίται, σρόμβοιτε, πελωριάδες τε, μυες τε.

Idem cum  
Anerite.

Nerites Vuottono, & Bellonio idem videtur, qui & ἀνηρίτης, & ἀνάριτης apud Athenæum  
dicatur: quibus consentit Zoographus, quoniam & nomen idem est, prima litera tantum  
abundante in Anarite, vt solet hæc vocalis multorum vocabulorum initijs abū dare: & ge-  
nus quoque idem, nempe testaceum: & species cochlea & natura, adhære petris. Apud  
Hesychium νηρίτος scribitur, vt ἀνθρωπος, terminatione & accentu, his verbis: νηρίτος,  
ὁ νηρίτης: est autem conchilium cochleæ simile, & (colore) varium. Sed hoc modo scri-  
ptum, adiectiuum potius fuerit nomen, pro magno, copioso, excellēte, incomparabili: quo  
cum nihil aliud in eodem genere conferatur, aut contendat: à νη, priuāte particula, & ver-  
bo ἐρίζειν compositum. Inde νηρίτο μέδης, ὡ ἐκ ἀν τῆς ἐρίσει πρὸς μέδης, & νηρίτοφυλ-  
λον, πολύφυλλον. Idem Hesychius νηρίτον interpretatur pro monte Ithacæ è regione Epiri:  
(quem aliqui sic dictum accipiunt quasi νηρίσον, ὃ ἐστὶν ἀνέρισον, δια τὸ πολυτῆς ἕλης, vt po-  
tauit Eustathius) & adiectiuè, πολυ, ὄχρον, ἀείρον, χλωρόν, θαλερόν, ἀπρόν. sed pro copio-  
so, & innumerabili vsitatus est scribere νηρίθμον, à νη. negatione, & ἀριθμός, quod est  
numerus. Ergo si quis neriten cochleam à magnitudine, vel pulchritudine, qua alias eius-  
dem generis excellat, nominatam velit, bene esse iudicat Zoographus: alioqui νηρίτης fit à  
νηρός, quod concavum, & humidum significat, vt νηρός ἕχθυς, & apud Lycophronem νη-  
ρός μυχός, ὁ κοῖλος ἢ καΐθυρος. Νηρός autem fit à verbo νέω, νῶ, quod est nato, cuius futurum  
est νήσω, vnde & νήσος: quare Suidas eos reprehendit, quibus νηρίτης dicitur à Nereo, Nam  
si ita, inquit, fieret, ἐκ τῆ Νερευς, penultimam per diphthongum haberet νηρείτης. Idem ferè  
scribit Varinus: cæterum neriten concham à Nereo deo marino sic dictam, Zoographus  
ratione non carere autumat; quòd is fortè tali concha, tanquam elegantiore, buccinæ lo-  
co vti fingeretur: sicut & Triton: quem visum, auditumque in quodam specu Olyssippo-  
nensis oræ concha canentem Plinius refert. nec ineptus ad hunc vsum nerites videtur, vt-  
pote amplus, & buccino similis, Aristotele teste. Apud Oppianū inuenio scriptum νείριτης  
per eī diphthongum in prima syllaba. Testata, inquit animalia quædam in petris, alia in  
atenis pascuntur:

Nηρίσον  
γαῖα.

Etymon.

Οστρογρα-  
φία.  
Lib. 1. Ηα-  
λιεν.

Νηρίται, σρόμβων τε γένος, καὶ πορφύρα αὐτάι,

Et rursus de cancellis loquens vacuas sibi conchas quærentibus.

Ἐἴτε τὴ νηρίτης ἔλιπε σκέπας, εἴτε τὴ κήρυξ.

Gillius author est, neriten ab ijs qui Adriaticum sinum accolunt, etiam nunc antiquo no-  
mine appellari, & ab Hispanis caragolum. Quidam referente Zoographo Gallicè inter-  
pretantur petit Limasson de mer, id est, paruum cochleam maris: Hispani cochleam mari-  
nam in genere vocant almeia, vel caracol de la mar. Itali quidam neritas, naridole.

Antè Tur-  
binatorum  
genere.  
Lib. 4. Hi-  
cap. 4.

GENVS. FORMA.



ERITÆ sintne in turbinatorum genere, inquit Rondeletius, dubita-  
uerit aliquis ex Aristotele, qui sic scripsit: Προμηκέστρα δὲ ἐστὶν ἐν τοῖς  
σρόμβοις (καρκίνια) τοῖς ἐν τοῖς νηρίταις, ἕτερον δὲ γένος ἐστὶ τὸ τῶν νηρι-  
τῶν, τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσιον. &c. Longior est, qui turbinem subit,  
quàm qui neritam cancellus. genus enim diuersum est, quod in nerite H  
degit, cætera quidem non ab simile, &c. Et paulò pòst, ὄσα δὲ ἔχει μείζω  
τὸν ἀριστέρον ὄσρα, ταῦτα ἐν μὲν τοῖς σρόμβοις ἐκ ἐγγίνεται, ἐν δὲ τοῖς νηρίταις ἐγγίνεται.

Nerite vt à  
turbinatis  
differat.

lib. 4. Hist.  
cap. 4.

Quibus sinister pes grandior est, ij nunquā cum turbinatis hospitantur, sed cum neritis tā-  
tūm in eū societate. Hic Aristoteles de Turbinibus, & neritis, vt de diuersis loqui videtur,  
atque ab his neritas seclusisse. Sed si rem diligentius expendas, eam aliter habere compe-  
ries. Nam nerita à turbinatis non genere, sed specie differt. Cum turbinatis igitur cōuenit,  
quòd testa sit clauiculatim intorta, sed rotunda, & ampla, qua ab ea turbinatis specie distat,  
cui testa est lōga, strictaq;. Ideo cancellus (de hoc. n. in locis modò citatis loquitur Aristo-  
teles) ὄγιος est qui in turbinatis lōgis hospitat, quā qui in neritis, turbinatis quidem, sed  
nō longis. Qualis verò sit nerita, & quod sit inter turbinata collocāda, ita explicat Aristo-  
teles: Nerita testa est leui, ampla & rotūda, forma buccinis proxima, pauauer tū nō nigrū,  
vt buccina, sed rubrum habet. Testæ annexum corpus eius mediū firmiter est. Pascuntur  
in mari



A in mari tranquillo à saxis soluta: (enallage generis: pro neritæ solutæ) quoties flatus vrgent, cancelli hospites sese in saxa recipiunt, neritæ saxis adherent lepadum more, & aporrhaidum, ac cæterorum generis eiusdem, nec nisi tegmine dimoto adherent, quod velut operculum possident. Vltim enim quem biualuibus pars vtraque, eundem altera exhibet turbinatis. Caro intus, & in eadem os. Modus hic idem est aporrhaidi, purpuris, atque

*Saxis adherent.*

Nerita Rondel. Nerite authoris.



omnibus generis eiusdē. Hæc Aristoteles. Huiusmodi Neritam esse arbitratur idem Rondeletius, cuius imaginem veram, non magnitudinem sic expressit. Est enim, inquit, concha ampla, & capaci, rotunda, læui, turbinata, ad formam buccinorum accedente. Ex hoc genere fuerint cochleæ, vel potius neritæ genus hic à me additum, colore albedo, diaphanum, venulis pluribus respersum, belliculo ad instar cochlearum insigne: prope os quo continetur animal, tuberculum quoddam conspicitur. Est autem figura eius rotunda. Rotundiores autem esse nerites testam quàm sic turbinum V. Vottronus hinc

*Testa.*

B apparere ait, quia oblongiorem formam recipit cancellus ille concharum hospes, à turbinis testæ forma, qui turbinem subit, quàm qui neriten. Ego operculum neritæ non vidi, habere operculum habemus apud Aristotelem interprete Gaza, vbi sic legitur: Narices, & reliqua turbinata operculo quodam congenito carni patulæ appposito clauduntur.

*Operculum.*

## GENERATIO. SENSUS. NATATIO.



C ERITÆ, siue natices. & patellæ teste eodem Aristotele, rimis, cavernisq; saxorum generantur, celeriq; incremento augentur. Quod ad sensus attinet, ait natices qui capiunt, non aduerso flatu, sed secundo adice, quoties escam persequuntur: nec voce vlla, sed silentio agere, utpote cum & olfaciât, & audiât, nec fieri posse, ut aiunt, quin subterfugiant, si vox profertur. Audiunt itaque, & olfaciunt. Scribit Bellonius, in Mediterraneo mari, in quo ætus non ita reciprocantur, piscatores conchulas legentes in litore esse oportere, eosque si neritæ, quæ tunc saxo extra aquamherent, senserint, tunc sese à saxo soluentes, in mare præcipites ruere se conspexisse. Atque hoc quidem esse putat, quod Aristoteles ait piscatores neritas legentes tacere, ne ipsos fugiant. De Neritis hæc Plinius: Navigant ex his (è concharum genere) neritæ (alia lectio habet, Venereæ) præbentesq; concavam sui partem, & alteram (melior lectio non habet hic vocem, alteram) auræ opponentes, per summæ æquorum velificant. Testa quidem neritæ Aristotelis, cum cavitatem amplam habeat, navigationi idonea videtur, potest enim aërem copiosum capere, & innatare facilius, ventoque impelli.

*In saxis generari.*

*Li. 9. c. 33. Navigatio.*

## DE NERITA ÆLIANI. Cap. XXVII.



D ELIANVS, ut rectè iudicare mihi videtur Rondeletius, longè aliter neritam describit quàm Aristoteles, ut ex eius verbis liquet, quæ sunt huiusmodi. Cochlea marina magnitudinæ exigua, formæ pulchritudinæ eximia spectatur, eo maris vbi sordium vacuitas est, & tranquillitas viget, & in saxis ad imam maris sedem adhærescentibus nascitur. Hæc nerite appellatur. Hoc maximè, inquit Rondeletius ab Aristotelis nerita differt, quòd illa magna sit, hæc parua, nec mirum esse debet Aelianum ab Aristotele, & Plinio in piscium descriptionibus dissentire, quod in plerisque facit. Ex paruitate, & pulchritudinæ formæ Aeliani neritam esse colligimus eam, quæ capiti præfixa est. Punctis nigris eleganter distinguitur, testa intus purpurea in margine candida. Quod si quis neritam inter cochleas

*Descriptio*

*Aeliani Nerita.*





**Aeliani Nerite.** chleas reponere voluerit, non valdè refragabor. Hæc ille. Addidi aliquot icones: prima, & secunda nigris punctis respersæ sunt. Tertia secundæ similis, sed rubicundior, in qua cancellus latet, quarta ad cinerem cum vergit. Habes deinceps tringinta duas diversas species duabus tabulis expressas. In prima tabula, prima, & secunda albo nigroque variæ: item tertia, & quarta. quinta castaneæ colore est maculis rubris. Sexta Caragnuola vulgò Genuensibus dicitur, detracto cortice splendens, albo-nigra. septima castaneæ coloris habet maculas. Octava cinerea est ma-

*Nerita an-*  
*thoris.*



Nerite alia.







culis supernè rubescentibus, infra nigricantibus. Nona ex albo ad luteum vergit, trochi fortè species uti etiam erat octava præcedens, & decima subsequens, candida, verrucosa. Numero undecimo exprimentur tres neritæ minimæ, una alba cum rubris maculis, altera aureis. Decimatertia maculas habet leucophæas. Prima in secunda tabula expressa Nerite est rubra, & alba maculis etiam inferius nigris. 2. Alba, & fusca, colore intus argenteo. 3. Rubra, & alba. 4. Glabra candida punctis subferrugineis. 5. Aspera maculis longis, & albis. 6. Subalba, & fusca. 7. Fusca maculis albis. 8. Subrubra maculis albicantibus. 9. Fusca, & albicans. 10. Alba subcinerea. 11. Cinerea scèrè tota punctis candidis. 12. Castanea punctis item candidantibus. 13. Argentea. 14. Levis tota cærulea. 15. Cineritia virgata. 16. Parua flavescens. 17. Castanea cum corona alba. 18. Subcinerea. 19. Nerite colore castaneo sub-  
**obsuro.**





Nesita alia ab autore obseruatæ, quatum omnium color exprimitur præcedenti pagina.





# DE NERITE BELLONII.


## Cap. XXVIII.

Descriptio.



**B**ELLONII Nerites, cuius hinc iconem, & descriptionem ex eo propono, ac cum alterutro Rondeletij Nerite conveniat, non temere dubitavit Zoographus: genere saltem, si non specie convenire videtur. Bellonius ita depinxit hac addita descriptione. Nerite quoque turbinati generis Conchula, testam in anfractum intortam habet: qua penitus inclusa, nulla ex parte præterquam capite conspicua est. Virilis Lutetiæ, Armoris Bigonet, & Bigornacu vocari solet, apud quos tanta est huius pisciculi frequentia, ut

Nerite Bellonij.



Testa aqua-  
lis.

summo proventu iudigenæ, dum æstus abscessit, magnos acervos è saxis legant, ac bulliant (bullire faciant) carnemque è testis (quò leuius ferantur) eximant, & æcolis mediterraneorum tractum diuendant. Pulmenta aut è, quæ ex his conficiuntur, minio tincta esse dixeris: quod à rubro ipsarum papauere prouenit. Prisci enim (Aristoteles, ut ex Rondeletio recitavi) naticem, siue neritam, testam habere laeuam, amplam, rotundam, buccino similem: papauere tamen non (ut buccinum) nigro præditâ, sed rubro. Est enim id papauer, excremētium quiddâ, membrana obuoluit, omnibus testaceis generibus præcipuè esculentum. Natices sua saxa relinquunt mari tranquillo, ac sordibus vacuo, ut pascantur. Testam habent leuem, rotundam, exiguam, ut neq; in Oceano, neq; in Mediterraneo pollicis crassitudinem excedant. Huius autem carnes vulgus Græcum crudas edit, quibus appetentiam minimè excitari ait, & potissimum, si cum cæpis etiam crudis comedantur.

# DE COCHLEIS. Cap. XXIX.

## ÆQVIVOCA.

Lib. 6. c. 9.  
Cochlea in  
strumentum



**C**ESYCHIVS κοχλίας (sic autem potissimum Cochleæ Græcis vocantur.) non solum exponit τὰ ἰδιόμενα ζῶα, animantia quæ in cibi usum veniunt, sed etiam τὰ ἐν τοῖς ὀργάνοις ἐυλίνα. Et Vitruuius Cochleam describit, qua magna vis aquæ possit hauriri, sed non tam altè tolli quàm rota. Figri autè eam è rigno per octavo crassitudinis diuisiones inuolutos habente canales, & iustam Cochleæ naturalemque imitationem: versationes facere hominibus calcantibus. Sic idem lib. 5. cap. 11. dicit: Cochleis, rotis, tympanis collocatis, locus exinaniatur. Ac alibi: Torcular si non Cochleis torquetur, sed vectibus, & prælo premitur. Meminit eius machinæ etiam Athenæus, & Diodorus Siculus, & uterque Archimedis inuentum esse inquirunt. Sentina, inquit Athenæus, in naui maxima Hieronis, & si plurima erat, exhauriebatur tamen ab vno homine διὰ κοχλίας (hoc est, Cochlea sic dicta machina) commento Archimedis. Diodorus verò in 5. libro ait: de Hispania scribens, eiusq; fodinis: Subtus terram reperiuntur nonnunquam flumina decurrentia, quorum cursus, sæpè quæstus vi magna recedunt: aut quod mirabilius videtur, Cochleis, quas dicunt Aegyptiacas, diuertunt, ab Archimede, cum in Aegyptum profectus est, adiuuentas. Eiusmodi instrumentis loca, vbi metalla effodiuntur, eiecta superius aqua; summa arte, diligentiaq; exsiccant. Author promptuarij nescio, ex quo authore nobis hoc instrumentum describit: Cochlea (inquit) haustorium organum, quod vulgus pompa appellat: In medio rota est, quæ dum à calcantibus versatur, machina introrsum clauiculatim detorta, inter strias, & strigiles aquas exorbet ex aquario septo, & retrofusum emittit. Et rursus: Cochlea in torculari lignum est erectum clauiculatim, id est, spirulatim, & capreolatim striatua: quod per medium prælum striatum & ipsum trāsactum, vertigine sua

Pompa in  
strumentum.

tollendo



**A**tollendo demittendoq; prælo inuentum est. Vulgò (à Gallis puto) visa torcularis dicitur. Vitruuius nominat alibi ascendentem machinam; de qua Guilielmus Philander: mox (inquit) vocabitur accessus, Græcè ἐπιβαθρα. Suspicior autem fuisse machinam quæ occulto quodam artificio, & expeditis machinationibus in sublimè cresceret; & in eam altitudinem educeretur, quæ opus erat: tum retinaculis sistebatur. Poterant, & tabulata excitari cochleis, quo pacto in torculari prælum tollimus, & deprimimus: nisi interpretari velimus dictum de machina, quam tollenonem Vegetius appellat. Eiusmodi torcularia siue cochleas nobis vocantur torchi, Germanis pres, Belgis pors, eorumq; ferè vsus est ad exprimendum, vnde Palladius: In cochlea exprimis. Eadem vel saltem similia intellexit Plinius dum ait: Intra centum annos inuenta torcula Græcanica, malirugis per cochleas bullantibus, palis affixa arbori stella, à palis arcas lapidum attollente secum arbore, quod maximè probatur. Orbasius in libro de machinis cochleas instrumenta chirurgica describit, item cochleam sæminam, quæ Græcè περικόχλιον appellatur. nos breuitatis causa le- & morem ad ipsum remittimus. Gul. Budæus cochleas, & scalas conchilides dici scribit in ædificijs, quòd anfractuosa sint, in modum cochlearis testæ, & quòd clauiculata, & tortili

**B**structura à triclinijs in cænacula euadant, cuiusmodi sunt, (inquit) in ædificijs Gallicis scala. Talis scala apud Philopon. in Proclum, κοχλιοειδής κλίμαξ dicitur: nobis vna scala, facta à lumaga, Germanis teste Zoographo Schnecken, id est cochlea. Ex Strabone quoq; libro postremo affertur κοχλίδιον pro scalarum genere cuius scapum, vt τὸ τῶν κοχλίων κιδίον, volumen ἐλικοειδῶς circumdictum ambit à summa coassatione ad imum libramentum: sed perperam, vt vult author thesauri linguæ Græcæ, orto nimirum (ait) errore ex latina lingua, in Græco enim κοχλίας legitur pag. 347. de Paneo seu Panis fano, σφοδρῶς δὲ, ἐμπερὲς ὄχθῳ περρώδει, διὰ κοχλίας τῶν ἀνάβασις ἔχον, in quod per cochleam ascenditur. Athenæus vocat κλίμακα ἐλικίω. Erat præterea tormenti genus cochlea vocatum quo interfectum fuisse tradit Laurentius Surius S. Ionam à Magorum principibus iussu Sabotij regis Persarum. quod tormentum forte fuerit equulus cochleatus, cuius meminit Pomponius in decuma fullonis vicitatur à Nonio: vbi insulvi in cochleatum equuleum, vbi solutim tortor. Ego de hoc tormenti genere per ocium aliquando integrum tractatum conscripsi. Præterea Zoographus sese Romæ obseruasse tradit iuxta forum fuisse locum, quem scalas vocabant annularias, quas (inquit) eruditiores ita nuncupatas Caugurantur ab annularijs officinis, vel à propendèribus annulis. Aliorum coniectatio est, sic eas dici, quæ in cochleæ formam effingantur, & orbiculata figura rotundentur: quod genus conchilium dicitur. Suidæ quidem, & Varino κοχλίας est, ὁδὸς εἰς ἑκάτεροι περιηγμένη hoc est, via quæ in vtramq; vicissim partē circumagitur: siue de gradibus per scalas huiusmodi accipias: siue de vijs itinerum: huiusmodi enim per montes præsertim aliquando viæ sunt. Cælius Rhodoginus. aures siue auriculas veriùs, sinuosas (vtor interim eius verbis) cochlias ait nuncupari. Sed Polluci κοχλίας extrinsecus aurium ambitus est, ἡ ἐξωθεν περιβολὴ τῶν ὠτων. Et Plutarchus cochleæ instar aurem in gyrum contorqueri ait. Estq; etiam cochlea genus ostij, quod meminit Varro, vbi testudinem describit, quatuor, & murulæ, & miliares nutriuntur: ostium (ornithoni) esse debet humile, & angustum, & potissimum eius generis quod cochleam appellant, vt solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solent. Instrumentis itaque, quæ diximus, scalis, & vijs cochlearum figura in se clauiculatim, spirulatim, capreolatim, retorta, anfractuosa, ἐλικοειδής nomen dedit. Helmolao verd etiam cochleæ nominantur, nescio quam obrem, inter morbos fici arboris. Porro conchilis capitis ornamentum est, quod reperio apud Pollionem Treuelliū in Zenobia, quæ

**D**sic habet: Ad conciones galeata processit, cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per vltimam simbriam: media est coclide. Videtur (inquit Cælius Rhodoginus) ab similitudine scalarum vel animalibus verbum corruatum. Humelbergius cochleam ait esse lapidem ex flumine rotundum, ad similitudinem cochleæ: qui aque inditus, eam contra laterum dolorem efficacem reddere creditur, quod, & se aliquando expertum testatur. Et Massario cochlos, & cochlas marinos calculos significare dicitur: cæterum apud Festum cochlacæ dicuntur istiusmodi Lapides rotundi, ad cochlearum similitudinem. Et Cælius Rhodoginus in Græcis annotatum authoribus esse ait, fluuiatiles aut marinos lapides dici quoq; trochalos, item charmadia, & cochaclas. quare vbi apud Varinum, legitur, Τρόχαλοι, ἰδίως οἱ κόχλακες, εἰ καὶ κρεμάδα λέγονται, nempe fluuiatiles, & marini lapides, legendum censeo pro κόχλακες κοχλακες. & pro κρεμάδα χερμάδα. Inuenio item in lexi-co quodam Græcolatino, κοχλάδες exponi lapides attritos perpetua in aquis volutatione, glareas, sed sine authore. Mihi hæc quoque dictio corrupta videtur, & κόχλακες legendum.

L. 10. c. 19.

Tolleno.

Ca. 4. &amp; 5.

Scala Cochilides.

Tormenti genus.

Eculus cochleatus.

Conchilium.

Aurium ambitus.

Ostij genus Varroni.

Li. 3. de re rust. ca. 5.

Pro capitis ornamento

Lapis in flumine Cochlea figura, &amp; eius vires.

Cochlacæ.



gendum. Nam, & idem Varinus, & ante eum Hesychius γλάρον (quæ vox ad latinam glaream accedit, id est, vt grammatici interpretantur, minutissimi lapille, qui in fluuiorum ripis vel maris litoribus reperiuntur, vnde, glareola, glareosus,) exponunt κόχλαξ. Etymologus vt à νεός, νέαξ fit, sic à κόχλος, κόχλαξ fieri ait: Tucididem tamen καχλακας dixisse per alpha. Cælius Rhodoginus eosdem lapillos alibi apud latinos dicit tradit umbilicos (vt est apud Ciceronem de Oratore libro secundo), a Grecis, vt commonuit Aristoteles in mechanicis quæstionibus, appellari crocas. Quærit enim (inquit) quid sit quod in litoribus ex lapidibus aut testis grandioribus fiant, quæ vocantur crocæ.

*Umbilici  
qui lapilli.  
Crocæ.*

## S Y N O N Y M A.

*Chometh.*



*Schabul.*

*Lischmat.*

*Lul.*

*Mesibata.*

*Chomet.*

*Chumeta.*

*Sachel.*

*Limuzā.*

*Halzum.*

*Haalcena.*

*Conada.*

*Sadaf.*

*Κοχλίας.*

*Li 4. Hist.*

*cap. 4.*

*VVottonus*

*reprehens?*

*Umbilicus*

*quid Cice-*

*toni.*

*Nominis*

*ratio.*

*Li. 2. c. 11.*

**HOMETH** Hebraicam dictionem Leuitici vndecimo, & decimoquarto Numeri D. Hieronymus interpretatur lacertam, quam omnino significare putat Zoographus. Alijs est Limax, vel Testudo, vel Cochlea terrestres secundum Rab. David in libro radicum. Sed testudinis nomine pro cochlea multi latini sermonis imperiti abutuntur. Schabul, potius limax est, vt David Kimhi interpretatur, & Rabbi Salomon Psal. 58. con-

sentit Abraham Esra quoque: Caldæus vertis tibeleta: Arabs Lischmat, si rectè scribo vocales. Septuaginta κηρός: Hieronymus cera, item vermis. In trilingui lexico inuenio Lul & Mesibata pro cochlea: pro limace verò chomet, chumeta, Sachel, Limaza. Halzum Serapioni commune est nomen cochleæ marinæ, & terrestri. Syluaticus quoque cap. 324. ait Halzum esse nomen Arabicum à Serapione vsurpatum in ea significatione. Item Auicennæ interpres lib. 2. halzum scribit, & interpretatur limaces. Albertus verò ex eodem interprete in historia animalium vocabulum alzum ponit, vbi Græcè apud Aristotelem concha legitur. Vnde, & Haalcena vox corrupta puto apud eundem Syluaticum: cui præterea Conada est cochlea marina, item Sadaf: Aunici, limaces terrestres quæ degunt in planta agni casti: sed fortè ab agno limaces illi, agnici potius dicendi fuerint: Lulentia verò species limacum: cæterùm innumera apud ipsum vocabula corrupta sunt, vt etiam hæc barbara nomina, Casia, Cotia, Coliris pro limace accepit. Κοχλίας volunt Aristoteli vocari cochleas terrestres, Gaza limaces reddit, vt vbi habet in tertio de generatione cap. 11. Testatorum genus naturam proportionem plantis respondentem (ἀντίστροφον) habet: hinc est quod nullum in terra gignitur, aut paruum, quale genus limacum est (τὸ τῶν κοχλίων) & si quid huiusmodi aliud sit, sed rarum: at in mari similiq; humore multa, & varia gignuntur. Genus plantarum contrà &c. confunditur apud Græcos, vel ipsum Aristotelem κίχλος & κοχλίας, vt annotauit etiam VVottonus: ferè tamen Aristoteli κοχλος umbilicum, id est cochleam marinam significat. κοχλίας verò terrestrem cochleam. Massarius quoque κοχλον apud Aristotelem ait esse animal testaceum, & aliud quàm Limaces, à Theodoro dictum umbilicus. hoc (inquit) & cochlian est vbi Aristoteles appellet, sicut limacè quoq; còchlon. Verba Aristotelis vbi distinguit diuertissimè, hæc sunt: τὰ ὄσρα καὶ δερμα τῶν ζῶων, οἷον οἱ τε κοχλίας καὶ οἱ κόχλοι, καὶ πάντα τὰ καλεόμενα ὄσρα. Gaza vertit: Vt Umbilici, cochleæ, purpuræ (quod non est in Græcis codicibus nostris,) & omnia quæ ostrei aut conchæ nominæ nomine appellamus. Et paulò mox: Οἷον οἱ τε χερσαῖοι κοχλίας καὶ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ ὁ κόχλος, καὶ τὰλλα τὰ στρομβώδη. Idem tamen Gaza κόχλας, & κοχλίας nonnunquam umbilicos vertit, quod cùm reprehendit VVottonus, ipse quoq; reprehendendus videtur, nam licet ex Athenæi libro 2. quem citat, constet, quod umbilicus quem Theodorus pro κοχλία dixit libro 5. histor. anim. idem sit quod cochlea, rectius tamen Rondeletius pronunciauit, umbilicum Ciceroni non totum genus cochlearum marinarum, sed speciem aliquam significare. Rondeletius κοχλίας dici putat, quod habeant τὰ ὄσρα καὶ πυλοτερῆ. Etymologo verò dicuntur παρὰ τὸ κόχλω, τὸ γυρίζω: ἢ παρὰ τὸ ὀλῶ, τὸ συσρέφω, καὶ παρὰ τὸ ἀσμεῖν τὸ κχ. κοχλίας. Κοχλίας, & κοχλίδιον diminutiva sunt significantia paruum concham seu cochleam, conchulam, conchicolum, vt ait author thesauri linguæ Græcæ. Posterioris meminit Suidas quoque, esse dicens εἶδος ζῶον. Etymologus κοχλίδιον diminutiuum fieri ait à κόχλος, & aliàs ait fieri à κοχλίας, vt a κοιλία κοιλίδιον. Κόχλος ab Hesychio exponitur κοχλίας: & quem Epicharmus κόχρον σείσιλον appellat, eum Dioscorides κοχλίαν σείσιλον. Epicharmus, inquam, apud Aeneæum libro secundo dicens, κόχρον δὲ σείσιλον ἀπαγ ἔστὸι φθόρον, cochleas quæ σείσιλοι dicuntur, abijce in malam rem. Et Dioscorides τὴν σείσιλον κοχλίαν esse παραχτικὴν κοιλίας καὶ σωμαλάς



A μάχη ἐμετοποιόν. ita autem vocat, quæ vepribus, & fructeis adhærent. In eodem loco apud Athenæum Apellas cochleam ait vocari à Lacedæmonijs σέμελον. Apollodorus verò lib. secundo Etymologiarum quasdam dici κωλυσιδείπνους, id est, vt Dalechampius in suis scholijs explicat, tam amplas vt singulæ ad cœnam sufficiant, & alia fercula tangi prohibeant. Quidam (inquit) legunt colycideipnos, quod colycijs similes sint illæ cochleæ. Isaacus Casaubonus alios Grammaticos hæc aliter tradere ait. Spartanis enim cochleas dici σεσήλεις: simpliciter verò cochleas appellari σεμέλεις. Hesychius, σεσηλοι, κοχλίας, λάκωνες. Idem, σεμελος κοχλίας. Viderit verò Apollodorus quàm sit verum cochleas quasdam fuisse κωλυσιδείπνους appellatas. Ego existimo contrarium esse verum, & τῆς κωλυσιδείπνους, qui seriùs ad condictam cœnam ventitarent, & moram facerent diligentioribus, quos vocabant τριχαιδείπνους, conuiuiali ioco dictos esse κοχλίας: quod cochleam vincerent tarditudine, vt ille ait apud Plautum. plurimæ sunt hoc genus συμποτικά ἀστειώματα in scriptis veterum. Suspitio est scripsisse Apollodorum in explicanda origine huius vocis, ortam videri à κόχλω verbo antiquo idem significante, ac γυρίζω, toto: aut ab ὀλῶ τὸ σὺςρέφω (hæ sunt grammaticorum ineptiæ) ἐλίαν primò, deinde κοχλίαν dictum, quod non rectà procederent, sed per gyros, παρ' ὅ καὶ κοχλίας λέγεσθαι τῆς κωλυσιδείπνους. Hæc aut similia Apollodorus: quæ lecta negligenter, & propteranter, neque intellecta ab eo videntur, qui hæc ita scripsit, siue Athenæus, siue eius Beniuator. Hactenus Casaubonus. Σιλάτης, Helychio, & Varino est quoq; κοχλίας. forte σέσιλος, Σέμελος, κοχλίας ijsdem, Σεμελοίριδαι, οἱ ἀνὸ κελύφης, & ἔνιοι λιψακας. Σίσυλλος, νόμισμα (νόσημα. forte) καδάω περ σκωληκίαισι, καὶ ζῶοντι apud eisdem. Ποματίας, ὁ κοχλίας exponit Varinus per o breue in prima ineptè, debet enim per o productam scribi πωματίας, quoniam πῶμα operculum est. φορέοικος id est, domiporta, epitheton cochleæ, pro ipsa cochlea vsurpatur ab Hesiodo:

Σέμελος.

Σίσυλλος.

Σιλάτης.

Πωματίας

Domiporta

Ἀλλ' ὅπῳταν φορέοικος ἀπὸ χθονός ἀνφύτῃ βάλῃ.

quanquam enim de terrestri loquitur, cochleis tamen omnibus testa operis commune est epitheton, & testudini quoque, quod notat quoque Varinus, φορέοικος, & θείοικος, exponens κοχλίας, ἢ χελωνή. Sunt qui phereœcon describant animal album, simile mustellæ, quod sub quercubus, & oleis nascatur, aut versetur (ὑπὸ δρυσὶ, καὶ ἐλάταις γινόμενον) & glandibus vescatur, sic dictum ab Arcadibus: alij insecti genus vesperianus faciunt: super qua voce cōsule partim Hesychium, partim Etymologum. Λεροπός eidem Hesychio, vti & Varino est κοχλίας: fortè παρατὸ ἔρπειν. Atq; ita exponunt Ξιφίδρια: sed ordo collocationis, & analogia vocabuli antepenultimâ per y scribi postulant: vt à ξίφος diminutiũ ξιφύδιον fiat, sicut à μέλος μελύδιον: quanquã & alterum diminutiũ ξιφίδιον in vsu est, & receptiore, vt puto. Pro κοχλίῃ, in multitudinis numero κοχλίας scripserim: sed magis probò, qđ alibi apud eosdẽ reperio σκιφύδρια, genus cōchylij, pro ξίφος quidẽ aliter. etiã σκίφος proferri scio. Eisdem χαμαιδίτοι, sunt κοχλίας: Videntur autem cochleæ terrestres significari ab eo quod terram subeant, quod & troglodytæ vocabulum sonat: item χραμαδοῖλαι, χελῶναι, καὶ αἱ νατρώταται τῶν κυνῶν: οἱ δὲ τῆς κοχλίας. Ἀχραδάμυλλος, ὁ κοχλίας est Tacentinis, eisdem scribentibus. Videntur autem & hic terrestrem cochleam, aut speciem significare. Ἀγράδες pyri sylvestres sunt, μύλλειν Grammatici interpretantur πλησιάζειν. μύλλον obliquum, incuruum, tortuosum, & leue, vt videtur. Inuenitur & πιλός, κοχλίας, apud Hesychium. malim πῖλος, κοχλίας, vt φίλος sit genus cochleæ quoddam à figura pilei (quem Græci πῖλον vocant) sic dicti, siue is in acutum exeat, vt Strombi, siue forma sit rotunda. vtraque enim cochleæ tum in mari, tum in

Phereœcon animal.

Λεροπός.

χαμαιδύτοι.

Χραμαδοῖλαι.

Αχραδάμυλλος.

Αγράδες.

Πιλός.

Colysidipnos.

Λέμμα.

Limax an à cochleis differat.

terra reperiuntur. Ἀβρότων apud Varinum legitur, diciturq; esse genus cochlearum, secundum alios locustarum, secundum alios arum. Quibus addit quosdam legere ἀπρότων, eoq; non nomine intelligere λησῶν, prædonum, seu latronum. Ex quo intelligitur, hoc ἀβρότων, siue ἀπρότων esse pluralis numeri, & genitiui casus, non autem nominatiuum singularem, vt existimauerunt vulgaria lexica. Colysidipnos (κολησιδείπνους, vocari cochleas quasdam Apollodorus libro secundo Etymologiaiũ testante Cælio author est. Et in Plutarchi sympotiacis tardiores conuiuæ nuncupantur colysidipni. Quibus autem cochleis hoc nomen conueniat, & quam ob causam dubito. Coniicio autem tertenum esse genus, quod vel cito saturet, & edendi auiditatem circuncidat: vel vomitu, aut alio cibos ingestos egerat. Græcorum vulgo hodie κοχλίας, vel σαλίγγας nominatur. Λέμμα, animal simile cochleæ dicitur Hesychio, & Varino, quæ vox non absimilis est cum dictione limax latinorum, quæ cochleam terrestrem significat, eamque vel testa operatam, vel nudam. Plinius limaces à cochleis manifestò distinguit inquit: Bestiolarum genera quædam herbis



herbis innascuntur, raphano erucæ, & vermiculi, item laſucis, & oleri: verisq; hoc amplius  
limaces, & cochleæ: in quo loco limaces cochleas nudas haud dubio significant. Accipitur  
tamen apud clafficos ſcriptores pro cochlea teſta cooperta, vt apud Columellâ hoc verſu:

*Implicitus concha limax, hirsutaq; campe.*

Vbi notandum etiam limacem in masculino genere accipi: cum Plinius femininum faciat, dum ait: Limacis inter duas orbitas inuentæ. Recentioribus indoctis Limacia pro limace nominatur. Albertus Limacem ait nomen accepisse à limo, in quo generatur, & nutritur, & Festus Pompeus limaces exponit cochleas à limo appellatas, quod facit quoque Columella in decimo; intelligit autem, vt putat etiam Grapaldus, terrestres. Cochlea gãmaticis recentioribus, propriè teſta limacis est, licet quandoq; pro ipsa limace, quæ teſtam habet, accipiat. Est autem propriè limax (inquiunt) quæ sine teſta est: cochlea verò quæ teſtam habet. Zoographus de terrestribus cochleas plerumque intelligit, cum simpliciter proferuntur: Sæpe enim de vtra loquantur (inquit) authores, exprimunt, terræ, aut marinæ discrimine expresso. Aristoteles quidem etiam pro marinis aliquando simpliciter cochleas nominat, sed vbi argumentum huiusmodi est, vt distinctione opus non sit. Est quando generis instar ponitur, & communem aquatilibus pariter, ac terrenis naturam indicat. Gaza cochleas terrestres vertit limaces. Sunt qui apud Plinium cum nominat cochleas quæ eduntur, velint terrestre genus intelligere videri, quibus ego libetè assentior. Cardanns in lib. de Varietate rerum cochleæ significato abutitur, cum pro omnibus conchis generatim accipiat. Albertus cochleas, & testudines vnâ cum alijs indoctis turpiter confundit. Apud Marcellum Empiricum coclea passim scribitur sine aspiratione. Cælius Rhodoginus alicubi cochliam per i in penultima scripsit. Cochleolam latinè dixit Grapaldus. Latinis vocabulû hoc generis fæminini est, Græcis masculini, κοχλίας, vt Απειας, vnde genitiuus pluralis κοχλίων circumflexus, non paroxitonus, vt quidam ineptè scribunt, formatur, omnis enim primæ declinationes genitiuus pluralis circumflexi debet, tribus exceptis, χλων, χρῖσαν, ἱησίων. Et Paulanias κοχλον Λακωνικῶν fæminino genere protulit. Et in Arcadicis, τῆς Τρίτωιας φουάν φασι δια κοχλε τετροπημένης. Aristoteles tamen masculino genere effert. Primam huius vocabuli Græci, & latini aliquando corripiunt. Serenus.

*Limacis e-  
ymologia.*

*Cochleas,  
& testudi-  
nes Alber-  
tus confun-  
dit.*

*Orthogra-  
phia cock-  
lea.*

*Profodia.*

*Contritiis prodest cochleis perducere frontem.*

De Muribus in batrachomyomachia

*Κόρυθις κοχλίων λέπτων κάρατὰ μικρά λυπτοί.*

Anaxilas apud Athenæum in senario:

*Αραιότερος εἰ τῶν κοχλίων πολλῶ πάνυ.*

*Isidori er-  
ror.*

*Bubali.*

Isidorus cochleam per dimiutionem dici scripsit, quasi conchulam, quod vt ineptissimè reprehendit Zoographus. Boualo Italis commune nomen est marinæ, & terrestri: non tamen quamuis marinam cochleam, sed masculinam significare puto. Massarius Bubales Venetis appellari ait, quia equinam, vel potius bouinam effigiem referant. Sunt alioqui, qui cochleam Italicè interpretentur la Maruza, la Zameruca. Nobis, vt & in plerisq; Italia locis limax est lumaca, lumacha, lumaga, sed apud Tuscos chiocciola, & micchio. Mariana Hispanis, & Lusitanis caramuyo dicitur, norâte Amato Lusitano, ab alijs almeia, vel caracòl de la mar: sed hoc posterius, vt & coragalo ad neritem privatim pertinent. Roodelietius verò Hispanis, & Prouincialibus Scaragol, vel eagarolo, cochleam terrestrem significare tradit. Galli vocant limasson, escarcot. Germani eio Schneck, vel Schnegg cõnuni ad terrenas, & marinæ nomine, vt etiam Schnegel: Flãndri, & Brabanti Sleccke, Hollandi verò Slegghe, vel Slagghe. Angli non propriè dicendas cochleas, sed conchas bivalues quasdam, vt peccanculos Cokles appellant: aliàs à Snayle dicunt: Bohemi, & Illyrij Hlemayzd, vel hlemayzd.

## GENVS. DIFFERENTIÆ.

*Differētia  
à magnitu-  
dine.*

*Figura.*

*Victu.*



COCHLEARVM ac potissimùm terrestrium differentia (inquit Zoographus) lumuntur vel à magnitudine, vnde minores, & minutæ dicuntur: vel à figura, vnde lógæ, latæ: vel à colore, sunt enim albæ, nigæ, fuscæ, ruffe, varæ: vel à teſta, qua aliæ carent, teguntur aliæ, vnde nudas, & teſtas cognominant: vel à regionibus, quod aliæ sint vulgares, indigine, noſtrates, aliæ peregrinæ: vel victu, pteſertim ex plantis: adherent enim alię alijs quas appetunt.



**A**unt, fico, lauro, asphodelo, carduis, aut folijs gregatim, vt ait Plinius: Et forsitan earum quædam gregatiles sunt: aliæ vel omnino non sunt, vel minus gregales: Vela vita, seu locis, in quibus degunt. & harum alię latitant ad tempus, alię semper. Quæ exeunt, alię herbas petunt humiliores, alię altius frutices, aut arbores scandunt: vel cibiratione ad homines: alijs enim vescuntur, vt vulgaribus testatis maioribus, alijs abstinent, vt minutis, & nudis omnibus nostris: in Africa enim aliud nudarum genus est. Quod ad differentiam attinet, quæ à magnitudine dependet, Aelianus in mari rubro cochleam nasci testatur cum specie pulcherrima, tum maximam, testa purpurea, & in eius medio spiræ, siue voluta mira colorum varietates, & velut floribus nariuis distincta. Sertum (inquit) diceres summo artificio, & ornatu contextum è floribus multiugis, viridibus, aureis, rubicundis, per aqua digestis interualla. Et Petrus Gyllius ait se vidisse cochleam marinam, quæ ad eam magnitudinem accederet, vt tantum vini caperet, quantum piscator exsiccare vno prandio posset. In Aegypti Nilo grandissimæ feruntur vocales vlulantium expressa similitudine. E. C. oratio And. Matthiolus refert in doctissimis suis commentarijs in Dioscoridem in agro Romano cochleas quasdam esse paulò maiores lupinis, quæ autumno quorundam carduorum caulibus acervatim coherentes innumere videantur. Hæ fortè fuerint, quæ à Plinio minutæ dicuntur, quas tamen aliàs simpliciter ita nominat, aliàs latas, longasue cognominat, nominat verò latas aliquoties, vt inter remedia patebit. Zoographus, quoque apud suos (Helucios) in terra, vt hortorum, & in collibus apertis exiles quasdam testas cochlearum inueniri tradit in mucronem turbinatas, plerumque semper vacuas: sed animal in eis deprehendere non meminisse: Strombos terrestres (inquit) dixeris. Præter latas in figure discrimine etiam oblongæ sunt, atque inter has, quibus (vt Vuortonus nota) tubæ loco videntur tubicines: Echinophoros vocant, alij echinophoros. Sunt autem hæ marinæ, ex quibus etiam dantur rotundæ in oleario vltu, quibus scilicet oleum effunditur, & pentadactyli & quibus clauicula in acutissimū acumen intorquentur. Eiuscemodi figure cochleas, nimirum oblongas fortè omnes Strombos esse dicemus: obtusiorum verò, & rotundiorum plerasque umbilicos, præsertim quæ magnæ non sunt, vt olearia. Inter terrestres cochleas reperiri albas, nigras, magnas, paruas, mediocres annotauit Matthiolus, & ante cum Albertus limacem inueniri ait, albam, rubeam, croceam, & nigram. Sed Albertus limaces cum testudine confundit. Tamen Adamus Lonicerus Limaces rufos, alios nigros conspici etiam scribit. Testa carentes limaces hic excludimus, cum de ijs inter insecta actum sit, & hic tantum de testa opertis dicendum. Aristoteles cochleas terrestres testa intectis annumerat, earumque carnem penitus includi asserit, nec vlla ex parte conspici, excepto capite, *κοχλιας ωματίας*, cochlea opercularis dicitur, gypseo operculo per hyemem. Italicè limaga delle vigne interpretantur. Bellonius perperâ scribit pomacea, & eius magnitudinem raro excedere ait cancellum, qui testas vacuas ingreditur. Pene loca, per multa quidem sunt cochlearum genera, at tria potissimum apud Dioscoridem, cui aliæ sunt *χρησαίοι*, siue terrestres, aliæ *θαλασσιοί*, id est marinæ, aliæ *ωτιαίοι*, siue fluuiatiles. Marinas Brasauolus alias ait esse in testis, alias testis carentes. Dioscorides terrestrium, quæ in Liguriz alpiibus reperiuntur, pomatias appellari ab operimento suo, quæ verò syluestribus frutetis, & sentibus herentes, sessilos: Plinius etiam syluestres; ita enim Masfarius interpretatur, item Brasauolus, & Zoographus, quorum omnium ego vestigia libenter sequor. Habemus, inquit Brasauolus, & syluestres cochleas, seu arboreas, quæ frutetis adhærent, & sentibus. Ex his aliæ albæ sunt: aliæ præter albedinem nigris, rubris vel lateis (punctis vel lineis) impressæ sunt, & ferè opere vermiculato à natura elaboratæ. Demetrius Constantino-  
**D**opolitanus, qui de accipitribus scripsit, cochleam terrestrem nominat. Matthiolus pomatias cochleas, interpretatur vulgares nostra maiores, quæ præcipuè in cibum veniunt, vt cum ex descriptione, tum ex figura adiuncta apparet, nec dissentit Zoographus. Non me fugit (inquit Matthiolus) quas Dioscorides pomatias vocat, plurimas reperiri in montibus Tridentinis, vicinisque alijs locis, & eas quidè præstantissimas. Eruantur enim è terra hyeme, & frutetis vnicis quibusdam ferreis, prope fruticum radices terra circumfossa. Concluduntur hæ contra frigoris iniuriã, quodã alba operimento, duro, gyphi specie referente, sicque cõtectæ terra se cõdunt. Fit nob hoc vt in cibis ijs longè suauiores, gratioresque habeantur, delitescantque sub terra, circum fruticum radices, Herruria planè ignorat: cum in & ibi eodem modo ab his eruantur, qui alibi arte didicerunt. Hæc Matthiolus. Plinius etiam cochleas non solum latere scribit, sed inde etiam inter se distinguit, inquiens: Simili modo & cochleas (nimirum, vt serpentes latent) Illę quidem iterum, & astatibus, adhærentes maxime saxi: vt & iouuria & lupinata, auulsæque, non tamen exeant. In Baleaibus verò insulis cauatice

Vita.

Magnitudo  
ingens.

lib. 11. c. 27

Minutæ  
quæ Plinio.Strombi ter-  
restres.Echinopho-  
ri.Coloris dif-  
ferentia.

Testa.

Pomatias  
quæ.

Lib. 2. c. 11

In cõment.  
2. Aph. 18.

Sessili.

Syluestriũ  
differentiæ

Lib. 2. c. 71

Pomatias v-  
bi multæ.Latent, &  
quædam.

Li. 8. c. 39.

Cauaticæ  
cochleæ na-  
tura.



*Differētia  
à regionib.*

*Li. 9. c. 36.*

*Africana.  
Li. 30. c. 6.*

*Astypalaica.  
ca.*

*Li. 8. c. 39.*

*Linusia.*

*Germana.*

*Acerata.*

*Cocalium  
Arist.*

appellata, non prorepunt è cauis terræ: neq; herba viuunt, sed vuz modo inter se coherēt. Est & aliud genus minus vulgare, adherente operculo eiusdem testæ se operiens: obruta terræ semper hæ, & circa maritimas tantum alpes quondam effossæ, capere iam erui, & in Veliterno. Hæc ille. Varro differentias ponit penes regiones. At enim plura earum esse genera, vt minutas albulas, quæ afferantur è Reatino, & maximas, quæ de Illyrico apportantur, & mediocres quæ ex Africa afferuntur. Non quod in his regionibus (inquit) quibusdam locis ex magnitudinibus non fiat dispariles, nam, & valde amplæ sunt, quanquam ex Africa quæ vocantur Solitanæ, ita vt earum calices quadrantes octoginta capere possint: & sic in alijs regionibus eadem inter se collocatæ, & minores sunt, & maiores. Hæ in sætura pariunt innumerabilia. Earum semen minutum, ac testa molli, diuturnitate obdurescit: Plinius cum dixisset Fuluium Hirpinum cochlearum viuaria instituisse, genera quoq; distinxisse illum earum notauit, separatim (inquit) vt essent albæ, quæ in Reatino agro nascitur: separatim Illyricæ, quibus magnitudo præcipua: Africanæ quibus sæcunditas, Solitanæ quibus nobilitas. Africanæ cochleæ vnum genus testum esse, alterum nudum, apparet ex eodem Plinio, qui nudæ meminit in remedio ad dysenteriam, alibi quoque Africanas laudatissimas esse scribit, & ex his (exin, legunt alij) Solitanas, Astypalaicas, Sicularum modicas, quoniam magnitudo duras facit, & sine succo: Balearicas, quas cauaticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur. Laudatas, & ex insulis caprearum. Quod ad Astypalaicas attinet, Stephanus Astypalaicas quinque numerat: vnam è Cycladibus, secundam oppidum in Coo; tertiam insulam cum oppido inter Rhodū, & Cretam: quartam, oppidum in Samo; quintam promontorium prope Atticam. Hinc cochleas Astypalaicas deriuant, sicut ab Athenis Athenæicus, vt antepenultima per a scribi debeat, non per e, vel æ. Sed Plinius in octauo omnium laudatissimas in Astypalæa insula esse scripsit, Dioscorides Sardonicas, Africanas, Astypalaicas, & quæ in Sicilia, & Chio nascuntur, & in Liguria alpibus, pomatias id est, vt diximus, operculares cognominata. Strabo cochleas prædicat linusias, ab agro cui nomen lino est, iuxta Pituntem, medio inter Parianam coloniam, & Priapum spatio. Germanas cochleas nominat Demetrius, qui Græcè de accipitribus scripsit. Vegetius etiam in potione equi prophylactica inter cætera cochleas Germanas admiscet. Nominatq; easdem Marcellus his verbis: Vuam caniculatam, & cochleam germanam comburere, & contere, atque ex eo puluere mixto, pollice summo, vel certè cochleario, vuam ieiuno tange per triduum. An verò germanam cochleam à gente, & regione dixerint, an alio quodam sensu, Zoographus negat se habere quod affirmet. Africanas quidem cum ad remedia requirit Marcellus, veras interdum (quas, & germanas, & genuinas dixeris) deligi iubet. Sunt præterea cochleæ, quas aceratas Plinius vocari ait, latas, multifariamq; nascentes, de quarum vsu suis se dicturum locis promittit. Sed cum nusquam alibi de aceratis meminit, latarum verò sæpius, Zoographus non latè forsan aduerbialiter legendum existimat, sed latæ nomine adiectiuo fæminino plurali: vt aceratæ eadem sint quæ latæ. Sic & Massarius legit: Sunt, & aceratæ (inquit) latæq; multifariam nascentes. Inuenio item limacis genus cocaliam ab Aristotele vocari, inquit Massarius: Sed Aristoteles cocalium genere neutro dixit, & per x simplex, non per duplex vt habet Vuottonus. Est apud Aristotelem (inquit ille) κοκάλιον, apud Athenæum κοκκαλον. (nisi in alterutro codicum insimenda) Cochleæ genus, & vt videtur terrestre Testaceum, à Limace diuersum. Locus Aristotelis est in quarto capite libri quarti de historia animalium: Cocalia (κοκάλια, τα) vt quidam vocant, testis integuntur: eorum caro, vt & aliorum limacum terrestrium, penitus includitur, nec vlla ex parte conspicitur excepto capite. In eodem loco Aristoteles (quod per transennam dictum esto,) esse ait inter cochleas, quæ intra se bestiolas habeant similes Hægammaris pusillis, qui vel in flumine gignuntur, sed ea differentia, vt præmollem intra suâ testam carunculam habeant. Atque hæc de diuersis cochlearum generibus.

## FORMA. DESCRIPTIO.

*Turbinata  
dicuntur.*

*Li. 9. c. 32.*

*Cornicula.*

*Oculis an*

*carent.*

*Li. 1. c. 37.*



**A**RISTOTELI cochleæ turbinatæ vocantur, earumque carnem penitus inclusam esse ait, nec vlla ex parte conspicitur, præterquam capite. Plinius quoque cum de turbinatis, ac postremo de echinis, & echinometris locutus fuisset, in eodem (inquit) genere cochleæ aquatiles, terrestresque, exerentes se domicilio, binaque ceu cornua protendentes, contrahentesque: oculis carent: itaque corniculis præterant iter.

Quod postremum alibi etiam reperit his verbis: Cochleis oculorum vicem cornicula binæ præ-







Albugo.

Salina Cochlearum.

quoque umbilici hæc habent eadem: sed quo minores, eo minutiora. Hæc philosophus in quarto de historia, capite quarto: ubi denique præterea umbilicis albuginem à natura datam esse ait; Græcè est λέυκον: id autem, inquit, tale quid esse in cochleis, quale quod vocatur ouum in bivaluibus. Qui echineidem videre, limaci magnæ similem esse dicunt teste Plinio. Salina cochlearum, quæ pūctis acu, vel stilo carnibus manat, à Græcis, ut inquit Galenus, myxa dicitur, hoc est, mucosus lentor, siue mucor, mucosus.

LOCVS.

Sylvas amant terrestres. Li. 2. c. 24.



VPRA interpositas differentias, ex præcipuis fuit, quæ à loco sumitur. Sunt enim marinæ, fluuiatiles, & terrestres. Hæc postremæ sylvas potissimum amant, quod nobis scriptum reliquit Achæus apud Athenæum his verbis: Η τοςές δ' αίτην τρέφει κοχλίας περάσας; vel quot cornutas cochleas alunt nemora. Vnde in conuiujs, testantè ibidem Athenæo, solet proponi hoc ænigmati vice de cochleis.

Aenigma.

In syluis nata, spinis carens, ex anguis, humida via incedens.

Antisthenis dictum de Atheniensibus. Lib. 8. hist. cap. 13. Et in terra latent.

Vbi syluæ nomine ego accipio loca omnia arboribus, vel alijs stirpibus confita, quibus victitant cochleæ. Quocumque verò eunt, suam semper domum secum ferunt, vnde domi portæ nomen, ut dixi, meruit: atque hinc est quod Antisthenes ridere solitus sit Atheniensis, quod essent autochthones, nempe quod non aliunde eò commigrassent, nec patriam sedem mutassent vnquam: dicens hoc laudis illis esse cum testudinibus, cochleisque commune. Nam, & hæc animantia nunquam mutant domicilium, in quo nascuntur. Aristoteles cochleas terrestres hyeme latere ait; nec vllam sanè eo tēpore cernere est, sed vere cum ær tepidior factus est: è suis latebris, prodeunt. Athenæus Theophrastum citat de animalibus, quæ se abscondunt; aitque, eum scribere cochleas hyeme latere, sed æstate magis; itaque plurimas prodire cum autumno pluit, illisq; per æstatem latibula quaris, & in terra, & in arboribus. Quo loco Casaubonus, Aristotelis (Theophrasti, legitur apud Athenæum, ut dixi) inquit, qui asseritur locus, dicitur extare ἐν πείραι τῶν περὶ ζῶων. optimè libri habent, περὶ ζῶων μορίων. Sustulere vocem μορίων, qui animaduertent in libris de partibus ascripta verba non reperiri. Sunt enim ex tertio de generatione animalium. Intergrum locum ascribam quando sententiam imperfectā hic lectorem inueniet, μόνον τῶν ὄσπρα κούδερμων ἑώραται τὸ τῶν κοχλίων γένος, εἰδ' ἐκ τῆς συνδυασμῆς ἢ γένεσις αὐτῶν ἐστὶν ἢ μὴ ἐπιώδεται ἰκανῶς. Hactenus Casaubonus. Ut modo vnde digressi sumus, reuertamur, Plinius cum dixisset viperam solam serpentium terra se condere, cæteras arborum, aut saxorum cauis. Et alias vel annua fame durare, algore modo dempto. Omnia secessus tempore veneno orba dormire: addit, Simili modo, & cochleæ: illæ quidem iterum, & æstati bus, adherentes maximè saxi, ut etiam iniuria resupinata, auulsæque, non tamen exeant. Latent itaq; & hyeme, & æstate, quod non meminit Aristoteles. Cum enim tempus anni feruidum, & æstuosum est, siue cum agris solis ardore torrentur, homines autem calore, & æstuo laborant, tum cochleæ in occulto delitescunt, suoq; ipsarum succo viuunt, nisi forte aliqui

Li. 8. c. 39.

Rore viuunt in captiuis

Quasi cum caletur, cochleæ in occulto latent. Sub sibi succo viuunt, si non cadit.

Lib. 3. de rerust. Quæ diu quid. Grumus quid.

Aristias comicus quoque apud Athenæum de quodam qui captaret cochleas, inquit. κοχλίας, γενομένης ψεκασίας, ἀνιγρῆς αὐτῶν καὶ λαχνατῶν αὐτοχθόνων: quis enim nescit hoc potissimum tempore cochleas apparere: nam neque pluuiam concitatiores, neque magnos calores ferre possunt, ut significauit etiam Varro, cum de illis alendis sedulo multa præciperet, inquit enim, de sede disputans. Locus is melior quem, & non cocoquit sol, & tangit ros. ψεκασίον Græci vocare solent imminuto eo nomine, tenuem imbrem, & qui aliquo modo inuitetur rorem. Cum è terra erumpit, exgrumare dicuntur, hoc est grumos eruere, & exgrumis exillire. Grumus enim terræ collectio est, à congerie dicta. Vtitur ea voce Varro in præcitato loco: Denique ipsæ exgruminantes ad propalam vitam diu produunt, cum ad eam rem pauca laurea folia interijciant. Jam verò ex marinis quædam locum mutant. Author enim est Aelianus Perfarum regem cochleas Ponticas imitari, æstiuos dies Sufis agentem, hybernos verò Echataois. Etenim ad nuncupatam Propontidem calidam hyemant: æstiuum autem tempus ad Aegialum agitant, inquit, propter molles auras, quas hoc mare eis afflat.

Li. 10. c. 6.



MOTVS.

**M**OUENTVR omnes cochleæ, inquit Franciscus Massarius, & serpunt parte dextra, non ad vertiginem siue clauiculam, sed in aduersum. Sed Aristoteles hoc de Strombis scribit, & similibus turbinatis marinis: quærendumque si idem terrestribus quoque conueniat. Mouentur autem hæ, vt ait Albertus, contractione, & emissione corporis.

Li. 4. Hist. anim. 4.

COITVS. PARTVS. GENERATIO.

**V**NM ex testatis cochlearum genus auctore Aristotele coire perspectum est: sed an earum ortus per coitum sit, nondum satis exploratum haberi ait. Et alibi, vmbilicos (cochleas) pariter omnes sua oua habere videri scribit, verno, autumnaliq; tempore, quem fortè locum reperens Athenæus: Aristoteles (inquit) libro quinto de animalibus tradit vere, & autumnno cochleas prægnantes apparere, solasq; ex omnibus testaceis in coitu videri cohærentes, ac congeminatas. Et Zoographus Limaces quoque coire, & oua parere candida, magnitudine oculorum lucij piscis sese audiuisse refert: ipsque incubantes aliquando reperiri mense Maio. Albertus verò ex putredine herbarum, & viscoso rore generari limaces voluit: viscositatemq; terrestrem circumquaque durefcere in testam, in qua habitant. Vnde etiam limacem à limo dictum voluit, & aliàs, in limo quidem (inquit) & generantur & nutriantur: cuius ego sententiæ facillè subscriperim, & Ioannes Bapt. Porta limaces quòd ex limo, & putrescentibus aquis orientur, vitam breuiorem reddere affirmat. Plinius scribit cochleas hyberno tempore nasci. cæterum hyeme tantum oriri non facile crediderim, neque etiam ille hoc ait, nam & aliàs lactucis eas innasci testatur: item alibi limaces (inquit) nascuntur in vicia, & aliquando è terra cochleæ minutæ, mirum in modum erodentes eam. Vt vt sit, imber maximè facit ad earum ortum, quòd obscurè admodum innuit etiam Plutarchus, Cochleas si quis imbrem facere, non præcedere putat, & indicium eius esse, fallitur. Notandum maximè quod scribit Massarius: Limax testa detracta hebetescit, processu vtique temporis id quoque in aureliam transit, vt cruca, atque immobile viuuit. Sed quidnam ex eo animalis pennati oriatur, compertum non adhuc est.

Lib. 3. de gener. c. 11. An ortus per coitum. Oua quando habent.

Lib. 5. Phylog. cap. 4. Vita breuis.

Li. 9. c. 51. li. 19. c. 10. Imbre maxime generari.

Lib. 3. Synops. quæst. 2. Limacis metamorphosis.

VICTVS. EDUCATIO.

**R**ORE victitare cochleam volunt, more cicadarum, quare forte ex Phyllo poeta illud citauit Athenæus.

Ὁὐκ εἰμι τίττις, εἶδὲ κοχλίας, ἢ γυναίκα.  
Non sum cicada, neque cochlea, ò mulier.

Rore victitant.

Et Marcellus Empiricus ex amputato capite cochleæ matutinum rorem pascentis remedium quoddam dicit. Meminit eiusdem parasiticus quidam apud Plautum, dicens:

Quasi cum caletur, cochleæ in occulto latent  
Suo sibi succo viuunt, ros se non cadit.

In captiuis

Asphodeli caulem appetunt.

Solo autem rore non viuunt, quod vel ipsæ testantur cum sub noctem potissimum exeunt ad pastum, vt rusticis notum est, qui post pluuias æstiuas, ac autumnales accenso eas lumine captant. Plinius testatur cochleas in Campania mirè caulem asphodeli prosequi, & fugendo arefacere: & antè ficum eas infestare scripserat: & Theophrastus, scabies (inquit) & cochleæ adnasci solitæ ficorum peculiates morbi sunt. Quem locum sic transtulit idem Plinius: Impetigo, & quæ adnasci solent cochleæ, peculiaria ficorum vitia, nec ubiq; sunt enim quædam ægritudines, & locorum. Alibi vt dentes habere eas testatur, indicium illius esse ait à minimis earum derosam vitem. Habebant veteres sua viuaria, in quibus cochleas saginabant, quod non semel nobis testatum reliquit M. Varro, vt cum ait: Leporarij alterum genus illud venaticum, duas habet diuersas species; vnam in qua est aper, caprea, lepus: alteram item extra villam, quæ sunt, vt apes, cochleæ, glires. Et alibi. Titus Pompeius in Gallia transalpina, tantum septem venationis

li. 22. c. 22. li. 17. c. 24. Ficos vastant.

Li. 1. Hist. cap. 16.

Vitem derodunt.

Vinaria cochlearum apud veteres.



Li. 9. c. 56.  
Qui prim<sup>o</sup>  
cochleas sa-  
ginariis.

Pluuiatiles  
virus olēt.  
Contra Bel-  
lonium.

Locus ap<sup>er</sup>  
ad alendū.

Cibus.

Solitanæ  
quante ma-  
gnitudinis.

Li 3. c. 12.  
Leporariū  
Q. Fuluij.  
Lib. 3. Sa-  
turna. c. 13

habere dicitur, vt circiter triginta millia passuum locum inclusum habeat: præterea in eo-  
dem consepito habere solet, de animalibus cochlearia, & aluaria &c. Cochlearum verò  
ista viuaria instituit teste Plinio Fuluius Hirpinus in Tarquiniensi paulò ante ciuile bel-  
lum, quod cum Pompeio Magno gestum est, distinctis quidem generibus earum; quin &  
saginam earum commentus est, sapa, & farrè, alijsque generibus, vt cochleæ quoq; altiles  
ganeam implerēt: cuius (inquit) artis gloria in eam magnitudinem perductæ sint, vt octo-  
ginta quadrantes caperent singularum calices. Hucusq; Plinius, authorem citans M. Var-  
ronem: Quod autem Plinius, inquit Pet. Bellonius de cochleis altilibus ait, id ni fallor de  
marinis est intelligendum. Nam neque Illyricæ, neque Africanæ, aut Solitanæ, terrestres  
esse censentur, ac (aut) fluuiatile. Omne enim fluuiatile cochlearum genus (κοχλίας Gre-  
ci vocantur) virus olet. Præterea terrestribus viuaria non insituntur. Sic ille. Sed cochleas  
altiles in viuarijs apud Romanos, non marinas, vt ineptissimè putauit Bellonius, sed terre-  
stres fuisse, vel cæcus cum ex Plinij, tum ex Varronis verbis videat. Idoneus sub dio, in-  
quit Varro, sumendus est locus cochlearij: quem totum circum aqua cludas, ne quas ibi  
posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras. Aqua, inquam, finienda ne fugi-  
tarius sit parandus: locus is melior, quem, & non coquit sol, & tangit ros. Qui si naturalis  
non est (vt ferè non sunt in aprico loco) neque habeas in opaco, vt facias, vt sunt sub rupi-  
bus, ac montibus, quorum alluant radices lacus, ac fluuij, manu facere oportet roscidum:  
qui fit si eduxeris fistulam, & in eam mammillas imposueris tenues, quæ eructent aquam,  
ita vt in aliquè lapidem incidat, ac latè dissipatur. Paruus is cibus opus est, & is in sine mi-  
nistratore. Et hunc, dum serpit, nō, solum in area repit, sed etiam si riuus non prohibet, in  
parietes stantes inuenit. Denique ipse ex gruminantes ad propalam vitam diu producant,  
cum ad eam rem pauca laurea folia intericiant, & atpergant fursures non multos. Itaque  
coquus has viuas, aut mortuas, coquat, plerumq; nescit. Hucusque Varro, notandum ita q.  
in loco Plinij præcitato eum omnia quidem ferè ex Varrone transcripsisse, sed postremum  
illud non verè, saginaudi arte cochleas ad eam magnitudinem perductas, vt octoginta  
quadrantes caperent singularum calices, non enim hoc de altilibus Varro, sed simpliciter  
de Solitanis dixit, quæ in Africa tantæ proueniant. Ceterum Fuluius Hirpinus hic fuit,  
qui (vt meminit Plinius in octauo) primus togati generis suum, cæterorumq; syluestrium  
animalium viuaria instituit. De hoc & alibi Varro. Quintus Fuluius leporarium dicitur  
habere in Tarquiniensi septum, iugerum quadraginta: in quo suat inclusa, non solum ea  
quæ dixi, sed etiam oues feræ, etiam hoc maius hic in Statouensi: & quidam in locis alijs.  
Deinde de T. Pompei septo subiungit, in quo is cochleas habuerit altiles, vt supra recita-  
uit. de Fulvio id non dicit, vt in hoc etiam fortè memoria, aut festinatione lapsus sit Pli-  
nius. Cæterum cochlearum hæc saginatio non multum temporis durauit, Macrobij sæcu-  
lo ignota. Is enim, si cui (inquit) mirum videtur, quod ait Varro lepores atate illa solitos  
saginari, accipiat aliud quod maiore admiratione sit dignum, cochleas saginatas, quod  
idem Varro refert: Plinium quidem de terrestrium saginatione locutum, Platinæ etiam,  
Grapaldo, & Zoographo visum est.

## E P I T H E T A.



**A** XILAS cochleam φερέοικον vocat, id est domiportam. Eadem vo-  
ce (vt diximus) teste Athenæo vsus fuit antiquissimus Hesiodus. Alijs Gre-  
cis, vt Achæo etiam dicitur ænigmaticè, ὑλογενής, ἀνάκαθος, ἀραιματος,  
ὑποκέλευθος. Ὑλογενής Cicero interpretatur terrigenam, quod non ex  
coitu, sed ex terra limoué (vt hæc τῆς ἔλης nomine accipiamus potius  
quàm syluas) oriantur. Zoographus autem id epitheton tā marinis, quàm  
terrestribus conuenire putat: cæterum ὑποκέλευθος marina dicitur, quod per humorem  
repat, nam & ipsius maris periphraasis est ὑποκέλευθα: terrestris verò à molli incessu,  
ὑγρόν enim pro molli vsurpatur. Vertit itaque Cicero terrigenam, herbigradam, domi-  
portam, sanguine cassam potius quàm hominum more cochleam. Addidit autem, sangui-  
ne cassam (inquit Massarius) vt excluderet ab hac descriptione testudinem sanguine com-  
potem. Κοχλίας κεράσας, id est cornutas idem Achæus cognominat. Animalculum enim  
hoc minuta in incessu protendit cornua, viæ indices, in eis gestans oculos. Athenæus ali-  
bi etiam alium, ceu gryphum, qui ferè ex meris epithetis constat, recitat ex Teucri defini-  
tionibus. Ζῶον ἀπὸν, ἀνάικανθον, ἀνῶσειον, ὄσφρακόνων. Ὀμματα εἰσὶ κίωποντα προμήκια.

Lib. 2. de  
diuinis.

Cornuta  
cur dicitur  
Cochlea.



A Sed alterutro loco *ἐκ μὴ πρὸς τὰ* legendum *Ὁ σπαιχύνωτος* hīc aliqui non rectē crustatum ver-  
tunt, cum cochleā inter testata sint. Gyraldus sic transtulit:

*Exos est animal, pedibus sine, & sine spinis.  
Testea terga, oculos producens, atque recondens.*

### ANTIPATHIA. VT ABIGANTVR.



Acertis inimicissimum genus Cochleas esse habemus apud Plinium. Si-  
miam timere limaces aiunt, nam si circumponantur ei, comprimere se,  
metuere, nec audere contingere. Massarius vbi sit Limax, neq; suem esse,  
neq; perdicem ait: omnes enim limaces ab his edi. Sed, & Athenæus per-  
dices in Sciatho insula Cochleas deuorare testatur. Et Aelianus Perdi-  
ces, & Ardeas hostes suos à Cochleis agnosci scribit, & fuga sibi caueat.

*Ei. 8. c. 39.  
Sima Li-  
maces me-  
tuunt.  
Perdices  
vbi Cochle-  
as deuorēt.  
Li. 10. c. 5.  
Ariones Co-  
chlea.  
L. 3. c. 21.  
Sale lique-  
scunt lima-  
ces.*

B At qui è Cochlearum genere Ariones vocantur, naturali quadam calliditate iam dictas  
aues decipere, & eludere: Egressos enim testis suis absq; metu pasci. Auēs verò ad testas  
vacuas frustra aduolare: & cum inānes viderint, tanquam inutiles abijcere, & se recipere  
aliò. redire illos ad suam quemque domum, & cibo iam saturum; & dolo suo incolumem,  
Eodem Aeliano auctore, Iari auēs, sublimes Cochleas surripiunt, ac ex alto deicientes,  
magna vi ad saxa allidunt. Tradit Albertus sale super Limacem proiecto totum lique-  
re ferē, & in aquam viscosam conuerti, quod idem vrina quoque præstat propter falsedinē.  
Contra Cochleas amurca recens, vel ex cauernis fuligo spargitur cum in hortis, tum alijs  
in locis,

### MORALIA.



C ER Cochleam diuinæ lectionis interpretes ferē omnes animum terrenis  
affectibus mancipatum intelligunt, inde similitudine libenter sumpta si-  
quem sensui deditum, vt voluptatibus brutorum instar inhæsitatem osten-  
dere voluerunt. Parasitos verò Plautus eleganter Cochleis comparat, qui  
cum diuites per æstiuos calores rus eunt, suo vt Cochleæ, eo tempore sibi

*Terrenis af-  
fectibus man-  
cipatus.  
In Captiuis  
Parasiti Co-  
chlea com-  
parati.*

succo viuunt: Inquit itaq; parasitus:

*Vbi res prolata sunt cum rus homines eunt,  
Simul prolata res sunt nostris dentibus:  
Quasi cum caletur, Cochlea in occulto latent,  
Suo sibi succo viuunt, vos su non cadit,  
Item parasiti rebus prolatis latent  
In occulto victitant miseri succo suo.  
Dum ruri rurant homines, quos liguriant.*

Scribit Epicætetus, vt citat Stobæus in sermone de temperantia, cicadas animalia musica  
gaudere, calore, & excitari solis ardore, vt in ipso cantillēt: Cochleas cōtrā animalia mu-  
ta, & à musis aliena gaudere irrigatione: elici à rore, eiusq; gratia prodire: Quamobrem  
(inquit) si volueris vir esse musicus, & concinus. cum tibi vino irrorata fuerit anima, tunc  
ipsam non fines egressam inquinari, sed cum in confessibus à ratione fuerit accensa, tum va-  
ticipinari eam, & canere iustitiæ oracula iubebis. Hæc ille: Pro Græcis verbis ab initio *Οἱ τέρ-  
τιγες μουσικοί, οἱ κοκλίας ζήρῳ:* quoniam, & manifesto falsa sunt, & cum sequentibus non con-  
gruunt, legendum, *Οἱ Τέρτιγες ζήρῳ καὶ μουσικόι; οἱ κοκλίας ὑγροῖ καὶ ἀφροῖ.*

*Cicada, &  
Cochlea.  
Cicada mu-  
sica, taci-  
taque Co-  
chlea.*

### SYMBOLICA.



Neonius Ricciardus Brixianus hæc sex symbola ex alijs anotauit: Cochleæ  
duæ trahentes post se testas suas in modum currus compactas, super quas  
iacebat vir auriga cum habenis in manu, cū quibus regebat Cochleas tā-  
quam equos, & cū inscriptione, festinate, significant prudentiā. 2. Cochleæ  
per se significant tarditatem. 3. Cochlea in seipsa cōclusa, cum verbis, pro-  
prio alitur succo, significat mulierem, quæ suo sit contenta marito. 4. Cochlea montem  
ascendens cum verbis, non temere, significat hominem, qui prudenter, & opportunē nego-  
cium aliquod magnum aggreditur, facile, & commodè fieri voti compotem. 5. Cochleæ  
quarum

*Prudentiæ  
symbolum.  
Tarditatis  
Mulieris  
suo conten-  
ta viro.*



*Cognitio-  
nis arcana  
angelorū.  
Animi ter-  
renis affe-  
ctibus mā-  
cipati.*

quarum exemplar à templo Salomonis sumptum est, & sunt viæ muris interuolutæ latent, significant cognitionem arcanam singulorum, quam soli qui ad cælestia gradiuntur, agnoscunt, 7. Cochlea significant animum terrenis affectibus mancipatum, quod ea sit ita domui suæ affixa, vt assidue illam portet: de qua significatione etiam supra diximus.

## ÆNIGMA.

**G**RIPHVS de cochlea legitur Theognidis, qui talis est,

*Ἡδη γὰρ με κίχλην θαλάσσιον ἀπαθεὶ νεκρὸς,*

*Τὴ θνητῶς ζωῆς φθγγόμενος σωματι.*

Sentit autem de cochlea testante etiam Athenæo, Gyraldus hos versus in libro ænigmatum sic transtulit.

*Mortua conciuuit pelagi de fluctibus orta,*

*Mortua, quæ vino me vocat are domum.*

## V S V S I N C I B I S .

*In cibo an-  
tiquis fuis-  
se.*



**C**OCHLEAS Romanis in cibum cessisse ex cochlearis, quæ instituebant, vt ex Plinio, & Varrone diximus, satis est manifestum, vbi etiam dicebamus eum vsum tempore Macrobij ferè extinctum fuisse: quod fortè etiam voluit dicere Martialis in decimoquarto, dum canit:

*Dum pinguis mihi Turtur erit, Lætuca valebis,*

*Et cochleas tibi habe, perdere nolo famem.*

*Vt confer-  
rentur.*

Nostro verò tempore in Italia quouis ferè anni tempore eduntur. Suntq; qui colligant in autumno tempore pluuio, seruentq; in cælla aliqua vbi strati sint furtures, vel arena, vt purgentur: deinde parietibus, & passim se affigentes per hyemem relinquunt, vt verno, & quadragesimalis ieiunij tempore in cibum veniant. Non ita pridem apud Heluetios, teste Zoographo, mensis quoque ganeonum quæri coeperunt. Alibi tamen etiam è suis, & quæ eis cisalpinæ sunt regionibus colligi, & trans alpes vchi Italiam versus audiuisse se ait. Belgæ, vt audio, ab earum esu prorsus absterent, ac potissimum Hollandi, apud quos neminem aiunt ne manibus attingere, tantum abest, vt edant. Quod ad carnis bonitatem attinet, sunt, qui laudent, suntq; qui abijciant, sunt qui loci ratione distinguant. Cornelius Celsus cochleas boni succi esse author est. Alibi puros ait ex media materia pisces stomacho aptos esse, ostrea, pectines, murices, cochleas. Et rursus: Minimè (inquit) intus vitiantur (id est minimè in ventriculo corrumpuntur) aues, bubula, omnisq; dura caro, omnia fassamenta, cochleæ, murices. Eodem teste cochleæ aluum mouent, interq; ea numerantur, quæ imbecillissima materiae sunt, id est, quæ minimum alunt. Quod postremum equidem nõ probarim, omnes enim Cochleæ duræ & concoctu difficiles sunt, si tamen rectè concoquantur, vberimè alunt. Super qua re audiamus veteres Dura est cochlearum terrestrium caro (inquit Galenus) Græcis vbiq; in quotidiano mensarum vsum, eoque concoqui pertinax: eadem tamen si cõcoquatur, valentissimè nutrit. Succus earum vt testaceorū in aquis ventrem subducit, quamobrem aliqui conditis eis cum oleo, garo, & vino, iusculo inde facto vtuntur ad aluum subducendam. At si nutrimenti tantum gratia carne earum vesci libuerit: in aqua prius feruefacito; eaq; post effusa, rursus in altera elixato: deinde decenter condians tertium decoquito, vsque dum caro tota præ teneritudine intabescat. Nam hunc in modum præparata, vt aluum retinet, ita alimentum non cõtemnendum corpori præstat. Ita quoq; Archigenes apud eundem de compos. medic. secundum loca, vbi de stomacho affecto loquitur, ab exolatione, & deliquio animi refocillabis, inquit, panem in vino diluto exhibendo, aut aliud quippiam ex his quæ aceruatim reficere vires possint, vt sunt oua forbilia, bulbi, cochleæ. Sed vinum aceruatim reficit vires, quod subtilitate sua illud pene tret; oua etiam tum facile concoquantur, tum probè, copiosèq; alunt: bulbi, & cochleæ, vt crassioris succi sunt, ita ventriculo immorantur diutius. sed quia solidus alimentum præstant, & cocileæ insuper nõ facile corrumpuntur in ventriculo, vires eius confirmare possunt. Alioqui enim tardius, & paulatim alunt, (ac difficile coquantur) bubula, cochleæ, spondyli, vt idem Galenus annotat in commentis suis in aphorismos Hippocratis. Quæ quoque sententia est doctissimi Mercurialis in varijs lectionibus hunc eundem locum annotantis: Archigenes, inquit, cum curationem eorum institueret, qui præ fame in animi deliquia

*Hollandi  
ijs abstinent.*

*Aluum mo-  
uent.*

*Parū alunt.*

*Dura caru-  
caro.*

*Lib. 3. de  
aliment. fa-  
cul. c. 2.*

*Nutrimen-  
ti gratia  
quomodo  
ijs vescen-  
dam.*

*Alimentè so-  
lidi sunt.*

*Mercuria-  
lis de co-  
chleis opi-  
nio.*

*Lib. 1. Par.  
lect. c. 5.*



Adeliquia incidunt (vt scribit Galenus) præcipit, quàm primùm viribus reficiendis incumbendum esse, & ideo iam soluto deliquio ea illico exhibēda, quæ bellè nutrent, & statim, ac confertim corroborarent; qualia sunt oua sorbilia, panis cum vino, Cochleæ, & Bulbi. Quo in loco vehementer suspicor mendum aliquod latere; quoniam illa quæ ἀδρῶος, siue acruatim nutrire possunt, omnia multum, & cito in parua mole nutriunt. Cochleæ verò, & Bulbi, tametsi nutrimenti multum corporibus præstare valeant, nihilominus tardissimè, & sensim alimentum suum membris impertiunt: vt hac ratione Galenus apertissimè neget ea acruatim nutrire. Accedit his, quod Actius hæc omnia ad verbum transfereus, Cochleas, & Bulbos non habet; sed loco earum halicam cum vino posuit, quemadmodum etiam apud Galenum ipse legendum puto. Nec obstat quòd paulò suprâ Archigenes pro stomachis Cochleas, & Bulbos (sicut & Diphylus apud Athenæum (probarit, quoniam, (vt illi) ad corroborandum ventriculum, pro quo ibi laudantur, valent; sic ad reparandas statim vires minimè congruunt. Hæc Mercurialis. Psello quoq; Cochleæ, & Limaces difficulter concoquuntur: & quidam apud Athenæum, si bene memini, cibi (inquit) qui aliquid viscosum habent, vt oua acrocolia, Cochleæ, περιγράφει τὴν πολλὰ βῆσιν, hoc est, cibi

**B**auditatem prohibent, vel potius, ne quis denuo nouum capere cibum statim indigeat, & succi suo leatore in hærent, aliosq; quosdam succos comprehendunt. Inuenio etiam apud Heraclidem eadem quæ nominavi alimenta (oua, Bulbos, Cochleas, & similia, modicè glutinosa scilicet) semen augere videri, vbi notandum & dictionem negatiuam auferendam esse. Alexis enim quoq; apud Athenæum eadem hæc tria cum Buccinis, & Acrocolijs, idest runculis suillis, inter ea quæ Venerem mouent, recenset. Cæterum carnes Limacum an præ cæteris sint laudandæ, disputat Petrus Aponensis in quæstionibus suis, quæst. 68. Cochleæ omnes, inquit Matthiolus, in vniuersum, licet colore, & magnitudine differant, eandem naturam obtineant. Si verò aliquo pacto inter se differunt, id naturalis soli causæ ascribitur; nam quæ in apricis admodum locis, odoratis vicitant herbis, ijs sanè præstant, quæ in opacis degunt, ac palustribus: Id enim gustu facile deprehenditur, quòd hæ, vel insipidæ habeantur, vel palustrem respiciant limum: illæ verò sapidiore, esuiq; gratiores existant. Quandoquidem absynthium depastæ, amaritudinem reddunt; sicuti quæ serpyllum, pulegium, calamintham, origanum, (petroselinum, foeniculum, stichadem, Amatus Lusitanus) aliasq; odoratas herbas assumunt, odoris gratia commendantur. Hæc Matthiolus.

**C**Dioscorides terrestres Cochleas stomacho vtilis esse scribit, & non facile corrumpi. Optimas Sardonicas, Aphricanas, Astypaleicas, & quæ in Sicilia, ac Chio gignuntur, & quæ in Liguria alpibus, pomatiæ, id est, operculares, cognominantur: Marinam stomacho idoneam, & facile aluo excerni: fluuiatilem virus olere; quæ verò vepribus, fructisq; glutinata coheret, quam vocant nonnulli scilicet, ventrem, & stomacham turbare, vomitiones excitare. Plinius verò nullas cibus gratas esse author est, neq; veteres, neq; recentes. fluuiatiles, & albas virus habere; nec non syluestres (hoc est, vt exponit Dalechampius stomacho inutiles,) aluum soluere: item omnes minutas. Contra marinas stomacho vtiliores, efficacissimas tamen in dolore stomachi. Laudatiores tradi, quæcumque viuæ cum aceto deuorata. Galenus etiam diuersis in locis, vt in Elencho suo annotavit Brasauolus, Cochleas docet esse crassi succi, sanguinem crassum, ac nigrum generare; victum esse Alexandrinorum, vires reficere posse, cibum esse hyemis; à multo earum esu cauendum senibus, nō admittendas epilepticis; stomachis conuenire, tota substantia icori conferre videri, denique carnem earum astringere, sed ea emplastica potius, quàm astrictoria fuerit. Notauit ex eodem Galeno Cælius Rhodoginus, in Alexandria Aegypti salsamenta, & limaces, quosdam

**P**etiam Asinias carnes edere, vnde (inquit) elephantiasim eis frequentem esse contingit. Marinæ in Italia mediterraneis, scribente Matthiolo per quam raro in cibos veniunt, ijs verò, qui maris litora inhabitant, frequentiori vsui esse. Eæ potissimum aluum mouent propter salsuginem, quare etiam cito deiciuntur; nec tamen vniuersim, aut citò nutriunt, sed paulatim, ea scilicet sua parte, quæ à superfluo eijciendo, vel eiecto seiungitur, & remanet. Alij aliter eas edunt, præparantq; ad edendum. Nicolaus Massa cum sua eas humiditate, & lentore nutrire dixisset, & agere resistendo acrimoniæ caloris infixi membris. Eduntur, inquit, elixæ, saccharo, & cinnamomo aspersæ; raro tamē quia difficilis coctionis sunt. Platina verò coqui multifariam posse ait. lactis in vas, vbi modicum aquæ insit, per noctem, aut diem reponi iubet, cooperculo addito ne prodeant, purgari vehementer. Esse qui eas lacte per noctem pascant, & purgent; Illatas deinde in cacabum, cum recenti aqua ad focum tam diu retineant, quo ad semicoctæ, ac bene spumatae fuerint. Ex Cochleis verò crutas, ac primum ex aqua calida bene lotas, deinde ex aceto, & sale confricatas, rursumq;

*Galeni locus suspectus.*

*Li. 2. Apob. rism. 18.*

*Meliores quæ sint.*

*Lib. 2. c. 8. Terrestres stomacho viles.*

*Victus Alexandrinorum.*

*Lib. 2. ad Glauc. Elephāias cur Alexandria frequens.*

*Coqui multifariam.*

lotas



*Incomēdi.  
Aphorif. 2.  
cap. 18.*

*Lacteus pa  
scantur.*

*Pulte ut  
pascantur.*

*Esus earū  
improba-  
tur.*

*Lib. 30.*

lotas, ac farine inuolutas, in feruenti oleo, aut aliquamine esse frigidandas: frictas aut mentha syluestri, allio, pipere, croco, tunis, & agresta dissolutis, aut salsa viridi suffundi iubet. Et Cochleas si sine multo allio, aut moreto fuerint, boni alimentum esse, pectori, & pulmōni opitulari; hepar, eius fibras laxando iuuare, hēcticiq; prodesse. Nostræ mulieres, inquit Musæ Brasauolus, qui Ferrariæ vixit, secretum quoddam cocturæ genus sciunt, quo adeo renellæ efficiuntur, ut in ore liquecant, & nihil callositatis habere videantur. Sic ille, sed secretum non explicat. Tribus ferè modis Bononiæ coqui communiter aduertit: vel enim elixas vnà cum iure quodam ex petroselino contuso, ac aromatibus condito, maximè pipere, apponuntur, vel cum salsa viridi, vel frixas tantum in oleo inferunt. Ex Apitij libri septimi, capite decimosexto, in Cochleas lacte pastas: Accipies Cochleas (spongizabis, (spongia deterges, & emundabis:) membranam (pelliculam, & operimentum quod Conchæ foramen operit, & claudit,) tolles, ut possint prodire: adicies in vas lac, & salē vno die; cæteris diebus in lac per se: & omni hora mundabis sterces, cum pastæ fuerint, ut non possint se retrahere, ex oleo friges: mittes œnogarum. Similiter, & pulce (farre in farinam redacto, & in pultis modum cum lacte, aut sapa confecto,) pasci possunt. Cochleas sale puro, & oleo assabis: lafere, liquamine, pipere, oleo suffundes. Aliter: Cochleas assas, liquamine, pipere, cumino, suffundis assidue. Aliter. Cochleas viuentes in lac siliginē (siligena farina nutritum, & mixtum) infundis: ubi pastæ fuerint, coques. Cæterum Marcellus Virgilius Cochlearum esum improbat, cuius verba hic pro epilogo addam, ut ij qui summo perè Cochleis delectantur, sciant esse qui negligant, ac ijs abstinere velint. Quis crederet (inquit ille) fuisse veteribus Cochlearum viuaria? nec minus quàm murænas, & Ostrea antiquorum ganeam implisse animal, quod non satis adhuc nouerimus quale sit, & quos vsus humano generi habeat, nisi quæ solet varios, & absurdos prægnatium modo rerum appetitus excitare in nobis, copia: & quod ex copia sit fastidiū, tam inutilem homini commendasset; nec aliter quàm ut in facietate meliores cœnæ salagama, gara, & oleas petere solemus. Sic meliorem ex mari pisces fastidientes mucosum Cochlearum callum in cœnis amare coegisset, & ut pinguiores toto anno nobis essent gratissimis homini cibis in viuarijs etiam pascere docuisset. Hæc ille. Plinius quoq; enumeratis prius omnibus generibus, nullas, aut veteres, aut recentes cibis gratas esse auctor est.

## VSVS IN MEDICINA.

*Li. 2. de di-  
uinal.*

*Dolores mi-  
sigant.*

*Ad capitis  
dolorem.*

*Ad capillos  
multiplicā-  
dos.*



Cochlearum vsus apud priscos medicos Romanos, Græcosq; in medicina fuisse, facile ex hisce M. Tulij verbis colligere licet: Ut si quis medicus ægrotō imperet, ut sumat terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam &c. Variumq; Cochlearū, cum integratum, tum partium earundem apud auctores vsus inuenio. Dolores in primis ita mitigat, ut etiam qui dentes infestant, sedare valeant. Zoographus Cochleas nostrates minutas, & inanes colligi iubet, & in mortario marmoreo diligenter teri, deinde puluere ipso mollissimo dentes perfricari, atq; eo facto dolorem abire. Et apud Aetium Asclepiades carnem Cochleæ terrestris acopo cuidam, siue vuguento ad sedandos dolores admiscet; item Serenus capiti medendo, ait:

*Profuit & Cochleis fronsē tractare minutis.*

Marcellus Cochleæ matutinum rorem pascentis caput præcisum, & in linteolo licio alligatum, colloq; suspensum, tradit continuo mederi capiti dolenti. Kiranides simile etiam amuletum ex Limace nuda refert. Oleum de Limacibus ad dolores membrorum, & artuum, etiam internos, & latentes, quacunq; ex causa, ut arthritide, vel Venerea lue, ex libro quodam manuscripto Zoographus tale habet. Cochleas albas, quæ per arbores scandunt, centum in pila contunde, & impone in saccum, longum ferè dimidium brachij, latū quadrantem. Sed salis manipulum plenum infra supraq; Cochleas infundi oportet. Suspende loco calido, & quod effluerit oleum collige: eoq; perunge partes affectas, & dolētes, in quibus nullus rubor forinfecus, neq; tumor apparet. Andreas Furnerus in libi Gallico de decoratione ad capillos multiplicandos recenset hoc remedium: Limaces trecentas suis testis exemptas, in aqua discoques: & extractis denuò pingue quod supernat, colliges: idq; in vase vitreato recondes, & superinfunde sextarium aquæ, in qua folia lauri decocta fuerint; & tria cochlearia olei de oliuis, mellis cochlearum vnum, croci scrupulum, & partem saponis Veneti, & cochlearium communis modicè conuassati. Bulliant simul omnia. Hoc liquore capillos sæpius iunges; & lauabis lixiuo facto de cinere combustorum brassicæ caulium,



A caulium, &c. (locus est obscurus, vel corruptus) & percipies quotidie pilos augeri. Vnguentum aliud quo capilli flavescent, ex libro Germanico manuscripto: Cochleas quotquot voles in vas impone, sale super eas inijce: sic veluti vnguentum fieri aiunt, quo capilli nigri illiti colorem flauum trahant, & magis etiam si præfati fuerint. Dioscorides quoque cochleas terrestres scribit palpebrarum pilos reglutinare, si quis traiecta per earum carnem aciem, mucoso lentore, quem secum acus retulerit, pilos inunxerit. Limacem (viuam, ni fallor) superstitioni quidam panno inclusam, pro febris amuleto commendant, si collo pendens gestetur. Sed auctore Plinio cochleæ fluuiatiles quartanis mederi dicuntur in cibo recentes: quosdamque ob id asseruare sale, ut dent tritas in potu. Harundines, & tela, quæque alia extrahenda sunt corpori euocant cochleas, ex his quæ gregatim folia sectantur, contrusæ, impositæque cum testis: & eæ quæ manduntur, exemptæ testis: sed cum leporis coagulo efficacissimè, ut idem Plinius prodidit. Ad oculos caligantes, Marcellus Empiricus cochleas Africanas veras super spissam craticulam dispositas poni vult, & carbones acres assiduè suggeri, ut æqualiter comburantur: deinde mortario teri, ut tenuissimum ex his puluerem facias, adiectaque mellis Attici cotyla vna, iterum validissimè teri, & postmodum in vasculo fictili reponi, & signari: & cum alicui mederi voles, specillo inde eum inung, intra paucos dies integram aciem eius, claramque restitui. Incertus quidam ad oculorum dolores, limaces testis exemptas in aqua coquit, quæ ubi refrixerit, adipem supernatantem colligit, aitque mederi eum omnifarijs oculorum doloribus. Anacollema ad restringendas fluxiones ex Galeno: Limacem cum testâ tufam, toti fronti & temporibus illinito. Kiranides quoque cochleam terrestrem contritam, & illitâ fronti, dolorem, & rheuma oculorum sistere tradit. Marcellus Empiricus ad ephiphoras oculorum sedandas, limaces complures terit in mortario nouo, vel nitido, adiecto ibi ouo gallinaceo incocto, tingit illic lanâ succidam, & fronti imponit. Ad aurium dolores facit secundum Asclepiadem, notante Galeno, Africana cochlea in propria testa, cum oleo nardino, aut rosaceo seruefacto. Ibidemque Archigenes cochleam Africanam ad eosdem dolores componit, & rosaceo implet, & seruefactum calidius per strigilem infundit, Cochleæ quæ sūt in vsu cibi, inquit alibi Plinius, cum myrrha, aut thuris pollinè appositæ, item minutæ, & latæ, fracturis aurium illinuntur cum melle. Kiranides cochleam terrestrem circumfotu aurium plagas, & rupturas sanare monuit. Compositio è limacibus ad narium vitia, præcipuè ozæam, & polypū describitur à Galeno Euporiston. 1. 25. Asperitatem faucium, & destillationes leniūt cochleæ, auctore Plinio, sed coqui, inquit, debent in lacte, demptoque tantum terreno (τῶν σπαραγγῶν) significationem Plinius potius quàm τῶν ὑποχονδρίων reddidit) conteri, & in passo dari potui. Et Marcellus Empiricus, cochleæ terra (inquit) tantum excussa, illotæ coquuntur, dehinc tritæ cum passo cretico aduersum faucium molestias hauriuntur. Eodemque auctore laboranti vix diuturno labore hæc cura succurrit: Hirundinem viuâ testa Africanæ cochleæ includes, eamque phœnicio inuolutam lino circa collum subligabis, intraque diem nonum omni molestia liberaberis. Ad sputum educendum, & contra tussim, Arnoldus Villanouanus in libro de aquis medicinalibus, esse ait, qui limaces testis exemptas cum hordeo decoquunt, & ius colatum tepidum propinant, hoc remedium humores crassos valde attenuare, & per sputum educere. Cochleæ crudæ tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tribus si forbeantur, Plinius tussim sedare auctor est. In buccinam, aut cochleam aliquam marinâ vulgus in germania inferiori potū audio solitum infundere, & inde bibere, aduersus siccā tussim, præsertim puerorum. Ad tussim siccam in equo curandam; limaces integras cum frumento, aut hordeo discoques, inquit Rufius, & equo dabis eam aquam in potu, ita ut aliud non bibat, donec consumpserit. Profunt & sanguinem excreantibus, si Plinio credimus dempta testa tritæ in aquæ potu. Qui phthisi afficiuntur, iubet Marcellus Empiricus, maritima loca vitare, atque illic maximè, ubi pix conficitur, commorari, ibique cochlearū carne cum vino excoctarum assiduè vesci. Zoographus hoc ex incerto quodam aduersus phthisim annotauit: Viginti, aut triginta limaces contere in mortario, contritaque conijce in mensuras quatuor aquæ, & coque ad dimidium, offerque ægrotanti singulis matutinis mensuram conuenientem, & ieiunet duas, aut tres horas, semper reiterando, quousque coualescat. Ad stomachi dolores mirum in modum commendantur cochleæ, ac in primis à Plinio, qui alibi ait: Cochleæ marinæ efficacissimæ sunt in dolore stomachi laudatiores traduntur quæcunque viuæ cum aceto deuorata. Et rursus uiuentibus cochleis exempta caro, Africanisque præsertim, stomachi dolores hausta lenit. Et rursus alibi: Præcipuè (inquit) cochlearum cibus stomacho. In aqua eas serue fieri intacto corpore earum oportet, mox, & in pruna torrerit, nihilo addito, atque ita è vino, gatque sumi, præcipuè Africanas.

*Ve capilli,  
flavescent.  
Lib. 2. c. 9.*

*Febris amul-  
lesum.*

*li. 32. c. 10*

*Ad oculos  
caligantes*

*Lib. 1. Eupor.  
por. 36.*

*Ad ephiphoras  
oculorum*

*Ad aurium  
dolores.*

*Lib. 3. de  
compos. med.  
sec. loc.*

*Ad aurium  
fracturas.*

*Ad faucium  
asperitatem.*

*Contra tussim.*

*Ad phthisim.*

*Ad stomachi  
dolosores*

*Lib. 30. c. 6*



Nuper hoc cōpertum plurimis prōdesse. Id quoque obseruant, vt numero impari sumant. E  
 Virus tamen earum grauitatem halitus facit. Item Archigenes apud Galenum, omnes cir-  
 ca stomachū dolores sedari (inquit) aiunt cochlea Africana cruda integra vorata. Nec non  
 Marcellus Empiricus, cochleas, sed veras Africanas conditas ex sale, & paulo olei coctas,  
 sed non purgatas, qui ieiunus ternas, aut quinas, cotidie, & frequenter sumpserit, rarissime  
 stomachi dolore vexatum iri pollicetur, sed si carbonibus tostæ sumantur, melius pro-  
 desse. Et rursus: cochleæ bullientis (elixæ) inquit, frustella in cibo conueniunt stomacho  
 soluto, & resoluto, & in continenti. Inuenioque & apud Sammonicum ad stomachum re-  
 medium illud;

— Cochleas vndis calefactas, ac prope vitæ as

Suppositis torre prunis, vinoque, garoque

Perfusus rape, sed prodest magis esse marinas.

Non autem omne cochlearū genus stomacho aptum est, vt supra monui, & rursus ex Dios-  
 scoride repero. Stomacho (inquit) accommodata est terrestris cochlea: difficillimè eadem  
 corrumpitur. Marinæ etiam stomacho accommodatæ facillimè excernuntur; fluuiatiles  
 virus habent. Quæ verò syluestribus fructetis, & sentibus hærentes inueniuntur, aluum; &  
 stomachum turbant, & ad vomitiones mouent; Plinius easdem commendat (nimirum co-  
 chleas simpliciter) in cibis his, quos linquit animus, aut quorum alienatur mens, aut qui-  
 bus vertigines fiunt, ex passi cyathis tribus singulas cum suis testis, & calefactas, in potu da-  
 ras diebus plurimum nouem. Aliosque singulas ait primo die dedisse, sequenti binas,  
 tertio ternas, quarto duas, quinto vnā. Sic & suspiria emendare & vomicas. Ad um-  
 bilicos infantum eminentes, Theodorus Priscianus, carnes cochlearum terit, & his myr-  
 rhæ puluerem miscet, & in linteolo inductum imponit: & sub fascia vt facilius reprimat, &  
 cum acacia tritum, & aqua similiter temperatum supponendum esse ait. Ad inflammatio-  
 nem hepatis Aëtius ex Galeno, cochlearum terrestrium carnem optimè conteri præcipit,  
 & vini nigri cyathos tres affundi, calefieri, ac bibendum præberi, & secundum omnem  
 substantiam suam efficax esse. Et ex modernis Syluius, Caro limacum, inquit, hepatis in-  
 temperiei tum calidæ, tum frigidæ salubris est tota sua substantia, ablato limo cum lento-  
 re multis lotionibus, & frictionibus in lixiuio calido, vel aqua calida sali, aut arenis mista,  
 frigida enim durefcunt. Ischiadicis cochleas crudas tritas cum vino ammiaco, & pipere,  
 potu prōdesse dicunt testante Plinio. Ad ventris, mammarum, femorum, coxendicumq;  
 scissuras, Galenus in Euporistis, marinam cochleam oblongam cremari, & conteri voluit;

deinde oui albo, aut asinino lacte adiecto illini. Antidotus Paccij Antiochi à tota affe-  
 ctione (colica) liberans, vt à Galeno describitur inter Aesclepiadis auxilia: Cornu cæruī re-  
 cens enati mollissimi, vsti ad albedinem, cochlearia tria magna, piperis albi grana decem,  
 vel nouem, myrrhæ parum odoris gratia: Omnia teruntur, & cochlea Africana (terrestris  
 simpliciter, Aëtius, & Galenus rursus, cochlea simpliciter, è Scribonio) varij coloris vnā  
 cum testa itidem teritur, vino Falerno per saccum non excolato affuso. Sit autem vini  
 mensura cyathorum trium. Hæc omnia in fictili vase permista ad prunas calfacimus, di-  
 ligenter mouentes, ne quid ex pharmacho subsidat. Calfactum in ipsis irritationibus bi-  
 bendum dato, itemque sequentibus duobus diebus: Oportet autem vnā antè diem, ci-  
 bum differere: & reliquis diebus prandio solo vti, in eoque sumere cibum, qui facile confici  
 potest. Marcellus cochleam veram Africanam, ex Africa allatam interpretatur, & aduer-  
 sus colicam probat eam, quæ quàm maculosissima sit. Glutinant cartilagine earum caro,  
 & salina, vt ait Hollerius, sed si magna vulnera sunt fibula prius conducere, vel acu oportet:  
 deinde medicamento impingere: idque in cartilaginibus aurium, & narium fieri vult. H

Cochleæ cum suis volutis diu teruntur in mortario, vt nihil asperi reliquum sit: sanguis  
 draconis subquadrupla, manna suboctuplâ ratione adiungitur. permiscetur in mor-  
 tario, & affiguntur. Et rursus: Aurium caua argilla impleri debent. argilla prius co-  
 chleæ salina, & acidi Punici liquore subigantur. Concisæ testæ Dioscoridi earum carnes,  
 præsertimque nerorum glutinant. Earum carnes per se tritas cum polline farinæ  
 ex proximi molendini parietibus, olim (inquit Galenus citante Mizaldo) vulnere im-  
 posui, cum quo etiam neruus vulneratus, & contusus erat in agricola, & duro homine.  
 Si quis contusas vlceri imposuerit, præsentaneum fertur esse remedium. Ioannes  
 Tagautius addit emplastro ad maturanda oedemata: aliqui etiam ad resoluendum.  
 Si humerus ( armus ) fractus, aut luxatus fuerit iumento, & claudicat, Theonnestus  
 in hippiatricis; sanguinem ab eodem humero detractum, vase excipito, & admi-  
 sceto oua tria, defrutum, bulbos crudos bene tritos, & cochleas, quinquagin-  
 ta:

Stomacho  
 qua sint a-  
 pia.

Ad umbili-  
 cos infantū  
 eminentes.  
 Ad inflam-  
 mationem  
 hepatis.  
 Hepatis in-  
 temperiei ca-  
 lida, & fri-  
 gida caro  
 conuenit.

Lib. 30. c. 8  
 Ad scissu-  
 ras vētris,  
 mammarū,  
 &c.  
 Ad colicū  
 dolorem.  
 Lib. 9. d.  
 compos. sec.  
 loc. cap. 4.

Glutinant  
 cartilagi-  
 nes.

Neruo vul-  
 nerato con-  
 ueniunt.



**A** gina: hoc remedio calido probè perungi iubet. Sanguinis è naribus authori Dioscoride concisæ ex aceto compescunt: trita scilicet, & fronti illita, vt Mizaldus addidit. Plinius Dioscoridis verba ferè repetit, sed quia mendum in Plinij textum ircepit, ideò verba adscribam: Sanguinem sistit è naribus suum ex omento pecudum &c. Cochlearum terrena. Sed & ipsæ extractæ testis, E naribus fluentem sistunt Cochleæ contritæ fronti illitæ. Vbi pro terrena Dalechampius legit terrenæ, quia & aquaticæ sunt. Alij, inquit, nihil mutant; terrenumq; exponunt, terram qua oblnitur, & lutulèra est earum testa. Ad phlegmonem erurum, aut pedum laudatum, Nicolaus Myrepsus hoc recitat remedium. Limaces terrestres cum testis viginti subactis, cum oliam, & ovi lutei quantum satis est, imposito mortario, vt cæra cõsistentiam acquirant: & probè confectum cum pœna illinito. Arnoldus Villanouanus Limaces per se, vel cum alijs misceri ait cum melle, & felle bouis: sic autem impositas anthraci, vel alijs apostematibus venenosis, maturare ea, & rumpere, & quemlibet tumorem eorum dissoluere. Idibus Scorpionum, carnes fluuiatilium Cochlearum resistunt crudæ, vel coctæ, vt refert Plinius, addens à quibusdam ob id salsas quoq; adseruari: imponiq; & ipsis plagis. Sunt & minutæ, longæque candidæ, inquit idem Plinius (minutas albulas vocari à Varrone diximus) Cochleæ passim oberrantes, Has arefactas sole in tegulis, tufasq; in farina, misceri lomento æquis partibus, candoremque, & leuorem corpori afferri. Et alibi Cochleas contusas laudat sinopis ad panos. Actius alibi remedia describens ad faciei lentigines, quibus etiam ad maculas à Sole prouocatas, & ad varos vt liceat: Post cætera, ad diurnas autem lentigenes (inquit) hoc vtete. Bulborum depuratorum, theris vriusque vnciam vnam. contere, adiecto Cochlearum terrestrium magnarum cruore (mucoco). Oportet autem ipsas adhuc viuas stylo pungere, atq; hoc quod exit mucosum pharmacum inijcere: quod vbi vsus tempore dissolueris, melle exceptum inunge. Actius quoque Cochleas terrestres succolentas in cibo sumptas, obluatari, & se se opponere colicæ affectioni, videri scripsit. Cæterum totæ cum suis testis trita, & cum vino addita myrrha non adeo copiosè potæ, crassioris intestini, quod colon Græci dicunt, & vesicæ dolores sedant, quod memoriæ prodidit Dioscorides, & Trallianus in colico affectu pisces duriori carne præditos sumi iubet, & ex Testaceis Cochleas marinas, Pectinesque & Ostrea. Inuenioque apud Plinium; corpus ceruini teneri cinerem, Cochleis Africanis cum testa sua tufis mistum, in vini potione, colo prodesse. Aretæus in iliaco affectu adhiberi iubet alimenta aluum ducentia, aut dari Cochleas valde elixas, & ipsarum succum. Crudæ eadem cum suis operimentis illitæ, cutem subeuntium aquarum tumores authore Dioscoride exinaniant, nec prius decidunt quàm humorem illum omnem siccauerint. Antonius Mizaldus Cochleas frixas, vel assatas hydropicos mirum in modum adiuuare asserit, si ijs sæpè vescantur. Et Iacobus Hollerius Cochlearum, & Limacum carnem alàs per se; aliàs cum suis volutis tritas, ac mistas interdum coagulo, tela rapere, atq; hydropicis aquam exugere scribit, sed non prius soluere oportere, quàm totus humor exudauerit. Galenus etiam in nono de compositione medicamentorum secundum loca remedium hoc ex Asclepiade affert, hydropicis imponendum: Quidam (inquit) cumini libram vnam, sulphuris viui quadrantem, Cochlearum Africanarum libram; arida tundunt, cribrant, & tufis ficibus vna cum carne Cochlearum excepta, ac in litealum infarcta imponunt, melle cocto sufficienti addito. Ad hydropem ascitem ex Leonello Fauentino: Limaces cum suis Conchis trita ventri imponantur emplastri modo, donec spontè cadat, exsiccant enim (inquit) vehementer. Ex amylo, & tragacantha illita eadem secundum Plinium profluvia sistunt, & inuenio apud Galenum in euporistis, ad ventris profluuium: Cochleam Africanam sumes, in eam

**C**liquida picem infunde, & calefactæ carnè exime, & in anum bis, aut ter immitte. Ad emendandam vrinæ incoctineatiam Plinius, & Marcellus esse aiunt, qui iubent Cochleas Africanas cum sua carne comburi, cineremque ex vino Sigmo dari. Ad calculum renum Alexander Benedictus, Limaces coctas ait cum suis testis contritas, tres numero in vino bibi, sequenti die binas, & tertio vnam. Accepit hoc ex Plinio, qui cum de herinacei carne loentus fuisset: iubent, inquit, & vermes terrenos bibi ex vino, aut passo ad comminuendos calculos: vel Cochleas decoctas, vti suspiciosus. Easdem exemptas testis, tritaque tres in vini cyatho bibi, sequenti die duas, tertia die vnam, vt stillicidia emendent: testarum verò inaniam cinerem ad calculos pellendos. Commendantur præterea Cochleæ ad effectus multibres. Concisæ enim in primis, & appositæ ex Dioscoride menses ducunt: secundum Marcellum Empiricum, in tationes vuluarum discutunt Cochleæ Africanæ binæ cum foenigræci, quod tribus digitis capiatur, additis mellis Cochlearibus quatuor, illinuntur aluo prius icino succo perunctæ. In cibo sumptæ testante

Sanguinè è naribus cõpescunt.

L. 30. c. 13

Plinius correctus.

Ad phlegmonè erurum aut pedum.

Anthraci, & alijs tumribus q imponantur.

L. 32. c. 5.

Candorem corporis adferunt.

Li. 8. c. 13.

Ad colicum dolorem.

Li. 28. c. 19

Hydropicis conferrunt.

L. 6. Instit. chirurg.

Profluvia sistunt.

L. 30. c. 14

Ad calculū renum.

Li. 30. c. 8.

Ad affectus multibres.



li. 30. c. 14.

Ad artritē.

Saliua Cochlearū vires & vsus

Ad palpebrarū incommodos pilos.

Li. 30. c. 8.

Li. 32. c. 9.

Ad sedem elapsam remittendam.

Li. 30. c. 8.

Ad fistulā.

Aque ex Cochleis destillata vsus.

Medicam febrem tollit.

Ad maculas oculoꝝ

Ad omnes faciei maculas.

Ad clauos & verrucas.

Plinio, partum accelerant: item conceptum impositæ cum croco. Eadem ex amylo, & tragacantha profluua sistunt. Profunt & purgationibus sumptæ in cibo, & vuluam auersam corrigunt cum medulla ceruina, ita vt vni cochleæ denarij pondus addatur, & cyperi. Inflationes quoque vuluarum discutiunt exemptæ testis, tritaque cum rosaceo. Ad hæc Astypalaicæ maximè eliguntur. Alio modo Africanæ binæ trita cum foenigræci, quod tribus digitis capiatur, additis mellis cochlearibus quatuor, illinuntur aluo (nempe ad inflationes dissipandas, vt ex Marcello diximus) prius irino succo perunciatæ. Podagrarum inflammationes leniunt, teste Dioscoride, & Plinius cochleas lanas si potentur, tollere dicit scribit, pedum & articulorum dolores: bibi autem binas in vino vitas. Atque istæ sunt remedia, quæ à totis cochleis, vel saltem earum carne desumpta apud scriptores reperi. Videndæ modò earum partes, & humores, quid medico præstent. Saliua præ cæteris occurrit, quæ illita infantium oculis, palpebras testante Plinio corrigit, gignitque, id est, palpebrarum pilos in cilijs reflexos, ac oculum pungent. Idem ferè scripsit Dioscorides, inquit, Si quis traiecto per earum carnem acu mucoso lentore, quem secum acus retulerit, pilos inunxerit, incommodos palpebrarum pilos reglutinabit. Mucus cochleæ, vt inuenio apud Rasium, potus per se, vel cum myrrha, vel aloë, conducit obstructo rectori: fortè in emplastro. nam caro alioqui esicata, hepatis prodest, vt supra diximus. Si decidat testiu alter, spuma cochlearum, vt refert Plinius, illi tam remedio esse tradunt. Et rursus Cochlearum spumam, inquit, illi vellent testi descendenti, hoc est, turpiter propendenti, vel si demittatur, veluti laxatus. Hippocrates verò etiam cochleæ mucum vitur ad sedem elapsam remittendam. Et Plinius Cochlearum succum punctis euocatum depellere ait procidentiam ani. Ad fistulam remedium vsu approbatum, ex Arnoldo de Villano: Impleatur olla limacibus sine aqua, & ponatur cooperta super ignem: & eleuabitur spuma super eas, quæ collecta, & ficcata fistulas mortificat. Hollerius carnem, & saluam cochlearum enumerat inter medicamenta glutinantia, quæ natura constant tenaci, & viscida. Aqua ex limacibus, siue cochleis destillata, siue liquor stillatius vsu suum quoque non exiguum in medicina habet. In curanda hæctica febre, Antonius Guainerius vsitatam esse ait aquam de limacibus præparatis: hæc autem colligi vult cum rore, & viuas in surfure poni, vt expurgentur; expurgatas cum aqua hordei bene lauari, & destillari. Et Iacobus Syluius aquam hanc è limacibus destillatam, mane ad vncias sex sumptam, hepatis imbecillum affirmat roborare, & phthisicis, gracilibusque esse remedio. Tetigit hoc quoque Marcellus Virgilius, inquit: Exudato igne ex cochleis humore, nocte ætatis medicina præsentis remedio vitur in his, quorum corpora ad tabem lubrica sunt, & macie conficiuntur. Ad maculam oculoꝝ Ioannes Goemonius medicus regis Gallorum, remediũ tale reliquit: limaces octies aqua ablutas destilla in alembico: deinde firmum lacerti, corallium rubeum, & saccharum candi admisce, & rursus destilla. Huius liquoris guttam manè, & ferò oculis immitte. Zoographus ex Andrea Furnerij libro Gallico de decoratione naturæ humanæ, liquorum aliquot cosmeticorum è limacibus destillatorum descriptiones hoc ordine recenset, quas nos neuiquam præterire volumus. Aqua ad omnes faciei maculas tollendas: Corallij, & cristalli partes æquales pone in vase vitreo, cum aqua limonum digitum transversum superante. hoc vas obstructum in loco aliquo frigido, vt cella vinaria, in terram impones, (addendum erat per quor dies,) deinde limaces abiectis testis aqua modicè falsa toties lauabis, donec omnis eorum viscositas abierit, tum destillabis, & seruabis aquam. Deinde ex rapis etiam minutatim concisis aqua elicies in alembico. Vsus tempore, accipe primæ aquæ cochlearum, secundæ quatuor, & tertiæ quatuor, misce & abluce faciem, quæ tamen prius abluta sit aqua pura, & absterisa. Alia ad idem mirabilis. Accipe limaces sine testis suis, & lava, vt supra dictum est, deinde salis (aliàs salis gemmæ) contriti vnciam in vase vitreo sparges, & limaces superimpones: idq; alternis facere perges, donec tertia pars vasis impleatur. Tunc affundes succi limonum tantum, vt supra, salem & limaces duobus digitis excedat, & destillabis. Aqua ista vteris, vt supra scriptũ est. Quod si destillandi comoditas nõ fuerit, simul omnia mixta insolabis vase clauso, donec vnguētũ formam recipiant, eoq; vteris vespere, facie prius abluta, absterisaq; & postridiè manè abluce faciem cum aqua de floribus fabarum. Hoc etiam in Antidotiario Gordonij legimus. Alia; limaces albæ triginta, lactis caprini libe duæ, adipis porci, vel hoedi recentis vnciæ tres, caphuræ tritæ dragma. Destillentur in alembico vitreo. Adamus Lonicerus scribit destillatã è limacib. Maio, vel Octob. mense aquã, clauũ resectũ, si instilletur, sanare: manũq; verrucas purgare; & ferũ in ea extinctũ chalybis induere duritiã tradi. Et Gualtherus Ryffius verrucas, & clauos p̄cidi prius iubet, quoad eius fieri comode potest, deinde lintũ hoc liquore



**A** liquore madidum imponi. Iam de cochlearum cinere dicamus; Plinius cum dixisset alibi collere ex facie vitia cochlearum, quæ late, & minutæ passim inveniuntur, cum melle cinerem, subiungit. Omnium quidem cochlearum cinis, spissat, calfacit (medica vi, & ideo causticis miscetur psorisq; & lepris, & lentiginis illinitur. Aetius quoque easdem similiter cum melle tritas post modicum temporis interuallū affricari iubet ad vitiligines nigras: & inuenio apud eundem Aetium, smegma ad pruritus, & psoras, quod tale est: Cochleas terrestres vstas, & tritas cum melle adfrica. Idem etiam ad vlcera capitis, & acores, cochleam albam cum testa exuri iubet, & applicari. Possunt crematæ omnes, inquit Dioscorides, in cinerem, cinere illo calefacere, & vrendo exulcerare. Lepras idem exerit cinis, vitiligines, & dentes. Oculorum præterea cicatrices, albuginesque: asperam discoloremq; ceu à sole cutem, & hebetes oculos, integræ cum tota carne crematæ, & in cinerem tritæ, tum ex melle inunctæ emendant. Albugines extenuare etiam Plinius alibi ait: aliàs etiam ita ad ambusta commendat, vt ne cicatrix quidem appareat. Sanguinem præterea sistit cinis cochlearum terrenarum teste Plinio. Anacollema, quod lachrymas, & lippitudinem sistit ex quodam authore incerto descripsit Zoographus illud: Limaces, & corna cerui vres, oui albumine excipies, ac fronti applicabis. Ad umbilicos infantium eminentes, ex Theodoro Prisciano: Cochleas ex arboribus lauri collectas comburimus, & tritas imponimus, vt umbilicum in naturam propriam reuocemus. Plinius verò etiam cochlearum cinis cum thure ex oui albi succo illitum per dies triginta eidem morbo author est mederi. Passionibus ani, vt ex Kiranide Aggregator transcripsit, utilis est idem cinis cum aceto. Cancro in pene vtiliter inspergitur, si Iacobo Oliuario credimus. Ad podagram ex Marcello: Cochleæ Africanæ cum sua carne comburuntur, cinis illarum illinitur, & medetur podagris. Eundem verò etiam puluerem intus sumptum è vino pithisi prodesse inuenio apud Plinium. item aluum sistere in suspiriosis; decoctorum in pituita illi per se laterum doloribus; esse denique qui superdolentem lienem superalligant cum semine lini, & vrticæ addito melle, donec persanet. Ex inanibus testis etiam remedia petuntur, nonnullaque ex obscuris quibusdam collegit Zoographus, quorum nondum scripta ad nos peruenerunt. Pollen de testis limacum inanibus contritis fissuras manuum, pedumq; inspersus sanat. Idem pollen cum cera, & fermento subactus, & impositus, paronychiam emendat. Ad maculas oculorum in homine, aut pecore abolendas: Testas limacum collige pridie D. Ioannis per æstatem lotas, & munda contunde, per fetaceum incerne, & pollinem in oculum affectum infla per calamum, Ex libris manuscriptis Germanicis, Testæ limacum contritæ cum pestilentia suibus, vel bobus ingruit, in potu dantur, per se, vel cum radice gentianæ illius ceruleæ, quæ semper dissecta nascitur, vnde cruciatam Germani appellant. Hieronymus Fabricius ab Aquapendente Medicus hac ætate clarissimus scribit Scythas cochleæ testam ad aures ad mouere propter frigus, quod plurimis lædit auditum, & vt melius audiant. Cinis verò cochlearum inanium cum myrrha Plinio authore gingiuis prodest: & admixtus ceræ, procidentium interaneorum partes extremas prohibet. oportet autem cineri misceri saniem punctis emissam è cerebro viperæ. Iubent & earundem cinerem sumi ad calculos pellendos. Quod postremum reperio quoque apud Marcellum: Cochleæ inanes (inquit) casu inuentæ contusæ, & in puluerem tenuissimum redactæ in portione calculosis datæ medentur. Vti hoc remedio hodieq; nonnullos apud suos testatur Zoographus. Ad ficos ani, ex innominato: Testas cochlearum candidarum cremato, & pollinem inspergito. Si quid in tergoze equi ruptum fuerit, & sanguinis aliquid concretum, adipe veteri molles, vino ablues: & si quid putridæ carnis fuerit, æruginem tritam insperges, decocto eupatorij, vel thuris lauabis: denique puluisculum insperges: qui cinere de sambucco, & limacum maiorum testis crematis, contritis, & æqualiter mixtis constat. Mirum, quod scribit Iacobus Oliuarius: Si quippiam ex testa cochleæ adusta in lotium mulieris grauidæ miseris, petet fundum si masculum gestet, si puellam supernabit. Bartholomæus Maranta cochlearum marinarum testas vri putat, non ad aliam adsciscendam qualitatem, sed vt facilius terantur. Mihi verò secus videtur. Aequè enim teruntur testæ ferè antequam vrantur. Superfunt modò lapis, arena, officulum, & cornu, quorum omnium ceu ferè partium in cochleis meminere authores, & suas etiam facultates assignauere. Ad exesos dentes ex Galeno remedium recipiens cum lapillum: Limacis lapidem in frustula sesami magnitudinem æquantia confringe, & in dentis foramen immitte: illico dolorem sedat: sed ex cera operculum facito. Meminit eius quoque Plinius: Limacis lapillum, siue officulum, quod inuenitur in dorso, ad alligatum dentitioni mirè prodesse tradunt. Eandemque vim

li. 30. c. 4.  
Cineris facultas, & usus.

Smegma ad pruriti, & psoras.  
Cineris earum vires.  
Ad ambusta.

Ad lachrymas, & lippitudinem oculorum.

Ad eminentiam umbilici.

Cancro penis confert.  
Ad Podagram.

Ad laterū dolores.

Ad Paronychiam.

Ad calculos.

Ad ficos ani.

Sexus in vterograuida vt cognoscatur.

Lib. 3. metho. cognos. simpl.

Cur testæ vrantur.

Ad dentes exesos.



li. 1. Veter.  
artis c. 62.

Aduersus  
capitis do-  
lorem.

Ad dēitio-  
nem.

l. 30. c. 15.  
Venerem  
inhibet si-  
mus.

habent arenulæ, quæ inueniuntur in cornibus, nam & has cauis dentium inditas, statim E liberare dolore scribit. Et alibi: Inueniuntur (inquit) in corniculis cochlearum arenaceæ: duritiæ: eæ dentitionem facilem præstant ad alligatæ. Cùm strophus, & ventris dolor animalia (iumenta, equos) affligit; Vegetius physicum (remedium) tradi scribit: Os limacis neque manu immunda, neque terra contactum, alligatum vmbilico dolentis, curare continuo. Cardanus esse ait, qui aiunt, lapides omnes, qui in animalibus, vt cancris, limacibus, alijsq; gignuntur, prohibere generationem lapidum in renibus, genitosq; dissoluere. Aliqui verò non de limace simpliciter, sed de limace nuda lapillum celebrant; Limacis inter duas orbitas inuentæ ossiculum per aurem cum ebore traiectum, vel in pellicula canina ad alligatum, aduersus capitis dolorem prodest pluribus semperq;. Plinius. Quod paulò aliter recenset Marcellus: limaci calculum (inquit) quem in capite habet, tolle, quod non faciliè facies, nisi ei dum in via repit, caput subito abscideris: quem lapidem quandiu tecum habueris, nunquam illum dolorem capitis nec senties, nec patieris. Si infans, cui dentes prouenire incipiunt, dolores habeat, Archigenes apud Galenum, veteris cochleæ cornu pelliculæ illigatum appendet pro amuleto. Postremò fimus quoque vsum habet quod meminit idem Plinius, inquit, cum oleo, & vino potum, Venerem inhibere. F

## V S V S I N A L I I S .

Esca ad  
omnes pi-  
sciculos.




Formicæ  
vt abigan-  
tur.

NVENIO præterea alios vsus cùm carnis cochlearum, tum etiam testarum, vt apud Tarentinum escam ad omnes pisciculos capiendos ex cochleis. Cochlearū (κόχλων) carnem inquit, accipiens, exemptis membranosis cauliculis (χωρίς τῶν ἐραδίων,) ex ea escam iniicito: sed non vtaris totius cochleæ magnitudine (μη ἀποχρωμένος τῷ μεγέθει τῆ κοχλίας). Cornarius vertit, neq; magnitudine cochleæ abutaris. Destillari aiunt nonnulli aquam e limacibus mense Maio, vel Octobri aquam, in qua ferrum extinctum chalybis induere duritiam velint. Palladius formicas abigi ait, cochlearum vacuis testis vstis, & eo cinere in foramen iniecto. & Paxamus ad idem testas cochlearum cum styrace vri iubet, foraminibusq; comminutas iniici: Cumanenses cochlearum testas gerunt, vt strepitum edat, dum ad festiuitates aliquas accedunt. G

## P R O V E R B I A .

Cochlea vi-  
ta.



Diffiden-  
tior Co-  
chleis.

li. 2. c. 24.

Κόχλις βίος, id est, Cochlea vita. De ijs dicitur, qui parcè paruoq; viuunt, aucti contracti à negocijs, luceq; forensi semoti. Plutarchus in libro περὶ τῆς φιλοπλετίας, Σὺ δὲ τοσαῦτα ἐράγματα συνέχεις καὶ ταραττεις καὶ σροβείς σεαυτὸν, κοχλίων βίον ζῶν δια τῶν μικρολογίαν. id est. Tu verò tantum molliarum sustines turbans, actorquens teipsum, cùm ob parsimoniam cochleæ vitam viuas. Cui addamus illud Phyllij apud Athenæum:

Ὅχι εἰμι τέρτιξ, ἔδε κοχλίας γυνάει,  
Cicada, vxor, nec ego sum, nec cochlea.

hoc est, vt Dalechampius exponit, parcus, paruo vitans, ab hominum frequentia semotus, omnino tacitus, diuersus à cicada, quæ est maximè vocalis. Απιστότερος εἰ τῶν κοχλίων: diffidentior cochleis: Prouerbialiter dici potest in hominem suspicacem, & nemini satis confidentem, adeo vt res suas secum semper habere velit. Vtitur hoc adagio Anaxilas apud Athenæum. H

Απιστότερος εἰ τῶν κοχλίων πολλῶ πάνυ,  
Οἱ περιφέρουσ' ὑπ' ἀπιστίας τὰς οἰκίας

Cochleis tu es longè diffidentior,  
Quæ quia nemini credunt, circumferunt domum.

Domus ca-  
ra, domus  
optima.  
Cochleam  
tarditate  
vincere.  
In pæculo

Consulendus super hoc adagio est Adrianus Iunius, cuius adagia nondum videre mihi licuit. Domus cara, domus optima. quanquam à testudine natum esse velint; videtur tamen etiam à cochlea potuisse eius origo trahi, conuenit enim vtrisque τὸ φερέεικον. Nec malè, inquit Marcellus Virgilius, vna hac ratione laudata est, necessario homini exèplo, vt sua omnia secum ipse etiam ferat, & Perienæi sapientis modo, eas domi suæ opes coaceruet, quas nec hostis ferat, nec populetur bellum. Cochleam tarditate vincere dicuntur pigerrimi. Plautus: At si ad prandium me in adem vos dixissem ducere Vincereis ceruum cursu, vel grillatorem gradu

Nunc



*Nunc vos quia mihi aduocatos dixi & testes ducere,  
Podagros esse, ac vicistis cochleam tarditudine.*

Profert & hunc versum Nonius in nomine tarditudo, sed longè aliter quàm nunc hodie in exemplaribus Plauti scriptus, & in codicibus vulgaris impressus est. Dionysius Lambinus putat Nonium memoriæ confixum cum librum non consulisset, mēdosè verba Plauti recitasse. Sic autem in Nonio habetur,

*Quod estis pigri, cochleas vincitis tarditudine.*

Eodem etiam modo cochleis homines iunctos Claudianus dixit de re impossibili.

## APOLOGI, FABVLÆ.




**R**VSTICI filius assabat cochleas: cum autem audiret eas stridentes, ait:

O pessimæ animantes domibus vestris incensis, vos canitis. Fabula significat omne intempestiuè factum, vituperabile. Ferunt etiam huiusmodi fabulam. Cum Iupiter omnia animantia ad conuiuium vocasset, cochlea

*Intempesti-  
uè factum  
vituperabi-  
le.*

& testudo non apparuerunt. Quæsiuit ergo quid causæ est, cur & ipse non præsto fuisset: quæ domus cara, inquit, domus optima. Iratus ergo Iupiter, eas in domum damnauit, vt quocunque progredirentur, domum secum ferrent.

## DE DIVERSIS COCHLEARVM SPECIEBVS. Cap. XXX.



**I**N mari præcipuè diversæ sunt cochlearum species, quemadmodum subinde, cum ex varijs & Rõndeletij, & meis

adhibendis iconibus patebit, reperiuntur. Terrestrium prius aliquot habes, & inter has prius ponuntur edules inuicem magnitudine tantum differentes: dein cochlea ex Feltrinjs montibus eruta cum operculo suo

*Terrestrium  
descriptio-  
nes & spe-  
cies.*

albo, & duro, item alia cærulea, communis terrestris alia; aliaq; stellata cum umbilico, & operculo, necnon & depressa, cuius modò alia figura dabitur. Habes deinceps cochleam terrestrem gypseo operculo obsertam. Sed vt ad marinas accedamus, hæ duæ

*Marinarum.*

hic pictæ cum terrestribus non parum similitudinis habent, contra insolentis sanè magnitudinis, ac figuræ est, quam Ambrosius

*Lib. 24.*

Paræus nobis exhibuit, ex mari Sarmatico. Mare Sarmaticum, seu Germanicum Orientale, pisces alit calidis regionibus ignotos & valde monstruosos. Eiusmodi est is, qui luma-


*Cochlea  
Sarmaticæ  
descriptio.*

ei similis, dolium corporis mole equat, arboris autem cornibus ceruum, extrema cornua in orbiculos rotundantur, vnionum instar splendentes. Cervicæ est crassa, oculis accensæ candelæ modo micantibus, naso obrotundo, & pilis felium adinstar obuestito, rictu oris magno, sub quo pendet, prominenteque carneâ moles, aspectu subhorrida. Quatuor nititur cruribus, totidem latis, & aduncis palmis, quæ illi cum cauda oblonga, & tigridis instar variegata, pinnarum adnatandum loco est. Meticulosum adeo hoc animal est, vt et si amphibium sit, alto tamè se ferè mari contineat, nec nisi sereno valde






Cochleæ terrestres alia.



Cochleæ marinae.






Cochlea ex mari Sarmatico.






cælo ad littus applicet pascendi gratia. Caro enim valdè grata est esui, sanguis verò his E medicatus, quibus vel hepar vitiatum est, vel pulmones ulcerati, vt est magnarum testudinum sanguis elephanticus. Id in Dania se vidisse asserit Theuetus in cosmographia. Hucusq; ille. Longè quoque diuersus à communibus marinis Limacibus, iste Limax est, cuius deinde icon proponitur, tota cinerea albicans, necnon & subsequens tuberosa, tota ex ferrugineo cinerea, exceptis oris, quæ sunt virides. Intus conspicitur animal amethystini coloris.

Limacis marini species insolens.



Cochlea marina insolens alia tuberosa.





DE COCHLEA CÆLATA.

Cap. XXXI.





OC genus, inquit Rondeletius, Cochlearum, quod proponimus ad Turbinum speciem accedit. A Monspelienſibus, Prouincialibus, & Hiſpanis Scaragol, vel Cagarolo de mar nominatur, quod ad Cochlearum terreſtrium, quas Cagaroles vocant, formam accedat. Teſta eſt turbinata, & ſatis longa, cælaturis inæqualis, & ſcrabra, ſpiſſiore quàm in cochleis terreſtribus, intruſ læui. Operculum ſpiſſum eſt, rotundum, ſuperiore parte nõ

asperu, in qua voluta expreſſa eſt, vel figura turbinis Cochleæ clauiculatim intorti. Intuſ,

Cochlea celata maculis viridibus.

qua ſcilicet parte carnem Cochleæ contingit, tuberoſum eſt, & inæquale, rubri coloris. Partibus internis hæc Cochlea à terreſtribus non differt. Carne eſt dura, & ad concoquendum difficili. Succum ſalſum gignit, Venerem extimulat. Elixæ melior eſt. Teſta i aceto macerata, ſuperiore veluti cute, vel cruſta ſpoliatur redditurq; Cochleæ margaritiferae modo ſplendens, nitida, & vnionis modo colorata. Sunt qui Cochleam, quam hîc exhibemus, Umbilicum appellant: ſed non ſine errore, vt perſpicuum fiet, quum docebimus, qui ſunt umbilici, & quid à cæteris Cochleis differant. Hucusque Rondeletius poſita etiam icone, cum qua ſimillimæ cum ſint, quas ego hîc exhibeo, iconem eius reliquit. Prior maculis viridibus prædita eſt. Poſtremâ margaritas proferre ſunt, qui putant. Addidi demum aliã Concham, quæ, inter Turbinem, & Cochleam celatam mediam naturam haberi videtur. Taxat autem Bellonium Rondeletius, cui umbilicus marinus, aut faba marina nuncupatur iſtiusmodi

Venerem stimulat.




Cochlea



Cochlea duplex adinstar  
quasi turbinis.

*Vmbilici  
marini de-  
scriptio.*



*Testaeius  
politiẽ ad-  
mittit.*


*Papauer.*

*Calx ex  
marinis  
Cochleis  
optima.*

## Vlysis Aldrouandi

cochlea, & sic de ea scriptum reliquit: Cochli (κοχλι) nomine vmbilicum marinum, vel fabam marinam vulgarem intellexit Aristoteles, atque adeo marinam cochleam, quemadmodum & terrestres cochleas, κοχλίας vocavit; nostris limaces dicuntur. Est autem vmbilicus marinus à medicis vulgaribus dictus Nerite multo maior: cuius tamen moles vastior non euadit, quàm commune buccinum. Quumque turbinatum genus omne prætenue crusta, carnem patulam ambiente, operculi loco sese tueatur: hic vnus lapidi rubro per similitudine gumento occluditur. Rotunda est eius forma, vmbilicum planè referens, vnde ei nomen. Alteram cinerei coloris sursum tumentem, deorsum planam: alterum verò rotundam, atque (vt dictum est) rubrum. Huius testa sola inter nostri Oceani turbinata politiam admittit. Rotundiori hiat ore, quàm vllum aliud genus. Nam cum alij turbines opercula sua habeant longiora, vel latiora, pro sui oris ratione, hic semper rotundum operimentum habet. Edulis est, vulgoque buccinarum, purpurarum, & neritarum modo diuenditur. Rugoso tegmine scabroq; constat: cuius clauicula earum herbarum more, quæ se se arboribus alligant, à dextra ad sinistram inuertitur. Papauer (μύκωνα Aristoteles vocat) vt purpura, & buccino, & in κοχλίας est conspicuũ, quod in clauicula testæ continetur. Caterùm cochleam marinam Dioscorides scribit stomacho idoneam esse, & facilè a luo excerni: quumq; ex marinarum cochlearum testis, vt & reliquorum turbinum optima calx fiat, nihil vetat, quo minus eas excalfaciendi, & vrendi facultatem obtinere, lepras purgare, vitiliginès, & oculorum cicatrices emendare asseueremus. Ex cælatarum cochlearum genere quoque est, quæ hic exprimitur, operculo minaceo, minaceis etiam turberculis, turbine violaceo infra, supernè ferè ferrugineo. Quod inter turbines est spacium, siue cavitatis viridi est colore.

Cochlea cælata alia cum suo operculo.






DE COCHLEA, QUÆ IN OLEA-  
RIO VSV ERAT. Cap. XXXII.




COCHLEA hæc rotunda est (inquit idem Rondeletius) & testa intorta,  
& magna admodum, adeo ut sit quæ aquæ quatuor libras capiat. Ob id *Magnitu-*  
eam esse puto, quam Plinius memoriæ mandavit in oleario vfu fuisse, *do.*  
quod ea oleum decapularent, vel ea in vsus quotidianos oleum haurirer,  
cuius figura ad id percommode quadrat, quemadmodû vasis eius, quod  
arytænam vocant, veluti rostro prominentiore ad hauriendum, fundo ca- *Arytæna.*

uo, & capaci ad retinendum. Huiusmodi Cochleam etiam aurifices, additis ansa, & basi in  
vrceos efformant eleganti artificio, quòd eam contra venena aliquid valere credant.

Cochlea Rondeletij, quæ erat in vsu oleario.



Cochlea alia superiori similis.



D






## DE COCHLEA DEPRESSA.

Cap. XXXIII.

**C**VM superiori Conchylio similis est istæ, quam Rondeletius Cochleam depressam vocat, ac sic de ea scribit: Operculum Cochleæ cælatæ refert Cochlea, quam hic repræsentamus, (repræsentat autem hanc) quæ concava est, & carnem intus habet. Simillima est Cochleis terrestribus, quæ aliquando in terra effossa reperiuntur. Altera parte plana est, altera excavata in voluminibus, quæ initio parva paulatim crescunt ad foramen usq;. Sic ille addita hac figura: cui ego adieci aliam, quæ tota est ferruginea.

Cochlea depressæ species castanea.


Cochlea depressa  
Rondeletij.DE COCHLEA RUGOSA, ET  
umbilicata. Cap. XXXIV.

**A**Rugis, quibus tota huius Cochleæ testa per transversum ducta est, ut elatis ut & striata dici possit, nomen obtinuit. Colore intus est albo, foris flavescente, valde fragili. Turbinis claviculæ in acumen non desinunt, pars superior longius procurrit. Foramen valde apertum, & longum. Hanc tertiam esse nautili speciem ab Aristot. proditam falsò (secundum Rondeletium) tradidit Bellonius. Duas enim tantùm polyporum species Conchis conclusorum ponit Aristoteles, ut antè ostendimus. Neque ullas est qui viderit in ea Concha nautili, qui minor est, quàm ut tantam Concham secum trahat, cuius etiã structura à facili natatione aliena est, ob transversas rugas, cum in marinis animaribus hoc diligentissimè cauerit natura, ne quid esset, quod natationi moram, aut impedimētum afferret. Ex hoc genere vel consimilis saltem est istæ à me adiecta.





Cochlea rugosa umbilicata alia, vel ei congener.



DE COCHLEA UMBILICATA.

Cap. XXXV.



Et quoque Cochlea in fatis insignē magnitudinem excrescit, quæ turbina-  
nata est, & in medio umbilicata. Varię vario sunt colore, alię enim nigri-  
cant, alię corneo sunt colore, alię maculosę. Proximè accedūt ad formā  
Cochlearum terrestrium paruarū, quę conglomeratę fasciculi crassiori-  
bus caulibus adhærent, quę etiam præter reliquarum Cochlearū terre-  
strium naturam umbilicatę sunt, carneque sunt bona. Cum hac Rondel.

Cochlea non parvam similitudinem gerunt tres istę à me adiectę. Inter umbilicatas hæc  
quoque fuerit, longior, & multis anfractibus contorta, quorum longitudo, & obliquitas in  
causa est, quo minus umbilici extremum perspici possit. Testa lævis est, & quasi cornea,  
vel vnguium substantiæ similis.

DE COCHLEA ECHINOPHORA.

Cap. XXXVII.





## DE VMBILICO. Cap. XXXVI.

*Cochlearū  
an sine spe-  
cies.*



X Ciceronis loco, qui est libro secundo de oratore, Rondeletius umbilicos Concharum, siue Cochlearum species esse asserit, id quod verum esse indicat etiam (inquit) ipsa rerum natura, quæ nobis à turbinatis, Conchis, Cochleisq; omnibus speciem diuersam exhibet earum, quæ præter foramen illud quo Cochleæ axis inhaerent, quoque corpus exerunt: alterum habent umbilico ita similem, ut nullus sit qui has viderit, qui negare possit umbilicatas meritò vocari. Id foramen profundum conuolutionum veluti centrum est, vel circa quod anfractus Cochleæ conuoluuntur, veluti circa περιόλιον. Hac de causa umbilicus vocatur: nam metaphoricè umbilicus dicitur, quicquid in aliqua re medium est. Hic umbilicus in Cochlea quàm hic exhibemus, manifestissimus est. Cochleæ quam cælatam prius nuncupauimus similis est figurà differt, colore, & cælaturis. Nam picta quidem est variè, quod lineas quasdam purpureas habet, densa, ac spissa, lumine immisso varietatem colorum iucundum repræsentans: Hæc ille, cum cuius icone non parum habet similitudinis istæc à me adiecta.


*Nominis  
ratio.*

*Duorum à  
Rondeletij  
presorum  
descriptio-  
nes.*

Depinxit, & descripsit nobis idem Rondeletius, cui ferè omnes istas figuras debemus, duos hosce umbilicos alios, vnum diuersi colorem, alterum valde exiguum. Prior mira varietate à natura distinctus est, scilicet nigris, rubris, & albis tuberculis corallorum omnium colorem, & naturam referentibus superiore parte latior est, mox in turbinem definit. Alter umbilicus est valde exiguus ciceris magnitudine, aliquando paulo maior, qui in spongijs reperitur, veluti granulis rubri coralli æmulis conspersus. Inter umbilicum, & foramen quo corpus exierit, restam incisam habet: incisuræ operculi vice sunt.

*Umbilicus Rondeletij.*

*Umbilicus varius paruus.*


DE COCHLEA ECHINOPHORA.  
Cap. XXXVII.

Quamuis paruis Buccinis figura similis sit hæc Cochlea, quam Echinophoram ab asperitate nominauit idem Rondeletius: nos quoq; hinc potius quam inter Buccinas, eius iconem proponemus. Tota enim tuberculis, siue aculeis conspersa est. Operculo verò, succo, substantia, a paruo buccino non differt. Rondeletius hanc iconem proposuit: nos duas adiecimus.

*Cochlea echinophora Rondeletij.*









## DE COCHLEA CYLINDROIDE.

## Cap. XXXVIII.

**C**VM adeo fecunda sit natura in turbinatorum, & Cochlearum varietate, ut omnes nominibus exprimere perdifficile sit, quod etiam veteres non fecerunt, alioqui rerum indagatores seduli, & in nominibus inveniendis saecundiores; Rondeletius tamen distinctionis gratia, atque ut aliae ab alijs internoscantur, nomina posuit, quae praesertim figuram exprimant, ut in ea fecit, quae hic a nobis proponitur, κυλινδραιοῦς; vocatur à figura cylindrica proxima. Pyramidem etiam refert. Pyramido turbinata est punctis varijs notata subcastaneis, magnitudine, ac crassitie pugni, quamvis Rondeletius pollicis crassitudinem vix superare velit. Crassior etiam est altero loco posita, turbine acuta.

Cochlea Cylindroides altera.

Cochlea levis turbine obtuso.



## DE COCHLEA LAEVI TURBINE

## obtusio. Cap. XXXIX.

**H**ÆC postrema Cochlea, quam laevem turbine obtuso Rondelet. vocavit, polita, admodum est, atque in turbinem oblongiusculum desinens, sed obtusum. Operculo tegitur. Testa est crassiore quam cetera, carneque minus dura. Frequentissime circa Lerinum insulam capitur, eodem teste.



# DE ECHINIS. Cap. XL. ÆQVIVOCA.



**E**CHINVS Græcis, auctore Suida, nomen est vasis ex ære, aut opere figlino, in quod tabulæ ad iudicium pertinentes (testimonia, vel testimonia dicta) conijciebantur, alias coniecta signabantur: eius mentio fit apud Demosthenem, Aristotelem, & Aristophanem. Chytræ, idest ollæ genus Echinus est Polluci, pariter, & lebes σκευὸς μαγειρικὸν, καὶ λοπαίς, Helychio, & Varino. Ἐχίνον βυδόμενον, lebetem interpretatur Echymologus.

Olla gen<sup>o</sup>.

Lib. 1. Sa-  
yr. 6.

Aduers. li.

9. c. 19.

Trichila.

Lib. 10. de  
Cult. hort.  
ibidem.

Lib. 4. de  
ling. lat.

In Horat.  
li. 1. Sat. 6.

Echinus Ci-  
uitas.

Lib. 1.

Herba Eri-  
nos.

Echinus  
olea genus  
& mali Pu-  
nici.

Erinaceus  
Γαζα.

Apud Horatium interpretes Echinum aiunt esse vas æneum, in quo calices lauantur. quod etiam trichilla vocetur. Hadrianus Turnebus mauult legere trichila, vt eo, inquit in epigrammate, quod Maroni adscribitur; & Virgilius. *Trichila umbrosis frigida arundinibus*, adducens etiam locum apud Columellam. *Sub trichila manantem serpsit ad undam*; alij vitream ampullam, alij scorteam explicant. Ego (inquit) Hadrianus Turnebus, vas aquarium rotundum lagenæ simile, aut ampullæ crediderim, vt guttum vinarium, vt Varro docet: patera autem ad libandum vtebantur, & interdum post libationem ad bibendum. Hoc mihi in mentem veniebat; quod de hoc loco dicerem, quem Echino spinosorem, & aculeatum magis esse, & ipse sentio, & intelligo multis videri: sed nec illud omittâ Porphyriorem perspicuè legere Echino, cum explicet propter Echinum astat vilis guttus, qui, & Echinum vult hic vitream esse ampullam, & aquarium vas existimasse videretur: aquam enim limpida nitido vitro perlubenter infundimus: nomen habere videtur à rotunditate Echini se in pilam colligentis. Echini ciuitatis meminit Strabo. Supra Phalarum etiam, vt idem inquit, à mari ora vrbium XV. stadia L. imminet. Inde porro nauiganti stadia c. Echinus incumbit. Plinius Acarnaniæ oppidum esse scribit. Echinon Vrbis est Thraciæ, ad Pegaseum sinum. Erinos apud Galenum herbæ species est, quam sic etiam vocat Dioscorides: sed in codicibus vetustis non Erinos, sed Echinus legitur. Quercuum κέτταροι, idest particulæ quædam, ceu nucamenta, quæ ex ramis earum dependent Echini vocantur ab Helychio: cui etiam Platani fructus vocatur Echinus; & castaneis sui sunt Echini; eo enim modo, quo Echini marini aculeis armati sunt. Herbæ quoque apud Hippocratem fit mentio Echini dictæ, vt ait Massarius, Idem Echinum oleæ genus interpretatur, G tanquam ex Polluce. Helychio etiam est εἶδος ρείων, id est, mali Punici genus. Est præterea Echinus pars ventris ruminantium, ἡ ἐλαφεινὸν τῶν δὴ καλεῖσιν ἐχίνον, Ἄλλοι δ' ἐγκατέεντα κερύφαλον. Nicander in Theriacis. Scholiastes ἐχίνον interpretatur πτολίπτυχον (πτολίπτυχον mauult legere Zoographus, suosq; Germanos hanc ventris partem multiplex vocare, ac propriè de Boue dici subiungit. Est postremò Echinus animal quadrupes terrestrè apud Aristotelem. Theodorus veteres secutus Erinaceum conuertit, & in aquatili nomen græcum retinuit, Plinium, vt Zoographus putat, secutus, qui Echinum vocat; Sed nunquid nomen hoc alia obtineat adhuc significata; latius, vbi de Echino terrestri, nempe Erinaceo (Deo fauente) agemus, inter quadrupes explicabimus.

## SYNONYMA.

Echinus  
ab Echenei  
de differt.  
Etymon.



**E**CHINVM cum Echineide pisciculo recentiores nonnulli admodum ineptè confundunt. Echinus nanque cum careat branchijs, piscis propriè non est dicendus. Græcis dicitur ἐχίνος ἀπὸ τῆς ἔχειν ἑαυτὸν ἀφανῶν τῶν σαρκῶν ἔσῶν: vel per antiphrasin, ἀπὸ τῆς μὴ δύνασθαι διὰ τὰς ἀκάνθιας, ὅ ἐστιν ὁ ἀκράτητος, quod teneri ab aculeos non possit. Commune id nomen tum terrestri, tum aquatili est. Latini veteres, vt dixi Ericium, & Erinaceum de terrestri dicunt, de Marino vix vnquam, sed Græcum nomen seruant. Echinum non esse Erinaceum marinum aduersus Albertum imperitè adnotauit Niphus: sed esse veluti castaneum (castanæ) cardum, plenum rubro humore, alibi etiam Echinum marinum, vulgò Cardum (carduum potius) marinum appellari scribit: Italis vocatur Riccio, vel Rizzo de mate, Zino, lo incino; vel vt vocauit Scopa Grammaticus l'Incino de mare, Boggancitola, & genus Caneronem facit ineptè Albertū, vt inquit Zoographus, & huiusmodi solococos auctores secutus. Liguribus Zinzin dicitur. Hispanis Erizo dela mar. Echini à nostris

Carduus  
marinus.



A à nostris, inquit Rondeletius Vrsins appellantur corrupto ex Erinaceis vocabulo, ab alijs Castagnes de mar, quòd veluti castaneæ echinato calyce contacti sint, à Massiliensibus Vrsins, & Dulcins, qui sint edules, etiam si dulces non sint, sed salsi, & subamari: maiores quique edendo non sunt, Rascasses ab iisdem appellantur. Hos nostri Migranes vocant, quia cum detruti aculei deciderint, putaminibus malorum Punicorum similes sint. Quidam Oceani accolæ Herisson de mer appellarunt, à Belgis see egel vocari audio. Germanis Meerigel.

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.



**E**CHINVM ex Testaceorum genere esse, contra Rondeletium ex Aristotele supra demonstrauius, qui eos locorum ratione potissimum differre innuit. Scribit enim Echinos alios nasci circa Toronem, qui candidi sunt, & spinis, & testa, & ouo, augeriq; forma productiore, quam cæteri, & spinam ijs esse parua, nec rigidam, sed molliorem: nigra autem illa (quæ carnis loco esse dixerat) ori applicata, plura à se se distincta, &

ad foramen exterius coeuntia. Et Eratosthenes, vt auctor est Strabo in Insulis ante Euphratem miræ magnitudinis caneros, & Echinos inueniri ait: quorum alij pileis maiores sint: alij *διχάτυλοι*, id est, binas cotylas capiant. Et in mari Indico Purpuras, & Buccina tanta esse tradit Aelianus, vt facile congium capiant: & Echinatorum testas similiter, *καὶ μύτοι*, inquit, *καὶ τῶν ἐχίνων τὰ χελώνια δύναται ἀντιστοιχεῖν*. Circa Daniam, Noruegiam, & alibi Echinum reperiri author est Zoographus, qui rotunditate figuræ, præsertim aculeis demptis, & magnitudine malum marinum referat. ideoque Seeapfel à Germanis nuncupari, quod malum marinum, vt inquit ille, sonat. Idem ad summum instar magnimali in Oceano Balthico inueniri refert ex auditu, durum, puniceo ferè coloris, & spinulis ademptis maculosum, nullum eius usum esse, sed pro ornamento in domibus suspèdit. Fortè & coloribus differunt, nam Nicolaus Perottus. Vidi, inquit, & sepe piscatus sum piscem hunc (Echinum impropiè vocat piscem; etenim sanguine caret, itemque branchijs, quæ quidem in definitione Piscis ab Aristotele prolata, includuntur) in scopulis quibusdam maris nostri aqua contactis apud Antij reliquias, & iuxta Baias purpureo colore, ac

viridi mixto: vsque adeo grata oculis ea varietate, vt si colores durarent, nulla esset cum gemmis comparatio: sed mortuo pisce colores tabescunt. Hæc ille: Haberi deniq; & fluuiatiles Echinos tradidit Hermolaus, & Massarius ex Paulo Aegineta. Iam verò alij sui sunt, alij verò non item. Differunt & motu apud eundem, nam agilius nouentur, qui edules sunt. Theophrastum *ἐχίνων* tres species facere, tertiamque ceu magnitudine, & crassitudine præstantem *ὀλόχινον* dici Varinus scribit. Verùm Theophrastus non Echini, sed *χοινε*, vt benè notat Zoographus, id est, iunci tres species facit, quarum tertia maior holothenos, *ὀλόχοινος* dicitur, Aristoteles, & ex eo Athenæus Echinatorum genus quoddam *βρύσσον* nominant, vel vt scribitur etiam in lexicis græcis Bryttum, quam vocem alij genus esse Echini pelagij: alij piscem esse dicunt; alij, vt Hesychius, & Varinus tribus syllabis *βρογγόνλω* scribunt. *βρυτίνη* quoq; animal quoddam est Hesychio. *Ἄβρωτοι* Echinatorum marinorum genus eidem Hesychio. Et alibi *Ἀμβρωτοι* (Hesychius τ duplex habet) Echini quidam marini, quos Aristoteles *βρυώνες* (imò *βρύσσους* legit Zoographus) vocat. Sed hæc vocabula, inquit, corrupta videntur ab *Ἄβρωτοι*, sic enim nominat Aristoteles Echinos, qui edendo non sunt, de quibus etiam Michael Ephesius quærit, quomodo (inquit) Aristoteles, Echinos calidiores, qui etiam ad motum agiliores sunt, pleno excrementis, ideoq; cibis ineptos esse dixit? nam si calidiores sunt, melius eos concoquere, & excrementorum minus habere par erat, nec esse ineptos cibo; an dicendum calidos quidem esse, sed voraces, & præ copia ingestorum, quæ calor natiuus eorum vincere non potest, crudelitatem in eis fieri? Echinometras quoque inter Echinos adnumerari patet: etenim ratione magnitudinis duntaxat differunt. Aristoteles (inquit Gillius) dicit Echinometras cæteros magnitudine calycis superare. Echinometras Plinius spinis longissimis, & calycibus minimis descripsit; quod quidem ipsum mihi vero similius videtur, cum ab aculeis nomen omnes Echini traxerint, rectius nominantur Echinometræ, qui aculeorum proceritate præstant, quàm ob magnitudinem calycis. Ex hoc genere maximi, vt vidimus, minimis aculeis sunt: hos Massilienses vocant Rascassos. Huiuscemodi vidi, qui quoquoersus palmos dirigeres, plusquam duorum essent palmorum crassitudine: alium etiam inspexi calyce exiguo, & aculeis digiti longitudinem superantibus, longitudine

De histor. anim. c. 5.

Lib. 16.

Magnitubi.

Circa Daniã, & Noruegiam reperiri.

Malum marinum Germanis quid

Varrineror.

Lib. 4. de

hist. plants.

c. 13.

Echinus

βρύσσος.

βρογγόνλω.

Li. de par.

anim.

Echinometras

ab Echini

ut ut dist.

ferant.







A



Echinus integer.




Echius in duas partes dissectus.




B



Echinus spoliatus à suis spinis.




Echinus lapis spoliatus à spinis.




C

Echinus cum spina adiuncta.




Echinus Spatagus, & Briffus Rondel.



D




## Echinis spatagus authoris.




Echinometra Rond.  
Ortus.

Lib. 4. de  
hist. anim.

Aristot. &  
Plinius di-  
screpant.



Echinometra Rondelietij.



Aristotelem hinc sequendum censeo, ex quo sua transcripsit Plinius. Aristot. igitur Echinometram hinc exhibeo, quæ magnitudine reliquis præstat, adeo ut ambabus manibus quaquaversum extensis capi vix possit: aculeisq; est mediocribus. Internæ patres ovarij Echinis similes sunt, demptis ovis, siue flava illa parte eduli, quæ exigua est, & planè exucca. Hæc de Echinometra ille, qui & quintum genus exhibet, & describit, ut modo, cum prius quæ de Echinometra tradit Bellonius, transcripserimus, Zoographus hanc Echini superficiem pinxit, mihi Echinometræ videtur, cum qua iconè quadrat aliquo pacto hæc mihi à Iosepho Casabona Belga horti Pisani præfecto, orbis Echinati nomine missa.

Cæterum

inquit Rondeletius, neq; ex vlllo alio auctore veteris notas aliquas colligere possis, quibus hos Echinus ab alijs differre intelligas. Sed cum Echinum, quem hinc exhibemus, pelagium, & inuentu rarissimum esse certò sciam, qui ab Echinometræ, Echini ovarij, Echini parvi, notis à veteribus traditis facile distinguatur, non dubitavi pro Spatago, vel Basso proponere. Huc igitur Echinus, siue Spatagus, vel Spatangus (vtròq; enim modo legitur) siue Brillus, minus rotundus, quam superior, à cordis figura non valde recedens, aculeis parvis, & raris septus, altera parte, in qua scilicet os est, magis planus, quam superior. os dentibus caret: verum maxilla inferior superiore prominentior est, ad hauriendum aquam, arenamque accommodata: his enim, & luto versatur. In interiore testa nulla talis spectatur fabrica, qualem in Echino ovario descripsimus: sed est intestinum conuolutum, aqua, & arena plenum, neque ova, neque nigrum illud continet, quod carnis loco est. Hæc ille exhibita præcedente iconè, cum non ab-similem adiecit.


Quartum Echinorum genus, inquit idem Rondeletius Echinometram numerat Aristoteles, quasi matrem, aut matricem dicas Echinorum, inquit Gazæ, quanquam sciendum est, in hoc genere matrem à foemina non distingui: neq; enim ex semine; vel ex ovo generantur, sed sponte oriuntur, ut Ostracoderma. Echinometras ab alijs omnibus magnitudine distinguit Aristoteles. ἔτι αἱ Ἐχινομήτραι καλέωσθαι μέγιστα πάντων μέγιστα. sed hanc magnitudinem non ad corpus, seu calycem, verum ad spinas refert Plinius, quum scribit. Ex his Echinometræ appellantur, quorum spinæ longissimæ, calyces minimi. Cuius sententiam Gillius Aristoteli sententiæ præfert his verbis. Aristoteles dicit Echinometras cæteros magnitudine calycis superare. Plinius Echinometras spinis longissimis, & calycibus minimis descripsit: quod ipsum mihi vero similis videtur, cum ab aculeis nomen omnes Echini traxerint, rectius nominantur Echinometræ, qui aculeorum proceritate præstant, quam ob magnitudinem calycis. Ego verò à corpore siue calycis potius, quam aculeorum proceritate Echinometras dici existimo, cur enim Echinorū matrem, vel matricem ab aculeis longis nominassent veteres, cum sit aliud quintum scilicet genus paruo calyce spinis longis durisq; hoc quidem genus pro Echinometra vsurpasse videtur Plinius, & eum secuti contra Aristot. mentem, cum perspicuè vtrumque genus separet. Quare

G.


H.




## A Echini superficies ex Zoographo.



## B Orbis Echinati pars prona, &amp; supina.



C



D dibus, longis, prædurisq; modo penè lapidis, gigni in alto gurgite solitum, quo nonnulli ad destillationes vrinæ vtuntur. Vulgus cum Italicum, tam Gallicum, atque etiam Græcū vn Iudeo vocat, quòd perpetuò nigrescat, sordescat, & gustus ingrati percipiatur, passim reperitur: quòd aliter Brissis, & spat agis euenit ex Philosophi sententia. Hic porrò minimus Echinus reliqua genera spinarum longitudine superat: neque colorem, vt illa varium habet: testam iuglande maiorem non promit, estq; reliquis omnibus viuuior. Nam si supinum ponas, mox suas spinas deprimit, & se in pronam partem conuertit. Plures habet, quàm alij proboscides: idcirco citius repit, firmiusque hæret: oua nõ fert, vt alij, sed sanguineum quiddam nigrum saniei simile, quo manus cruentat, atque inficit. Dentes itidem in verticilli modo habet quinos, circulari ordine dispositos, vt & cæteri, quibus algas, saxa, & conchyliorū testas arrodit. In interna eius parte multos neruos annexos cernas: ex quo indigenæ coaceruatam dentium congeriem ita cum neruis exiccati sinunt, vt annuli vice ad signandum panem vtantur: refert enim quinque folium, vel quippiam simile affabrè

Cæterum Bellonius sic habet. Echinometræ appellantur, inquit Plinius, quorum spinæ longissimæ, calyces minimi. Ego verò Aristotelis sententiam secutus, Echinometras cæteros Echinos calycis magnitudine superare asseuero, minimisque aculeis esse præditos, breuibus, & obtusis interceptos spiculis, colore ad extrema albicantibus, ad radices liuentibus, & ex purpureo nitentibus. Horum autem testa cinerea est, pugni, aut oui anserini magnitudine, rapi modo in vastitatem extuberans: vt quò antiquiores euadant, eò maiores reddantur: parte prona planæ, supina autem rotundæ. Pelagiæ magis sunt Echinometræ, quòd autem reliquis maiores sunt, ideo cæteris anteponuntur. Longurijs longioribus nautæ multò egent magis, quàm in alijs Echinois: siquidem Echinometræ altiori gurgite merguntur: quas in Insulis maris Aegæi tanta crassitudine profecisse contemplatus sum, vt ad crassitudinem binorum pugnorū extuberauissè viderim: rariuscule quàm alij Echini capi cõsueuerunt, sed quò maiores sunt, eò delicatesiores existimantur. Sic ille.

Quintum Echinorum genus, id est, quòd saxo inhærès representabimus ex Rõdeletio calyce paruo, spinis lōgis pro corporis ratione, & duris, & quo ad vrinæ destillationes foelici successu sum vsus, vnde affirmare nõ dubitamus id esse quintū genus Echinorum, de quo sic Aristoteles. Genus item aliud est minutum spinis longis, prædurisq; gigni in alto gurgite solitum, quo nonnulli ad stillicidia vrinæ medicamento vtuntur. Aristoteles author est Echinos alios natci circa Toronem, qui candidi sunt, & spinis, & testa, & ouo. augentur forma productiore, quàm cæteri, spina ijs parua, nec rigida, sed mollior: nigra autem illa ori applicata, plura à sese distiuncta, & ad foramen exterius cõeuntia. Hæc itaq; omnia Rõdeletius.

De eodem, vt videtur, sic scribit Bellon.

Genus Echinorum aliud est (inquit Aristoteles) minutum, pelagium, spinis gran-

Echinometra Bellonij

Descriptio.

Echinus Rondeletij.

Lib. 4. de hist. anim. cap. 5.

Echinus minor Bellonij.


Proboscides.

Dentes.

delicæ.



Echini quintum genus Rondeletij.




Echinus se  
nipede la-  
tus.

delineatum. Ventrem in quin-  
que partes distinctum habent,  
perinde ac si plures illis vères  
essent, membrana quadam ob-  
ducti. Ab oris autem verticillo  
ventres illi testæ quoq; appensi  
ad foramen excrementi coeunt,  
sed disjuncti sunt, & quasi inter-  
uentu liminum discriminantur.  
Totidem promuscides habent  
Echini, quot in testis forami-  
nulis pertusis apparent, sunt e-  
nim ultra sex millia in quolibet  
Echino. Hucusque Bellonius.  
qui, & alium maximum Echi-  
num vidit in rubri maris litore,  
inter fontes amarus, & vibem;  
quàm vocant el Tor, prona par-  
te planum, superiore gibbum,  
semipedem latum, minus, quàm  
alij rotundum, paucioribusque  
ac minus frequentibus aculeis,  
aut spiculis præditum: cuius os

in terram conuersum esset, super quo excrementorum exitus appareret. Zongraphus præ-  
terea cuiusdam Echini superficiem pinxit, quam se Venetijs vidisse testatur: nos eam quo-  
que hîc exhibemus, præsertim cum & à nostris, & aliorum in conibus diuersa videatur. No-  
strorum modò Echinorum prima figura ouata est, colore ferrugineo ad nigrum vergente


Echinorû  
ab auctore  
observato-  
rum descri-  
ptiones.  
Primum  
genus.  
Secundum.

Echinus marinus ferrugineus.



Echini species oblonga aperta.

Echinome-  
tra prima.




præsertim ad superficiem, in centro albicat,  
aculeis longis, sed exilibus, & in eorû sum-  
mitate puncti quidam paruuli sunt coloris  
cærulei. Secunda icon Echini est aperti in-  
terna ostendentis, figura quodammodo ob-  
longa, intus apparet quid flauum, vel oua si  
ita mauius appellare. Tertia est Echinorû ma-  
ris rubri figura aculeis longissimis ferrugi-  
neis ad rubrum vergentibus paruo calyce,  
quorû quidem pictus à Bernardinus Castel-  
lettus Genuensis aromataris sagacissimus  
nobis impartiuit: deinde quartum datur E-  
chinorum genus Aristotelis, quod Echino-  
metram vocat, quasi matrem, aut matricem  
dicas Echinorû, vt inquit Gaza. Verba, quæ  
ad eius descriptionem pertinent, supra scri-  
psimus ex Rondeletio: nostram verò poni-  
mus iconem, quæ aculeis prædita est, licet non  
admodum longis, colore tota est ferrugineo.  
Sequitur hæc alia spinis denudata, quæ ma-  
gnitudine à priore non differt: extrinsecus est  
scabrosa, colorisque ferruginei; Tertia ma-  
gnis, longisq; aculeis insignita; coloris tota  
est amethystini. Postremò loco Echinome-  
tram omnium maximam damus, quam no-  
bis idem Bernardus Castelletus Genuensis  
humanus pariter atq; rerum naturalium pe-  
ritissimus, meiq; amantissimus communica-  
uit, magnitudine ferè puerorum capitis, eaq; quæ in Tyrreno, & Hadriatico mari nasci-  
tur, maior, tantæ capacitatis, vt quinque aquæ libras caperet in superiore parte gibba, &  
rotunda, in inferiore verò quodammodo plana. Circunferentia duorum dodrantum, &  
palmi.

Capacitas.  
Circumfe-  
rentia.

uit, magnitudine ferè puerorum capitis, eaq; quæ in Tyrreno, & Hadriatico mari nasci-  
tur, maior, tantæ capacitatis, vt quinque aquæ libras caperet in superiore parte gibba, &  
rotunda, in inferiore verò quodammodo plana. Circunferentia duorum dodrantum, &  
palmi.




Echinus è mari rubro aculeis longissimis, prona parte pictus.






Echinus idem, supinè pictus.






Echinometra authoris.



Echinometra spinis denudata.






Echinometra amethystini coloris.





Echinometra maxima pelegica Sardica, à D. Castelletto.



**D** palmi. Evidenter in hac apparebat calyx, in parte anteriore albus, in quinque, seu ventres, ut in Melopeponibus diuisus, quorum singuli tres habent tenias, quarum media est tanquam sutura, quæ partes sepatat, & facillimè aperitur, aperta refert figuram ferræ; nam coniunguntur illæ teniæ per symphysim. Binæ aliæ illæ teniæ, quas dixi huiusce secturæ esse, sunt colore quasi castaneo, crebris foraminibus pertusæ, quæ tamen nisi expositæ acri non apparent quintuplo maiores ea sutura. Os erat in parte inferna, ut è contra in superna excrementorum est exitus, ut in alijs turbinatis. Dentes habebat quinos, concauos, figura triâgulari. Tota exterior testa à spinis denudata, ferrugineo colore est, & in ea ferræ erant maiores, & minores, colore flauo; sed transversales illæ, quæ parallelæ erant intus, extra quidem quoque apparent, sed figura diuersa. Sunt enim in medio latiores, in extremo angustiores, & ubi latiores, ibi tuberculorum ad instar verucarum plenæ; qualia etiam in interuallis conspiciuntur, sed minora. In quibus hoc quoque nota quòd propè os maiora crebriora sunt, & parvæ illæ non conspiciuntur. Omnium Echinorum minimi sunt, & cùm quia ea specie à Rondeletio picta conueniunt hinc nouissimè positi.

Os.

Dentes.

Pars exterior de nudata.





## PISCANDI RATIO.

*Edules qui  
piscandi.*

**E**Chinos edules, & non edules reperiri diximus. Hos nulli sunt qui piscantur, cum edendo non sint. Illos (inquit Bellonius) piscatores venantur hoc pacto. Manum ferream conto longiore alligant, vel tridentem, cuius incurui sint dentes. Hanc manū Echinis submouent, vt eos ab imo in sublime attollant, qui suis promuscidibus sese ita stabiliunt, vt plerunq; piscatores testam prius atterant, quàm inde integros diuellere possint, idem refert in suis obseruationibus se vidisse eodem, quo Ostrea modo Echinos capi.

## NATURA. GRESSVS.

*Aculeorum  
in Echinis  
usus.*



**P**rouida, & benigna natura spinas, seu aculeos Echinis videtur tribuisse, quo à piscatoribus se possint tueri, quod quidem testatur Athenæus, dum inquit: Echini tum terrestres, tum marini spinarum suarum obiectu, & rigore, ceu vallo quodam sese tuentur, quominus capiantur. Mirum verò est, quod de his tradidit Aristoteles: Eorum scilicet corporis partes dissectas rursus coire, & redintegrari. Idem quoque scripsit Aelianus fortassis ex Philosopho, sed clariùs: cuius hæc sunt verba. Echinos marinos viuentes obductos testa, atq; aculeis cõmunitos, si quis contriuerit, & alia separatim ab alijs frustra in mare abiecerit; hæc tamen cohærentiam, & coitionem inter se faciunt, & affinem partem recognoscunt, & applicata cohærescunt, velutiq; conseruntur simul, & naturali rursus quadam conciliatione; (mirum dictu) integrantur. Eadem planè, & Philes cecinit. Quod ad gressum modò attinet. Echinis spinæ (Plinio auctore) pro pedibus sunt. ingredi, & his in orbem volui. itaq; detritis sæpè aculeis inueniuntur, id quod ante eum Aristoteles optimè tradidit. Spinis suis (inquit) Echini vtuntur perinde, ac pedibus. his enim nitibundi mouentur, sedemque permutant. & alibi: Echinatorum spinæ vicem pedum eis præstant, non villorum, vt Erinaceis (terrestribus nimirum). Idem agiliùs, & frequètiùs moueri qui sunt cibo idonei testatus est, cuius rei argumentū, ait, quòd semper aliquid algæ suis spinis implexū gerant.

## DENOMINATA.



**P**ura inuenio ab Echinis denominata, quæ omnia, quoad fieri poterit, recensibimus. Conchæ genus apud Plinium Echinosphora nuncupatur. Est Polluci auriculæ pars Echinoscus dicta ἡ περὶ τὴν κεφαλὴν κοιλότης, idest proxima circa, vel ante foramen auris cõcauitas; media inter foramē (quod κεφαλὴν vocant) licet etiam sordes eò contentas, hæc voce significant) & auriculam. Vbi apud Plinium legitur: Ceras ex omnium arborum, satiorūque floribus apes confingunt, excepta rumice, & Chenopode. Echinospode legit Zoographus, licet, inquit, herbam quandam suis venenosam nostri Chenopodem, idest Anseris pedem vocitant. Bellonius in singularibus suis obseruationibus herbam vulgo Echinospoda, vel Cachinospoda dictam in Lemno abundare scribit, quam Incolæ in lignorum inopia vrant. Echinospus genus est spinæ sic dictæ, quòd pedes ingredientium super ea detineat, & remoretur

vel



vel quòd Echini marini pedibus similis sit, Πόσι habetur, Erymologo auctore, λυκόφρα-  
νον, τὸν ἐχίνοποδα μεσολύοι. vt ait Hefychius; Folia Glycyrrhizæ Plinio sunt Echinata:  
Zoographus verò χωνεῖ, idest lentisci folia glycyrrhizam habere auctor est, non ἐχίνου, nec  
ἐχινώδη, cui subscribo. Sunt etiam lapides ab Echini, quam representant forma, Echinites  
dicti, quales plures in Musæo habeo. Echinz, vel Echinadas Insulæ quædam reperiuntur:  
de quibus Homerus:

Οἱ δ' ἐκ Δελφῶν, ἐχινάων θ' ἱεραῶν  
Νησον κρηναίῃσι πῶρ' ἄλο' ἠλιδος ἄντα.

Echinata  
folia.

Echinades  
insule.  
Iliad. B.

Vbi Eustathius: Rectus inquit, est ἐχίνη, apud posteriores autem Homero ἐχινὰς, seu deri-  
uatum ab ἐχίνη, siue diminutiuum. Echinadum incolæ, vt refert Varinus, Epei dicebantur.  
Apparet autem, Eustathio, & Athenæo auctoribus, ab Echinorum copia nomen eis esse fa-  
ctum. Sinope, inquit Strabo, sita est in collo peneinsulæ cuiusdā: cuius litora petrosa sunt,  
& fossas quasdam in petris excauatas habent, quæ mari tempestate elato complētur: quam  
ob causam non facile adiri possunt: & insuper quòd petrarū superficies omnis sic ἐχινώδης  
(idest aspera, & acuminata, Echinata: interpres Echinorum plena vertit) nudo pedi inac-  
cessibilis.

Lib. 12.

P R Æ S A G I A.



Chini affigentes sese, inquit Plinius, aut arena saburrantes tempestatu signa sunt; quod vbi videre nautici, pluribus anchoris nauigia infrænāt, teste eodem auctore. Et Massarius ex Oppiano tradit Echinum præflagire tēpestates, & lapillis operiri, ne agitatione procellæ spinas atterat. Atqui, inquit Zoographus, Oppianus nihil de spinarum attritione, sed ne in litus à fluctibus eijciantur metuentes, lapide vnumquemque dorsum suum aggrauare scribit, δ' ἀγοκλίτεσιν ἕκαστος λατῶν: ὅσον Βαρυθόοντα περὶ σφετέρῃσιν ἀναθάαις Πηιδίος φορέοιεν, &c. Idem ex eodem, vt apparet, Oppiano prodidit Aelianus. Fluctus, inquit, & tempestas ad terram Echinos deuoluens è mari funditūs in aridum expellit, & violenter allidit, si eius periculi metuentes, cū sentiunt mare inhorrescere, & ventorum acerbitate procellas cieri, suis spinis lapillos ad gestandum faciles tollunt, vt libamentū, ac firmamentum habeant, vt ne procellarum incursum, ac suæ eiectionis periculum, à quo sibi timens, subeāt. Et Plutarchus hisce verbis, Simone Gryneo interprete, Echini marini quoties æstum, procellasque præsensere, saburra grauant sese, ne propter leuitatem iacentur, ne uē tempestate iam ingruente auferantur, sed petris firmè inhæreant. Et eos secutus Ambrosius, Echinus, inquit, in mari cū ventorum procellam præsenferit, calculum validum arripit, eumq; velut saburram vehit, & tanquam ancoram trahit, ne excutiarur à fluctibus. sicq; qui non potest se suis viribus liberare, alieno regitur pondere. quo iudicio etiam nauarū, velut signū futuræ perturbationis capessunt, & sibi præcaudet, ne hos imperitos turbo inueniat. Hæc frustra credi auctor est Bellonius addita ratione: nam, inquit, quum tam multis promuscibus muniti sint, à fluctu minimè volutari possunt; neq; spinas, vt creditum est atterunt.

Tempestatē  
p̄sagiū.  
Lib. 2.

Lib. vtraque  
Animal.  
Saburrant  
se tēpestatu  
is tēpore.

M O R A L I A.

Lucianus probans Tyrannum quò senior est, eò magis exacerbari, inter alia præclara Echinorum producit exemplum, qui quò plus habent ætatis, tantò testa sunt asperiore.

Tyranni natura.

P R O V E R B I A.

Eχίνε τραχύτερος, idest Echino asperior, in hominem intractabilem, ac insuauibus moribus, metaphora sumpta est ab utroq; , marino scilicet, & terrestri. Vterque enim est asper: sed hic toto corpore non est asper: ille autem utiq; , Πρὶν δὲ δύο ἐχίνοι εἰς φιλαν ἑλθοῖεν, ὁ μὲν ἐκ τινάγης, ὁ δ' ἐκ χέρσε. idest Prius Echini duo inierint amicitiam, alter è mari, alter è terra, de ijs, qui moribus, ac studijs inter se sunt, ità dissidentes, vt nulla spes sit, aliquando necessitudinem inter eos coitutam. Echinum leuigaueris, quo signatur aliquid nunquam futurum, tanquam de ἀδύνατω quopiam.

Echino asperior.



## HIEROGLYPHICA.

*Homo difficilis, & morosus. Li. 28. hieroglyph.*

*Iudiciorū severitas.*

*Navigatio inia.*

*Macilentus homo.*

*Exercitus instauratus.*



OMINEM difficilem, atque morosum, quo cum difficulter, vel nulla unquam ratione consuetudinem inire possis ex Hieroglyphico Echini marini, teste Pierio Valeriano, monstrabant: quippe quem quaqua tractare volueris, asperitate, renitentiaque horridum experiare, atque iridem ex hoc asperitatem eam, quam Horatius damnat, agrestem, inconcinnam, atque grauem per hoc animal notabant. Item iudiciorum severitatem picto Echino, designare licebit. Erant enim apud veteres vasa, ahenea, aut opere fictili facta, Echini nomine nuncupata, quæ animalis istius imaginem referebant, quorum in iudicij vsus erat, in quæ testium dicta, scriptaq; iudicia conijciiebantur: ex quo significabatur, non licere cuiquam impunè illis manus adinouere, neque inuerrere, aut inmutare quicquam sine graui supplicio. Sunt etiam qui per Echinum navigationem curam intelligant. Ille siquidem imminentem tempestatem præsentiens attractis lapillis sese munit, arenaq; nauium instar saburrat, ne vi fluctuum vlla vexari, iactariuè possit. Ad hæc macilentissimū hominem per idem animal intelligebant, cui quidem sic hoc peculiare, vt nullam intus carnem cōtineat, foris, & spinulas, & crustam tantum habeat. Hoc accedit quod integrum cibo eum abstinere aiunt. Postremò exercitum, aut quid huiusmodi ex dissipatis reliquijs instauratum, si quis pingendo significare voluerit, nō imperitè Echini marini dilaniationem quandā figurabant. Ille enim in frustra discerptus, si projiciatur in mare, confluentibus sponte in vnum partibus, iterum committitur, & efficacissimè solidescit.

## EPI THE TA.

ECHINVM marinum dixit Horatius. Sed differentia vtens, non epitheto. Apud Textorem dicitur hirtus, asper, volubilis, ruber, aequoreus. Sequentibus vero epithetis circunferibitur apud auctores: vt cum *ἀκριεῖς, ὀξύνομος* vocatur Oppiano. *Αἰθνεῖς* Nicandro, Scholiastes interpretatur, cuius caro sit ruffa, aut rubra, *Ἐρυθρὸς καὶ αὐροπῆος καὶ ἄτα πλωσάρια.*

## V S V S I N C I B I S.

*Lib. 4. de partibus anim.*

*Echinorū caro quæ.*

*Oua quando habeant nutrimentū exiguū.*

*Lib. de attenuante victu.*

*Stomacho, & ventri vtilis.*

*Qui coquē di.*

*Lib. 3. de alim. facul.*

*Lib. 3. Ventrē soluant.*



NIHIL habere carnis Echinos Aristoteles nobis scriptum reliquit, licet Plinius, & Scholiastes Nicandri Echini carnes nominent, oua nimirū eorum, & partem exulentam intelligentes. Oua vero ex Aristotele Echini omnibus sunt, sed nonnullis exigua, nec cibo apta, de ijs nempe Echini intelligens, qui ab eodem *ἀβρωτος*, id est cibo inepti (vt diximus antè) nuncupantur. Plinius oua tradit plenilunij habere hyeme. Sed Aristoteles nullo tempore, inquit, ouis omnino carent, sed maximè plenilunij, diebusq; tepidis redduntur pleniores: præterquam ij, quos Pyrihæus fert Eripus; nam illi hybernis mensibus meliores sunt. Quod ad nutrimentum attinet, id exiguum, & humidum præbent: (Mnesithæo auctore) ventrem tamen soluant, & vrinam promouent. Idem Celsus, & Galenus tradidere: & Dioscorides. Marinus, inquit, Echinus stomacho, ventriq; vtilis est, vrinam cit. Qui sint comedendi, & quid præstent nobis, rectè Galenus expressit. Echini ex mulso, ait, eduntur, & garo, alui subducendæ gratia. Paranturq; in patinis, ouis, pipere, mel leq; iniectis. Imbecilli sunt alimenti, ac medijs inter ea, quæ humores extenuant, ac densat. Athenæo ex Diphilo, Natali de comitibus interprete, Echini sunt teneri, bonumque habent succum, virosi sunt, facile corrumpuntur. Si cum oxymelte, apio, & mentha comedantur, stomacho sunt vtilis, bonique succi, & dulces. Leniores sunt inter hos rubicundi, melini (*μύδινοι*, id est lutei, Natalis vertit fraxinei: quod nō probatur: veterem flau.) crassiores, & qui cum raduntur, lacteum quiddam emittunt. Eorum qui circa Cephaleniam, Icariam, & Hadriam nascuntur, quidam sunt subamari, qui circa Sicilia scopulum capiuntur, ventrem soluant. Hæc ille. Echinos ventrem deijcere omnes ferè scriptores adnotant, Galenus, Paulus, Aërius, & Plinius secundus inter cæteros multis verbis ius præferunt eorum



**A** eorum commendant: quo vocabulo aquam internam esse intelligendum putat Zoographus; nam nisi recentes, & crudi, non sunt edendo, ut inquit Bellonius, digito, vel pane attriti aut, atque diuelli, ut liberius absorberi possint emundata aqua, ac stercoreibus, quibus (ut ostrea) interdum scatent. Ea autem oua gustui dulcia sentiri, ceu ricini pulpam. Et Nicolaus Perottus, Scinditur, inquit, Echinus leui percussu, hirta testudo (cortex Echini), in quasque partes diuiditur: abijcitur altera; altera vero leuiter aqua abluatur, decidunt sordes, quæ in ijs pro visceribus sunt remanent quinque partita oua, subruffa, ad stellæ imaginem formata, hæc cruda sumuntur, sapore non inuicundo, quamuis nescio quid amaritudinis habeant. Condiebantur etiam eiusmodi oua quod testatur Pailadius. Mense, inquit, Decembris, quibus litus in fluctu est, ubi Lunæ iuuabit augmentum, quæ omnium clausorū maris animalium, atque concharum iubet incremento suo membra turgere, Echini carnes salibus condire curabunt, quod solito more conficitur. Hanc quoque rem per omnes menses benè faciemus hybernos. Vbi coxeris eos, pipere, & croco aspergi iubet Platina. olim ante coenam, inquit Rondeletius, Echini integri, & crudi cum ostreis, spondylis, peccunculis apponebantur, quia horum succus aluum ciet. vnde Athenæus ex Demetrio Scepsio

**B** festiuam narrat historiam de eo, qui Equinos integros deuorare voluit. Laconem, ait, ad coenam vocatum appositis Echinis, qui quomodo edendi essent cū ignoraret, ac quomodo alij ederent, nō animaduertent, vnum in os immisissum cum testis dentibus comminuit, & stridere fecit. Cum igitur os misere discrucietur ob duram cibi asperitatem: o scelera- rum, inquit, edulium, neque nunc te omitam, emollitum; neque posthac vnquam sum- psero. Nostri lepide testam frangunt, & fluam, siue croceam partē, id est oua edunt. Et in nobilium coenæ apparatu ponebantur primi, ut notat Dalechampius in Plinium. Et quod- die Lentulus flemen Martialis inauguratus est, cæna hæc fuit: Ante coenam Echini, Ostreae crudæ &c. ut auctor est Macrobius. Echinus (auctore Plinio medico) ex interuallo man- ducatus phreniticis, ac Epilepticis aptus est stomacho, & vrinam mouet. Melancholico- rum quoque cibus est idoneus. Et Dioscorides ijs, quibus atra bilis stomachum infestare solet, pisces in aquis petrosis degentes, & erinaceos recentes conuenire scribit.

*Ius Echino- rum quæd.*

*Condiuina sale.*

*Echinū in- tegrum deuorauit La- co.*

*Lib. 3. Sa- turnal. c. 13. Ad Epile- psiam, & Phrenitum.*

## VSVS IN MEDICINA.

**C** **E**CHINI, inquit Plinius, viuētes tusi, & ex vino dulci poti egregiè pro- fluua purgant. Idem contra Dorycnium, refert, Echinos maximè pro- desse, & ijs, qui succum carpasi biberint, præcipuè iure sumpto. Eas etiam aduersus eadem Nicander, & Scholiastes commendarunt. Contra Do- rycnium (inquit) succurrunt animalia, quæ in littore, & petris marinis degunt, ut gobij & huiusmodi, siue cruda, siue elixa, testauè edantur, sed multò magis iuuabunt in cibo stronbi, Echini &c. Quidam recentiores Echinum cum Echineide confundentes, eum et venenosam attribuunt, quod tamen à veteribus nusquam scribitur, quanquam Arcesilaus Batti Eudemonis filius (Plutarchi auctoritate) cum in le- thalem morbum incidisset, marino echino in potionem per Learchū ei tradito, ad mortem compulsus est. Testæ crematæ cinerem scribit Dioscorides, sordida vlcera expurgare, idem præstare echinum cum testis crematum dicit Aelianus: Et Plinius luxoriantem car- nem reprimere, eorum testas contusas, & ex aqua illitas incipientibus panis resistere: ijsque nimirum testis, ex aceto illis (adpositis Marcellus) strumas curari (discuti Marcellus) Ga- lenus erinacei vtriusque tam marini, quàm terrestri, testæ potissimum, & aculei cinerem

**D** lenus erinacei vtriusque tam marini, quàm terrestri, testæ potissimum, & aculei cinerem facultatis ait esse tum detergentis, tum detrahentis, itaque eo quidam ad excrescentia, & ad sordida vsi sunt vlcera. Ad capitis vlcera manantia valere se esse expertum, auctor est Rondeletius, & ad eadem Paulus Aegineta commendat. Ex eodem cinere fieri dentifrica, idem asserit. Ad Dysuriam, id est vrinæ difficultatem, & calculum echinos, inquit Marcel- lus, tere cum aculeis suis, & ex mulla frequenter accipito. Inter medicamenta psoras ab- stergentia commodè testam crudam inassatam idem admisceri tradit. Ad alopecias testas Galenus commendat ex Sorano. Oportet autem (inquit) & partem affectam præficare, vel per alcyonium vstum, donec morsum præsentiscat, vel per echini marini vsi cinerem linteolo inuolutum, donec locus rubescat, & paulò post: echinorum marino- ū testas vstas ex melle, & aceto prægrasis illine. Ad idem quoque valere testas ex propria experientia nos docet Nicolaus Myrepsus. Testa, inquit, Echini marini vsi, muscardarum, iridis sin- gulorum vncia, benè contusa irrigato cum oleo omphacino, & vtere. Hoc in vulnere

etiam

*li. 32. c. 10. Contra Do- rycnium.*

*Venenatū non esse.*

*De Virt. mal.*

*Lib. 2. c. 1.*

*Ad sordida vlcera.*

*Ad strum.*

*Lib. 11. de facule. me- di.*

*Ad Capitis vlcera.*

*Ad Dysu- riam.*

*Psoras ab- stergit te- sta.*

*Ad Alopec.*

*Lib. 1. de compos. sec. loc.*



*Aduersus  
abortum.*

*Echineis  
ad partū re  
tinendum.*

*De gener.  
anim.*

*Ad secundas  
expellendas  
Lib. I. de  
morb. mu-  
lieb.*

*Ad scabiē.  
Ad lepram.  
Lib. I. c. I.  
de compos.  
med. sec. lo.*

*Ad calculum.*

*Ad canis va-  
biōis mors?*

*Li. 14. c. 4.*

etiam cicatricibus pilos creat, sic ille, & rursus, aut Echinorū marinorum testas crematas benè tritas irrigatu cum melle, & illine. Aduersus abortum Echinum valere Aëcius tradit his verbis. His quæ ob naturalem retentricis facultatis imbecillitatem abortiuntur, innata quadam proprietate Erinacei terrestris corium crematum opitulatur, si aqua, aut vino dilutum propinetur, & pudendi mulieri orificio illinatur. idem potest Echinus Marinus, & Nitulæ viuentes vstæ. Hæc ille, licet autem suspicari, inquit Zoographos, vt Echeneidem aliqui crediderunt alligatam partus continere ad maturitatem, sic eandē cōtra abortus vim Echino etiam adtribuisse, occasione à vocabulo sumpta ἀπὸ τῆ ἐχέιν, ac si non solum naues illa retinere, hic verò suis infixæ aculeis, sed omnino arcana quædam cohibēdi vis vtrique inesset. Et huiusmodi quidem superstitiones in alijs quoque rebus innumere sunt. Contra vrinæ stillicidia optimi sunt Echini, teste Philosopho, quem locum citans Matthiolus reprehendit Paulum Iouium, qui in suo libro de Romanis piscibus Echinometram Aristoteli destillationibus vrinæ opitulari dixerit. In causa est frigiditas, inquit, non solum, vt pilus, sed etiam cutis terrena, duraque uadat: indicium, vel echini Pelagij (ὀύντοι) faciunt: quorum vsus contra vrinæ stillicidia est, quippe qui frigiditate maris præ alti, in quo degunt (sexaginta enim, atque etiam amplius, passuum gurgite oriuntur) ipsi quidem exigui sint, sed aculeos grandes, durosque gerunt, causa magnitudinis est, quòd incrementum corporis in ipsos conuertitur. cum enim parum caloris obtineant, neque concouere possint, multum ob eam rem habent excrementi: aculei autem, & pili, & reliqua generis eiusdem excremento nascuntur. Duri verò, & rigidi modò penè lapidis constant propter frigus, & gelu. Hoc genus Echini, inquit Niphus, medici conterant, vt scribit Philoponus, ac stranguria laborantibus humori alicui admiscentes in potu tradere solent. Ad expellendas secundas Hippocrates echinos marinos tres tenuiter tritos in vino odorato bibendos dari iubet. Echino marino si corpus scabie infectum perungatur, ad sanitatem redire prodit Aelianus; Et echini combusti cinis illitus lepram sanat, vt Kiranides mouet, & omne vlcus illicò ad cicatricem reducit. Alopeciam quoque, teste eodem, cinis sanat, & densat cum adipe vsino, vel Delphino, aut Porcino illitus. Echini mari apud Galenum recepitur in medicamento quodam, quod caluitium prohibet, & pilos generat. Ibidem cum medicamēta quædam pilos disperdentia ex comptorijs libris enumerasset, subiūgit. Quin & fortiora his componunt, ex echinis marinis nimirum, & Salamandra in oleo coctis ammiscent autem ipsis, & Alcyonia, & Sandarachen, & quæcunque alia eius generis existit. Cutem in alopecijs replere cinerem echini cum carnibus suis cremati, ait, Plinius, qui etiam contusos cum suis spinis, & è vino potos ad pellendum calculum probat, modis singulis (inquit) hemina bibitur, donec proficit: & aliàs in cibis ad hoc proficiunt. Ventrem mouere Echinos suprà diximus, idque multi auctores scripsere, inter quos Trallianus. Epileptici si ex echino, inquit, sumere per interualla capiant, non alienum est, quippe habet aliquid ventri ducendo, stomachoque firmando, & vrinæ citandæ commodum, & rursus, Eorum, qui vomica (empyemate) laborat, si sordidum vlcus fuerit, vt puris euacuatio promoueat, echinum eos sumere non prohibeto, & in diabete echinum esse cauendum monet. Aretæus in curatione Elaphantiasis: In cœna, inquit, apponantur marina quotquot ventrem subducunt, ostrea, echini &c. Echinos ex aceto Epinictidas tollere, auctor est Plinius. Eisdem quoque, vt idem ait, comburi cum viperinis pellibus, ranisque, & cinerem aspergi potioni iubent Magi claritatem visus promittētes. Morsus, inquit Rufus, à cane rabioso in cibo echini profunt recentes cum vino mulso. Aëcius in cura colici affectus à frigidis, & pituitosis humoribus remedium affert ex quibusdam ostreaceis, & interea quoque ex echinis. Ex ostreorum genere, inquit, purpuræ, & buccina reliquis præferēda sunt: deinde Pelorides præstant: postea echini recentes, deinde quæ propriè ostrea vocantur, reliqua verò relinquenda sunt. Trallianus in eodem affectu nimirum colico, sumuntur inquit, pisces durioris carne, utilis, & echinus est: vt qui præterquam quòd contemperet, refrigeretque propterea etiam stomacho gratus est, aluumque, & vrinam mouet: quibus nihil est præstantius. Ad stomachum hebescentem echinum marinum haud parum proficere, & vesicam vacuum facere Aelianus pariter ex alijs affirmavit. Atque hæc sunt quæ ferè de echinis marinis exarata apud scriptores inueni.





A

DE CONCHYLIIIS DITHYRIS,  
SIVE BIVALVIBVS,

Et Primùm

DE CONCHA MARGARITIFERA,  
SEV BERBERI. Cap. XLI.

## ORDINIS RATIO.

**I**NTER bivaluia, siue, vt philosophus vocat, διδυρα, de quibus nunc scribendum est, ita postulante ordine, concharum genus cæteris præferendum videtur. Non enim conchæ nomen vniuersaliter pro omnibus testatis nõ accipimus, sed pro ijs potissimùm, quæ inter ea duabus testis, ijsq; leuibus præditæ existunt. De cæteris conchæ significatis plenè supra dictum est, Cæterùm cum varia sint concharum genera, illæ iure omni merito cæteris præferantur, quæ margaritas ferunt, margaritiferae inde nuncupatae.

## SYNONYMA.

**Q**VI SMODI conchas. Galli teste Rondelerio Nacre de Perles, Itali madre de Perle, hoc est matres perlarum vocant, & virosq; imitati Germani, & Belgæ Peerle mutter; quod frequentiores, & meliores Vaiones in his, quàm in alijs conchis, aut Ostreis inueniantur. Perlam enim hæ nationes vocant Vnionem, Latinis, & Græcis Concha Margaritarum, seu Vnionum, & Concha Indica dicitur, quod apud Indos plurima nascatur, apud quos βέροβερσι dictam fuisse, Androsthenes in Indiæ navigatione scribit, citante hunc Athenæo: Berberi inquit Gillius ab Ariano vocantur nostræ matres Perlarum. Itinerum Indicorum scriptores isti hodie Concham grandiores baccas ferentem Charippo in India appellari tradunt. Sunt qui Concham Cytheriacam Martiali dictam eandem existiment, nobis autem, quod & Zoographo placuit Cytheriaca non alia videtur quàm Venerea, à quibusdam dicta Cõcha, vulgò Porcellana. Concham ipsam Margaritiferam, inquit Zoographus, si de genere bivaluium sit, Germanicè vocabimus Perlemuschel, sin Cochlearum genus Perleschnegh: qualis est Cochlea margaritifera.

*Matres perlarum.**Concha Indica.**Cõcha Cytheriaca ij Martials.*GENVS. DIFFERENTIA.  
DESCRIPITIO.

D



**C**ONCHARVM, quæ margaritas ferunt Plinius (lib. 32. cap. 11.) multa genera recenset, cuiusmodi sunt, pentadactylimelicembates, echinophora, & permulta alia. Recentiores quoque infinita numerant. Sunt enim, vt ait Albertus, quæ margaritas, sunt, quæ non ferunt, quamuis omnes conchæ habeant aliquid de natura margaritæ. Nos hîc de vulgò margaritifera vocata agimus, quam Androsthenes apud Athenæum in Indiæ naviga

*Lib. 3.**Descriptio.**Li. 9. c. 35.*

tione ad hunc modum describit: Ostreum aspectu Pectini simile, Concha non striata, sed plana, spissa, (λείον τὸ ὄσπρακον ἔχει καὶ δασύ: quod non fideliter transtulit Plinius, hirsuta echinorum modo; idem quoque non striata εὐ διαγυγλυυυυον insecta vertit) nõ vtrinque aurita Pectinis modo, sed vna tantum parte. In eius carne gemina concrefcit, vt in suilla

grando



*Concha mar-  
garitifera  
Rondeletij  
descriptio.*

*Magnitudo*

grando: modo colore adeo similis auro; vt cum eo collata, non facile internoscatur, modo argentei coloris: modò omnino alba, & oculis piscium similis. Concha quam Rondeletius depingit pro matre Vnionum, magna est, modicè caua, spissa, figura Pectinũ amula: vna enim parte aurem habet, & foramina parua, quæ non permeant. Altera rotunda est, argentei coloris, & splendoris; maximè in interna parte, externa nonnihil flauescit. Tota læuis vnionum modo. Hæc sane Concha cum superioribus Androsthenis verbis tam bene conuenit, vt certò mihi persuadeam, veram esse antiquorum concham Indicam, quæ *βίβρα* olim in India dicebatur, in huius testa vniones adnatos sæpe cernere licet, veluti in ea, quam hic appingi curauimus, hæc interdum tam grandis in India reperitur, vt referant inuentam in mari insulæ Bornæ, cuius caro pondo septem, & quadraginta librarum pependerit. Differunt quodammodo ab ea, quæ hic subiiciunt rudimentis item ambæ prægnantes, quarum prior tota est argentea, altera colore rubicundo flammeo micat.


### Concha margaritifera nostra.





Concha argentina cum lecto margaritarum .

Concha Margaritifera alia colore rubeo flammeo cum rudimento perlarum.





## VSVS IN CIBIS ET VARIIS.

*Carnium  
esus.*

*Supellecti-  
lia ex ea  
fiunt.*

*Navig. ca.  
34.*



**H**ARVM carnes quandoq; ab Indis crudæ, quandoque assæ comeduntur, vt apud nos Ostrea, gustu suaues palatoque gratas asserunt. De iisdem for-  
tassis hæc Diodorus Siculus: Ichthyophagi cum per tempestatem piscari nõ  
possunt, Conchas legunt permagnas, quarum testa saxis attrita, interiore  
carne cruda, sapore Ostreis persimili vescuntur. Testæ harum Concharum  
ad varia supellectilis genera, ornatusq; eximios seruiunt Indis. Nam & capsæ, pocula, co-  
chlearia, mensæ, scipiones mulierum, tabulæ lusoria, & alia hisce Ostrearum testis ornan-  
tur. Enimuerò ex China multa talia figuris, flosculis, ac imaginibus decorata in Lusitaniã,  
aliasq; partes deferuntur, præcipuè tamen in India expetita, vbi nulla penè domus est, quæ  
non aliquid elegantiarum habeat ex hisce Ostreis. Indorum quoque mulieres armillas, si-  
ue monilia eiusdem operis amant, ac, vt refert Hugo Linschotanus, in pretium virginita-  
tis eripiendæ sedulo deposcunt. Conchæ, inquit Albertus, habent testas subtilis, & tenuis  
labij in extremo, vbi coniunguntur: aliæ perquam densas: Vt genus illud, è cuius testa fiüt  
monilia, & manubria cultellorum; quæ sanè Albertus mihi videtur de nostris Conchis  
scripsisse.

## DE MARGARITIS.

Cap. XLII.

## ORDINIS RATIO.

*Margari-  
tas quæ pro  
ferant.*



**M**UNC tempestiuum est de Margaritis differere, tanquam prædictarum cõ-  
charum filijs. Nam quamuis omnia ferè bivaluia has producant; tamen  
plurimas, atque optimas eæ conchæ, de quibus iam egimus. Eundem ordi-  
nem doctissimum Rondeletium obseruasse video, non alio, quod sciam, ar-  
gumento ad id compulsus. Vtilitates quoque summæ, quæ ex hisce ema-  
nant cum ad salutem humani corporis, tum verò potissimùm ad ornatum principum, &  
nobilium matronarum, item insignia, ac memoranda pretia earum cupiditatem hoc loco  
tractandi nostram auxerunt, quanquam non me lateat, qui ceu nimium seueri, ac φιλο-  
κοσμίας osiores, vniones principum luxus, mulierum cupedias, deliciasq; lictores, & super-  
bias appellarunt, cum natura ad perpetranda vitia nihil profus generet.

## Æ Q V I V O C A.

*Lib. 1.  
Margarita  
arbores.*



**A**TOR libri de plantis, qui Aristoteli falsò adscribitur, arbores Aegy-  
pti recenset, quas vocant Margaritas, earumque fructus è radice suspendi  
aiunt. De iisdem hæc scripsisse videtur Plinius: In meridiano orbe præci-  
puam obtinent nobilitatem palmæ syagri, proximamque Margarides. Eæ H  
breues, candidæ, rotundæ, acinis quàm balanis similiores. Quare & nomē  
à Margaritis acceperunt. Vna earum arbor in chora esse traditur, hæc ille.

*Bellis mi-  
nor.*

*Margarita  
insula.*

*Li. 15. c. 8.*

*de animal.  
Chrystall.  
Beryllus.*

Meminit & earum Aelianus. Galli Margaritam vulgò vocant florem vrbani, quem me-  
dici quidam vulgò primulam veris, vel consolidam minimam nuncupant, nos bellidem  
minorem Plinij. Margaritam Bononia. Nominatur etiam Margarita insula in Indico  
mari à Petro Martyre, & vulgò Cosmographis insula Perlarum, propter magnam Vnionũ  
copiam, quæ circa eam reperitur. Margarita Indica terrena Aeliano dicitur naturam ha-  
bere non propriam, sed foetura esse crytalli; non gelu concrefcentis, sed fossitij. Ad quæ  
hæc annotat Zoographus: Chrystallus quidem in alpibus nostris foditur, eaque ma ior, &  
pulchrior est, quàm quæ saxis, aut rupibus adnascitur: & Beryllus lapis cum crytallo simi-  
lis est, tum nomine ad Perlam, id est, Margaritam accedit: sed figura, & magnitudine neu-  
tra Margaritæ respondet. Margarita nomen proprium sexui muliebri in baptismo imponi  
solitum.



A solitum, à Margarita factum videtur, & à pulchritudine, blanditijs, & amoribus penitus profectum. Vnio dicitur alterum cepæ genus, capitatum, quod serè circa ceruicem in ca-

Vnio cepæ  
genus.  
Lib. 1. de  
re rust.

SYNONYMA.



RÆCI plurimis modis Margaritam vocant. Theophrastus, Aelianus, & Arrianus μαργαρίτων masculino genere. ἡ μαργαρίτις λίθος dicitur Androstheni apud Athenæum, nisi ibidē μαργαρίτης rectius scribamus, vt apud Theophrastum τῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων ἐστὶν ὁ μαργαρίτης καλέμενος, Id est. Ex admirandis verò lapidibus is est, qui Margarita vocatur. Patet igitur, Cardanum vehementer ineptire: qui negat Margaritas esse lapides

Lib. de  
Lapid.  
Cardani  
ineptia.

B propriè: quoniam & celerrimè senescunt, & alia quædam lapidum naturæ dissimilitudo habeant, cum hic Theophrastus inter lapides θαυμαζομένους numeret, & Androsthenes apud Athenæum μαργαρίτης λίθον vocet. Μαργαρον neutro genere ex Pausania adfertur. & μαργαρος ἴσδος ex Aeliano, & Iohanne Tzetze. Hanc ipsam gemmam vocari etiam Indi- πὸν λίθον aiunt, & Luciano λίθον ἐρυθραίων. Margarita à latinis authoribus semper serè masculino genere profertur; rariùs neutro. Varro utroque genere, & Margaritam, & Margaritum dixit, vt Nonius Marcellus annotauit. Macrobius Augustum refert in epistola ad Mœcœnatem, quem familiariter ambat, vt insolentem eius, & affectatum sermonem notaret, hanc clausulam adiecisse: Vale mel gentium: ebur ex Hetruria: Tyberinum Margaritum. Solinus etiam affectatæ dictionis auctor Margaritum genere neutro dixit. Sed & D. Hieronymus fulgens Margaritum. Sunt qui ex Arriano tradant Margaritas lingua Indica sic appellari verba Arriani hæc sunt: Hoc quoque aliæ Indorum gentes de Hercule affirmat, quòd cum mare Indicum, & terram vndiq; peragrasset, purgassetque eam omni vitio, in mari inuenerit cinædum (κιναιδον Bartholomæus Fascius Margaritam vertit: sed Indi fortè Margaritam Cinædum vocant, vt ex sequentibus colligimus) ornatum muliebrem: quales qui hæc ad vsque tempora ludæi causâ merces inde deferunt, multo studio comparare solent. Sed & ex Græcis olim, & Romani hoc tempore, quicumque diuites, & beati putantur, maiore etiam studio sibi comparant: margaritam scilicet è mari, quam Indorum lingua sic (cinædum scilicet) nominat. Earum verò pulchritudinem admiratum Herculem, ceu ornamentum maxime decori gestatu vndecunq; ex mari, quas filia (Pandæ) ornanda donaret, conquiri iussisse Margaritas. Ex his Arriani verbis iudicent studiosi, Cinædusne, vt Zoographo videtur, an Margarita, vt quibusdam alijs doctis viris, Indicum nomen sit huius gemmæ. Isidorus Latinum nomen non Indicum Margaritam facere videtur, dum à mari hoc nomen deducat. Sic enim scribit: Margarita gemmarum candida prima: quam inde Margaritam aiunt vocatam, quòd in Conchulis marinis hoc genus lapidum inueniatur. Margarita corripit secundam, & tertiam producit: vnde quidam sic cecinit.

In Arcad.  
Indicus la-  
pis.  
Margarita  
Margaritæ  
Satyr. 24.

Lib. 8. de  
reb. Ind.  
Cinædus.

Margarita  
vnde dicta  
Li. 15. orig.  
Profodia.

C Placet odore margarita lacteo. Versus est iambicus trimeter. Vnione quoque vocantur; quod nomen Aelius Stilo Varro- nis magister Iugurthino bello impositum maximè gradibus Margaritis, teste Plinio, pro- didit. Dòs omnis, inquit idem, in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud prom- ptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti: Vnde nomen Vnionum. Quæ ver- ba Plinij non bene intellexit Solinus eius abbreviator, dum sic scribit. Nunquam duo si- mul reperiantur: vnde vnionibus nomen datum. Nam indiscretum Plinio est indifferens, indistinctum, aut profus simile; quo vocabulo & alibi in hac significatione vtitur: Imagi- nes, inquit, adeo similitudinis indiscretæ pinxit, vt &c. Sane duos nunquam in vna Concha reperiri Vniones simul verum non est: cum simul innumeræ quandoque refe- rantur, postea referemus. Singuli quidem, & discreti, hoc est non cohærentes inter se reperiri solent: verum non ab eo Vniones dictos Plinius igitur inuit: sed quoniam nul- lus alteri ita similis inueniatur, quin, vel magnitudine, vel colore, vel figura, vel alio quopiam discrimine differat. Quanquam, & hæc Plinij verba leguntur cohæ- rentes: Videmus in Conchis hac dote vnguenta circumferentibus, vbi cohærentes pro

Vnio.  
lib. 9. c. 35.  
Vnionis est  
mon.  
solini error.

Indiscretus  
quid Plinio  
Plures quæ  
vni in v-  
na concha.

Plinius ex-  
plicatus.



Bacca pro  
vniōne.  
In Cilice.

co quod est suis Conchis, & testis adnatos Vniones accipit Zoographus, non ipsos inter se concretos. Aliud sensit Marcellinus his verbis: Testæ rore grauidæ Margaritas edunt minutas binas, aut ternas: vel Vniones sic appellatos quod eius terræ (cuiusmodi) Conchulæ singulas aliquoties pariât, sed maiores. Baccâ pro vniōne acceperunt probatissimi auctores. Virgilius; — Nec Indi

*Conchea bacca maris pretio est.*

Et Horatius: *Filius Aesopi detractam ex aure Metella,  
Scilicet ut de cœcis solidum absorberes, aceto  
Diluit insignem baccam.*

Lapillus.  
Pretiosi lapides.  
Seruij inepia.  
Erythraei lapilli.

Generali etiam nomine vocamus lapillum Margaritam. Nam lapillus, & gemmarum Margaritarum commune est nomen, subintelligiturque pretiosus, quod si maiusculi fuerint, pretiosi lapides dicuntur, ut author Perottus. Nam quod Seruius scribit gemmas diuersi coloris esse: Margaritas verò albas: vel gemmas integras: Margaritas verò pertusas, planè est ridiculum. Sabinus Iurisconsultus Margaritas scribit lapillorum nomine non contineri: sed hoc falsum esse multorum exemplo declarare possumus. Curtius: lapilli auribus pendent: Idem alibi: Pendebant ex auribus insignes candore, & magnitudine lapilli.

Horatius:

*Nec magis huic intra niueos, viridesq; lapillos.*

Vbi profecto de Margaritis, & Smaragdis intelligit, lapillos Erythraeos vocat Martialis, & gemmas Erythraeis erutas vadis. De Conchis Margaritifera, inquit Isidorus, tradunt, qui de animantium naturis scripserunt, quod noctu littora appetant, & ex cœlesti rore Margaritam concipiant, vnde & Eccœole nomenitur. Alibi autem nusquam inuenire est Eccœolæ nomen; & fictum videtur, ac innuere Margaritas ex cœlo à sua Concha concipi. Arabicè dicitur Margarita Hager (id est apis) Aluo, siue Albalo, Syluatico, vel ut Monachi interpretes Mesuè legunt, Albato & Albaro. Alio far voce minores Margaritas intelligunt etiã Arabes voce corrupta, ut scribit Iohannes Fregosus Hispanus medicus insignis, ex Iulfar portu maris Persici, vbi præstantiores generantur. Eodè vocabulo vtitur & hodie Lusitani. Nam Iohannes Hugo Linchoranus tradit baccas maiores Lusitanos Perolas appellare; minores Aliofas, Arabes Lulu: Persas verò, & cæteros Indos Motij, Malauares Motu. In Insula Cubagua India Occidentalis, Patia, & Curiana regionibus dicuntur Vniones The-noras, & Coriscias, alijsque nominibus pro linguæ varietate, ut Petrus Martyr, alijsque tunc in Indiam hanc scriptores prodiderunt. Hodie in Græcia *Μαργαρίται* dicitur. In Italia Perla vulgo, vel perna, ut quidam scribunt. Gallis, Germanis, Anglis, Belgis Perle. Hungaris Dragako, Gyongy. Polonis Perl'a.

Hager.

De Indic.  
medic. c. 11.  
tract. 1.  
Capit. 86  
Naut. in  
diam Orië.

## Q V I D S I N T.

Lib. de ha-  
bitu mulie-  
bri.

Pustula Cō-  
cha.

Lib. 19. D.

aurō, &

arg. loq.

Rubri ma-

ris grana-

Nec gemis,

nec lapillis

contineri.

An pars Cō-

cha, an mor-

bus, an ex-

crementū.

Li. 3. c. 72.

Ossa non

esse.

Li. 9. c. 35.



ARGARITAM Tertullianus pustulam Conchæ siue duram, & rotundam verrucam esse ait. D. Hieronymus rubri maris grana vocat. Vlpianus vult nec gemmis contineri, nec lapillis, quia apud rubrum mare crescit, & coalescit Concha. Dubita ut etiam summi viri, sit ne Margarita Conchæ pars, an excrementum; an verò morbus. Dicitur apud Philostratum lapis, qui in Ostrea cordis locum habet. Ossa Vniones appellauit Chares Mytilenæus apud Athenæum his verbis. Chares Mytilenæus libro septimo hystoriarum Alexandri ait: Capitulum verò in Indico mari, & circa Armeniam, Persidem, Susianā, Babiloniam Ostrea quiddam simile, quod magnum (*αἰσὶν* vegetum, & plenum) est, & oblongum, habetque intus carnem multam, albam, suauissimi odoris, cuius exempla ossa Margaritas vocant, ex quibus monilia componunt &c. Quæ sanè sententia prorsus à veritate aliena est. Nam si vniones Ostreorum ossa essent, ij semper in omnibus Ostreis reperirentur, ut inquit Rondeletius, cum ossa ad corporis fabricam necessaria sint, veluti partium reliquarum fulcra, quod falsum esse docet experientia. Idque contra Ostreorum naturam est, qua similiter atque crustata molle intus habent, nec durum quidquam; sed foris, ut re-æt scripsit Aristoteles. Fuerunt qui existimant Concharum veluti nucleos esse. Plinius partus: alij Concharum grandinem, quorum opinio multis, & Rondeletio admodum ar- rider, ut postea dicitur planius, cum de generandi modo sermo fiet.

GENVS.



# GENVS. DIFFERENTIA.

## DESCRIPTIO.



ORPVS Vnionum solidum esse manifestum est, quod nullo lapsu frangantur teste Plinio. Differunt in primis magnitudine, colore, figura. Magnitudine sunt enim maiores, minoresque. Petrus Martyr: In eodem, inquit, sinu (noui orbis) auiti grandiore[m] quandam esse intellam, in qua Conchylia giganti feruntur umbellam æquantia magnitudine: à quibus vniones, Conchylium corda, eruuntur, faba, & interdum olea (oliua) grã-

diores: & quos Cleopatra optare potuisset. Et alibi Ad insulam Solon, inquit, Castellani Margaritas magnitudinis ouorum turturum, aut aliquando gallinarum, reperiri intelligunt: sed propter anni tempus non ceperunt. Ostreum tamen cepisse se testantur, cuius caro septem supra quadraginta librarum fuerit, ut Maximilianus Transylvanus scribit. Hæc ille. Itaque non usque adeo mirum videtur, tam magnos reperiri vniones. Ex Moionibus, quos à rege insule Indiarum Occidentalis Euhagoræ acceperat Gasparus Mopeles, vnus erat magnitudine nucis, venditusque in Darsen auctione habita castilianis (genus est monecæ Hispanicæ) mille ducentis, huncque cependisse ait Gonzalvus Ouedus siliquas triginta & vnas. Alioquin maiores Cubaguarum insula raro excedunt quinque siliquas. Idem Gonzalvus Ouedus Panamæ (ciuitas est Indiarum Occidentalis) Vnionem magnitudinis pilæ arcus rotundissimum, pondereque siliquarum viginti sex venditum scribit. Sunt Conchæ margaritiferae prope insulam Borneo dictam, Vniones ex illis oui gallinaceæ magnitudines, & in regis corona quosdam æquare auferuntur. ouum memoria proditum est, tantaque rotunditate, ut mensæ impositos vno in loco haud maneant, sed continuo tanquam argentum viuum moueantur. Tam magni sane rarissimi sunt, & ad nostros principes adhuc nondum perlati. Ultra semiunciales inuentas negant teste Solino. Petrus Alfonsus Magnus, & socii cum ex Curiana discederent, sex & nonaginta se libras vnionum octuociales, pretio fonte quinq[ue] solidorum comparasse cognouerunt. Vnionum multi auellanas æquant, orientales libris similes: sed quoniam male perforati, non tanti pretij sunt. Me presente, inquit, Petrus Martyr, cum apud illustrem Mithyæ Sydoniæ ducem inuitatus pranderem H. B. (vnum dicere debuit si vnionem intelligis, sed de vno incredibile hoc p[ro]dus est, forte vna)

legendum nam plurius numerus mox sequitur) supra centum vncias venum ad eum tulerunt. Sua profecto pulchritudine, venitorum, me delectarunt. Sunt qui Nigum ferant non in Curiana, quæ centum viginti amplius leucas distat ab ore Deacanæ: sed in Cumana, & Manacapanæ regionibus, ori & Margaritæ insulæ vicinis, vniones habuisse: negatq[ue] Curianam feracem Margaritis. Sed in Conchis Margaritifera. Testatur Theophrastus apud Athenæum magnitudinem vnionis, qui in ostreo Pinnae simili nascitur amplioribus piscium oculis par esse. Colore quoque plurimum variant. Androsthenes in India navigatione apud Athenæum ait alias Margaritas aurei coloris esse, & usque adeo, ut ab auro vix dignosci queant, si proprius ad id admotæ sint, alias argentæas, oculisque piscium similes. Propius ijs color splendidus est: Theophrastus enim ad hunc modum ait: Inter illa quæ miramur, est profecto Margarita, natura pellucida, è qua pretiosa monialia fiunt. Coloris sunt Margaritæ, inquit Albertus, ac si parua lux penetraret in inultum album, & ideo nitentes. Sunt & suffuso colore, atque luenti, item ruffi, & parui quales circa Bosphorum Thracicum reperiuntur, teste Plinio, qui etiam gradini similes, quasdam memorat &

enormes, ferè colorisque marmorei, aliqui legunt concolores marmorum. Figura aliæ sunt rotundæ, aliæ oblongæ, planæ ab vna parte, altera concauæ, tubris inæquales, quædam pyriformis, aut oualis. Horum quibusdam idcirco diuersa nomina. Elenchos appellant, ait Plinius, fistigata longitudine alabastrorum figura in plenioribus orbibus delineantes: vbi Mallarius Elenchi, inquit, sunt Vniones facie turbinate, ut exemplo scilicet in tenue deficietes, quos pyramoda vocat. Et rursus: Elenchon Græci Indicem interpretantur: cuiusmodi est apud Plinium primi libri inscriptio. Nam, & libros Elenchorum scripsit Arist. Alabastrum vero erat vas vnguentarium forma turbinate, sine anfulis, quod ex lapide alabastrite onyche antiquitus appellato, fiebat, quoniam, ut inquit Plinius, optimè vnguenta incorruptam eo feruari dicitur. Perotus putat hæc Margaritas Elenchos dici, quod quomodo librorum indices, & pulchritudine, ac varietate colorum, & magnitudine litterarum libros exornant, & res alias sui indices ita huiusmodi habitum illud trahat, & quasi indices eorum videantur esse. Iuuenalis: *auribus extensis magnos commisit Elenchos.*

Solidū corpus. Li. 9. c. 35. Magnitudinis differunt.

Margaritæ magna.

Li. 9. c. 35.

Li. 9. c. 35.

Li. 9. c. 35.

Decad. 1. lib. 8.

Color.

Lib. de lap.

Li. 9. c. 35.

Elenchos. Li. 9. c. 35.

Alabastrum.

Lib. 36.

Elenchi cur Margaritæ dicuntur.



*Cylindrū  
ab Elencho  
differre.*

Magna eorum stultitia est, qui Cylindrum, & Elenchum idem esse putant. Quippè Cylindri lapilli sunt teretes, hoc est oblongi, atque volubiles, instar eius columellæ, qua æquandis arcis vumur. Huiusmodi enim formam Cylindrum vocamus, ἀπό τῆς κυλίειν à voluendo.

*Area tum primū ingenti est æquanda Cylindra.*

*Dos earū  
in fulgore.*

Atque tali forma non reperiuntur Margaritæ quas natura, non ars, facit. Etenim si artificium addes, statim deficit fulgor, in quo omnis earum duos consistit. Cæteri verò lapilli magna ex parte fieri teretes possunt: ut puta berylli, smaragdi, & alij similes: quos non auribus suspendere mulieres, sed circumdare collo, & innectere monilibus, sive alijs ornamentis consueverunt. Iunenalis:

*Tu nube, atque tace, donant arcana cylindros.*

Idem alibi:

*Nil non permittit mulier, sibi turpe putat nil,  
Dum virides gemmas collo circumdedit.*

*Poyrette.*

Elenchum inquit Baysius, Galli Poyrette vocant, Elenchorum meminit Iureconsultus in l. Pediculis, parag. finali, hoc tractatu, Cùm autem ait Plinius, & proceribus sua gratia est: de illis fortassis sentire videtur, quos cylindros Paulus vocat in l. Pediculis ad finem in eodem.

*Cylindri q.  
Lib. 37.*

Siquidem cylindri sunt teres, & oblongi, sicut etiam ex alijs lapillis. Plinius, ubi de beryllis: Indi mirè gaudent longitudine eorum. Et mox subdit: Ideo cylindros ex ijs facere malunt, quàm gemmas: quoniam est summa commendatio in longitudine. Hætenus Plinius. Quibus Plinij verbis intelligere est, cylindros, & elenchos in eo differre, quòd Elenchi sint fastigiata longitudinis: Cylindri verò proceritatis æqualiter orbiculata. Quod si verum est, nolter Sipontinus ista non satis procepisse videtur. Conchis interdum adhærescunt Margaritæ, quæ non nisi lima auferri possunt: hæc Plinio teste Tympana appellantur. Codices antiqui, ut annotat Massarius, Tympania scriptum habent, ut sit à tympano: quemadmodum inferius Crotalia à crotalo, non crotala nuncupavit. Est autem Tympanum instrumentum ex vna parte tumidū, & rotundum, ex altera planum membrana clausum intus vacuum, vulgò vaccarum vocatum: quod baculo feritur cùm turmæ æquitum ad pugnam concitata sunt. Inde Margaritæ quæ ab vna parte tumidæ, seu rotundæ sunt, ab altera planæ, à tympanorum similitudine tympania nominantur. Fenestella (qui nouissimo tempore Tyberij Cæsaris claruit) Tympana scribit se iuvene appellata

*Li. 9. c. 35.  
Tympana.  
Tympania.  
Tympanū  
quid.*

*L. Pediculis.*

etiam Paulus Iureconsultus. Nos præter has à Plinio commemoratas differentias formarum, inultos plures obseruauimus hac tabula depictas, à Petro Stephanone antiquitatum studiosissimo mihi benignè communicatas. Qui primo, & secundo loco ponitur, triorchitem Vnionem nominavi, priapum triorchitem æmulatur. habebat enim tres testiculos ad instar triorchis herbæ, & inter illos erat hoc discrimen, quòd duo essent perfecti, tertius verò adhærebat dextro testiculo in posteriori parte, oblongam quodammodo figuram gerens. In anteriore parte videbatur habere foramen, vel saltem figuram foraminis, pendebat vndecim ceratia. Tertius per se ferunt partem racemi vix labruscæ nuncupatæ, & cadmiæ botritis Dioscoridis. Sed tertius inæquales habebat Vniones magnitudine, tres inuicem coniunctos eiusdem ferè magnitudinis, quibus adhærebant nouem imperfecti, alij figura trigona, vna cum maioribus; decem siliquas pendebat. Octauo autem loco depictus octo habebat Margaritas, veluti acinos, coniunctas, ut prorsus æmuleretur etiam grana malorum punicorum, licet maiora essent, sed inter se ferè eiusdem magnitudinis. Ideoq; botrytem nuncupavi simpliciter, ut alterum botrytem inæqualem: erat hic pondere viginti sex ceratorū. Quarto, & quinto loco depingitur is, qui priapum cum duobus testiculis, & scroto imitabatur. Testiculorum alter altero maior erat. Qui inde sequebatur, extrinsecus in principio figura erat hamispherica. Erat autem eiusdem coloris, & splendoris cum primo loco delineato, pendebat siliquas decem & nouem, & granum vnum. Sequitur deinde Scolocites à Vermis repentis arcuatim similitudine. poterit & Saurites appellari: similis enim est lacerti foetui perfecto, cùm in eo conspiciantur rudimenta quædam quatuor pedum, capitis & oculorum. Erat hic pondere vnus siliquæ duorumq; granorum. Eiusdem generis est, & vndecimus. Nonus, & decimus quartus prorsus vermiculum illum, qui oritur in pericarpio, seu fructu ipsius displicet æmulantur. Vnicum duntaxat vterq; testiculum habet: & granū vnū pendet. Dedimus & duodecimus vocari possint Cynosorchites. Duo. n. huc adhærent testiculi, vnus maior altero. Erat pondere duorum granorum cum dimidio. In vltimo, qui ab vna & altera parte depingitur, tredecim erant Margaritæ simul iunctæ.

*Vniorchites.*

*Botrites.*

*Priapites.*

*Scolocites.*

*Cynosorchites.*



A



B



C



iunctæ, quæ squamas referebant quorundam piscium, inde squamosus Vnio dictus. longus erat duo digitos per transversum, latus digicum dimidium, pendeat granum vnum, & siliquas sex. Constant autem Margaritæ multis veluti corticibus, ut tunicatæ plantarum quarundam radices. Tetigit idiplum Plinius his verbis: Sani quidem partus multiplici constant cute non impropiè calum, ut existimari corporis posset. Itaque purgantur à peritis, ex hac Margaritarum constitutione causam coloris variegatis excogitavit Cardanus, ad hunc modum scribens. Colos eis, inquit, ut Pseudopalo, scilicet qui ex aspectu mutetur. Causa est, quoniam ex corticibus constant Margaritæ: quæ superficie vna politæ sunt, altera rudes. Experimentum sume pluribus speculis simul iunctis eodem ordine, ita ut nitida superficies tegat rudem alterius. Inde si paruas eas fixeris, atque adeo tenues, ut solum scabrum non diuisum, aut varium corpus efficiant: intelliges tandem qua de causa aspectus ratio colorem, ac splendorem mutet. Colosamen Margaritæ plærunque est candidus, nitidus, modicè fuscus, hunc à suis Conchylijs mutuatur. Hactenus ille.

Vnio squa-  
mosus.

Li. 9. c. 35.

Cur color  
mutetur.

Color vtrius  
Margaritarum, & vnde  
de.





## L O C V S.

*Vbi mare,  
ibi & Mar-  
garita.*



*In Britan-  
nia.*

*Li. 14. c. 6.  
Orig.*

*Lib. 15. de  
animal. 8.*

*In Casare.  
li. 9. c. 35.*

ON esset à vero equidem alienum dicere, vbi mare, ibi quoque Margaritas inueniri, quamuis non eadem vbiq; copia sit, atque præstantia. Fere inquam eas Europa, Asia, Africa, & India Occidentalis, quod ex susseque-  
tibus testimonijs facile fiet cuius manifestum. In Britannico Oceano copiosissimas esse refert Isidorus: Gagales lapis, inquit de Britannia, ibi plurimus, & Margaritæ. Et Aelianus: Idem (nimirum Vnio) in Occiduo Oceano, vbi existit Britannia, nascitur: sed magis fului coloris est, minusq; splendidus. Et Tacitus, de vita Iulij Agricolaë. Ferè, inquit, Britannia, & aurum, & argentum, & alia metalla gignit, & Oceanus Margarita, sed suffusca, & liuentia. Suetonius scribit C. Iulium Cæsarem in Britanniam nauigasse, spe Margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. Diuus Iulius, ait Plinius, thoracem, quem veneri generici in templo eius dicauit, ex Britannicis margaritis factum voluit intelligi. Idem de vnionibus. In Britannia paruos, & decolores nasci, certum est. Cecinit hoc quoque Iohannes Tzetzes.

*Ev Bpetauois δὲ γινονται, καὶ χάραις ταῖς ἑτέραις,*

*τὴν μὲν ἀχρὸν, πῆ δὲ κίρρον καὶ τῶν κακοσφαίρων. id est.*

*In Britannijs autem fiunt, & regionibus alijs,*

*Alibi quidem pallida, alibi autem ruffa, & alibi non bene rotunda.*

*In Scotia.*

*Viduarum  
cupedia.*

*Scotia Mar-  
garita.*

*Cur iam  
in Oceano.*

*In Bohe-  
mia flumio  
quodam.*

*L. 15. c. 8.  
In sinu Per-  
sico.*

*Lib. 16.  
Geograph.*

*Lib. 3.  
li. de Pers.  
cap. 2.*

In Scotia plurimas reperiri ex his Boethij Scoti verbis liquet: Conchæ, inquit, quæ torno fastigiatas à capite testas habet, maculisque asperfas, longo interuallo reliquas (vt etiã factum silcam) superant. Quippe adeo nonnullis in locis delicatæ, vt non immeritò apud veteres gulæ primatum obtinuerint: vt viduarum vulgò cupedia (Sophron σαλῶδες, id est digitos Concharum generis, χερῶν ζωατικῶν λίχνημα nominat) sint: quanquam in quibusdam fluminibus, idq; præsertim Dea, Donaq; esui ineptæ iudicentur. Hæ apud nos magno numero repertæ, limpidissimis, purissimisq; amnis, ac nullò vnquam limo turbidis, qua profundissimi sunt agere gaudent: in eisq; solis Margaritas concipiunt. Et paulò post: Sunt etiam eiusdem ferè generis Conchæ in oris Hispanicis, quarum testas, qui peregrini à Diuo Iacobo redeunt, adferunt, propterea quòd aqua salsa viuant. Nam & circumquaque in littoribus Scotici maris ingens natat, sed sterilis multitudo. Et Cardanus ait: Constat in Oceano, vbiq; inueniri posse, etum & in meridionali plagæ tanta sit illatum copia, & sub septentrione in Scotia plurimæ inueniantur. Vidi in capite puellæ Edimburg: è Scotia fertum è septuaginta circiter Margaritis Scoticis, & pari, & insigni magnitudine. Sunt etenim & ipsæ candidæ, rotundæ, lucidæ, vt Indicæ: splendore tamen, & magnitudine Indicis inferiores, nam Scoticæ, quæ maximæ sunt, vnguis minimi digiti magnitudinem vix vnquam superant. Vidi etiam Mediolani è Scotia delatas, nec vile illis pretium: nec tam ingens, vt Indicis. Cur autem non nisi in Oceano, nec in temperatis illius regionibus, vt neq; in Gallijs, aut Hispanijs: causa est, quoniam calor maior est in his regionibus, aut à continente, aut propter antispasim (per antiperistasis potius) vt in Scotia: à continente verò, vt in India: hæc Cardanus. Autor est Olaus Magnus nobiles Margaritas in Gothia, Suedia, & Finlandia, septentrionalibus regionibus capi. Est flumio, qui alluit pagum Hussinez in Bohemia, abundans magnis lapidibus: & pisce Truta copiosus. Præterea estate accolæ solent ex eo acervos Concharum eijcere, è quibus Perlas eximunt, alias maturas, & splendidas, quæ etiam annulis includuntur: alias immaturas, quæ medicis vsui sunt. Immaturas aliquando anatis deorandas obijciunt, & aluo redditas splendiores colligunt, vt testatur Zoographus. Est apud Volgesum montem in Lotharingia amnis Margaritarum ferax. Iuba in Bosphoro freto vniones nasci scribit teste Aeliano. Abundant in idem Persici sinus plurima loca, vnde qui deferuntur Orientales dici cepti. Hic enim sinus Orientalis est cum nostra Europa comparatus. Est terra Ormutij regno subdita, quam vocant Fulfar, pupulosa: vbi, & magnos, & paruos frequentissimè piscari tradunt. Nearchus, vt est apud Strabonem in Persicæ nauigationis initio, insulam esse in qua multæ, & pretiosæ Margaritæ gignantur, tradit, in alijs verò claros, & pellucidos lapillos reperiri: Et Isidorus Characenus in descriptione Parthiæ Persici maris insulam quandam memorat, in qua Vniones plurimi reperiantur. Hanc annotat Dalechampsius in Athenæo hodie vocatam Ormuz. Capiuntur autem maximi, vt refert Ludouicus Bartheina prope Ormutium tribus diebus itoeris.

Est for-



AEst fortassis locus hic Insula Baharem hodie nuncupatus, circa quam multæ inueniuntur Margaritæ parua, & magna. Incolæ ex earum piscatione multum lucri, vtilitatisq; capiunt, Rex enim huius insulæ, qui pareat regi Ormutij, alijq; mercatores Ormutenses eò proficiscuntur emendi Margaritas caussa pro vniuersa India, alijsque locis, quæ eas desiderant, etiam pro regno Narsinga nominato. Persæ quoque hanc frequentant, & Arabes, & quâuis vbiq; in sinu Persico vniones reperire est, veluti in Catyssa, & Camoron, ac Iulfar, non tamen ea copia, qua circa Baharem, vt refert Eduardus Barbarossa. Ideoq; eò rex Lusitanæ, qui piscationi Margaritarum præsit, mittit. Ad Bararen vicum maritimum adferuntur Margaritæ multæ, & egregiæ, Arrianus in Periplo maris rubri. Aliem est regio, inquit Andreas Bellunenſis, quæ incipit ab exitu sinus maris rubri vsq; ad principium sinus Persici: in quo est dictus locus duo maria, non multum distans ab insula Ormus, & in loco duo maria dicto expiscantur Margaritas cæteris præstantiores. E regione Urbis Colon ciuitas est, quæ appellatur Chail distans à Calecutio quinquaginta quatuor miliaribus, piscantur & hic Margaritas incolæ. Capitur in Indico mari circa Armeniam, Persidem, Susianam, & Babyloniam Ostreo similis Margaritifera Concha. Theophrastus, in India, inquit, & insulæ quædam maris rubri Margaritam ferunt. Idem tradit Philostratus, atque Plinius, qui & in profundo maris rubri quæri ait præstantissimi nitoris, splendorisque. Quamobrem D. Hieronymus rubri maris grana vocat Margaritas, & Martialis Erythræos lapillos, & gemmas Erythræis erutas vadis. De Margaritis Plinius: Indicus, inquit, has maximè mittit Oceanus inter illas belluas tales, tantasque, quas diximus per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis solis ardoribus, atque Indis quoque in insulas petuntur, & admodum paucas. Fertilissima est Taprobane, & Toidis vt diximus in circuitu mundi: ite Permula promontorium Indiæ. Hic pro Toidis quidam manuscriptus codex legit Trois, alius vetus Stoidis: quam lectionem admodum probo. Nam de eadem insula sic alibi. Ab horum (sinus Arabici, & Persici) tractu Indiam versus Cassandrus deserta insula L. M. patitur: iuxtaq; eam freto interfluente Stoidis quæstiosa Margaritis. Pirimulam hoc etiã loco promontorium Indiæ facit. Aeliano Perimuda Vrbs Indiæ est, cuius incolæ Ichthyophagi Margaritas retibus comprehendunt. Vnde cecinit Iohannes Tzetzes.

*De vita**Apoll. l. 3.**Li. 9. c. 35.**Li. 9. c. 35.**Li. 6. c. 25.**15. c. 8. de Animal.*

*Εν τῇ θαλασσῇ τῇ Ἰνδῶν, ἐν νήσῳ Περιμύδῃ  
Καὶ νήσῳ τῇ Ἐλύρα δὲ καὶ τισὶν ἄλλαις νήσοις,  
Ἐν ἀβαθεῖ θαλάσῃ δὲ, καὶ γε καὶ θαροτάτῃ  
Ὀσρέε(Ὀσρεα) λόγος εὐεθαι, ἀ κύει τῆς Μωργάρως.  
In mari Indorum, in insula Perimude,  
Et verò in sula Elyra, & quibusdam alijs insulis,  
In non profundo mari autem, atque purissimo,  
Ostrea rumor est nasci, quæ pariunt Margaritas.*

Megasthenes apud Plinium incolas Taprobane (ea insula est maxima Indiæ subiacens ad Eurum, ex quo Oceanus Indicus influit, teste Isidoro) auri, Margaritarumq; grandium fertiliores, quàm Indos esse scribit. Plurimas etiam, maximasq; gignere scribit Solinus hanc Insulam: & Isidorus totam Margaritis repletam esse. Philostratus: In Biblio, inquit, parua insula Indiæ capitur in Ostraco albo lapis Margarita, quæ in Ostreis locum cordis dicitur obtinere. Tylos insula ex aduerso regionis Atenes plurimis Margaritis celeberrima cum oppido eiusdem nominis narratur à Plinio Ptolemæus Tyros habet. India maior (inquit M. Paulus Venerus) in regna quinque diuiditur. In primo eius regno nomine Var, inueniuntur Margaritæ in maxima multitudine. Nam est ibi inter continentē, & insulã quãdam sinus maris fermè vadolosus: quippe qui in aliquibus locis profunditatem habet decē passuum, in quibusdam trium, & duorum, vbi leguntur Margaritæ. Idem in Zipangain-  
sula Indiæ Orientalis magnam copiam Vnionum rubrorum, & rotundorum esse scribit, prægrandiumque qui tanti valent, quãti, alibi & etiam pluris. Et alibi prouinciæ Thebeth, inquit, adiacet ab occidente prouincia Canielu, quæ Regem habet tributariũ magno Chã. Est ibi lacus, in quo tanta est Margaritarum copia, vt pretium earum omnino vilesceret, si pro arbitrio hominum asportari permetteretur, quare capitis poena cautum est, ne vllus in hoc lacu piscari absq; magni Cham venia ausit. Man lacus, & Indiæ, vt citat ex Obscuro Zoographus, & alius Lama dictus, in vtroq; piscantur Perlas. Alterutrum fortassis tetigit hic M. Paulus Venerus. In Chinæ quoque pluribus regionibus reperiri aiunt: non tamen admodum rotundas. Est Ainam insula in Cantam maritima Ching parte, vbi eadem inueniuntur. Maarazia ciuitas paruis, & magnis abundat. Regnum autem Cochinchina paucas habet. Ultra Chinam incolunt Chenchij populi, apud quos etiam margaritæ reperiuntur.

*Taprobane**Li. 14. c. 6.**de Orig.**Lib. 3. de**vita Apol.**Li. 6. c. 28.**Lib. 3. c. 3.**Vniones ru**bri & rotū-**di.**Li. 2. c. 38.**In Echina.*



*Tubarones  
piscis.*

*Ocean. dec.  
2. lib. 8.*

*Ocean. dec.  
3. lib. 1.*

*Insula per  
larum.*

*De medic.  
Ind. Hist.  
trac. 1. c. 13*

*Pericula pi  
scatorum.*

*Ut manus  
mordeant  
Conchæ.  
Li. 9. c. 35.*

riuntur. Propè Zeilan insulam locus est in mari eleuatus; hunc aqua decem, & duodecim E cubitos alta superfuit, inque huius fundo abundantissimi sunt, tum maiores, tum etiã minores, lectissimæ rotunditatis, & forma pyri. Inter hanc insulam, & Comorini promontorium magna quotannis, numerosaq; captura. Hic à Lusitanæ rege dux constituitur, cum quatuor millibus, aut amplius vrinatorum, quæ ex hac piscatione tantum victum parant, sæpenumero ingenti cum periculo à piscibus quos Tubarones vocant, siue Hayos. Generantur etiam insula Burneo rotunditate, colore, magnitudineq; commendabiles. Huius regi parent duæ insulæ Zolo, & Tagina: idque hac de causa. Rex Burnei filiam harum duarum insularum regis in vxorem duxerat, à qua cum intellexisset patrem eius vniones duos maximos habere, bellum mouit patri. Itaq; noctu facta classe cum centum nauibus, quas praos ibidem vocant, in Zolum ingressus regem, duosq; eius filios captiuos abduxit: & in carcere tam diu detinuit, donec Vniones pro redemptione daret rex Zoli, atq; vtriusque insulæ dominatum. In Paria, & Curiana Noui orbis regionibus Vniones abundare Petrus Martyr testatur. Christophorus Columbus in Paria regione torquatos, armillatosque, tam viros, quàm foeminas repperit. Cæterum Petrus Alphonsus Nignus in sua nauigatione Cumana, & Manacapana regionibus postergatis, in regionem incidit, quam Curianam vocari ab incolis ipse refert. Vbi in littore pro tintinnabulis, aciculis, spintheribus, armillis, vitreis calculorū fertis, annulisque & alijs eiusmodi institorum mercibus, cum incolis in horæ momento, Vnionum, quos collo, & brachijs appensos gestabat, vncias quindecim permutant: Certatim incolæ Vnionum ferta, nostrarum mercium cupidissimi ferebant. Tumaccus regulus, inquit Petrus Martyr, in Noui orbis parte Vasco Nunes (qui magnam, remotissimamque regionum illarum partem Castellæ regis nomine occupauit) præter aurum, munera attulit ducentos quadraginta egregios Vniones. è minutis autem in copiam maiorem adferri iussit. Vniones nostri admirabantur, licet non ritè candidos: quia è Conchis illos minimè eruunt, nisi prius assis, quò facilius sese ipse aperiant, & caro inclusa sapidius coquatur. Tumacus ergo tantum facere Vniones, nostros inspectas: familiaribus suis ut piscationi se accingant, imperat. Dicto parente Quarto abinde die regrediuntur: libras octunciales Vnionum adferunt duodecim. Et paulò post: In eodem sinu aiunt grandiore quendam esse insulam, in qua Conchylia gigni feruntur umbellam æquantia magnitudine: à quibus Vniones, Conchylum corda, eruuntur, faba, & interdum olea grandiores: & quos Cleopatra oprare potuisset. hæc ille. Narrant, & alias insulas, & maria Indix Occidentalis Nauigatores, in quibus iisdem reperiuntur, ut Cartagenam insulam, & Cubaguam, quæ in mari del Sur dicto sita est, vbi frequens est piscatio, vnde hodie insula Perlarum ei nomen. Gasparus Morales cum diuturno bello tandem regem huius insulæ Perlarum superasset, coegit hunc singulis annis regi Hispaniarum persolvere ceterum libras Vnionum. Vnde manifestum est copiam ingentem horum in hac insula esse. Concludamus igitur non modò in mari, sed etiam in fluuijs, & vbi cunq; sunt Conchæ Margaritas reperiri. Nam quamuis in temperatis regionibus, ut in Gallia, & Hispania gigni sint, qui negent: visa tamen est in Tago flumine Toleti Concha ex ijs, quæ ibi nascuntur, cum processisset magna quædam siccitas, ut testatur Fregosus, Margaritam ferre.

## PISCANDI RATIO.



**N**E quis igitur miretur tam ingens earum pretium, quod mox supputabimus, è tam longinquis regionibus aduenientium per tot terras, & maria parù cognita nobis, necesse est pericula meminisse, quibus se piscatores subiiciunt, maris profunda loca, ditosq; & crudeles pisces, quos Tubarones vocant, Concharumq; auaritiam, si modo vera sunt, quæ de ea optimis authoribus recensentur. Ait Isidorus Characenus in descriptione

Parthiæ apud Athenæum circa ambitum Persici maris insulæ cuiusdam, vbi magna Vnionum copia ex arundine temporarias casas extrui, è quibus in mare defiliant ad vlnas viginti, Conchas tantum duplices reportaturi. In magno versari periculo, qui Margaritas venantur, cum in hiantem Concham recta manum indiderint. Illa enim compressa inclusos digitos abscindit, quibusdam eo cruciatu confestim morientibus. Hoc ipsum Plinius quoq; testatur: Conchæ ipsam, quum manum (piscantis) videt, comprimere sese, operireq; opes suas, gnaram propter illas se peti: manumq; si præueniat acie sua abscindere, nulla uisore poena, aut alijs munita supplicijs. Aelianus etiam tradit in mari rubro Cõchas quædam,



**A**dam, quamcunq; piscatoris natantis partem labris suis (marginibus testæ acutis) apprehenderint abscindere. Miror itaq; Rondeletium, doctissimum alioquin virum, hæc fabulosa putasse, ac Plinij verbis contradixisse, cum, & Hispani, qui nostro seculo nouum orbem nauigare cœperunt, referant, teste Cardano, præcisas quandoque manus à Margariferis Ostreis: imo & ab hoc edictum pietate plenum à Cæsare suo emanasse. Quo circa nequis mentem Conchis inesse dicat, vt Plinium scripsisse putauit Rondeletius; cum Conchis omnibus tactus tantum sensus, atque gustatus parum exquisitus à natura attributus sit, aliorum omnium sensuum sint expertes, sciendum est oratoriè hæc à Plinio dicta, gnara propter illas se peti: verumque esse Conchas hæc vnionum feraces testam vtramque comprimere, sitangantur; quod etiam in alijs quibusdam Conchis obseruatum est. Apiscibus quoque piscatoribus periculum impêdet, quos canes marinos appellasse visus est Plinius his verbis: Inter scopulos maior pars inuenitur, sed in alto quoque comitantur marinis canibus, nec tamen aures seminarum arcentur. Meminere & nauigationum Indicarum scriptores piscium, quos Tubarones, & Hayos nuncupant Indi, magnam cladem apud Commorini caput (vbi Regia piscatio est) quotannis adferre Conchas quæ rentibus; maris quoque violentiam multos absorbere. Hinc quotidiani mulierum ploratus super filiorum, ac maritorum funere, cum tamen nec ideo piscationem omittant; partim ob Lusitanorum metum, à quibus impelluntur, partim ob pauperiem, quam ita solantur; inducti lueri cupiditate, quæ nullam periculorum considerationem adhibet, etiam summo alias in vitæ discrimine. Ob hæc itaque pericula varij piscandi modi inuenti sunt, pro regionum diuersitate. Vt retibus olim capiebantur, audi Arriaum. Megasthenes, inquit; scribit Conchas, in quibus Margaritæ gignuntur, retibus capi circa Indiam. Gregatim autem multas in illo mari veluti apes depasci, regemque suum habere, aut reginam, ac si contingat regem comprehendere à piscatoribus, facile reliquum etiam examina circumdare reti. At si rex effugerit, reliquas capi non posse, earum carnes Indos corrumpi sine esse, osse ad ornatum vti. Quidam tradunt, inquit Plinius, sicut apibus, ita Conchasum examina singulas magnitudine, & vetustate præcipuas esse veluti duces, mixtæ ad cauendum solertibus vrinantium cura peti, illis captis facile cæteras palantes retibus includi. Multo deinde obrutas sale in vasis fictilibus, exesa (alias erosa) carne omni nucleos quosdam corporum, hoc est vniones descidere in ima. Eadem Aelianus his verbis: Indica Margarita hoc modo capitur. Vrbs est nomine Perimuda, cui eo tempore cum in Bactris Eucratides regnaret; Soras ex generis regij stirpe natus imperauit. hanc quidem ipsam ichthyophagi incoleutes Margaritas retibus in orbem circa litus amplissimum extensis, comprehendunt; Margaritiferæ Conchæ magnorum Stromborum similitudinem gerentes, gregatim natant, & quemadmodum apum examina reges, sic eæ habent tum coloris, pulchritudine, tum magnitudine præstantes. Summa autem contentione vrinatores ideo certant ad capiendum gregis ducem, quod eo captum cunctum gregem rectione orbatum, nō loco se mouentem assequuntur. Quam diu quidem rex fugiendo elabi potest, sapienter eas regit, & conseruat. Iam porrò captas in paruulis dolijs sale condunt: vbi cum contabuerit caro, & defluerit, Vnio solus relinquitur. Idem alibi: Bona tempestate, & tranquillo mari Conchæ Margaritiferæ capiuntur: eas posteaquam piscatores comprehendunt, ab illis Margaritas libidinosorum animorum illecebram eximunt. Si quis à latere Conchæ manum lubijciat, facile à saxo auelli scribit Isidorus Characenus in descriptione Parthiæ. Hæc ferè veteres de capturæ ratione tradunt: recentiores alia. Ormus vrbs, inquit Ludouicus Romanus (tradam enim primum piscandi modum apud Orientales) in insula sita est. Procul il-

**D** hinc itinere dierum trium leguntur Conchæ, quæ pariunt Margaritas venustiores, grãdioresque cæteris baccis. Sunt ibi nonnulli, qui piscatu Concharum victum quæritant. Hi veteri cymbis in mare iactum faciunt prægrandis saxi dependente fune: idque sit ab gemina cymbæ parte, vt vtrinque iactis in profundum lapidibus cōstabiliri nauis non aliter, quàm si in anchoris foret, possit. Firmata suo pondere cymba, alius, cui id munus obigit, in æquor facit funem saxo dependente. In nauis media alius, mantica in pectus, tergumque dependente, alligato pedibus lapide, se vibrat in pelagus, subrusque aquas vrinantium more natans, atque in profundum ad passus quindenos, tantisper vrinat, donec legerit Cōchas, in quibus delitescunt Vniones, ac Margaritæ, collectas manticæ indit: lapidemque protinus quo pedes grauabantur, abijcit, funiq; innixus in superiora euadit. Quibus partim subscripsit; partim, & alia insuper addit Iohannes Hugo Linschotanus de Ormutianis Margaritis sic loquens. Eas vrinatores aquam decem aut viginti vlnarum spacio subeuntes piscantur. Ostreis Margaritæ continentur, quæ maiores habent, supernatant aliquantulum; Minores

*Contra Rō  
delectium.**Concharū  
sensus.**Canes ma-  
rini.  
Li. 9. c. 35.  
Tubarones  
& Hayos  
piscis.**Retibus ca-  
piuntur.  
De rebus  
Ind. lib. 8.**Lib. 15. de  
anim. c. 8.**Lib. 3. de  
reb. pers. c.  
2.  
Piscandi  
mod. apud  
Orientales.**Navig.  
Ind. orient.  
cap. 84.*

Aliof-



Alioſſar dictæ in fundo maris ferè reperuntur. Vrinatores nudi, ac cophino ſuccincti eun- **E**  
dem conſeſtim implent, ſcapulisq; inferunt, paratis ad illum ſinem, in quibus diſpoſiti, vri-  
natores exonerant. Oſtreæ mox in terram abiectæ, ſoliq; ſiccandæ expoſitæ ſpontè reſera-  
tæ bacças manifeſtant. Completa eius diei captura piſcatores cuncti cum duce, militibus,  
coadiutoribus, & tutoribus regis conueniunt, ipſamq; prædam diuidunt. Prima regi por-  
tio cedit, ſecunda duci, & militibus, tertia Ieſuitis, qui ibi clauſtrum habent, eamq; provin-  
ciam ad Chriſtianam fidem perduxerunt, quarta vrinatoribus ſumma cum æquitatis di-  
ſtributiua cura. Hæc ille. Aæſtuo autem tempore hæc piſcatio celebratur, apud Commo-  
rinj caput. Similis fit piſcatio prope inſulam Dialaccia dictam, Coremandel, & Zeilam  
quam Andreas Corſalus Taprobanam putat antiquis dictam fuiſſe. Hunc idcirco ſingulis  
annis bis adeunt Mauri, aliæq; gentes, qua urbem Cæſi regi Coulam ſubiectam incolunt.  
Nec aliter piſcantur in India maiori ſita verſus orientem. Hæc (reſte M. Paulo Veneto) in  
regna quinque diuiditur, in primo eius regno nomine Nar, ioueniuntur Margaritæ in ma-  
xima multitudine. Nam eſt ibi inter continentem & inſulam quædam ſinus maris ſeſimè  
vadoſus, quippe qui in aliquibus locis profunditatem decem paſſuum, in quibusdam  
triūm, & duorum, vbi leguntur Margaritæ. Obueniunt illic multi mercatores, adducen- **E**  
tes multas naues, magnas, & paruas, & conducunt multos homines, qui in profundum ma-  
ris ſeſi mittant, piſcenturque marinas Conchas, ex quibus vniones colliguntur. Porro pi-  
ſcatores illi, quando aquam amplius ferre hæqueunt, enatant, & rursus ſe præcipites dant  
in mare, quod per diem multis replicant vicibus. Sunt etiam in ſinu illo grandes piſces,  
quid homines facile occiderent, niſi hinc periculo ſuccurreretur in hunc modum. Conduc-  
untur à negotiatoribus magi quidam, qui Abriam dicuntur, & hi Idea tantionibus ſuis,  
& diabolica arte coniurant piſces illos, vt non inſula dære poſſint. Nocte verò, quando à  
negotiatoribus Margaritarum piſcatio intermiſſetur, relaxant magis coniurationem ſua,  
ne fures nocte ſine periculo ſeſe in mare demittant, & tollant Conchas cum Margaritis.  
Fit autem hæc Vnionum piſcatio non per totum annum, ſed duarum per Aprilem, &  
Maium. Verum in tantillo tempore colligitur immenſa Margaritarum multitudine. Soluūt  
autem mercatores ex ea regi decimam partem. Magis verò duntaxat vigintiſimam partem,  
& piſcatoribus quoque commodam præbentur eadem. Carcerum à medio Maij Marga-  
ritæ non inueniuntur amplius in illo loco ſed in alio quodam, qui trecentis miliaribus ab  
iſto diſtat, & ibi colliguntur per Septembrem, & Octobrem. Vaſelus Nunney (qui caſtelle **G**  
regis nomine magnam, remotiſſimamque nouorhis partem obſcopauit) Chaperi, & Tu-  
macum (regio in quarundam Noui Orbis ad orientem reguli ſitæ) habere, & piſca-  
ria Concharum Margaritas gignuntur licet ad prædictis, quæſitæ, quæſitæ, quæſitæ, quæſitæ, quæſitæ,  
uaris cepiunt regulorum magregij duntaxat, & vnde ex eorum aeneſis educatis, ſed quæ-  
to, tranquilloq; mari lituſa ſu uelut è, quò facilius daturum ſtatim ſubmergi queat.  
Et quò maiores Concha ſunt, eò profundius inhabitant: minores verò, vt filia, propiores  
aqua marginum maris vti neptes, id perſilio viciniores degunt. Adima Cœchyia ad mè-  
ſuram ſtatuarum vniūm, & quatuor interdum, descendunt. Ad filias, aut neptes  
dimidio femore tepus, & minus aliquando, tubharant. Quarum etiam poſt ſe datum à fe-  
ris tempeſtatibus æquor, multitudine in arena ab undis, proiectamq; in litus reperunt,  
& in arena legunt, miſtus bacças, vt narrat Petrus Martyr. Ita quæ in vtraq; India, aut vtri-  
nando capiuntur, aut reti, qui poſtremus piſcandi modus non vſquè adeo laudatur: non  
quia pauca Conchas ita capiunt (contra enim enim) ſed quòd metus ſit vbi tot capiunt-  
tur, mare ſterileſcat, aut pauca amplius producat. Narrant enim in Cubagua inſula, Oc-  
cidentalis Indiæ, cum retransiſſet aliquot annis magna Concharum copiam cepiſſent, **H**  
pauca poſt aliquot ſubſequentes annos apparuiſſe, hoc tam celebrem, vtilemque fuiſſe piſ-  
cationem. Circa autem inſulas grandes. Vti que dictas, quæ ſitæ ſunt ultra promontorium  
S. Sebaſtiani, facis copioſe inueniuntur Vniones. eos tamen non eximunt, vt in prædictis  
regionibus. Conchas enim, quæ à mari accepere, primùm coquunt, atque ita Vniones  
paruos, magnosque & rubros, & multos accipiunt: certumque ſt multos hic inueniri, maiorq;  
inde haberetur copia, ſi recte è Conchis eos eximere ſciant, vt in alijs regionibus faciunt.  
Vbi Americus Veſputius teſtatur eas niſi bene maturi ſint, & cadant ex Conchis, non eſſe  
perfectas, & conſummatum tempore, hocq; reſpectu habito debere colligi, quando voluit  
excidere. Conchas margaritiferas piſcandi modum, qui apud Scotos in vſu eſt, deſcribens  
Boethius, ait. Seſus illis tam acutus inſt, vt ſi altiore in litore aſtans vocem emiſeris,  
aut lapillum quatuor ſubſtantiam in aquam conieceris, repente ſe ſubtraheret ſubſidat  
vniuerſe. Hæc enim illis theſauri cuſtodie naturalis inſita eſt ſolertia, haud ignorantibus

T. approbata

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .



Abus videlicet quanti sit pretij apud mortales, luxus ex foetu suo comparatus. Itaque piscantes quoque id maximè obseruant, vt primo attractu testas coniunctas atque distinè decineant, protinus illis alioquin Vnionem euomituris. Quaterni, aut quinque humerorum tenus flumen ingressi, atque in orbem stantes, conuolunt alterutra manu, quo firmitus consistant, fundo fixum tenent. Inde oculis per aquæ limpiditatem prædas collustrantes, pedum digitis (nam manibus id fieri prohibet altitudo) testarum torturas placidè comprehendunt, atque astantibus vacua manu excipiendas præbent. Hæc Boethius ex antiquis, vt apparet, mutuatus.

## ORTVS. GENERATIO.

**N** quot Concharum diuersis speciebus ab autoribus vniones nasci dicantur, & in qua parte, item quomodo generentur, age videamus. Res enim hæc cum sit difficilis, & controuersa satis, diligenter à nobis examinanda est. Certum est in Concha margaritifera propriè dicta, seu Matre Perlarum optimos, atque plurimos nasci. Rondeletius ex Plinio in Concha echinata, quam postea depictam, atque descriptam exhibebimus, Vniones reperiri testatur. Hic obiter annotat Zoographus, Plinium, & Androsthenum de eadem planè Concha sentire ipsi videri, non de diuersis, vt putauit Rondeletius. Sic enim Plinius: Iuba tradit Arabicis (margaritis) Concham esse similem Pectini insecto) id est vt ille interpretatur, aliter quàm Rondeletius, non seò, non cælitò. *ε' δ' ἐγλυπται γάρ. ἀλλὰ λήθον το' ὄσρακον ἔχει*, inquit Androsthene) hirsutam Echinorum modo. Pro quo Androsthene dixit, *ε' τι δασύ το' ὄσρακον ἔχει*. Græcis enim δασύ hirsutum, non spissum significat. Addit, & aliud ex Androsthene eodem loco translaturum. Vnionem in carne ipsa esse grandini similem. Quamobrem dubitat Zoographus, an rectè Rondeletius Plinij verba de Concha Echinata accipiat. Androsthene verò verba de Berberi: cum vel Plinium, vel Iubam ex Androsthene sua mutuatum appareat (vel contrà) & cætera quidem rectè translata videntur, sicut & δασύ hirsutum: echinorum autem modo, de suo adiectum, quasi hirsuta aliter esse nequeant, nisi Echinorum modo rigeant. Nec est quod aliquis testam simul hirsutam læuem esse miretur: cum læuitas ad superficiem pertineat, hirsuties ad enascètem materiam. Sic & Myrtilorum quorundam testa læuis, hirsutaque est. Sed cum Berberi Rondeletij hirsuta non sit, rem in medio diligenter existimandam relinquit. Interim Concham echinatum vocari, quam sic aptè Rondeletius à se ipsa vocauit, probat. An verò Plinij Concha hirsuta sit Echinorum modo, dubitat. Nascuntur Margaritæ, inquit, Cardanus, ex Conchylijs rotundis nobiliores, sed tamen minus rotundæ: aliæ ignobiles rotundæ ex oblongis, quasi contraria ratione, striatum est genus vtrumque Conchyliorum, & in imo mari moram ducit. Et rursus: Ignobile Margaritarum genus ex Nacatonibus (sic enim ostrea vocant longa: seu melius dicam Conchylija, quòd striata sint) nascitur. Bellonio Nacre de Perle Vulgo Gallicè appellatur Margaritifera Cochlea. Sed Nacaro Cardani alius videtur, cum Ostreum longum esse dicat, in quo reperiantur Vniones. Bellonij Nacra rotundior est, nec ferax Vnionum, Rondeletio affirmante: quare potius fuerit Berberi, quàm Cochlea est oblonga, & à Rondeletio similiter Nacre de Perles vocatur Gallicè pro Matre Perlarum. Conchæ, quæ torno fastigiatas in capite testas habent, maculisque aspersas, apud Scotos magno numero in limpidissimis, purissimisque amnis, ac nullo vnquam limo turbidis, qua profundissimi sunt, reperuntur, Margaritas concipere, vt Boethius tradit. Vniones, inquit Plinius in nostro mari reperiri solebant, crebrius circa Bosphorum Thracium, ruffi, ac parui, in Conchis, quas Myas appellant. Minutos Vniones ex Myrtilorum Conchis se extraxisse scribit Syluius. Dalechampius ad ea verba Plinij: Ruffi, & parui, in Cochis, quas Myas appellant; hoc adiecit scholiolum: Tales hodie reperuntur in gelidissimis quibusdam Auernorum riuis, & torrentibus. In riuis etiã, & fluuijs Musculos, Myrtilosue aliquando Margaritas ferre audiuit Zoographus circa Horenbach Germaniæ oppidum. Chares Mytilinæus nasci quoque scribit in Concha simili Ostreo, quæ sit *ἀδρα καὶ τρομικὴ*: id est plena, vel crassa, & oblonga: carnem continens magnam albam, & valde odoratam, videtur autem Berberi dictū alijs intelligere. In Acarnia, quæ vocatur Pinna gignit Vniones teste Plinio. Theophrastus apud Athenæum nasci in Ostreo Pinna simili, sed minore Margaritam tradit. In Pinna quibusdam Indicis, quæ in mari Orotignæ, & insularum, quæ in eo sunt, Chira videlicet, Chara, & Procosi, inueniuntur, quarum descriptionem in capite de Pinna.

In quibus Conchis generentur.

Li. 9. c. 35.

Concha echinata cur dicta. Nobiliores & ignobiles unde Nacaro.

Cochlea margaritifera.

Myas. Li. 9. c. 35.

Ex cōcha se milti ostrea.

Pinna. Li. 9. c. 35. Lib. 3.



de Pinnis trademus; nascuntur Vniones nō admodum boni, laudatq; coloris. Ruffi enim E sunt, aut ex rubro nigricantes, & interdum nigri ferē. Inueniuntur & albi, sed non probantur. Hos tamen non negligunt Indi, vbi Pinnas has aperuerint. Præstantioribus enim Margaritis miscent, vt sic pondus, & copiam augeant; veluti si quis tritico hordeum, aut auenā misceat. Sed mercatores exercitari has fraudes faciliē nouere: quocirca minoris emunt. In sua tamen specie rotunditate sua cum cæteris certant. Quod mirum multis videtur, cum Pinnæ sint oblongæ, & in alijs pinnis oblongi sæpius inueniantur, vt in rotundis Conchis, seu Ostreis plerunq; rotundi. Plinius Cochlearum Margaritiferarum multa genera esse scribit, cuiusmodi sunt, Pentadactyli, Melicembates, Echinophoræ, & permultæ aliæ. Narrat, & Cochleas Margaritas ferentes, & Muricis genus Orientale, margine, seu labro in latum se protendente, roseo intus colore: Vidit Zoographus genus Conchæ Margaritiferæ argento conclusum, speciem, vsuq; poculi præbere: pede nimirum addito ex argento, & labris eodem interiectis. Concha tota forma ferē nauiculam præ se fert, & interstitiis quadam tabulatorum instar intrinsecus habet, in summo operculum membranæ instar obtendi audiuit: quæ sanè descriptio Conchæ Nautæ, seu Nautili nostri alterius optimè cōgruit. Aelianus in India Margaritiferas Conchas magnis Strombis similes facit: Ex quibus liquido falli constat Rondeletium, qui asserit Vniones in bivalvibus tantum Conchis gigni. Quocirca cum Plinio concludamus: non vnico in Conchæ genere nasci: sed testatorum, quæ Vniones habent, alia esse Strombode, alia bivaluia: quamuis in his frequenter inueniantur, in illis autem perquam raro. In Ostrei carne eos gigni Androsthene est autor: Cardanus in testa: Plinius: Non semper, inquit, in media carne reperiuntur, sed alijs, atque alijs locis. Vidimusque iam in extremis etiam marginibus veluti Concha exeuntes, & in quibusdam quaternos, quinosque. Et: Crassescunt etiam in senecta, Conchisque adhærescunt, nec ijs auelli queunt, nisi lima. Quibus vna tantum est facies, & ab ea rotunditas, auersis planicies, ob id, tympana nominantur: Tympania hæc quatuor syllabis legit. Græcè mauult in prima inflexione generis masculini *τυμπανίαν*, & *κροτάλιαν μαργαρίτην* dicere Zoographus. Cæterum quatuor, aut quinque in vnica repertos Concha, non est mirum. In India enim cum Conchas aperiant, præter aliquot mediocris magnitudinis vniones inueniunt etiam multos veluti minuta grana, aut arenulas. Narrat Americus Vesputius se in quibusdam Ostreis Indicis centum, & triginta, in quibusdam verò pauciores reperisse. Porro, quod ad eorum originem attinet, varia est super ea autorum sententia. Plinius sentiens alios esse Concharum partus, alios verò abortus, è rore nasci ex quorundam sententia refert. Verba eius adscribam: Has (Conchas) vbi generalis anni stimulauerit hora, pendentes sese quadam oscillatione, impleri roseo conceptu tradunt, grauidas postea eniti, partumq; Concharum esse Margaritas pro qualitate roris accepti: sic purus influxerit, candorem conspici; si verò turbidus, & foetum sordescere, eundem pallere, & coelo minante conceptum; ex eo quippe constare, coelique eis (Manusc. cæli quietis) maiorem societatem esse, quam maris: inde nubilū trahi colorem, aut pro claritate matutina serenū. Si tempestiue fatientur, grandescere, & partus. Si fulguret, comprimi Conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si verò & tonuerit, pauidas, ac repetè compressas, quæ vocant physemata, efficere, speciem modò inani inflatam sine corpore; hos esse Concharum abortus. Hætenus Plinius, qui cum ijs, quæ ab Isidoro Characeno apud Athenæum dicuntur, non consentit. Sic enim scribit; Aunt cum sæpe tonat, & imber largior effunditur, tum magis Pinnas concipere, Vnionesq; plurimos generari, & insignis magnitudinis. Hyeme in profundos maris gurgites pinnas demergi solitas; æstate verò adnatantes hiare noctu, diuque compressas; quotquot scopulis, saxorumvè cauis sese affixerint, radices agere, & ibidem commorantes Vniones parere. His hæc continuo idem subiungit; Eisdem cibum capere, ac foerificare sui parte, quæ carni adhæret; huius etiam Conchæ ori adnasci, quem Pionophylacem vocant paruo Cancro similem, brachijs in forfices bifidis, qui hospiti cibum curret; carnem ab ore veluti radicem quandam pertingere ad Concham vsque mediam, iuxta quam Vnio genitus in solida Conchæ parte augetur, & alitur quamdiu adnexus fuerit: cū verò abscissuram gemmam caro subnascens molliter præfectā à Concha separauerit, amplecti quidem, & retinere seiunctam, verum nihil alere præterea, sed leuiorem, nitidiorem, puriorem efficere. Ex quibus patet Margaritam partum Concharum esse, non autem concipi ex rore, vt Plinius tradit, & cum imitatus Solinus. Conchæ, inquit, sunt, in quibus hoc genus lapidum requiritur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptu, sitiunt rorem velut maritum, cuius desiderio hiant. Et cum lunares maximè liquuntur aspergines, oscillatione quadam hauriunt humorem concupitum. Sic concipiunt, grauidæque fiunt, & de

Cochlea  
Margariti-  
fera.

Nautili de-  
scriptio.

Qua Con-  
cha parte.  
lib. 9. c. 35.

Multi in v-  
na Concha.

Generandi  
modus.  
lib. 9. c. 35.  
Ex rore.

Lib. 3.  
Quando plu-  
res genera-  
tur.

Non nasci  
ex rore.  
Cap. 56.



**A** laginæ qualitate reddunt habitus Vnionum. Nam si purum fuerit, quod acceperint, candidant orbiculi lapillosum, si turbidum, aut pallore languescunt, aut ruffo innubilantur. Ita magis de cælo, quam de mari partus habent. Denique quoties excipiunt matutini aeris semen, fit clarius Margaritum: quoties vespere, fit obscurius. Quantoq; magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repente micauerit coruscatio, intempestiuo metu comprimuntur: clausæq; subita formidine vitia contrahunt abortiuia. Aut enim perparuu- li fiunt scrupuli, aut inanes. Conchis ipsis inest sensus, partus suos maculari timent, cumque fragrantioribus radijs excanduerit dies, ne fulsentur lapides solis calore, subsidunt: & se profundis ingurgitant, vt ab æstu vindicentur. Huic tamen prouidentia, (videtur quip- piam deesse) ætatis opitalatur. Nam candor senectâ disperit: & grandescuntibus Conchis grandescunt Margaritæ. Hucusq; Solinus, ex quo hæc Marcellinus: Testæ rore grauidæ Margaritas edunt minutas, binas, aut ternas: vel Vniones sic appellatas, quod eius terræ (eiusmodi) Conchulæ singulas aliquoties pariunt, sed maiores, idq; inditium est ætherea potius derivatione, quam laginis pelagi hos oriri foetus, & vesici: quod guttæ maturini roris iisdem infusæ, claros efficiunt lapillos, & teretes: vespertini verò fluxuosos contrâ, & ruti- los, & maculosos interdum. Minima autem, vel magna, pro qualitate haustum figurantur casibus variatis. Concussæ verò sæpissimè metu fulgurum inanescunt, aut debilia pariunt, aut certè vitijs desfluunt abortiuis. Hæc ille. Sed quæ de fulgure cum Solino ait, non con- ueniunt cum ijs, quæ Aelianus, & Iohannes Tzetzes scribunt. Ille enim ait Margaritam maris foeturam esse, & ex quorundam opinione ad partum deduci, cum in apertas Cōchas fulgura affulserint: hic autem eorum opinionem recitat, qui ex fulgure nasci putant, con- globarique statim cum fulgur in Conchas eiusmodi hiantes fulserit: versus eius hi sunt de Margaritarum generatione:

*Ex fulgure  
Chel. 11.  
375.*

*Αἰτίαι δὲ λόγου λέγουσι τῆς μαργαροποιίας.*

*Οὐ μὴ γὰρ τέτων λέγουσι ἐξ ἄσπραπης γειᾶ δαι,*

*Οὐ δὲ μοι πάλιν λέγουσι εἶναι χειροποιήτους.*

*Καὶ πρῶτον μοι κατάκουε τους ἄσπραπης μαργάρους,*

*Φασὶ τινὲς τὰ ὄστρεα τὰ δευτῶν μαργάρων*

*Τὰς πύχας ἀσπυζάντα, μένειν κυσώμενα,*

*Τῆς ἄσπραπης σελφάσης δὲ μέσῳ πτύχῳ ἐκείνων,*

*Εἶναι γὰρ ῥιθμὸν ἀβαθὴν τὴν θαλάσσαν ἐκείνην.*

*Εὐθὺς ἀφαιροῦνται κατ' αὐτὰ τὰ ὄστρεα μαργάρους. Id est.*

*Duplicem autem rationem tradunt Margaritarum generationis.*

*Aliquas enim harum dicunt ex fulgure nasci,*

*Aliquas autem rursus mihi dicunt manu fabricari.*

*Et primum mihi audi fulguris Margaritas,*

*Atunt quidam ὄστρεα hæc Margaritarum*

*Plicæ cum explicauerint manere aperta.*

*Fulgure enim irradiante medium plicarum illarum,*

*(Esse enim dixi non profundum mare illud)*

*Statim rotundare per se ὄστρεα Margaritas.*

**V**erum utraque hæc opinio, sic facile conuelliur. Quomodo ad ὄστρεα peruenire ros- cidus ær potest, si altius in mari immersæ sint, quam decē, & duodecim orgyas, ad quas vix ipsi solares radij penetrare possunt, sanè proditum est Conchas eas, quæ in profundo ma- ris degunt producere Margaritas maiores, quæ in maris superficie minores, cum contra- uenire deberet, huic opinioni credamus. Plinius præcipuè candorem custodire pelago altius mersas, quam vt penetrarent radij tradit. In quæ locum hæc Massarius. Videtur, inquit Plinius, ex verbis, quæ paulò supra retulit, sibi ipsi contradicere: nam si Conchæ hæc Mar- garitifere altius, & in profundo maris stabulentur, vt hic libro tricesimo tertio restatur, ubi ait: Vt iam minus temerarium videatur è profundo maris petere Margaritas, tanto nocen- tiores fecimus terras: quo pacto tanto a que interuallo pandentes sese quadam oscitatione impleri rosido conceptu, & pro qualitate roris accepti Vniones candidi, & sordidi, atque pallantes fieri poterunt? Propterea cum in fundo maris Conchas degere secundum natu- ram sit, censet Margaritas neq; concipi, neq; eiusmodi qualitates rosido humore suscipe- re: sed ex carne sua generari, qualitateq; eiusmodi eius per etat è accidere. Hæc ille, cui Car- daons adstipulantur. Fabulosum, inquit eas ex caltore cōcipere. Itè non delectus superiora Plinij verba eū recitasset de generatione Margaritarū, & Cōchatum earundem falsam esse

*Refutatio  
de rore, &  
fulgure.*

*Lib. 9. ca.  
35.*

*Ex carne  
generari.*



opinionem, quam tradidit Plinius, confirmat: nimirum Margaritas esse Concharum par-  
 tus, & ex rosco succo generari. Etenim, inquit, testa silicea inuenta omnia sponte, & non  
 ab alijs procreantur: neque aliud quicquam procreant. Neque idem partus à diuersis  
 editur, quemadmodum Vniones à diuersis specie Conchis, siue Ostreis. Adde quod om-  
 nia, quæ procreant, stas, quæque temporibus foetus suos concipiunt, & emittunt in lu-  
 cem, cum in varijs Ostreis aliquando Vniones reperiantur; aliquando nulli: modò hoc  
 tempore, modò illo. Aegyptij hodiè externis mercatoribus in Aegyptum proficiscenti-  
 bus, narrant de pisce columbo, quem orbem vocauimus, eadem ferè quæ Plinius de Con-  
 chis Margaritiferis, eum scilicet ore hianse rorem excipere, ex quo deinde Vniones effi-  
 ciat. Sed fabulosa sunt ista, neque enim vnquam in eiusmodi pisce inuenti sunt Vniones,  
 neque ros haustus non posset nõ in Ventriculo immutari, & concoqui, vel vnà cum excre-  
 mentis alijs excerni. Hactenus ille. Navigatores isti Indici alias rationes adiungunt, quò  
 minus credant lapillos hosce ex rore nasci, in Concha vna plures reperiantur, non planè  
 eiusdem magnitudinis, coloris, formæque: quod fieri debuisset, si ex rore generarentur.  
 Et cum tradant ex puro rore candidos nasci, ac nitidos, ex turbido verò pallefcetes, nec  
 tanto splendore nitoreque præditos, quam nobis dabunt rationem opinionis huius asser-  
 tores nigrarum Margaritarum, aut aliorum colorum? Nam Gonzalius Quietus tradit  
 se Margaritas habuisse colore nigras, vt est carbo, fuluas, splendentes, vt aurum, sine splen-  
 dore, seu obscuras, coagmentatas, densasq;, ad cæruleum vergentes colorem; item ad viri-  
 dem, & alijs coloribus præditas. Quidam ex recentioribus, vt antiquos cum iunioribus  
 concilient, originis diuersitatem dissimili earum genesi acceptam referunt, non autem au-  
 torum ignauia, aut oscitantia. Nec enim video, inquit Franciscus Ruëus, cur cui-  
 quam mirum videri debeat, si pro diuersa coeli constitutione illarum generatio variet.  
 Quid namque prohibet aliter nasci eas, quæ ab Erythraeo mari, quæve à Taprobana, &  
 Toidis, vel etiam ab Arabia peruntur littoribus? secus autem quæ à Paria, vicinisque Au-  
 strinis, vel etiam Occiduis septentrionalibusque Oceanis ab edoctis vniuersis solertissima  
 petuntur arte. Proinde Plinium rerum naturalium peritissimum nullius inscitia, aut ne-  
 gligentia insimulandum censeo, quòd de Margaritarum natalitijs aliter scripserit, quàm  
 Austrinarum, Occiduarumque nuper inuentarum regionum iustratores, quorum moni-  
 menta prætereo, ne prolixior sim. Sat namque nobis in præsentiarum fuerit apud omnes  
 conuenire, Conchas pro sua ætate, aut magnitudine maiores, pro rore verò (appetente  
 genitali tempore) concepti puritate, vel obscuritate generosiores, vel ignobiliores eniti.  
 Qua ratione vberiore has cum cœliaco natura, quàm cū equorea consensum, & cognat-  
 ionem obtinuisse manifestum puto. Hac ille, cuius conciliatio nullius planè apud me est  
 momenti. Nam quamuis in quibusdam rebus regionum, & locorum diuersitas diuersos  
 generandi modos proferat: tamen rationes prædictæ non patiuntur Margaritas è rore na-  
 sci: quemadmodum neque à fulgure, quod reprobat Johannes Tzetzes, asserens, puta-  
 re se in mari generari lapillos quosdam, qui cum in Concham ceciderint, huius testæ lau-  
 itate nitoreve acquirere, splendorem, sicque fieri Vniones: versus eius clarioris doctrinæ  
 gratia adferam:

*Nõ esse par-  
 tus Ostreo-  
 rum.*

*Piscis co-  
 lumbus.*

*Alia refu-  
 tatio nõ na-  
 sci ex rore.*

*Hist. Ind.  
 lib. 19. c. 8.*

*Cõciliatio  
 opinionũ.  
 Lib. 2. de  
 gemmis c.  
 34.*

*Fulgure nõ  
 nasci.  
 Chel. 11.  
 375.  
 Tzetzis o-  
 pinio.*

Εγὼ τὸ φυσικὸν ματὴς ἀσπρατὴς ἢ ἐξ ἄλλου  
 Ἐγγιστα μὲν δὲ δακτύλις ἐξ ἰχθῶρων πάλιν  
 λέγο δὲ ἐπεὶ τὴν θαλάσσαν εἶναι καθαρωτάτην  
 καὶ τὰς ἐκεῖσε λιθάγγας ποιεῖν ἀργυροχρόας,  
 καὶ λίαν τῶν ὀσρέων δὲ τοῦτων τῶν μαργαρίδων  
 τυγχά τειν ἀργυροχρόα, καὶ χρῶα τῆς μαργαρίδας  
 ὄσαι δὲ λιθάγγες ἐν τῷ ὕδατι τῶν ὀσρέων  
 γίνονται διαυγέστεροι τῷ χεῖρ τῶν ὀσρέων  
 καὶ εἰλψιν δὲ λαμβάνουσι, καὶ μαργαροὶ καλοῦνται. idest  
 Ego autem illud naturale fulguris non tollero,  
 Finisimum fabulis autem arbitror illud ex sanie (rore) rursus.  
 Dico autem illic mare esse purissimum,  
 Et illic lapillos facere argentes coloris.  
 Et putamina verò Concharum, harum Margaritarum.  
 Quotquot autem lapilli intra ceciderint Conchas,  
 Fiunt splendidiore seuore Concharum,  
 Et splendorem accipiunt atque Vniones vocantur.



**A** Sed hæc opinio, quamuis magis prædictis probabilis videatur, necdum recipienda videtur. Nam in Concharum carne interdum inuentos Vniones cum legimus, rotunditate insigni, & splendore. Igitur penetrare carnem quamuis mollem non possunt. Præterea testis Concharum plurimos adnatos fuisse cernimus: vnde Cardanus non admodum ineptè è testis Margaritas originem trahere suspicatur his verbis: Generari Margaritas in testa, non in carne, substantiæ primū similitudo ostendit. Visa est etiam Margarita testæ suæ iuncta: & ob id testæ earum intus inæquales sunt. Margaritæ ipsæ forma diuersa, plæræque tamen ad rotunditatem vergunt: & quo maiores fuerint, referunt eo limbo esse propinquiores: & alibi: Vidi ego nuper frustum matricis, in quo plures Vniones intus concreti erant, non secus, ac lapidum coagmentis (quæ rochas, id est, conos, à figura vocant) gemmæ. Nam profundiores aliæ, aliæ altiores, rotundæ, planæ, informes, veluti in cinere castaneæ, ita in matrici sepultæ erant. Verisimile igitur, postquam ab initio tam facilè auelluntur, expressum liquorem è testa, veluti guttas in rotundam formam cogi. Inde facta additione ex eodem lento humore per cortices augeri, atq; concrefcere, demum forsan electas alia Ostrea producere: veluti piscium oua pisces. Et vtcunq; sit, prægrauatas magnitudine testas illas spontè eijcere. Non sunt tamen Margaritæ duritia lapidea; neque scio quicquam, quòd in animali ducis oriatur Vmblicis marinis. Hactenus Cardanus. Androstheni Rondeletius assentitur: is autem apud Athenæum, ait τὴν λίθον ἐν τῇ σαρκὶ τῆς Ὀστρέæ γίνεσθαι, ὡς περ ἐν τοῖς σὺντοῖς πλεὺν χάλυζαι, id est, in carne Ostrei gigni Vnionem, quemadmodum in suum carne grandinem. Idem Iuba tradit referente Plinio, Arabicis Concham esse similem pectini insecto, hirsutam Echinorum modo, ipsum Vnionem carnis grandini similem. Hanc nos sententiam tuemur, & Indorum auctoritate confirmabimus, præsertim quis Cubaguam insulâ incolunt. Hic enim Vniones in Conchis eo nasci modo tradunt, quo oua in Gallinis. Nam in gallinis grandiora, propeq; matura foramini propinqua sunt, vt excludantur citius ijs, qui minora sunt, minusq; matura, & in vteri interioribus recondita. Ita quoque Ostrea hæc Margaritas ferunt magnas propè testarum ora, paruas interius magis, vt mirum non scripserit Plinius, partum Ostreorum Vnionem esse. Quidam non ineptè lapidum in diuersis animalibus nascentium generationi comparant horum originem. Inter quos est Rondeletius, & Alexander Benedictus, qui sic scripsit: Vidimus lapides ex vesica eiectos magnitudine oui gallinacii: quos paulatim viscosa materia obducta, veluti in crustas varij interdum coloris, igneus calor indurauit: atq; ita increfcere sensim traduntur. Margaritæ etiam in Conchis eo modo fieri traduntur, gemmarijs vartos veluti in cœpis cortices torno detegentibus. Et Rondeletius: Eadem ratione, inquit, arbitror Vnionem in Conchis concrefcere, qua grandinem in porcis, calculum in renibus, vel vesica. Quo anno hæc scriberemus, mortuus est quidam, cui in altero rene erat lapillus tot particulis constans, quot in rene venularum erant ramuli, quarum particularum lapilli, extremū veluti caput marmoris rotundi, & candidi scutullâ referebat, vel Margaritæ maiusculæ figuram, & splendorem, id ex pituita vitrea concretum fuisse existimo. Quare nec mirū si in Ostreis, & Conchis senescentibus Vniones reperiantur. Talia Rondeletius. Mollis est vnio in aqua, & vbi ex ea eximitur, indurescit veluti corallum, vt referunt navigationum Indicarum scriptores. Idque est, quod his verbis dixit Plinius: In aqua mollis Vnio protinus durefcit. In mari del Sur dicto scribit Gonzalvus Ouiedus inuenti Vniones centum pyri forma, antequam vnus rotunda. Incolæ Cubaguæ insulæ, quæ in Occidentali India sita est, asserunt Ostrea Margaritas ferentia certis temporibus producere certum humorem rubrum, & sanguineum in tanta copia, vt tingant, & inturbent aquam eodem colore. Nemo tamen rectè existimabit hunc humorem esse materiam, ex qua fiant Margaritæ, quia in nullo alio loco, vbi Margaritæ abundant, hoc obseruatum legi. Certum autem est succum aliquem clarum, tenacemq; esse. Illud quoq; refert ad harum γένεσιν, quòd Androsthenes in descriptione Parthiæ tradit apud Athenæum. Pinnarum, quæ in alto degunt clarissimos esse Vniones, puriores, grandiores: contrâ illarum, quæ per æquoris summa fluitant, & sursum euehuntur minores; colorisq; nubili, quia solis radijs percutiantur. Quæ etiam Plinius de vnionibus in Conchis Margaritifera nascensibus confirmat his verbis: Miror ipso tantum eos cœlo gaudere, sole rubescere, candoremq; perdere, vt corpus humanum. Quare præcipuum custodiunt pelagiæ altius mersæ, quàm vt penetrent radij. Non etiam illud, inquit Aelianus, me fugit, auulsis his lapidibus (vnionibus è Conchis) quasi redemptionis pretio persoluto, Conchas liberas dimitti, iterumq; Vniones renasci. Quod si priusquam lapis eximitur, huius altrix bestia moriatur, vnâ cum carne putrescere, & perire dicitur.

Refutatio  
opinionis  
Tzetzes.

Cardani  
opinio è  
testis  
oriari.

Andro-  
stheni  
opinio.  
Lib. 3.  
L. 9. c. 35.

Generat  
vionum

Cōparatio.  
Lib. 32. de  
cur. mor. c.  
34.

Grando, vt  
in porcis cō  
crefcit.

Molles in  
mari Mar-  
garite.

Materia v-  
morum.

Lib. 3.

Lib. 9. cap.  
35.



Aceto dis-  
soluuntur.  
Lib. 8. c. 3.



Ut dissol-  
vantur.

Non liquā-  
tur.

Liquari,  
quæ dicantur.

X historijs, quas infra recitabimus, cum de luxu agemus, liquet Margari-  
tas aceto dissolui. Vnde Pansanias: Τα μαργαρά ἀπολυθαί υἱοῦ τοῦ ἔξου  
dixit. Vitruuius. Aceti vis dissipat, & dissoluit ouum, plumbum, as,  
item Margaritam. Et obscurus quidam: Margaritæ velut testa oui aceto  
mollescunt, & resoluuntur. Distillantur etiam, & colliquantur, quæ lapi-  
dea sunt, inquit Cardanus, sed molliora, vt Margaritæ, coralli, Smaragdi.  
Ut ergo Margaritas dissoluas (nam hoc propono, quia expertum est) ipsas integras lava,  
succumque limonū bis, aut ter cola, inde merge, & soli expone: in quinque, aut sex diebus  
colliquantur, vt mellis, quod ad substantiam attinet, similitudinem referant. Ego si hoc  
olim nouissem, diues paucis diebus euasissem. Hoc enim intellecto, quod nuper scui, atq;  
alio secreto, quod experientia didici, poteram sex millia coronatorum in quadraginta, vel  
paulò pluribus diebus superlucrari. Existimo, sed non sum expertus, aceto distillato eas  
etiam posse liquari. Paucis adiectis etiam aurum his dissolui posse affirmant. Huc vsque  
Cardanus, Zoographus dum hæc scriberet Vniones aliquot perexiguos filo æneo insertos  
aceto satis aspero ad dies decem maceravit. Vnde emolliiti quidem sunt, & friabiles facti,  
præsertim superficie; pars inferior durior quidem remansit, sed & ipsa digitis atteri pote-  
rat, in fundo vasis arenosa asperitas videbatur, sicut in matulis calculosorū. Emolliuntur  
igitur aceto, & resoluuntur Vniones, non liquantur, aut contrahescunt. Nam quæ propriè  
liquari dicuntur, siue per se vi caloris, ea tota in liquorem abeunt: sedimentum enim, vt di-  
xi, arenosum in fundo relinquunt, vel totæ potiùs in arenam resolutæ subsident, si tempore  
longiore nimirum relinquātur. Acetum distillatum vim pristinam, sicut saporem, odorem-  
ve seruat: vt proculdubio eadem omnia, quæ non distillatum, præster: sed purius, subtiliusq;  
est. Zoographus ante multos annos in cineribus distillatum, ter repetita distillatione ace-  
tum, seruat. Non vehementius tamen inde, quàm acetum aliquod acere ante distillationem,  
factum ipsi videtur. Quocirca Cleopatraræ Margaritam tam citò dissolui potuisse valde mi-  
ramur. Acerrimum sanè illud acetum fuisse oportet, quale in nostris regionibus, non repe-  
ritur. Conchas quasdam (rugatas Rondeletij, vel similes) artifices alibi, vt Venetij, super-  
ficie externa, quæ fusca, & aspera est, præmollita nimirum aliquo liquore, lixiuio acri for-  
tè, ita expoliunt, vt pulcherrimè niteant. Cochleæ cælata testa, inquit Rondeletius, in ace-  
to macerata, superiore veluti cute, vel crusta spoliatur, redditurq; Cochleæ Margaritiferae  
modo splendens, nitida, & Vnionis modo colorata. Et Syluius ait: Dissoluuntur aceto for-  
ti præsertim distillato, vel succo limonum (pro eo inquit Zoographus, nobis succum ber-  
beris accipere licebit) Margarita, testæ ouorum, lapides renum, vesicæ, corallum vtrumq;  
ea post siccata promptè friantur. Sed aliud est dissolui, aliud friabile reddi.

## D E N O N I N A T A.

Margarita  
vius.

Lib. 32.

cap. 11.

MARGARITARIVS est negotiator, mangoq; Margaritarum, apud Firmi-  
cum. Calepinus μαργαρίτε μπουρον exponit Græcè. Potest etiam dici Græce μαρ-  
γαρίτης, vt ποργυρεός. Margaritifera qui fert Margaritas. Plinius: Concharum  
genera, inter quæ & Margaritiferae Cochleæ. Apud Lexicographos inuenio  
ἀμαργαρος Margaritis carens; sed sine autore.

H I E R O G L Y P H I C A.  
S Y M B O L I C A.

H

In somniū.

Lib. 41.

Lachryma-  
rum sym-  
bolum.



Μαργαρίται δηλοῦσιν δακρύων ρέον, id est, Margaritæ denunciant lachrymarum  
fluxum. Senarius est Onirocritus apud Suidam. Visos in somnis Vniones  
lachrymarum profuuium portendere, tradiderunt Artemidorus, & alij.  
Inde Pierius Valerianus in Hieroglyphicis Vniones, vel Conchæ eorum,  
pro lachrymarū simbolo accepit: fortè quòd lachrymarū guttæ, Vniones  
magnitudine, perspicuitate, & orbe suo referant. Cumque eiusmodi somnium aliquando  
ipsi contigisset, resq; postmodum subsecuta esset, hoc versu meminit:

Visus eram nivos manibus tractare lapillos,  
Vnio in his latjs gemma inimica viris.

Vniones;



**A** Vniones, teste eodem, qui nihil præter nitorem, & lauorem ostendunt, significant venustatem. Idcirco Veneti in ornatu inter ceteras gemmas Vniones præcipuè deberi putant; virilior enim paulò ex reliquis gemmis ornatus, Vnionum planè fœmineus est: Cæsarem Veneti generici ex Vnionibus Britânicis thoracem consecrassè Plinius refert. In Euangelio Margarita significat præmium, quod rectè facientibus offertur, vt idem tradit. Sed rectius verbum Dei mihi exposuisse videtur Clemens Alexandrinus his verbis: Maximi autem pretij Margarita mundum muliebre per summam lasciuiam mirandum in modum inuasit: ea autem nascitur in quodam Ostreo pinnis non absimili: magnitudo autem eius est, quâtus permagnus piscis oculus: nec pudet miseris totum suû studium in hoc Ostreo ponere, cum eis liceat sancta ornari gemma, nempe verbo Dei, quod vtiq; scriptura appellauit Margaritam, qui est pellucidus, & purus Iesus, qui est in carne cõtemplator oculus, qui est ratio, qui perspicuus, per quẽ caro est pretiosa, quæ aqua regeneratur. Illud, n. Ostreum in aqua natum carnem contegit: ex ea autem Margarita concipitur. Saluator noster apud Matthæum: Ne detis quod sanctum est canibus, neq; proieceritis Margaritas vestras ante porcos: ne quando hi conculcent eas pedibus suis, & illi versi in vos lacerent vos. Et rursus: Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas Margaritas: qui cum inuenisset vnam preciosam Margaritam, abiens vendidit omnia, quæ possidebat, & mercatus est illam. *Εν πολλοῖς γὰρ, inquit Clemens Alexandrinus, τοῖς μαργαρίταις τοῖς μικροῖς εἰς, ἐν δὲ πολλῇ τῇ πῶν ἰχθύων ἀγρᾷ ὁ καλλιχθύς ἐκλάμπει.* Id est, inter multas paruas Margaritas, vna resplendet præ cæteris, & in sæcunda piscium venatione Callychthus.

*Venustas.  
Li. 9. c. 35.  
Præmiū re-  
ctè facien-  
tibus.  
Pedag. lib.  
2. c. 12.  
Verbū Dei.*

*Cap. 7.  
Matth. ca.  
13.  
Strom. 1.*

MORALIA.



**S**ANCTISSIMA Virgo, & mater Dei nostri perquàm appositè Margaritæ assimilatur. Etenim vt Margarita inter cæteras gemmas cādore, claritate, perspicuitate, rotunditate, vnitæque, vnde vnio vocatur, præcipua habetur, & cor roborat; syncopen, & animi defectū curat; ita etiam hæc sãctissima Virgo immaculata verè cādida est propter puritatem, & virginitatem, clara propter honestatem, perspicua, ac resplendens propter veritatẽ: eius enim intima videri poterant; rotūda propter obedientiæ, bonorumq; operum celebritatem: vnica, & præcæteris præcipua, propter singularem, ac eximiam sanctitatem. Animum addit timidis peccatoribus, & tremorem, tristitiamq; ne damnati moriantur, pellit. Rectè itaque sapuit, qui inuenta tam pretiosa Margarita, omnia bona sua vendidit. Ideoque dicitur Virgo singularis. vna columba.

*S. Virgo  
Margaritæ  
similis.*

*Cant. 6.*

ALTEIGIESS.



**M**ULPIANVS Digestorum nono ad legem Aquiliam, ita inquit: Si maritus vxori Margaritas extricatas dedisset in vsu, easq; incio viro perforasset, vt pertusis in linea (filo) vteretur, tenetur lege Aquilia. Sed apertius alibi: Si linea Margaritarum surrepta sit, dicendus est numerus. Cælius Rhodiginus, Extricatos, inquit Vniones iureconsultis dicti opinantur, perpolitos, & ab genitiuis maculis depuratos. Adrianus Turnebus libenter assentitur Accursio, vt extricatae sint Margaritæ, quæ lineis intricatae non sunt, sed extra lineam, & tricam per se separatae sint: extricatas enim Iurisconsultus, opponere videtur ijs, quæ in linea habeantur. Robertus Constantinus extricatas interpretatur, non pertusas, nec in linea, α' πολελυμένες. Scribitur in lege Seia. Seia Vnionem cum hyacinthis legauit: postea Vnionem soluit, nec vllum mortis tempore inter ornamenta sua Vnionem reliquit: quælicum est, an hæres æstimationem rei, quæ in hæreditate non est, prestare debeat.

*Digest. de  
fur. li. 47.  
Extricati  
Vniones,  
quid.  
Aduers.  
l. 27. c. 31.*

*ff. de aur.  
& arg.*



## EPIGRAMMATA.

Lib. 8. Epigram.



**G**ELLIA Vniones tam perditè diligebat, vt negaret se amplius victuram, si eos amitteret: Martialis igitur optat hocce epigrammate manus furaces Annæ Serenæ: vt Vnionibus subreptis, Gellia occidat:

*Non per mystica sacra Dindymenes,  
Nec per Nilivæ bouem iuuenta,  
Nullos denique per deos, deasque;*

*Iurat Gellia: sed per Vniones.*

*Hos amplectitur, hos deosculatur:*

*Hos fratres vocat, & vocat sorores:*

*Hos natis amat acrius duobus.*

*His si quo careat misella casu,*

*Victuram negat esse se nec horam.*

*Eben quàm bene nunc, Papyriane,*

*Annæ faceret manus Serenæ.*

Hoc alio Epigrammate à Lino Pedagogo liberto Posthumillæ, qui tantæ erat apud Patronam gratiæ, vt ei committeretur gemmæ concubini totum penus, Poeta idem geminos poscit, & cum videatur velle pueros, petit Vniones;

*Crinitæ Line Pedagoge turba,*

*Rerum quæ tu dominum vocat suarum;*

*Et credit cui Posthumilla diues*

*Gemmas, aurea, vina, concubinas:*

*Sic se perpetua fide probatum,*

*Nullâ non tua præferat patrona:*

*Succurras misero precor furori,*

*Et serues aliquando negligenter*

*Illos qui malè cor meum perurunt:*

*Quos & noctibus, & diebus opto*

*In nostro cupidus sinu videre,*

*Formosos, niueos, pares, gemellos,*

*Grandes non pueros, sed Vniones.*

Poeta acumen.

Acumen poëtæ ex eo est, quòd ad exitum vsque Epigrammatis habet lectorem suspensum, quasi petiturus sit concubinos, cum tandem petat Vniones.

## EPI THETA.

**M**ARGARITA Indica, fulgens, apud Ratifium textorem. His & alia ex locis, & notis electionis, & præstantiorum addere licet. Iulius Cæsar Scaliger:

*Aut Vniones lucidos, graues, grandes;*

*Quæ dira colloferi hyena rugoso.*

## P R O V E R B I A.



**I**tanti vitrum, quanti Margaritum. D. Hieronymus in epistola quadam ad Demetriadem virginem: solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere: si tanti, vt dicitur, vitrum, quanti Margaritum. Vtitur eodem proverbio idem Hieronymus complusculis alibi locis: vsurpatur & à Tertulliano in libello ad Martyres. Hoc edicto summa rerum

inæqualitas significabatur. Si tanto studio curas, vt viuat corpus, quàm est dàda opera, quòd viuat animus. Si nihil non facis quo placeas homini principi, quanto magis enitendum, vt placeas principi Deo? Si raris sudoribus parantur opes periture, vel vsu, vel furto, cur non magis incubimus, vt cælestes opes adcumulemus? In his, & huiusmodi locus erit proverbia:

Creta



**A** *Creta notare* prouerbialis locutio est, pro eo quod est approbare: & carbone notare, quod est damnare. Propterea quod Pythagoras aiebat id, quod esse colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Ad hanc formam pertinet etiam illud *Vnionem signare*, quod sapius apud autores est, pro eo quod est inter felicia, prospera que numerare: ductum à veteri superstitione, quæ unumquemque anni diem missis totidem in vnam, aut, vt apud Scythas, in parethram, calculis signabat: quem arbitrabantur prosperum abijisse, candido calculo, aut creta: quem egregie felicem, Vnionem: cõtrà quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. Hæc omnia autor adagiorum,

*Creta nota  
re, & car-  
bone quid.  
Vnionem sa-  
gnare.*

## ELECTIO.



**P**RAEFERVNTVR, inquit Franciscus Rueus, candidissimæ, lucidissimæ, rotundissimæ, læuissimæ, & minimi ponderis: maximè autem si natura perforatæ sint, Margaritæ. Verùm ridiculum est aliquas à natura perforatas inueniri. Nescio cur etiam præferat leuissimas, cum Plinius magis ponderosas laudare visus sit his verbis: Dos omnis in candore, magnitudi-

*Lib. 2. de  
gem. c. 13.*

*Li. 9. c. 35.*

**B**

ne, orbe, leuore, pondere haud promptis, id est, vt exponit Dalechampius, haud inuentu facilibus, eximijs illis præstantiæ notis omnibus in vnico vnionem rebus, quibus sanè verbis omnes laudes Margaritarum complexus quàm breuissimè est. Eodè loco: In candore ipso, inquit, magna differentia, clarior in rubro mari repertus. Indicus specularium lapidum squamas assimilat, alias magnitudine præcellens. Summa laus coloris est ex aluminatos vocari, & procerioribus sua gratia est, Elenchos appellant fastigiata lōgitudine, alabastrum figura in pleniorē orbem desinentes. Hoc loco exaluminatos interpretantur quæque versum sine fusco nitentes, & pellucidos, & ad aluminis colorē accedentes, quod optimum censetur, cum candidissimum est, teste Dioscoride. Color igitur non omnibus idem, qui & penes regiones admodū differt, vt etiam magnitudo. Nam circa Bosphorum Thracicum ruffi sunt, & parui. In Acarnia coloris marmorei. In Britannia decolores. In amni apud Volgesum montem in Lotheringia nō admodū splendidi. Vnde fit vt penes regiones, locaque in quibus nascuntur, eorū laudes his verbis prosecutus sit Aelianus: Optimus Indicus, & in mari rubro procreatus existimatur. Idem in Occiduo Oceano, vbi existit

*Indici no-  
ta.*

*Exalumi-  
nati.*

*Lib. 5. cap.  
123.*

*Colore va-  
riant.*

*Lib. 15. de  
animal. c. 8*

**C** Britannia, nascitur: sed is magis fului coloris est, minusque splendidus. Iuba in Bosphoro etiam freto nasci scribit, qui & Britaunicis inferiores sint, & cum Indicis, & Erythraeis nullo modo comparandi. Hodie quoque optimi censentur Vniones Orientales, atque inter hos, ij, qui inter Ormutium, & Bassoram in sinu Persico inueniuntur. Qui inter insulam Seylan, & Cōmorini caput habentur, cedat his pretio, & à peritioribus facile cognoscuntur; item qui circa Insulas Borneo, & Aynon inueniuntur, vilioris etiam pretij sunt. Itaque Orientales lumine sincero illustres sunt. Occidentales tristis quædam, & nebulosa sinceritas inest. Ideo illis pretium maius. Habet tamen etiam Occidentalis ora quosdam, qui non cedunt Orientalibus; sed admodum paucos. Ponderosi quoque commendatiores. Pondus ad hoc æui, inquit Plinius, semiuncia, pauci singulis scrupulis excessere. Ex Indicis nunc ponderosissimi pendere visi sunt centum sexaginta grana hordei, siliquas triginta, & viginti septem siliquas. Maximos duos possedit Cleopatra Aegypti regina per manus Orientis regum sibi traditos. Rex Bornei cui anserini magnitudine. Margaritæ magnitudine parua nucis auellanae, quam leptocaryon vocant Graeci, & egregie rotundæ nominantur apud Heliodorum. Ad hæc multum conferre maturitas.

*Orientales.*

*Ex Occide-  
ntali India.*

*A pondere.*

*Cleopatre  
vniones.*

*Aethyop. 2.  
A maturi-  
tate.*

**D** Aiunt enim quo maturiores sint, eo albiores, & magis splendidas esse, translucidas, minusque referre colorem Conchæ, qui aliquando arcum ferè cælestem refert variantibus pro diuerso ad lucem posito coloribus, rutilo, ceruleo, subuiridi. Itaque Americus Vesputius, sic de Vnionum maturitate ad regem suum scribit: Nouerit maiestas vestra, quod nisi permaturi sint, & à Conchylis, in quibus gignuntur, per se se excidant, omnino perfecti non sunt: quinimò in breui, vt sapius expertus sum, emarcescunt, & in nihil redacti sunt. Cum verò maturi fuerint, in Ostrea ipsa inter carnes, præter id quod carnibus ipsis hæreant, se separant: huiusmodi optimi sunt. Hæc ille. Addit etiam inter probitatis notas Iohannes Fregosus, si facile in aceto liquefiant. Refert etiam ex qua Concha exemptæ sint. Nā quæ in India Occidentali Pinnarū quodam genere nascuntur, turbido sunt colore, obscuro, ruffo, & quamuis candidæ quædam in his inueniantur, tamen non cōmendantur. Inter Conchas optimæ habentur læues, & albæ, quales pro Conchis Margaritiferis exhibuimus.



## P R E T I V M.



**P**LINIVS cū de luxuria, quæ ex mari petitur, dixisset: Principium ergo, inquit, columenque omnium rerum pretij Margaritæ tenent. Alibi primum adamantini apud suos Romanos Indici, Arabiciq; Margaritis statuit. Et alio rursus in loco: Linum, inquit, quod ignibus nō absumitur, in desertis Indiæ cū inuentum est, æquat pretia excellentium Margaritarum. Androsthenes scripsit in Asia (nā locus erit pretij æquus estimator) Perside, &

alijs Oriētris regionibus tantū vniones pretij fuisse, vt pari auro rependerētur. Megasthenes, teste Arriano, tradit apud Indos ter tanto auri putissimi (nam hoc Indi quoque fodiunt) pōdere æstimari, *ἑπαιτρυσάσιον πρὸς χρυσίου τὸ ἀπὸ γ-δov*. Arabiæ (audi Plinium) feliciter mare, quàm cōtinens est: ex illo namq; Margaritas mittit: minimaq; computatione millies centena millia sestertium annis omnibus India, & Seres peninsula illa imperio nostro adiunt. Tanto nobis diliciæ, & sœminæ constant. Quota enim portio ex illis ad Deos quæso iam vt ad inferos pertinet? Alexander Seuerus teste Aelio Lampridio gemmas sibi oblatas vendidit. Et cū quidam legatus Vniones duos vxori eius per ipsum obtulisset magni ponderis, & inusitatae mensuræ, vendi eos iussit: qui cū pretium nō inuenirent, ne exemplum malum à regina nasceretur, si eo vteretur quod emi non posset, in auribus Veneris eos dicauit: Cæsar, vt scribit Suetonius, ante alias dilexit Marci Bruti matrem Seruiliam, cui primo suo cōsulatu sexagies sestertium Margaritam mercatus est. Quod hic dicitur de Margarita sexagies sestertium coempta, fidem facit dicto Pliniano de Margarita Cleopatrarum centies sestertium æstimata, id est, aureis ducentis quinquaginta millibus. Budæus, cū inquireret, an id verum esse potuerit, sic rationem ducebat, Dotem omnem Margaritarum, vt Plinius inquit, & gemmarij nostri confirmant, in candore, in magitudine, & orbiculari forma, in lauore, & pōdere esse scimus. Candorem nostri nitorem Indicum intelligunt. Quare in Vnionum indicatione omnia hæc obseruant. Cum hæc proderem, percūctus sum à gemmario quodam primi nominis mihi familiari, quem vidisset vnquam pretiosissimum Vnionem, quantum pendere meminisset. Cū de hoc verba faceremus, & ille trecentarios se vidisse respondisset, idq; vt memorabili in præcipua bonitate commemoraret, inter sermonem aduenit gemmarius alter, qui dixit pridie se vnum tenuisse quadraginta ceratia pendentem. Hoc enim verbo in gemmis appendendis vtuntur, quod infra à nobis exponetur. Is igitur cum rei pernoscendæ cupidum me videret, ait se postridie mihi eū ostensurum in manibus inclusoris, aut vascularij, qui illigandum cum monili conduxerat. Ea die ad constitutam horam non affui. tertio die cū venissem ad eum, comperi ab inclusore redditum; ceterum eum esse in dactylothea principali, tribus aureorum millibus emptum, auellanæ magnitudine, orbiculatum, eximie pulchritudinis, pōdere, vt dixi, quadragenarium. Ab alio gemmario audiui vnam se Margaritam tenuisse, exquisita bonitate, pondere tricenariam, quatuor millibus aureorum emptam à duce Bordoniana Ludouici regis vndecimi filia. Et paulò post: Sed Plinius de Vnionibus loquens, Pondus, inquit, ad hoc æui sententiæ pauci singulis scrupulis excessere. Hoc pondo sex, & octoginta ceratia, & bessem ceratijs æquat, cū in vncia centum, & sexaginta sint ceratia, & viginti in drachma. Non mirum igitur est, si Vnio omnis æui maximus, & omni dote probitatis præstantissimus, tanti ea ætate æstimatus est, qua mundus auro, & argento exuperabat. Et rursus paulò infra, cū ea Plinij verba adduxisset, quæ nos iam citauimus, hæc subdit. Ergo cū eo tempore Vnionum inter gemmas prima, aut certè secunda esset indicatura, tuncq; rerum pretia ad summum licitationis peruenisset, & ille Cleopatrarum Vnio pondere altero tanto præstaret, quem pretiosissimum memoriæ nostræ Vnionem gemmarum insitatores meminerunt, atque eo amplius scrupulo: non abhorre à fide puto tanti æstimatum esse: simul quòd omnibus numeris commendationis absolutus erat, simul quòd ad culmen probationis, & primatū peruenerat, & ita inclaruerat fama, vt natura specimen sui fecisse in duabus Margaritis æstimaretur, vt ex Plinio apparet. Huius pretij ratio sic arbitror iniri potest. Quum ex illo gemmario quærerem, quāti est formula æstimaretur plurimo Margarita, quæ pondere quaternaria, & qualitate prima esset: triginta, inquit, aureis eiusmodi emptā vidimus. Quid octonariam, inquam eiusdem notæ quanti æstimares? ait minimum ducentis. Cū vterius rogitando per accessiones pergerem, ita respondit, vt intelligerem accessionem pretij deinceps ex pondere, non ex numero, sed proportionem fieri: vt quomodo duplicando

Li. 9. c. 35.  
Li. 37. c. 4.

Lib. 8.

Vniones  
venditi ab  
Imperato-  
re.

Vniones do-  
nati.

Lib. 2. de  
asse.

Margarita  
in signis  
ponderis.

Pondus.

Cleopatra  
gemma pre-  
ty ratio.



Quando ponere supradicto octonaria Margarita paulò minus septuplex quaternaria æstimatione facta esset; sic in duodenaria, & vicensaria, & vltioribus maiore deinceps maior; rursus versus incrementò pretium augetur. Quia ratione si pretium Pliniana statuamus, in immensum quoddam pretium abibit taxatio. Maius fortasse miraculù sit Cæsarem centum quinquaginta millibus Vnionem vnum emisse, vt adulteræ donaret. Hactenus Budeus. Porro Vnionem Cleopatraz ad monetam suam Lusitanicam computans Fregolus, *Navig. in Ind. Oriët. cap. 91.* ait valuisse ducenta quinquaginta millia ducatorum. Iohannes Hugo Linchottanus Vnionem perfectum ex omni parte, quâ splendoris, quâ luminis sine puteolis, spherica forma, aut in pyri speciem probè tornata, qui lati vnus ducatum vnum ferè valere à gemmarijs est edoctus. Atq; hinc, inquit, cõputatio deducetur, vt in adamãte, carbunculo, & smaragdo, ablata semper pretij parte, pro vitiorum, aut puteolorum, aliarumq; improbitatum nota. Constituta ergo ritè æstimatione pòdus ipsum reputa, ac tum procedes in pretio, eodem planè modo, quo in rubinis, & adamante fieri assolet. Etenim Margaritarum lineas, ita æstimabis, si maiores, ac elegãtiores plures sint, non improbabis; nam ob multitudinem pares esse non possunt, ac bonitate maiorum facilè minorum prauitas vincitur; si è contra appareant, tum, quod aiunt, ex inanibus paleis trituram frumenti feceris. Mirantur itinerum Indicorum scriptores, non maioris apud nos Europæos Margaritas esse pretij, quàm sunt, cum magni sint apud Ormuranos, vnde per diuersas terras ad nos adferuntur. Cæterum Ormutij; cribris ex bractea factis Margaritæ venduntur, rotundis ea sunt foraminibus, in quæ distincta vicissitudine quadam subeunt foraminum: etenim alia grandiora sunt, alia minora, octo ferè in species diuisa, ex quibus bacca, quæ cadunt, diuersa item pretia nanciscuntur. Minutæ illæ, siue Margaritarum quisquiliæ, Alioffar dictæ ad vnciaz pondus venduntur, & à Pharmacoplis, Venetijs allatæ emuntur, parui in India pretij. Pharmacopolæ nostri, inquit Zoographus, Vnionum minimorum, vilissimorumq; vnciam emere se aiunt denarijs argenteis octonis. Elegantiorum verò, quibus ad virginum, & matronarum ornamenta quedam, vestium dico, & tænearum, aut mitrarum, aurifabri vtuntur, vncia denarijs ferè quadraginta octo venit. Hæc ille. Vniones exigui autem in Aethyopia tanti fiunt, quanti aurum.

## VT POLIANTVR.



ETVSTATE, & continua gestatione pondus, coloremq; mutari, & pretiũ visescere notum est: idq; Plinius non ignorauit. Alexander Polyhistor, & Sudines senescere eos putant, coloremque mutare, atteriq; nisi sedulo habeantur. Pondus nullis remedijs restitui potest, sed nitor. Indi in oriza non nihil contusa cum sale fricat aliquamdiu, vnde perpetuus decor ille, & eximia claritas. Auetroes Arabs magni nominis philosophus, & medicus scri-

bit, si dentur comedendæ columbis, clariore, & puriore reddi: sed occidendas esse statim vbi deglutierint; diutius enim in ventriculis detentas, pondere, & pretio imminui, plusq; damni, quàm lucri accipere. In Bohemiæ fluuio, qui pagum Hussinetz alluit inuentas Margaritas in Conchis quibusdam immaturas accolæ aliquando anatibus eleuandas præbent, & vbi aluo reddiderint, splendidiore colligunt. Cum eximi debent, cauent ne aëre tangantur, & illico ore excipiunt. Salua enim ablutæ constantius splendorem seruant. Fit insuper interdum, vt maculam quandam in superficie habeat vnio, aut pilum, aut aliud quippiam, quod splendorem, pretiumq; diminuat. Ideo gemmarij tunicam primam Vnionis auferunt, habet enim plures tunicas, siue cortices, vt cepæ, veluti dictum est. Sed gemmarius, qui hoc opus aggreditur certus esse debet tunicas interiores maculis, aut pilis carere, quòd facilè cognosceret, si Vnionem digiti summis, solis splendori lucido celo opponat, nam ita omnia vitia facilè videbit, veluti sunt rimæ: quandoque enim rupti Vniones sunt parte interna, cum foris summæ sint probitatis, quamuis ad naturalem, primumque nitorem, nunquam redigi possint. Quod & Aelianus docuit his verbis: suapte natura rotundus, & lauis est, probèq; circumscriptus: si quem ex eis velis affabrè aliter quàm natus est expolire, is artificium prodit: non enim cedit, sed asper fit, & se fraudibus, atq; insidijs ad speciem indicat attentari.

*Cur vilescant.*

*Li. 9. c. 35.*

*Pondus nõ restituitur*

*Vs nitor restituitur.*

*Vt pilus auferatur.*

*Vnionis cortices.*

*Naturalis nitor nõ restituitur.*



## VT ADVLTERENTVR.

Chel. II.

375.

Vniones  
manu fa-  
cti, forma-  
tisque.

IOHANNES Tzetzes Vniones factitios τυπωτῆς, id est, formatos vocat, atque χειροποίητης, id est manu factas his versibus:

Τὰς τυποτῆς δὲ μάνθανειὼν καὶ χειροποίητους  
Τὸ σιδηροῦ τυπάριον εἰς σφαίροσιν μαργάρων  
Κρατῶν, καὶ ὀβελίσκων δὲ, ὅσιν θηρᾶ μαργάρους,  
Εἰσέρχεται, καὶ τιθῆσιν ἔγγιστα τῷ ὄστρει

Τὸ σιδηροῦ τυπάριον, τῷ δ' ὀβελίσκῳ νύττω

Τὸ ὄστρεον, ἐκρέει δὲ τὶ ὡς ἰχώρ ἐκ τέτης.

Ὅπερ χεῖρ καὶ τυπῶθ' ἐν, μαργάρον πῆξιν φέρει. Id est.

Formatas autem disce nunc, atque manu factas.

Ferrum quoddam formatorium in rotunditatem Margaritarum

Tenens, atque veru quicumq; venatur Margaritas,

Ingreditur, atque ponit propè Ostreum

Ferrum impressorium, veru autem pungit

Ostreum effluit autem quippiam veluti sanies ex hoc,

Quod fustum, atque formatum Margaritæ coagulum fert.

Et paulò post:

Καὶ τεχνικῆς ἐπίσταμαι μαργάρους ἐκ μαργάρων.

Μικροὺς μαργάρους θράνωτες, καὶ λύοντες ἐν γὰρ τέχνῃ

Ἄλλης σφαιροῦσι μείζονας.

Et artificiosas scio Margaritas ex Margaritis,

Paruas Margaritas, frangentes, atque resoluentes arte.

Alias rotundant maiores.

Lib. 3. de  
vita Apoll.

Mutuatus autem hæc videtur Tzetzes ex Philostrato; non satis plenè tamen. Quare ipsa Philostrati verba, Zenobio Acciolo interprete, ad Græcū exemplar à Zoographo emendata ponemus: Dignum quoque, inquit, existimaui, quæ de altero Margaritarum genere (arte factis scilicet: nam naturales calculos in Conchis quibuldā albæ testæ, circa Byblum parvam Indiæ insulam reperiri, qui in Ostreis illis locum cordis obtineant, paulò ante dixerat) traduntur, non prætermittere: quandoquidem nec ipsi Apollonio res visa est leuis, sed auditu iucunda, mirabilium omnium mirabilissima. Nam qua parte insula pelagus respicit, immensa est maris altitudo. Fert autem Ostreum in testa alba (ἐν ἐλύτρω λευκῷ) quadam pinguedine referta. Lapidem autem nullum producit. Inde maris tranquillitatem obseruant, & aquæ superficiem etiam ipsi olei effusione læuigant. Tum ad Ostrea capiēda ingreditur aliquis, ita instructus, paratusq; sicut qui spongas colligunt. Est autem ei ferreus later (πλινθὶς σιδηρᾶ, non πλινθος, vt interpretes legisse videtur. Est autem πλινθὶς, vt quidam dicunt, scalpellum quo sementarij vtuntur ad æquandam, & poliendam laterū scabritiem, vel vt alij interpretantur δοκίς, id est, pugio maior, & quadratus instar trabis. Alij asserculum esse putant, vel tabulam, qua mulieres lanam vellentes vtuntur, Gybertus Longolius,) & alabastrum vnguenti: atque ita propè Ostrea confidens Indus vnguento, quasi esca ad fallendū vtitur: namque illo perfusa Ostrea sese aperientia inebriantur. Tunc ferreo stylo perforata quasi sanie[m] quandam emittunt. Hanc venator ferreo latere excipit: qui in varias multiplicesque formas concuatus est; ea verò postmodum sanies lapidescit: atque in modum naturalis Margaritæ albus ille sanguis obdurefcit. Et hæc est, quæ ex rubro mari colligitur Margarita. Huic autem venationis generi etiam Arabes intendunt, ex opposito maris habitātes, hæc Philostratus. Cæterum, quòd Tzetzes scribat

Lib. 7. de  
var.

Ex Cōcha-  
rum testis.

ex Margaritis contractis fingi Vniones, non mirum videtur, cum Cardanus scribat Concharum testi fieri his verbis: Non læuis est lucris seplasia, cum ex Concha Margaritarum pulcherrimi fingantur Vniones. Adeo autem rectè fraus hæc succedit, quòd nec à gemmarijs dignoscuntur: color, splendor, substantia, pondus respondent. Sunt qui etiam ex duobus frustis ob Conchæ tenuitatem Vniones conficiunt. Dum hæc scriberem lis agebatur de Margarita sexaginta octo aureis empta à gemmario, quæ ex Cōcha facta erat: pretium æstimationis aurei ducenti. Sperabant imponere Germanis, aut Gallis: quod ingenio, & arte minus valeant. Idem alibi: Nuper, inquit, inuentum est, quòd vidi, vt Margaritæ fiant adeo veris similes splendore, vt si forma, quæ solùm dimidium orbem implet, non obstaret

Lib. 10. de  
var. rer.

asperitas



**A** asperitas quaedam, omnino pro veris, atque optimis eis assimilarentur. Quoniam solū iuxta littus maris effici illas posse affirmabat ( qui hanc artem callebat ) solūque vere : & hemicycli, ut dixi, forma; coniectura assequor ex lapidibus Astacorum, aut Pagurorum, vel eius generis illas confici. Coquebat autem eas cum aqua. Liquorem circumponens illum à quo tam splendida euaderent. Certè si rotundæ pro dimidijs fieri possent, etiam ipsos gemmarios fallerent: quando & nunc egregia opera inferantur. Quod verò optimum est, tardè senescunt, multis annis splendorem seruantes. Leues sunt, & etiam pondere ipso parum à natiuis differunt. Cum verò peteret centum coronatos, ut doceret, non tanti hoc existimaui, ut doceret fallere. Sed constat originem hoc adulterinum à talcho ducere. Conchas palustres aliqui in aceti lixiuo coquunt, donec nigri earum cortices separari possint: reliquum album contundunt, & rore inter Pentecosten, & Augustum collecto, distillatoq; excipiunt, subigunt, & globulos minutos formant, pertunduntque acicula, & filo insertos ad solem indurant. Margaritæ oculi labracis à Kiranide nominantur: unde arbitror esse qui ex humore crystallino oculorum pisceum quorundam, ut potè albo, solido, rotundo, & magnitudine mediocris Margaritas referente, eas mentiantur. Fieri enim posse putant, ut præparatione aliqua translucidus is humor reddatur, sicuti in viuò erant pisce. Nam & Antonius Mizaldus Margaritas, sic fingere docet: Accipe, inquit, candidos lapillos ex capitibus, & oculis piscium: quos munda, sicca, puluera, & agitat, despurmatisque ouorum alluminibus excipe, misce, ac tam diu moue, donec fiat veluti mala, & spissamentum: ex quo Vnionum corpuscula, dum recens, & tractabilis est materia effuge, & seta suilla, ut fiat foramen, transige, tum demum resiccata coque in lacte vaccino, & secreto loco procul à sole, & puluere iterum sicca, donec perfectam duritiem induerint. Videbis, quòd placuisse queat. Massarius scribit suo tempore Murianenses vitrearios Vniones adulterasse; primum Vniones vitreos vacuos, sed translucidos fecisse, deinde materia implese, qua spicididi, & Vnionum coloris redderentur in tantum, ut vix à veris Vnionibus discerni possent. Quapropter fuisse decem virorum decreto vetitos. Sunt & fossiles quaedam, & subterranea Margaritæ crystalli fatiga, teste Aeliano. Aiunt in Cambaia esse qui gemmas, & Vniones faciunt, quos veros putares, sed quomodo, nondum scitur. Possent etiam quispiam rudioris semina lithospermi vendere pro Vnionibus, qui hæc Plinij consideret: Inter omnes, inquit, herbas lithospermo nihil admirabilius. Aliqui ægonychon vocant, alij Diospyron, alij Heracleon.

**H**erba quinquecaulis ( quinque caulibus manusc. ) folijs duplo maioribus, quam ruta, ramulis furculosis, crassitudine iunci: gerit iuxta folia singulas veluti barbudas, & earum in cacuminibus lapillos candore, & rotunditate Margaritarum, magnitudine ciceris, duritia verò lapidea. Ipsi quæ pediculis adhæreant, cauernulas habet, & intus semen. Nascitur, & in Italia; sed laudatissimum in Creta. Nec quicquam inter herbas maiore quidem miraculo aspexi. Tantus est decor velut aurificum arte alterius inter folia candicantibus Margaritis: tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis.

*Ex oculis  
cacrorum.*

*Ex Concha  
rum palu-  
striū testa.*

*Oculi la-  
bracis.*

*Ex oculis  
piscium.*

*Memor.  
cent. I.*

*Ex vitro.*

*Margaritæ  
fossiles.*

*Lib. 27. ca.  
II.*

*Lithosper-  
mi forma.*

## VSVS IN MEDICINA.

**M**EDICORVM qui medicamentis suis Margaritas miscere cupiunt, interest scire, quales nam accipere debeant. Sunt enim perforatæ, & non perforatæ. Perforatas natura præferri cæteris, quòd per foramen excrementis sint purgati, non bene putat Syllius, vnaq; cum eo alij doctissimi viri. Nam omnes perforantur arte, idq; magna ex parte in Babylonia, quòd ex Omario, alijsc; Indiæ vicinis regionibus deferuntur. Syluaticus, quæ ad remedia requiruntur, non perforatas intelligi scribit. Est & obscuras quædam subcitrinas non perforatas, quæ perforatis æquipollent. Idcirco eligendas esse claras, & albas, obscuras, & quæ sunt albibas, hoc est pallidas non esse miscendas medicamentis. Maturas, inquit Albertus, splendentes, & translucidas sunt od ornatum eligenda: minus maturas aliqui in medicina præferunt. In iunioribus Conchis reperire meliores sunt: hodie in Bohemia immaturæ medicis sunt vni: maturæ autem, & splendentes annulis includuntur. Zoographus tradit pharmacopolas compositionibus quibusdam medicis addere Margaritas minutas, phi y gombus inutiles, & feminarum desiderijs ineptas. Sed Serapio Margaritæ, inquit, eligendæ sunt maiusculæ, claræ, læues, non angulosæ. Frigidæ, & siccæ sunt in secundo gradu cum pauca subtilitate secundum Rasin; quòd verius videtur, quam quòd Isaac Eben Amra scribit, in omnibus qualitatibus primis eas temperatas esse. De hæc humiditates. Dissoluuntur,

*Perforatas  
malè præ-  
ferri.*

*Vbi perfo-  
rentur.*

*Immatura  
quibus ex  
vsa.*

*Quæ eli-  
genda.*

tur,



*Margarita  
rarius, &  
semperies.*

*Ad cordis  
effectus.*

*Succeda-  
neum.*

*Oleum ex  
vniionibus.  
De med.  
vel. & no.  
dialog. 7.*

*Calx Mar-  
garitarum  
ut fiat.  
Lib. 2.  
alcharac.  
2.  
Liquor  
Margarita-  
rum.*

cur, & lineur baras (baras, vel albaras Arabicè, est leuce Græcorum, id est, vtiligo profun-  
dior, Manardo) cum eis statim eam abolent. Quod si quis sodam (id est capitis dolorem)  
pariatur, propter dilatationem neruorum opti-  
corum, & fiat caput purgium cum illa aqua,  
statim sanatur. Oculorum humiditates deficcant: roborant enim neruos per quos humidi-  
tas ad oculos defluit: eorumque obscuritatem, albedinem (nubeculas) & sordes emendant.  
Quidam ad hæc vitia tenuissimo earum puluere vtuntur, quæ oculis inspergunt. (Ego hunc  
puluere alicui aquæ immiscerem,) & collyriū faciunt, vires, spiritus, cor, & omnes corpo-  
ris partes principes recreant; quod humiditates earum redundantes absumant. Antidotis  
viscerum admisceri, ait Serapio, ac vim eorum augere: sanguinem enim tenuiorem redde-  
re. Corroborare: quamobrem conuenire in eius debilitate, tremore, alijsque symptoma-  
tibus, quæ melancholicis affectibus superuenire solent, vt sunt timores, & cardialgia: san-  
guinem enim crassum, & sæculentum clarificare. Margaritæ, inquit Auicenna, similes sunt  
carabe (electro) natura, & luciditate: sed efficaciores ad roborandum, quàm carabe: & inest  
eis proprietas valde magna, & libro de virtutibus cordis, cor confirmare ait: quibus alijs  
addunt putredini, circa hoc viscus nobilissimum existenti resistere: & quia frigidi, & sicci  
sunt, febricitantium remedijs adhiberi. Vnde non mirum est à vulgaribus, pestiferisq; nor-  
bis defendere. Diarhœis, lyenterijs, ac sanguinis fluxui nimio, vt menstruorum quoque  
non parum conferre. In locum earum, inquit eursus Serapio, succedere potest tantundem,  
& dimidium ponderis, è Conchis earum magnis, & splendidis: vt pro drachma Margarita-  
rum Cœchæ partis, scilicet interioris, quæ sola splendet, sesquidrachma. Ex Græcis antiquis  
pauci earum meminere. Ingrediuntur Vniones in compositione antidoti aurei Alexandri-  
ni descripti ab Actuario. Perforati, & non perforati, emplastro ad cordis syncopen, & im-  
becillitatem corporis apud Nicolaum Myrepsum Galenus, & Dioscorides nullam inter  
medicamenta horum mentionem, quod sciam, faciunt. Recentiores duas antidotos habet  
Pharmacopæi Diamargaritum frigidum, & calidum: quarum prior frequentiori in vsu est  
atque alia, quæ manus Christi perlata dicitur. Solent Pharmacopæi in marmoreo morta-  
rio in puluere redigere, ne aliquid, vel coloris, vel substantiæ, vel saporis ingrati à metal-  
lico contrahant. His dentes albidiores fieri traditum est: sed idem testæ Concharum, &  
Ostreorum, in quibus inueniuntur, præstant. Ex eis autem oleum confici docet Iohannes  
Guinterius Andernacus: Primum in puluere, inquit, rediguntur, & vitro oris angusti  
induntur, perfundunturque aceto distillato optimo, ita vt ad duos digitos superemineat: G  
deinde in cineres calidos ponuntur, donec soluantur: postea quod solutum est in balneo  
exstillatur ad siccitatem vsque, & super calidam hæc Vnionum aqua pluuialis stillatitia fun-  
ditur, rursusque distillatur, dum omnis humor emanarit: tunc iterum affunditur recens  
aqua, rursusque distillatur, dum omnis humor emanarit: tunc iterum affunditur recēs aqua  
stillatitia, rursusque detrahatur, vt antea: atque is labor ter, quarere repetitur, quo ad nihil  
aceri subesse percipietur, tãdem puluis, siue calx Vnionum, aut in loco humido supra mar-  
mor dissoluitur, aut ex spiritu vini maceratur, distillaturque donec in liquorem olei in star  
redigatur: cuius grana sena ex humore aliquo ad resolutionem neruorum, conuulsionem,  
marcorem senilem, & phrenitidem dantur: corpus sanum conseruat: læsum pristini sanitati  
restituit: lac muliebri emendat, augetque naturalium partium vitia, & semen corrigit: ab-  
scëssibus, vlcëribusq; exedentibus, cancro, & hæmorrhoidibus medetur. Calcem Margari-  
tarum hoc modo parandam docet Andreas Libavius: Margaritæ aceto præmaceratæ, &  
friabiles factæ, potissimum tamen limonum distillatione, rectius calcinantur iusto igni re-  
uerberij, in quo interdum etiam ad rubedinem vsque detinentur, indeque in læuorem du-  
cuntur. Liquorem perlarum idem sic fieri iubet: Margaritas, inquit, macera aceto forti, do-  
nec fiant friabiles. Tritas cum oui albo compone in globulos, quos calcina in reuerberio. H  
Subtilitatem extrahe per vini spiritum. Quod non exit, calcina denuo. Spiritum abstra-  
ctum coagula in alcali, quod solue per deliquium; & vt soluatur facilius, torre ad igne pro-  
bè, posteaque læuiga exactissimè. Sed variant artifices admodum in magisterio perlarum,  
vt ibidem annotat Libavius. Quidam acerum destillatū exasperant sale ammoniaco. Hoc  
puleri perlarum affundit ad quatuor digitos. Locant in balnei digestionem. Inde destilla-  
tur acetum. Affunditur aliud vsque ad octiduum. Destillatur puluis, edulcoratur. Sed hic,  
vt liqueat calcinandus est, quanquam ab alijs etiam sine calcinatione per spiritū dunta-  
taxat vini extrahatur particulatim de more; & quod nō exit, id corrodunt iterum aceto, sub-  
tilantq; donec totum pondus traductum, & attenuatum sit, abstracto per distillationem  
lentam spiritu, tostus puluis læuigatur, & soluitur. Dicitur peculiari cum aceto, quod radi-  
catum dixerit, hunc modum consecisse: è tartaro calcinato per acerum destillatum ex-  
trahe



Atrahe alcali. Extractionē distilla per retortam bis in arena, primū mediocri igni, donec aquositas exierit. Si materia quasi intumescit, mutato receptaculo, auge ignem. Prodit radicatum. Hoc Margaritis affunde ad duos digitos. Solue, solutionem coagula. Pulverem læuiga, & per deliquium in cella solue. Antequam autem læuiges, quater edulcora eum aqua stillatitia fontana. Thomas Moufetus in epistola ad Monauium improbat calcinationem per acetum, quod eius vis nequeat elui. Sed si addatur calcinatio per ignem, nihil, vi-  
 rium eius poterit remanere, præsertim cum etiam empyreuma eluatur. Ipse præscribit talem modum: Tulas Margaritas in pulverem impalpabilem læuiga. Extrahe vini spiritu nobilissimo ad quinque digitos affuso, & digere in balneo per mensem, donec coloretur spiritus. Tunc transfunde eum, reponetq; alium, & procede eodem modo, donec non coloretur amplius. Coagula, & coagulatum aqua destillata ter abluet. Hæc potius est extractio essentialis, quam magisterium. Consultius autem est, si perlæ sunt puræ, & nobiles, magisterio uti, & toras exaltare. Neque enim videtur opus esse extractione essentiali, cum sint extractum naturale, nisi tamen impuritates adhæreant. Pro aceto vsurpant alij succum limoniorum destillatum, & berberum clarificatum, vel aquam salis gemmæ, vel spiritum vini alcalisatum. Sed ut disfluant in liquorem, calcinatione, & læuigatione opus erit. Illis in pulverem duntaxat rediguntur, hæc ille,

*Calcinatio  
per acetum  
improbata.*

## VSVS IN VARIIS. LVXVS.



MARGARITAS, inquit Plinius, Romæ in promiscuum, & frequentem usum venisse, Alexandria in ditionem redacta: primū autem capisse citica Syllana tempora minutas, & viles Feneſteilla tradit, manifesto errore, cum Aelius Scilo Iugurthino bello Vnionum nomen impositum maximè gradibus Margaritis prodat. Et hoc tamen æternæ propè possessionis est. Sequitur hæredem, in mancipatum venit, ut prædium aliquod. His ma-

*Lib. 9. c. 35  
Quædam Ro-  
me in usu  
esse primò  
capere.*

gnam veteres exercuere luxuriam, atq; nefandam, non modò in ornatu, ac vestibus sumptuosissimis foeminarum, sed etiam in splendidissimis conuiujs, ut ex his tribus exemplis, quæ narrat Plinius, licet intelligere, Lollia Paulina dico, Cleopatraz, & Clodij Tagoedi Aesopi filij: Lolliam Paulinam, inquit, quæ fuit Cai principis matrona, ne serio quidē aut solenni ceremoniarum aliquo apparatu, sed mediocre etiam spōsalium cœna, vidi Smaragdīs Margaritisque operam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque: quæ summa quadringentes sestertium (alias H. S. & similiter in sequentibus ter) colligebat: ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant, sed auræ opes, prouinciarum scilicet spolijs partæ. Hic est rapinarum exitus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriētē, interdicta amicitia à Caio Casare Augusti filio, venenum biberet, ut neptis eius, cccc. sestertium opera spectaretur ad lucernas. Computet nūc aliquis ex altera parte, quantum Curius, aut Fabricius in triumphis tulerint: imaginetur illorum fercula ex altera parte Lolliam, vnam imperij mulierulam accubantem: non illos curru detractos, quam in hoc vicisse malit. Nec hæc summa luxuriæ exempla sunt: Duo fuerē maximi Vniones per omnem æuū; vtrumque possedit Cleopatra, Aegypti reginarum nouissima, per manus Orientis regum sibi traditos. Hæc cum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix, lautitiam eius omnem, apparatusq; obtectās, quærente eo quid astrui magnificentia possit, respondit, vna se cœna centies sestertium absumpturam. Cuperet discere Antonius, sed fieri posse non arbitrabatur. Ergo sponsionibus factis, postero die quo iudicium agebatur, magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, sed quotidianam Antonius apposuit, incidenti computationemq; expostulanti. At illa corollarium id esse, consumptarumque se ea in cœna taxationem confirmans, solamq; se centies sestertium cœnaturam, inferri mensam secundam iussit. Ex præcepto ministri vnum tantum vas ante eam posuere aceti, cuius asperitas visque in tabem Margaritas resoluit. Gerebat auribus tum maximè singulare illud, & verè vnicum naturæ opus. Itaque expectante Antonio, quidam esset actura, detractum alterum merſit, & liquefactum absorbit: Iniecit alteri manum L. Plancus iudex sponsionis eius, eum quoq; paranti simili modo absumere, victumq; Antonium pronūciauit homine irato. Comitetur fama Vnionis eius partem, capta illa tantæ quæstionis victrice dissectum ut esset in vtrisque Veneris auribus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna. Non ferent tamen hanc palmam, spoliabunturque etiam luxuriæ gloria. Prior id fecerat Romæ in Vnionibus magnæ taxationis Clodius Tagoedi

*Lollia Paulina  
luxus  
in margaritis.*

*Cleopatra  
luxus.*



Clodij Tra-  
gædi Aefo-  
pi filij lu-  
xus.

gædi Aefopi filius reliæus ab eo in amplis opibus hæres, ne in triumviratu suo nimis su-  
perbiat Antonius, pænè histrioni comparatus: & quidē nulla sponsione ad hoc productus,  
quo id magis regium erat, sed vt experiretur in gloria palati, quid saperent Margaritæ: at-  
que vt mirè placuere, ne solus hoc sciret, singulos Vniones conuiuis absorbendos dedit.  
Huc vsque Plinius. Eorundem exemplorum detestandæ luxuriæ alij auctores quoq; me-  
minere. Solinus scribit Lolliam Paulinam Cai principis coniugem habuisse tunicam ex  
Margaritis sestertio (sestertiorum Hermolaus) quadringenties æstimatam: atque Plinius  
non tunicam, sed ornatum capitis, colli, & manuum eam habuisse tradit. Idem Solinus (te-  
ste Hermolao) Manlium, non M. Lollium: item filiam eius non neptem, fuisse Paulinam  
tradit, exemplaribus, vt arbitrator ambustis: de hoc Dion itemque Tacitus. Lollia, inquit,  
Paulina M. Lollij consularis filia, Setonius: Lolliam Paulinã Cai Memmij consularis exer-  
citurum regentis nuptam. Plinij verborum de Cleopatrar, & Antonij sponsionibus super e-  
pularum magnificentia paraphrasim contexit Macrobius: hoc interest, quòd Vnionem  
à regina absorptum, non quadringenties, vt Plinius, sed centies sestertium valuisse scribit.  
De Aefopi Tragædi filio Valerius Maximus quoq; meminit, idem referens. Horatius:

SAIN. 3.  
17.  
Lib. 9.  
Ser. 2. 3.

*Filius Aefopi ter actam ex aure Metella,  
Scilicet, vt decies solidum absorberet, aceto  
Diluit insignem baccam, qui sanior, ac si  
Illud idem in rapidum flumen, iaceretve cloacam.*

F

Li. 9. c. 35.

Margarita  
cur tribac-  
ca dicta.

Cæcilia Metella (inquit Acron) filia Metelli, Aefopum actorem tragediarum ditissimum  
adamauit. Eius vxoris, ac Aefopi filius diues, & luxuriosus fuit, qui gemmam truit, & misit  
in poculum, vt videretur decem millia deuorare, quo suas posset deuorare diuitias. Porro  
cuiusvis conditionis fœminis olim omnibus corporis partibus adhibuisse, crinibus, spiris,  
capitque toto, collo, manibus, pedibus, traditum est. Dignis hoc (inquit Plinius de Vnio-  
nibus) suspendere & binos, ac ternos auribus fœminarum gloria est. Vnde Petronius Ar-  
biter tribaccam Margaritam vocauit.

*Quo Margarita cara, tribacca, Indica  
An vt matrona ornata phaleris pelagijs  
Tollat pedes indomita strato extraneo.*

Iuuenalis.

Sat. 6.

*Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum  
Auribus extensis magnos commisit Elenchos.*

G

Lib. 9. c. 7.  
de benef.

Video Vniones singulos, inquit Seneca, singulis auribus comparatos: ita enim exercitatae  
oneri ferendo sunt. Iunguntur inter se, & insuper alij bini superponuntur. Non satis mulie-  
bris infania viros subiecerat, nisi bina, ac ternâ patrimonia auribus singulis pependissent.  
Hos binos, aut ternos Vniones sibi iunctos Crotalia appellarunt veteres. Nam paulò post  
citata verba Plinius dixerat: Subeunt luxuriæ eius nomina, & cœdia exquisita perditore  
portatu: Siquidem cum id fecere, Crotalia appellant. seu sono quoque gaudeant, & collisu  
Margaritarum. De his, & Elenchis hos verius Martialis ad Mammurram volunt intelligi:

Crotalia,  
que.

*Et virides picto gemmas numeravit in auro,  
Quidquid & in nuca grandius aure sonat.*

Li. de hab.  
virg.

Calceabantur etiam olim Margaritis; in tantum creuerat luxuria: Quin & pedibus, inquit  
Plinius, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis focculis addunt. Neque enim gestare  
Margaritas, nisi calcent, ac per Vniones etiam ambulent, satis est. Tertullianus: Latent in  
cingulis Smaragdi: Gylindras vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit: & in peronibus  
Vniones emergere de luto capiunt. Sic & Manilius de Margaritis, & alijs gemmis canit:

Lib. 5.

*Perque caput ducti lapides, per colla, manusque,  
Et pedibus niueis fulserunt aurea vincla.*

H

Pauperes  
etiam mu-  
lieres gem-  
mis orna-  
ta.

Lib. 15.  
aduers. cap.  
10.

Chares Mitilæus apud Athenæum refert ex Margaritis fieri etiam apud Persas, Medos,  
Asiaticos, inaures, monilia, & armillas, brachiorum, pedumque ornamenta, pluris æstimata,  
quàm quæ ex auro conficiantur. Nec apud Romanos primariæ locupletesque matronæ  
vittis, stola, stellis, & lecticis Margaritis perornatis splendebant, sed etiam pauperes, vt et-  
iam nostra tempestate,

*Quarum nec vitta ligatos  
Attingit crines, nec stola longa pedes.*

Vt cum Nasone loquar. Affectantque (vetus lectio cupiuntque) iam, inquit Plinius, & pau-  
peres lictorem fœminæ in publico esse dictitantes, hoc est, vt doctissimus exponit Adria-  
nus Turnebus, pauperes fœminæ gaudent Vnionibus, quòd in publico cum sint ipsis de via  
disce-



A discedatur, videanturq; diuites, vt Margarita pro licitore sic, & turbam summoueant. Idem enim fuit licitorum officium. Horatius:

————— *Neque consularis  
Summouet licitor miseros tumultus  
Mentis.*

*Licitoris  
cur Margari-  
tita.*

Quidam docti, quos & Zoographus secutus est licitorē legunt, quasi emptore pudicitiae matronalis, verbis vim afferentes, & pro arguta, elegantiq; sententia turpem commiscentes. Manuscriptus legit licitorē: alij codices lectiores. Atq; hæc de Margaritis, siue Vnionibus.

DE CONCHA IMBRICATA

Rondeletij. Cap. XLIII.



ONCHA hæc, inquit Rondeletius, est distinctione testæ imbricatim vn-

*Nominis  
ratio.*

data, vt loquitur Plinius, quam obrem Concham imbricatam vocauimus, testa enim ad vndarum sese attollentium similitudinem distincta est, quæ distinctiones cum aliæ alijs insideant imbricum modo, Cōcha imbricata dicitur, quemadmodum & à Vitruuio imbricata cæmēta: lacerta, inquit, cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata, nō speciosam, sed fir-

*Imbricatū  
quid.*

miolem quàm reticulata præstant structuram. Imbricata, inquit Budæus, appellat inter se hærentia imbricū modo: Sunt autem imbrices regulæ curuæ, quarum aliæ alijs imponuntur ad arcendas à testis pluias. Eisdem Conchæ huius distinctiones non ineptè squamis compares, sic enim squamæ piscium rotundæ dispositæ sunt. Concha hæc magna est, & lata ambitu inferiore, laciniolo, ac eo firmiter cohærente. Testa dura est, intus leuis. Caro dura, ac concoctu difficilis, alioqui superioribus similis. Frequens est Concha in Oriente, reperitur etiam in Oceano. A Græcorū vulgo Aganon vocari audio, & à Caloieris Arabiæ, id est, Cœnobitis, qui illic sunt, Tridacnam. Verum Tridacna, quorum meminit Plinius, esse non possunt. Sic enim ille, cum de Ostreis loquitur: In Indico mari Alexandri rerū autores pedalia inueniri prodiderunt. Nec nō inter nos nepotis cuiusdam nomenclator Tridacna appellauit: tantæ amplitudinis intelligi cupiens, vt ter mordenda essent. Ex his verbis nihil aliud rectè colligas, quàm Ostrea in India valdè magna reperiri, vbi omnia grandiora esse, quàm apud nos sæpe diximus: quæ magna Ostrea quidam Tridacna appellauit, quia non nisi tribus moribus deglutiri possunt. Hæc Rondeletius. Nos veram hic Concham Tridacnen representare exterius, & interius putamus. Est enim hæc pedalis longitudinis, testa vndata, & scabra, vt Rōdeletij, sed magni ponderis. Pendet enim eius vtraq; testa quindecim libras medicas; eo loco quo sibi inuicem connectuntur singulæ duos digitos per transuersum crassæ, intus candicant, & glabræ sunt. Allata mihi est ex mari rubro. Imbricata minor dici poteris, minor ista longè, ea nempe magnitudine, qua hic proponitur, cætera nō ablimilis præcedenti.

*Imbrices,  
quid.*

*Descriptio.*

*Aganon.*

*Tridacna*

*Pliny.*

*Li. 32. c. 6.*

*In India*

*omnia, quæ*

*apud nos*


*maiora.*

*Tridacna*

*authoris de*

*scriptio.*


Concha imbricata Rondeletij.






Vlysis Aldrouandi

Tridachnes pars exterior.





Tridachnes pars interior.





## Concha imbricata minima.



## DE CONCHIS STRIATIS.

## Cap. XLIII.

Cappatonda.

Colore differunt.  
Caro.



Concha striata, fasciata, rufsa.

ONCHAS striatas tres has nobis exhibuit Rondeletius, quarum prima ea est, quæ communi nomine à Morspeliensibus Coquille vocatur, ab Italis Cappa tonda, à rotunditate. Duabus enim testis constat multum cauis, & in dorsum multum elatis, ut ad rotundam figuram multum accedant: intus læves sunt, foris striatæ, Pectinum modo, in ambitu serratæ. Harum aliæ sunt albæ, aliæ nigricant, aliæ flavescent, per ginglymum colligantur: utriusque enim testæ apophyses sese inuicem subeuntes coniunguntur. Caro dura est, difficilis concoctu. Jus ex ea aluum soluit. Ex Concha hac, & cæteris, quæ sequuntur vltis, & in cinerem redactis dentificia optima conficiuntur. Altera Concha striata priori similis est, nisi quod illa aliquot lineas tantum à latere ad latus per striarum transversum ductas habet. hæc non lineas simplices, sed virgas latices sicuti fascias per transversum ductas habet. Est etiam ruffa, unde Cõcha striata, fasciata, & ruffa dici potest. Tertia Concha striata cæteris longior est, ovi figura testis multum cauis, canaliculis parum profundis, aliquot lineis per transversum ductis. Cum qua non parum similitudinis habet hæc à me adiecta, colore candido: pronè datur, & supinè. His striatis Rondeletij subiecit speciem illam Zoographus, quam Venetij rotundæ nomine pictam accepit. Istiusmodi Concham à figura quam habet cum bucardio lapide, bucardiam nominare soleo. Colere est (de me loquor, nam Zoographi Concham, licet eandem arbitrer, non vidi) candido, fascijs verò cinereis, strijs ferrugineis. Ex eodè planè genere est altera subsequens, nisi quod tuberosa est. Nos etiam alias adiungemus depictas, quæ & colore, & magnitudine striarum, ac fasciarum positu differunt, ac colore. Prior exterius exochas habet, & fascias quatuor nigricantes, intus tota candida. Altera etiã exochas habet, & partes superiori qua connectitur, colore est ferrugineo, intus albo, & viridi. Sequitur has Concha striata candida, & admodum lucida, fasciam in medio habens latam castanei coloris, cuius mediũ percurrit linea castanei coloris valde saturati: circumferentia fasciæ tota est ferruginea: intus verò tota alba. Huic valde similis quæ deinceps depingitur, magnitudine nimirum, exochis, atque strijs. duas habet fascias tenues: alioqui tota niuea. Quæ deinceps depicta est quatuor habet fascias castanei coloris. intus tota candida. Striatis item adiungenda istæ Concha Pectiniformis, tota ex cinereo lutescens, fascijs tribus ornata ochreis. Necnon & ista, extrã ferruginea, intus albo, & purpureo violaceo varia, intus animans conspicitur, luteo, cæruleo, & rubro varium. Huc denique pertinent Conchulæ striatæ binæ postremæ, quarum prima colore prorsus est ferrugineo, altera ex luteo cinerea, strijs cinereis, fascijs fuscis, rubeisque.






Concha striata Rondeletij prior.

Concha striata Rondeletij altera.





Concha striata longa, eiusdem.

Concha striata nostra.



Concha striata rotunda Zoographi.

Concha striata rotunda nostra.







Concha striata rotunda alia cum tubulis.




Concha striata nostra prima.




Concha striata nostra secunda.




Concha candida vnica fascia castanei coloris.




Concha niuea striata.






Concha striata quadruplici fascia castanei coloris.



Concha striata pectiniformis.



Conchæ striatæ species tres aliæ cum animali suo.





## DE CONCHA ECHINATA.

## Cap. XLV.



**E**CHINATAM Concham, inquit Rondelctius, ab asperitate vocamus, sicut aculeatam ab aculeis vocare possimus. In hac Vniones reperiri testatur Plinius. Nam & Iuba tradit Arabicis esse Concham similem Pectini Insecto, hirsutam Echinorum modo, ipsum Vnionem in carne ipsa esse grandini similem. Hæc Concha Pectini similis est, testis admodum concavis, striatis, in ambitu incisus. In strijs, siue exochis eminent aculei fre-

*Nominis*

*ratio.*

*Li. 9. c. 35.*

quentes, incurui, certis interuallis à se distiti, qui si vi, aut alia ratione exciderint, vestigium sui relinquunt. Quod à me temerè dictum non est: sunt enim, qui putant Conchas omnes striatas aculeis illis armatas esse, sed crebro attritu, & maris iactatione rumpi, quod falsum esse experientia docet. Nam in Echinatis fractorum aculeorum vestigia semper apparent: Conchas verò striatas tantùm etiam post magnas procellas in littore sæpiissime videas si-



*Aculeos omnes habere falsū.*

ne vllis aculeis, eorumuè notis. Vidimus etiam sæpe Conchas striatas sine vllis aculeis rebus captas. Quare hanc à cæteris differre certum est, asperitate & aculeis, carne verò interna substantia planè similis est. Hæc Rondelctius, cuius iconem addere superuacaneum existimaui, cum ex eo sit genere, quam hic clausam vtraq; testa, mox apertam repræsenta-

mus. cui & aliam adiūximus aculeis albis, fascijs quinque, quatuor tenuioribus, & luteis, vna lata castanei coloris. Notandum autem est aculeos esse in exochis, & non in strijs, seu canaliculis: præterea eos omnibus, quas hætenus vidimus, superiori parte testarum, qua sibi inuicem cōnectuntur, deesse mira naturæ providentia. siquidem si hac parte fuissent, liberæ testæ si apertioni impedimento fuisset. Quã hinc cum animali appinimus, aculeata maximè omnium, quas hætenus conspeximus, existit, ferrugineis aliquot fascijs insignita exterius est. His adiungere volui eam quam Zoographus Venetijs accepit, non putat tamen in Adriatico, aut mediterraneo mari inueniri, sed Orientali Oceano. Testæ vtræque inquit, figura tum foris, tum cavitare interna, quæ caput versus recurua est, inuicem similes sunt. hoc pulchrum in eis: tribus in summitate articulis ginglymo iunguntur, ita vt eminentes vtrinq; mucrones mutua insertione vterq; in oppositæ testæ acetabula, cohæreant: atq; ita fit vt quoniam Concha tota alternatim & strijs eminentibus exasperatur, & canaliculis cauis (quos & striges, vel strigiles dixeris) sulcatur, infima parte strigiles oppositis committantur, & respondeant strijs, his prominentibus, illis subeuntibus.

Concha echinata nostra clausa.


Concha echinata aperta.







Concha echinata seu striata.

Concha echinata alia cum suo animali.



Concha echinata Zoographi.




## DE CONCHA SQVAMOSA.

## Cap. XLV.

**H**IC Concham delineatam exhibeo, à nullo adhuc quod sciam, authore visam, quam squamosam nuncupavi, propterea quòd strijs, seu lineis semicircularibus, squamarum in modum sit exornata. Huius iconis particeps sum factus à nobilissimo, atq; doctissimo, plenq; humanitat is viro Daniele Barbaro olim Aquilegiæ Patriarcha vigilantissimo.

Concha squamosa.





## DE CONCHIS LONGIS.

## Cap. XLVII.




ONCHAS longas duas enumerat, & describit Rondeletius. Prior duabus magnis, & longis constat testis. Chamæglycimeridi similis est, sed testæ multò spissiores sunt, magis rugatæ, colore vario, in ambitu rubescente, in medio albescente, intus candido cum læuitate. Ex qua calx conficitur: & optima dentifricia ex eius cinere parantur. Altera, quam Conchâ longam Plinij Rondeletius existimat, quòd nulla sit hac longior, & stri-

ctior, testa est alba, aspera, lineis multis, & diuersis distincta. Qua parte replicatur, foramina multa habet, ordine disposita. Mòspelienfes Cullier vocâr, frequenter iacentes reperit̃tur in littore propè Massiliam. Hanc Bellonius Daçtylum, seu Vnguem existimauit, sed falsò, vt rectè contra eum scripsit Rondeletius. Neq; enim audiendi sunt, qui his quinque vocibus, Aulo, Daçtylo, Solene, Donace, & Concha longa, Plinium seorsum ad hunc piscem significandum vt̃i volunt. Neq; illud rectè ab alijs scriptum est, Digitos Conchas longas vocari. Nam Plinius diuersis in locis de his locutus est, vt de diuersis rebus. Iecinoris doloribus, inquit, Scorpio marinus, in vino necatus, vt deinde bibatur: Conchæ longæ carnes ex mulso potæ, cum aqua pari modo, aut si febres sint, ex aqua mulsa. Deinde multò pòst: Mares alij Donacas, alij Aulos vocant; fæminas Onychas. Vrinam mouent mares: dulciores fæminæ sunt, & unicolores. Verùm de hoc Plinij loco quid Rondeletius, & ego sentiamus postea planiùs exponemus. His longis Conchis Zoographus eam speciem adnumerat, quæ in dulcibus aquis reperitur: cuius testam altera eius parte interna expressam exhibet. alteram nò vidit: sed binas similes esse putat, & ginglymo articulari superficies externa scabra est, vt ait, qua dempta interior leuis candidat, Margaritifera Conchæ instar: & si bene, inquit memini, in his etiam Conchis Margaritas exiles inueniri aiunt. Ego quinque species longarum obseruaui, quarum quæ prima tabula exhibetur omnium maxima, meo iudicio vera Plinij Concha longa fuerit, colore est extrâ albo, fuscoq; varia, intus ferè roseo colore; Animante suo prægnans est. In secunda tabula prima ea est, quam Rondeletius alteram constituit. hæc enim Gallis Collier à figura Cochlearis, quæ est in summitate, dicitur. Quinque digitorum est longitudine, latitudinè pollicis. Testa est tota alba, lineisque multis transuersis, longisque distincta, qua parte replicatur, foramina multa habet, ordine disposita, vt in aure marina; quæ à natura fortassis facta sunt, vt aër ingregiatur perspirabilisque sit Concha. apparent enim hæc foramina interiora Conchæ penetrare, vt in eiusdè Conchæ interna parte secundo depicta loco videre licet. Secunda priori similis est, nisi quòd longè latior sit, foraminaq; plura in parte habeat superiori, parti internæ insunt quidam exigui sinus, in quibus animalcula latuisse aliquot verisimile est. Postrema minor superioribus est, sed nulla habet foramina.

*Cullier.  
Vnguis si-  
ue Daçty-  
lus Bellonij,*

*Lib. 3. c. 9.*




Concha longa Rondeletij.



Concha



Concha longa Zoographi.



E

F


G

H



Concha longæ authoris aliæ.


1



2



3



4



DE CONCHA PICTORVM.



Cap. XLVIII.

**D**ANTE R Conchas, inquit Rondelerius, eam numerat Aristoteles, qua pictores utebantur non in diluendis, aut asseruendis coloribus, ad quam rem hodie pictores Musculorum testis vtuntur: sed cuius testæ radebãtur, quòd conficiendis coloribus vtilis essent, ne quis existimet ex interno corpore saniam aliquam veluti ex Purpureis, aut Buccinis infecturę, vel picturę vtilē colligi. Verba sunt Aristot. Ω δὲ οἱ γραφεῖς Ὀστρέω χρωῖνται πάραυτε πολὺ ὑπερβάλλει, καὶ ἔξωθεν τῦτο τὸ ἀνθος ἐπιγίνεται. εἰσὶ δὲ τὰ τοιαῦτα μάλιστα περὶ τῆς τόπης τῆς περὶ Κερίας. Concha quæ pictoribus vsui est, crassitudine plurimū excedit: & florem illum non intra testam, sed foris habet, reperitur id genus maximè circa Cariam. Huiusmodi est Cōcha, quam hic proponimus, testis spissis, intus læuibus, foris inæqualibus, & asperis, Cinnabaris, aut Sandarachæ colore, figura Spondylorum, aut minorum Ostreorum. Hanc accepi à Guilielmo du Choul Allobrogum præfecto. Hæc Rondelerius. Ego aliam addo vnà cū animali depictam à Daniele Barbaro Patriarcha Aquilegiensi, mihi missam, cuius testa est museo obrita.

Histor. 5.  
6.15.



Concha pictorum Rondeletij, *Conchæ pictoriæ similis musco obducta.*



## DE CONCHA CORALLINA Rondel. Cap. XLIX.





ONCHÆ supradictæ (nimirum pictorum) similes est hæc, quæ in mari nostro reperitur, colore scilicet, rubra enim est, corallū planè imitata, unde Corallinam nūcupauimus, figurâ dissimilis: externa enim testarum parte Pecten refert: nisi quòd hæc striata non est, sed lineis tantùm aspera, & tuberculis rubris inæqualis, intus læuissima, cãdidi marmoris colore. Spõdylorum modo colligãtur testę vinculo nigro: tenues sunt, sed satis duræ. Caro dura, odore viroso, sapore falso. Raro reperitur hæc Concha, & vix nisi post diutinos Austri flatus, & Caniculæ exortum in littus eijciatur. Simillima nisi eadem est, à me apposita: quæ verò secũdo loco picta est ex eodem genere est, cæterùm echinata, ac velut foraminibus peruia. Postrema pronè item, & supinè picta, cum Rondeletij Concha eadem est, intus nimirum candida, extra coralli modo rubra.

Concha corallina  
Rondeletij.



Concha corallina nostra.

Concha corallina aspera.





Concha corallina tuberculis rubris in uersa parte candida,  
& ora purpurea.





## DE CONCHA RUGATA, IDEM.

## Cap. L.



AGNA hæc Concha, & lineis multis, & elatis per transfuersum ductis, valde rugata est: testis valde spissis, intus læuibus, & splendoris argentei, qua parte Cõcham Margariti feram, matrem Perlarum vulgo dictam refert, per ginglymum articulatur: testarũ enim in summo apophyses vicissim recipiunt, & recipiuntur: quibus accessit vinculũ robustum, dicas esse dentes pectinatim coeuntes. Testæ ob spissitudinem in laminas, & frustra dissecantur, ex quibus spherula precum conficiuntur, & dentiscalpia, quemadmodum ex matre Perlarum, sed non adeo splendida. In hac Concha Vniones reperiuntur, non dubito.

Concha rugata Rondeletij.



## DE CONCHVLA RUGATA.

## Cap. LI.



NON ab imo ad summum, inquit Rondeletius, lineas ductas habet hæc Conchula, sed à latere ad latus multas veluti rugas sparsim, & sine ordine: quarum quædam imperfectæ sunt, & in mediũ testam desinunt. Testæ non sunt tumide, & in dorsum elata, quemadmodum striatæ omnes, sed depresso colore vario, sunt enim ex albo cineræ, & ad liuidum accedentes. Labra testarum crassa sunt, & tam arctè connexa, vt sine vi non aperiantur, faciliusq; rumpantur testæ quàm patefiãt, quod à Chamæorum natura profus alienum est, quarum testæ hiant. Vnde eos errare conitat (Bellonium taxat) qui hanc Conchulam pro Chamæpeloride exhibent. Hæc Concha arenæ modicum recipit per rimã. aquam fugit ore quod illic situm est, rotũdum, & in ambitu sinuosum. Has Conchas Veneti Biuerones, & Piuerones vocant, Massilienses Clonissas, Ligures Arfellas. De eadem hæc Bellonius. Regias aut basilicas Chamæ Galli Pelourdes, ad Pelouridarum vocem accedentes dixerunt (Rondeletius mox Conchulam variam Gallicè Pelourde nominat, & è luto eruiscribit) Massilienses Clonissas, Veneti Biueronos, Genuenses Arfellas, Hispani Armillas: Anconitani, Rauennates, & Ariminenses Pauerazos, quasi pauperculos nominant, quod illic nimium popularis, pauperibusq; offerri solita sit. A luto autem, in quo tum manibus, tum retibus euerruntur, nomen habent: πηλός enim lutum est (Reprehendit hanc etymologiam Rondeletius, vt postea audiemus.) Alij dictas à Peloro monte Siciliæ volunt. Differt autem à Calcinellis (Chamis piperatis) quod turbinatiori, & grandiori corpore consistat. Calcinellæ enim (quæ & Biuerazæ dicuntur) compressiore sunt forma, testa translucida, ac multò quàm Chamæleios teneriores. Media autem est inter asperã, & læuem constitutione, & natura. nõ enim ita horret vt aspera: neq; ita glabrescit vt læuis. albo præterea, ac fuluo

*Vt à Calcinellis differant.*






A ac fuluo emblemate distinguitur: vnde Capparozolam (Chamam læuem quoque Capparozolam vulgò dici, alibi scribit, quæ quidem Venetijs Cappæ grossæ, & Rozzolæ vulgò dicuntur, ab eruditis quibusdam illic Pelorides existimantur, & à Græcorum vulgo hodie ὀρυζαὶ dicuntur, hoc est fossiles. nam in fundo, seu limo maris à fodientibus eruntur. Testam earum læuem, & albam esse arbitratur Zoographus (dici puto, quòd ex rubro subfulua sit. Eius autem caro durior est quàm læuium Tellinarum, & Peuarazarum. Emollire aluum traditur. Sed & Diphilus copiosum bonumque succum gignere tradit, & stomacho gratum, nec facilè excerni. Hæc Bellonius. Conchulæ rugatæ Rondeletij, aut eandem, aut planè similè apposuit hanc depictam Zoographus. Ex eodem genere est, à me adiecta alia.

Conchula rugata Rond.

Concha rugata nostra.

Conchula rugata Zoographi.




DE CONCHA RHOMBOIDE,  
VEL MUSCULO STRIATO.

Cap. LII.

**C** VAM hic modò ex eodem Rondeletio repræsentamus, Veneti Mussolo vocant; Græcorum vulgus Calagnone, apud Monspelientes αἰώνιμος est. Falsò Βάλανος quidam (Bellonium intelligit) vocant: nam nihil similitudinis cum quernis glandibus habet; neque in saxorum rimis nascitur, quod temerè nonnulli asserunt, neq; testa læui contacta est, neq; huius caro tenera est, neq; palato grata, quod de balanis scripsit Athenæus,

sed dura, virus olens, atq; insuavis. Opinionem etiam eorum, qui Spondylum appellant, satis refellit testarum cõnexus: de quo in Spondylis dicemus. Huius nomen nullum equidem apud veteres reperijt: quare musculum striatũ rectè dici posse putat, quod testa sit musculorum marinarum testæ simili, sed spissiore, ac firmiore. Præterea pars, qua coheret testæ, recta est, ferè veluti in musculis, altera parte rotunda: recta ferè inquã, dempto testarum capite, quod in angulum satis prominet, vt figuram rhomboidem satis aptè tota testa repræsentet, vnde concham rhomboidem propriè appellari posse putat. Ab angulo capitis testarum ducuntur parua striæ, aliæ rectæ, aliæ obliquæ. Tota Concha nigricat. Dura est admodum carne, si cum alijs musculis comparetur. Rara est hæc concha; quòd in alto mari degat. Hæc ex Rondeletio. Bellonius, vt dixi, balanũ

Concha rhomboides Rondeletij.



Græcis dici ait, Latinis glandem. Balanos (inquit) in genere testatorum annumerauit Aristoteles. Nascuntur vt Thyrya, circa rimas, cavernasque saxorum, quibus multum adherent, immobilesque sunt, testa læui contacti. Vulgus Græcum Calagnones vocat: Veneti (apud quos frequentes sunt) Mussolos, dum fortasse mytulos dicere student: Sunt enim his satis similes. Porrò quercinæ glandis formam habet, vnde & balani, & glandes Græcis, ac Latinis dicti. Sunt qui Spondylos Latinis vocari putent. Plinius verò ad diuersa anima-

*Cõtra Bellonium.  
Balanum non esse.*

*Spondylum non esse.*

*Nominis ratio.*

*Balani vt nascuntur.*




lia utrumq; nomen transfert. Columella inter concharum genera annumerat. Paulus cō-  
 charum genus condylos vocari scribit, quos tu fortassis Spondylos dixeris. Athen. à locis  
 (inquit) sortiti sunt discrimina balani: quandoquidem in Aegypto optimi gignūtur, & sua-  
 uissimi, tenelli, oriq; ac ventriculo grati: qui & succum, & alimentum præstant copiosum.  
 Decoctum eorum (vt prodit Xenocrates) aluum ciet: qui verò laxus non adhærescunt, a-  
 eres sunt, ac medicamentosi, magisque aluum perturbant; atque vrinam minus concitant.  
 Galenus eos in cibo præcipuè commendat, qui eò loci proueniunt, vbi aquæ marinæ admi-  
 scetur fluuiatilis, saxisque adhærent. ij namque (inquit) dulces, & habiliores, pleniorefque  
 copiosum præbent succum, quo & abundè nutriunt, aluumq; promouent, ori, ac stomacho  
 pergrati, tenerioremq; habent carnem, & vrinam ciet. Hæc Bellonius, quorum ea, quæ ex  
 Xenocrate, ac Galeno recitat, referenda sunt ad veros balanos, de quibus nos postea. Ico-  
 nem verò Bellonij omifinus nequaquam, quia, vt vides, dissimilis est illi quam Rondeletius

Icon Bello-  
 nij diffemi-  
 lis à Ron-  
 deletij.


Balanus Bellonij.




Concha rhomboides Zoographi.



Conchæ Rhomboides nostræ.



Concha rhomboides nostra alia hirsutior.



exhibuit, diuersaque ab ijs, quas ego hic à me obseruatas  
 depinxi. Bellonij concha testis est breuioribus, & obtu-  
 sioribus, non ita in angustum ab altera parte exeuntibus.  
 Zoographus eiusdem generis pinxit hanc etiam cōcham  
 Venerijs ad viuū effictam hac forma. Conchis istiusmodi  
 generis addi possūt, quas hic ego addidi à nemine etiam  
 nū pictas. In priori pars, quæ cohæret testæ, recta est, vt in  
 musculis, dempto testarum capite, quod in angulū satis  
 prorumpit, vt merito rhomboides dici queat, altera pars  
 rotūda est. Ab angulo quē dixi striæ sunt, & rectæ, & obli-  
 quæ. Tota concha nigricat, partim ferruginea est: intus  
 candidat. Picta est pars conuexa, & concaua. Alia minor  
 est, subhirsuta in quodam loco more musculorū,  
 cæterò excepta magnitudine superiori ferè simi-  
 lis. Addidi præter ea bina alia Concharum rhom-  
 boidum genera, coloris ferruginei, ferè ad roseum  
 inclinantis: vtraque etiam hirsuta est, prior autē  
 vndiquaque, altera inferius tantummodo: priori  
 plures sunt fasciæ nigricantes: in altera tres tantū,  
 eaque ferrugineæ: postremò in capite differentia  
 est penes magnitudinem, vt pictura repræsentat.



## DE CONCHIS LÆVIBVS.

## Cap. LIII.



**R**OST Conchas asperas, striatas, rugatas, quas iam execu si sumus, agit Rondeletius de læuibus, & non striatis, quoniam communis præceptor Aristoteles eas eo modo distinxerit, diuiseritque. *Επι δ' αὐτῶν (inquit) τῶν ὀστράκων διαφοραὶ πρὸς ἀλλήλα εἰσι, τὰ μὲν γὰρ λειότρακά εἰσι, ὡς περ σωλῶ, καὶ μύες, καὶ κόγχαι ἑνιαίαι καλεῖμεναι γαλάδες. Τὰ δὲ τραχέα οἶον τὰ*

*Lib. 4. Hist. cap. 4.*

*λιμόστρεα καὶ πιννα, καὶ γίνη κόγχων ἑνιαίαι, καὶ κήρυκες; καὶ τῶν τὰ μὲν ραβ.*

*δωτὰ εἰσι οἶον κτεῖς, καὶ κόγχαι τὶ γένος, τὰ δὲ ἀρρ' ἀβδωτα, οἶον αἰτε πίνναι, καὶ κόγχαι τὶ γένος.*

Quem locum Gaza iudicio Rondeletij non satis expressit hoc modo. Ipsarum etiam testarum magna varietas: nam alix læues, vt vngues, Mytuli, & Concharum quædam, quas galadas appellant: Alix scabræ, vt Ostrea, Pinna, & Conchæ nonnullæ, & Buccina; quædam etiam pectinatim diuise, vt Pectunculi, & Concharum nonnullæ. Aristoteles testas diuidit in læues, & asperas, in virgatas, & non virgatas. Sunt igitur (inquit Rondeletius) testæ quædam asperæ, & non virgatæ, vt pinnarum testæ. Sunt quædam asperæ, & virgatæ, vt Pectinum testæ, quare sic vertendum fuerat: Testarum magna est varietas, alix enim læues sunt, vt vngues, Mytuli, & Conchæ quædam, quæ galades nominantur: quædam asperæ, vt Limnorea & Pinna, & Conchæ nonnullæ. Et asperarum quidam alix sunt virgatæ, vt Pecten, alix non virgatæ, vt Pinna. Hactenus Aristoteles, qui virgatas testas appellat, non simplicibus lineis, aut tuberculis, sed virgis elatis, & striis asperis, de quibus, & de alijs aliter asperis iam diximus. Læuium inter se differentia est à magnitudine, & paruitate, à crassitudine, & tenuitate testæ, à colore. Quædam enim totæ nigrae sunt, quædam albæ, quædam nigris lineis distinctæ, alix purpureas, transuersas, & rectas lineas habent: de quibus deinceps.

*Cocharum diuisio.*

*Gaza lapsus.*

*Læuiū differentia.*

## DE CONCHA GALADE, ET CONCHA NIGRA ROND.

## Cap. LIV.



**C**ONCHÆ γαλάδες (inquit) Latinum nomen nullum inuenerunt, quare Gaza Latino (Græco potius) nomine vsus est. Has inter læues numerat Aristoteles, vt superiori capite protulimus, fortasse à lacteo colore dictæ sunt γαλάδες. Sunt enim candidissimæ, maximæ, & læuissimæ: Nonnullæ parum purpurascens, quædam flauescens reperiuntur, sed intus omnes candidissimæ sunt. Caro alba est, dura, concoctu difficilis, succum crassū

*Etymon, Color.*

gignit, ius ex his aluum mouet, si per se coquantur, vel sine multæ aquæ admistione. Satis raro capitur. His Conchas nigras opponimus, quas propria pictura non egere existimauimus, quòd superioribus planè similes sint, nisi quòd intus, & foris nigricant; caro quoque minus candida est. Vtraque non admodum concaua est, & testa vna cavitare sua alterius apophysim recipiente firmi colligantur. Hæc ille posita hæc icone.

*Caro.*

Concha galades Rondeletij.





# DE CONCHA FASCIATA EIVSDEM. Cap. LV.



Eymen.


UPERIORIBVS duabus similis est Concha, quam hic repræsentamus ex eodem Rōdeletio, nisi quòd paulò latior est, quod læuibus videtur peculiare. Præcipuè quinq; veluti fascias latas à latere ad latus ductas habet, ijs similes, quibus puellæ nostræ (inquit) capillum redimire solent, quas vittes appellant, id est, vittam, vnde & hanc Concham coquille vittate nuncupât. Inde Latine fasciatam vocauimus, nō ineptè, vt arbitror.

Testa est admodum læui, dura, marmorea. Hæc succo, & substantia à superioribus non dif-

fert: Huic similem planè adiungimus, quam ob id peculiariter non depinximus. Differt tantum li-


neis purpurascens, quas per transuersum ductas habet à summo ad imum, alias partim flauescens, partim albas, intus tota violacea est. Testa est læuissima, si qua sit alia, tenuis: Vna linea caua alterius testæ longam apophysim excipit, & sic arctè colligantur. Sid ille. Adieci hinc duas alias icones. Prior nullam habet asperitatem, & vndique leuis est, candida, sed nigerrimis fascijs adornata, vt pictura indicat. Altera Concha siue fortè chama tota candicat, fascias habet tres nigricantes, vt icon demonstrat. Huc deinq; pertinent tres istæ postremæ, quarum binæ roseo, subceruleo, & albo variant, & velut denticulos inter zonas habent violaceos: Tertia denticulis carens, ab vno latere coloris est ferruginei, cætera cinerea, strijs, & fascijs fuscis.

Concha fasciata Rondeletij.




tes, vt icon demonstrat. Huc deinq; pertinent tres istæ postremæ, quarum binæ roseo, subceruleo, & albo variant, & velut denticulos inter zonas habent violaceos: Tertia denticulis carens, ab vno latere coloris est ferruginei, cætera cinerea, strijs, & fascijs fuscis.


Concha fasciata authoris prima.



Concha fasciata authoris secunda.




Conchæ fasciatæ authoris aliæ.






Concha crassa testæ Rondel.





Concha fasciata nostra quinta.





Concha fasciata nostra prima.

Concha fasciata nostra sexta.





Concha fasciata nostra secunda.

Concha fasciata nostra septima.





Concha fasciata nostra tertia.

Concha clathrata crassa testæ.



Concha fasciata nostra quarta.

Concha clathrata crassa testæ maior.





# DE CONCHA CRASSÆ TESTÆ, ET CONCHIS VARIIS.

## Cap. LVI



**R**ONDELETIVS· eiuscemodi Cōcham, quam iam ex eo depinximus à Galade, & chama aspera, neq; vita aut substātia differre ait, sed crassitudine tantū testarum: differunt tamen etiam ratione fasciarum, quę in illis rariores, & latiores sunt, in his plures, & vnica tantū linea constantes. Hę præterea lineis aliquot à latere ductis distinctę sunt, nihilominus tamen leues. Ex his vstis, & in cinerem reductis Rondelētius præstantissimū antispodium fieri scribit, quod in Spodij veri vicem commodè vsurpatur. Fieri q; ex his dentifricia, & exsiccantibus admodum medicamentis vtilissimè admiscuntur, fieri deniq; ex iisdem calcem. Ego huic Rondelētij figurę quinque alias addidi, licet ferè dissimiles: crassas enim testas habens. Prior fascias habet nigras, interualla verò partim candicant, partim purpurascent, sicut etiam lineę quędam eodem colore decorantur. Intus tota candicat. Altera lineis per transversum ductis, nigris: intus candida. Tertia densam admodū, & opacam habet testam colore nigro in superior, & angustiori parte: cætero subrubet, & ad ferrugineum vergit. Quarta multò præcedentibus crassior, nigra infra, candida supra: fasciæ infra denticulatę sunt. Quinta secundę quodammodo similis est. Similis verò in primis Rondelētij iconi est musculus eiusdem, vt proprio loco videre licet, sed is testam habet tenuem, & subtilem. Crassis etiam testas habent binę istę Conchę nigro, albo, & subrubeo varię, vtique quoque istę clathrata, colore ferè subroseo: crassissimam verò omnium clathrata postremà colore tota ferrugineo.

# DE CONCHA TENVIS TESTÆ



## Cap. LVII.

**T**ENVIS testę Concham nominare libuit eiuscemodi Concham à testę tenuitate, ac fragilitate. Genuensibus Datteri dicuntur, fortè quod Dactylorum more inuicem hareāt. Vnde ex Mytulorum genere esse apparet. Extra colore sunt fædo, lutulento, cinereo, intus argenti modo resplendent. Punguntur hęc aliquot inuicem adherentes, atque vna separatim aperta, quo modo alas avium exprimunt. Debeo hoc Conchę genus Bernardo Castelletto Genuensi, cuius viri humanitatem, & indefessam studiosos iuvandi voluntatem nunquam satis laudare possum.





Concha tenuis testæ.





## DE CHAMIS IN GENERE.

## Cap. LVIII.

## SYNONYMA.

Nominis  
ratio.

Pro Vasis  
genere.

Concha  
ceramis.

χημεία.

Chame-  
leos, Cha-  
mepeloris.

Hiatula.

Chamape-  
uerazæ un-  
de dicta.

χημη Suidæ ostrei genus est. Alibi verò χημῆς ab eo exponitur ὀστρεός, id est, piscis, sed corruptum esse tum vocabulum, tum interpretationem arbitratur Zoographus: quoniam χημῆς boni authores paroxytonū scribunt in accusandi casu multitudinis, non pro pisce, sed pro Conchis. Varino χήμη, est χάσμη, id est, oscitatio. Plinius sanè Conchas Margaritarum pandere se dixit, quadam oscitatione. Vtrumque fieri videtur à verbo χάινω. Αχάω enim, χῶ, quod est χωρῶ (hoc est capio) fit χάινω, ut à χρῶ, χράινω; ῥῶ, ῥάινω. Ab eodem verbo χῶ fit secundum Eustathium etiam χήμη, τὸ ὄσρανον, ἀπὸ τῆς κεχνηται, ut patet (inquit) ex Athenæo. Sed videri potest (ut Zoographus iudicat) Chama à verbo χῶ deriuari in vtrius significatione: hoc est, siue quoniam hiant, siue à capacitare. Caua quidem, & capacia omnia, hiant videntur: sicut & caua animantium ora hiant, cum accipere aliquid auent: & licet Conchæ omnes, tum cauæ, tum ad capiendum aptæ sint, Chamis tamen priuatim hoc nominis contigit, fortè tanquam maiusculis, & capacioribus. Galenus in Glossis, χήμω χηράμιδα, πλω' κοιλοτέραν κόγχη, καὶ μείζονα: nimirum pro vasis genere, capaciore, quam Concha communis sit. Cæterum pro χηράμιδα (χηράμος, vel χηράμις, nihil quam cauernam significat) legerim ego (inquit) κεραμίδα, hoc est figlinam, ut Concha figlina (à figulo facta) maior intelligatur, quam marina, & naturalis Concha, nam in eodem libro, sic habet Galenus, κόγχη κεραμίδα, εἰ δὲν ὠλεῖον δηλοῖ τῆς κεραμίδος: hoc est, Concha ceramis idem, quod ceramis simpliciter sonat. Sic & latinè vas figlinum, aut figlinum simpliciter dicas, nihil interest. Hæc Zoographus. χημείαν interpretantur aliqui argenti, & aurī præparationem, quam vulgo chymisticam, vel alchymisticam artem nominant: quasi à chymis, & liquoribus quos parat, nomen hoc tulerit. Sed χημεία cum ἕτα habeat in prima, aliunde dicta fuerit, fortè quòd vasis illis, quæ vulgò crucibula nominant, fundendis metallis idonea, subinde vtatur. Hæc enim χήπας, & χήμας κεραμίδας vocari. Latinè efferri potest Chama, aut Chama, aut Cheme, & diminutiuum, chamula; ut à Concha conchula. Apud Plinium composita videntur chameleos, chamepeloris, &c. quæ quidem Græca sunt, & Græcis in compositione non vsitata, quod si quis ita voluerit vtī, casus obliquos etiam ex integrè innexis componat, ut chameleon dicat, & chameleas, &c. non ut quidam recentiores chameleon, & chamæleos, ineptè. Sed omnino præstabit diuisis vocabulis efferre. Chama fœmininum est. λείος, id est, læuis, communis generis, Atticè: communiter masculinum est, & fœmininum facit λεία. quare & χήμη λείος, & χήμη λεία rectè dixeris. Gaza non modò Chamā testaceum animal hiatulam conuertit, sed etiam chamem piscem alicubi similiter. Nos Græca vocabula retinere præstitit. Plinius etiā aliquādo clusiles, mordacesq; Conchas ceu mitulos vocasse videtur. Scribit enim in purpurarum nassis eas inesse, quod Oppianus de Strombis, & chamis, ait. In exiguis nassis inquit:

Στρόμβες συγκέλευσαντες ἄμα χήμησι τίθενται.

Bellonius vulgus Gallicum in chamis nominandis, cum Italico conuenire tradit: siquidē H nostri, inquit, maiores chamades flammes, minores verò des flammettes nominant, quòd cum iure incoctæ, non secus ac piper fauces, & os inflammare soleant. Italicum vulgus maiores chamades Puerazas, quasi piperatas, nominat: minores verò Pueronos, quòd piper haud tantoperè redoleant. (Roudeletius conchulas rugatas, quas suprà exhibuimus, à Venetis Pueronos dici scribit.) Harum enim è mari recens aduectarum carnem quicumque paulò liberaliùs degustauerit, quendam saporem in eis gratum, sed gulam prouocantem, ac piper redolentem comperiet. Cæterum, quæ chama Latinis dicitur, eadem Latinis cappa, Gallis autem coquille appellatur. Alias autem his congeneres Itali addito cognomento cappas sanctas, capperozolas, cappas longas, & huiusmodi vocabulis nominant, de quibus est seorsim disserendum. Hucusque Bellonius. Et in sequenti capite de piperata chama rursum: Chamam piperatam Veneti Beuerazas, vel peuerazas vocant ad discrimen maiorum, quas Biueronos appellant. Sed si vel Beuerazæ, vel peuerazæ dicuntur, quòd fauces inflan-



**A** inflammant, & piper redoleant, vt ille vult, cur est itaque, quod pipere condiantur? hoc enim esset oleum addere igni; quamobrem ita dictas puto, quod piper pro condimento, eis adhibeatur. Zoographus Germanicè Muscheln dici posse ait: tamen id nomen nimium patere: contrahi autem, si differentiam addamus, ita vt Conchæ propriè dictæ, cognominentur rotundæ, runde Muscheln: chamæ verò longæ, lange Muscheln. Licereque & Italos imitari, Pfeffer Muscheln: vel etymologiam Græcam, Gymuscheln, (vel euphoniæ gratia, n in m mutando, Gym Muscheln,) nam gynen, vel ghenen nobis, inquit, hiare est, verbum (vt apparet) à Græcò χάνειν desumptum, Spartianus Ostreas, & Liostreas cum dixit in Heliogabalo, chamæ tracheas, & chamæ leas intellexit, inquit Hermolaus, etiam si lithostrea scriptum erat: id ex Athenæo sumitur, qui ait, chamæ tracheas Ostrea quandoq; dicitata.

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.



**S**UPER Chamæ diuersitate hæc omnia nobis reliquit Aelianus: Chamæ marinx, & variæ, & multiplices sunt: aliæ asperæ, aliæ leues; quædam digitorū compressu confringuntur: aliæ vel saxo ægè conteruntur. Quædam ipsa nigerrimæ sunt, nonnullæ argente coloris similitudinè gerere videntur, aliæ utroq; colore mixto insignes. Ac quemadmodum ea: unum est varium, & multiplex genus, sic multas, & diuersas sedes habent. Quædam enim in

littoribus dispersæ, iacent in arena, vel in limo quiescunt. nonnullæ sub algam subijciuntur, aliæ in limo commorantur: aliæ saxi tanquam mordicus adhærent. Aestiuo tempore, cum incipit messis, in Istrico mari gregatim natant, & leuiter feruntur, cum ante id tempus sua sibi mole graues efferri non possent. Euri, Boreæ, & Austri idcirco fugientes sunt, quod eos ventos ferre non possint. Contra ex tranquillo mari mirifica voluptate afficiuntur, & Fauonij mollibus aëris affliri gaudent: eamque ob rem in latebras abditæ, & suis coniuuantes testis, cum à tempestatibus mare sentiunt conquiescere, & Fauoniū flare, tum reli-

**C**etis fedibus, ad summam maris aquam natant, & a pertis testis eminent, (sic tanquam, vel sponsa è thalans prodeunt, vel rosæ ad Solis radios exprorectæ ex involucris, seu calycibus suis erumpunt) & quiescentes ventum expectant placidum, ac secundum, qui si contigerit, alteram Concham substernentes, alteram erigentes, hæc pro velo, illa pro naui ad nauigandum vtuntur, vt si eas procul videas, sic per tranquillum mare natantes, classem nauum exitimes. Quod si nauem ad se accedere sentiunt, aut belluæ imperum, aut valentioris piscis natatione, metu percussæ, cōtractis vno impetu testis, frequentes delabuntur, & occultantur. Hæc omnia Aelianus. Athenæus quoque varias differentias ponit in

tertio, Hicetius, Erasistratus (inquit) Chamæ alias dicit vocari asperas, alias regias; asperas quidem mali esse succi, pauci excrementi, facillè excerni, ipsis pro elca eos vt, qui purpuras picantur. Læuium autem præstantiæ differentias magnitudine æstimari. Et ali-

**D**quantò post ex Diphilo: Chamæ crassiorum (χημών δὲ τῶν παχέων) quæ paruæ sunt, & tenui carne (Ostrea vocantur) stomacho gratæ sunt, & excretu faciles. Crassas verò, quas & regias, & pelorias appellant, multū nutriunt, difficile excernuntur, boni sunt succi, stomacho conueniunt, præsertim magnæ. Priore loco chamæ in asperas, & regias diuiduntur, & videnturq; læues pro regijs accipi. Posteriorè in crassas paruas, & crassas magnas, quæ cum læuib; eadem videntur. A Plinio species hæc numerantur, Chamætrachea, chamæleos, chamæpelorides, generis varietate distantes, & rotunditate, chamæglycymerides. Rondeletius ita distinguit; vt chamæum aliæ læues sint, aliæ asperæ. Læuib; chamæpelorides, & chamæglycymerides subiungit. Quid verò chamæ sit proprium, quo à Conchis, quibus in multis similes sunt, distinguantur, sic inquit idem Rondeletius. Athenæus, τῶν δὲ χημών

μνημόνευσι Ἰῶν ὁ χίος ἐν Ἐπιδημίας, καὶ Ἰῶας ἑταῖς ὀνόμασαι τὰ κογχύλια παρὰ τὸ κημνίον. id est, Chamæum meminit Ion Chius in Epidemijis, quæ fortassis χημαι à Græcis nominatæ sunt ἀπὸ τῆς κημνίας, id est, ab hiando. Id etymum secuti quidam Hiaculas latinè appellant: sed cum eadem voce etiā channæ nuncupentur, quæ à Chamis maximè distat, vt in priore operis nostri parte ostendimus, tutius esse puto Græca appellatione vt, Plinij exemplo, à quo chamæ nominantur, & chamæpelorides, & chamætracheæ, atque aliæ eiusdem generis. Chamæ igitur, etsi Concharum generi subsint, hoc tamen à cæteris Con-

Lib. 15. c. 3

12.

Chamæ  
varietas.Gregatim  
natant.Vetos quos  
nā fugiuntCautio, &  
sagacitas  
natura.Differentiæ  
ex Athe-  
næo.Differentiæ  
secundum  
Rondele-  
tium.Chamæ no-  
men à Latī  
nis usurpā-  
dum.



*Bellonius  
defenditur*

chis distabunt, quod semper hiant, & testas apertas habent. Quod ad formam earum attinet, cum tanta sit earum varietas, & tam parum certas, & distinctas notas nobis super eis veteres relinquerint, doctissimus Rondeletius, certi aliquid de ijs velle statuere, perdifficile esse rectè quidem iudicauit, ceterum non erat propterea temeritatis, ac immodestiae accusandus Bellonius, quem (vt solet) tacitè mordet, quòd pro chamis Conchas speciatim dictas vsurparit: nam & veterum quidam id fecere, vt Galenus in glossis, κήχον, αλώ κήχων, τὴν χήμην, dixit: idque Varinus repetit: apud quem aliàs etiam, quemadmodum quoque apud Helychium Conchas inuenio interpretari χήμας. Idem Rondeletius in capite de chameleia: Chamis easdem esse cum lauibus Conchis, quæ γαλάδες dicuntur, falsum esse ait, quoniam Aristoteles (cuius verba supra citauimus) à Conchis chamis seiunxit. Sed Aristotelem aliquis dixerit (inquit Zoographus) Conchas à chamis distinxisse quidem, sed specie potius, quàm genere, & nihil prohibere, idem nomen tum generi toti, tum speciei sub eo vni attribui, vt inualidum hoc Rondeletij argumentum sit. Cum itaque vix vnam nobis notam reliquerint antiqui, qua chamis in Conchis distinguas, Marcellus Virgilius Græcè, & Latinè peritissimus in suis in Dioscoridem commentarijs, ab ijs abstiniuit, earundem distinctiones peritioribus relinquens. In genere (inquit) minorum ostreorum chamæ sunt, tanta cum alijs affinitate, vt facillè in antiquis scriptoribus confundatur earum historia. Nihil difficilius in rota huiusmodi rerum commentatione, quàm in appellationibus his concordem veterum historiam ostendere. Ob id peritioribus relinquemus. Hactenus Marcellus. Quapropter minimè etiam miratur Hermolaum Rondeletius, virum optimarum rerum cognitione præstitem in suis in eundem Dioscoridem corollarijs de ostreis, & conchylijs paucissima scripsisse, copia, & varietate eorum, vt opinatur, dereritum. Ego à Conchis, hiis tribus oris discerni chamis existimem, cuius opinionis quoque fuisse videtur Andreas Matthiolus, qui sic nobis de eisdem scriptum reliquit: Quamquam chama inter cætera Conchyliorum genera longa descriptione ab Athenæo referuntur: nihilominus tamen tot huiusmodi testaceorum habentur species, vt non facillè sit eas inter se distinguere. Cæterum præter cæteras Conchas id sibi peculiare faciere chamæ, quod plerumque in littore hiantes inueniuntur. Idcirco eas rectè chamis dici posse putauerim, quæ in marinis oris, pandentes sese, lauibus testis connectæ reperiuntur. Harum quàm plurimas ipse vidit Adriatici littore. Verum quoniam nulla alia facultate sunt præditæ, præter eas, quibus & reliqua Concharum genera commendantur; ideo non est, vt plura de his dicamus. Hucusque ille. Quemadmodum verò hiant chamarum genera, in singularum fere historia patebit.

*Hermolai  
laus.*

*A Conchis  
oris hiantibus  
discerni  
in Chamis*

## V S V S I N C I B O .

*Aluum, vs  
mouent.*



**H A MÆ** Ephesiae commendantur ab Arcestrato, vt & mituli (μύτι) ab alijs: de quibus Hicebus: Mituli (inquit) Ephesij, & similes eis succi bonitate, vt pectinibus præstant, ita inferiores sunt chamis. Athenæus aluum simul, & vnam ciere scribit è conchylijs præcipuè mitulos, ostrea, pectines, chamis. Dioscorides vrinæ non meminit, sed chararum, aliarumque conchularum in exigua aqua decoctarum vis aluum mouere ait, & cum vino assumi. Brasauolus chamis dicit esse paruas Conchas, quæ passim peuerazæ vocantur; & ex his, vel tellinis (quæ vulgè peueracina) vel illis, quæ cauæ vulgè vocantur, circiter triginta in quatuor aquæ vncijs ebullit, vt ab ipsis aqua in auna exeat, quæ aquæ miscetur: Hæ postea cum decoctæ fuerint, ius in cyathum fundit, & optimi vini dimidio cyatho addito, bibisidemque ius solum sine vino præstare: atque id non solum ratione salsedinis, vel aquæ marinæ, sed quia concharum etiam substantia emollientem quandam naturam habet: Sic ferè ille.





## DE CHAMIS IN SPETIE.

ET PRIMVM

## DE LÆVI. Cap. LIX.



HAMELEIA à testæ læuitate (inquit Rondeletius) nomen inuenit.

Testa duplici constat, Conchis læuibus, quæ galades dicuntur, similis est.

Ab his testarum fragilitate differt: digitorum enim compressu frangitur fa-

cile, quod in Conchis, & pectinibus non euenit. Intus, & foris candidissimæ

sunt, caro quoq; intus candida, in qua duo foramina cesnuntur: alterum os

est, alterum excrementi meatus, vtrumq; sinuosum est, vt dilatarî, & constringi possit, hoc

ad attrahendum aquam, illud ad reiiciendum excrementum. Habet & *μικρὰ*, vt Conchæ

cæteræ. Latere magis protuberante semper hiat. In arena cum tellinis capitur, qua de cau-

sa sæpius aqua pura elui debet, ad arenam expurgandam, qua expurgata dulcis est, & te-

nera, alioqui vix edipotes. De eisdem Bellonius sic scripsit. Omnium Concharum albissi-

mæ sunt, quas Chameleias Græci vocauerunt: Galadæ autem Aristotelis (vt reor) dicun-

tur (quam opiniononē reprobatur Rondeletius, cuius Concham Galaden supra depinximus.)

Tantam magnitudinem adipiscuntur in Oceano, vt quaternorum digitorum latitudinem,

senorum verò longitudinem exuperent. Quæ res multò perspicacius innotescet ex ijs, qui

à Diuorum Iacobi, aut Michaelis persolutis votis redeuntes, restas ea qua dixi magnitudi-

ne de suis pileis appendunt. Frequentius Romæ, quàm in quauis alia vrbe diuidentur

cum tellinis, ac pectinibus: magnitudine quidem iuglandis, corpore serè orbiculari, gla-

bro, fragili, pellicido, rotundo, labris, ac testa tenuibus, læuibus, non autem denticularis.

Facile à calido tanguntur: quamobrem mox hiantes sua labra pudent: quo fit vt parum

diu absint à mari, quin exanimentur, læuique illisu frangantur: suam quoque aquam facile

amittunt, multasq; arenulas recipiunt, à quibus quod elui difficile possunt, vulgò respuun-

tur: Sed recentes, & adhuc viuæ, tellinis certè posthabendæ non sunt. Indiginæ caparozas

vel caparozolas vocant. Nam cappæ nomine Itali chamas intelligunt. Moueri autem a se

chameleias, ac sedem in littore mutare, compertum habeo, quæ res ei innotescet, qui has

in vase aqua oppleto immerferit, quod Veneti plerumque faciunt, vt minus exanimes ser-

uent, nève arenis conspurcentur, aut deteriore euadant. Aetius Dioscoridem, ac Galenum

securus, chamulas vocauit. Chamarum (inquit Dioscorides) conchularumque exigua,

aqua decoctarum ius, aluum ciet: quæ tamen appellatio non minus patet, quam Ostreco-

rum. Omnia enim testa contacta comprehendit: quinetiam pro testa ipsa nonnunquam ac-

cipitur. Conchylia Plinius medicus lib. 5. c. 1. appellat. Nihil (inquit) ex eis, quod pingue

est sumant, vt Ilices, pectines, & Conchylia. Aetius lib. 2. Minorum (inquit) erinaceorum,

& Conchularum, verustorumq; gallorum iura ventrem deiiciunt. Porro Conchylia quæ-

dam Herodorus in montibus Aegypti nasci, ac procreari tradit. Hucusque Bellonius, sed

iconem non exhibet. Habebis itaque hîc prius chamen leuè Rondeletij. Adde ego aliquot

alias species, inter quas, priores candidæ sunt, ac inter eas prior quinque habet fascias, mi-

nutissimasque alias quasdam strias. Altera diaphana est, maioresq; habet strias. Eadem in

tertia magis sunt euidentibus. In quarta stræ illæ non sunt transuersales, sed per longitudi-

nem. Quæ subinde datur, colore est nigro, altera subflauo, vtraq; lineis transuersalibus. Aliæ

quoque tres albæ sunt. Earumque prior in summitate nonnihil possidet flauedinis, altera

nonnihil coloris castaneorum, tertia tota candida, ac diaphana. Addidi præterea multas

alias admodum pusillas, quarum quatuor priores albæ sunt: sed aliæ crassioris testæ, aliæ

tenuioris, albæque diaphanæ, aliæ densæ. Inter quinque alias, quæ sequuntur, prima etiam

albicat, & lineas habet admodum exiles eiusdem coloris; altera item alba oras habet casta-

nei coloris, tertia lineas habet nigras: quarta Rondeletij chamam imitatur, sed minor est,

& plures habet lineas: quinta castanei est coloris, cum fascijs quibusdã albis, vt icon ostendit.

Quatuor aliæ, quæ insequuntur, non omnes etiam eiusdem sunt coloris. Prima enim,

& secunda flauescunt, tertia, & quarta, albo nigroque variant. Postremi quaternarij duo

lineas habent rectas more pectinum: duæ alteræ omnium postremæ albæ, eo modo, vt vi-

des, variant,

*Descriptio.**Caro.**Os.**Excrementi meatus.**Papauer.**Vbi capiatur.**Geladæque**Magnæ in**Oceano.**Caparozas**Sedem mu-**tans.**Conchylia.**Ventrè dei-**ciunt.**Conchylia**in montibus**Aegypti.*





Chamaelea Rondeletij.

Chamalearum albarum quatuor differentia.



Chama nigra laevis & altera subflava.

Chamulae parvae tres differentia.



Chamulae aliae exiguae.





## DE CHAMA PIPERATA

## Bellonij. Cap. LX.



**H**AMAM piperatam (inquit Bellonius) Veneti Beverazas, vel Peuerazas vocant ad discrimen maiorum, quas Biueronos appellant. Palustre est concharum genus in coeno degens, quod Anconitani, & Rauennates chalenam, vel chalcenam, nomine à chamula detorto vocitant. Biueroni autem dicuntur, vel quòd ob piperis saporem sitim excitent (uos hoc redarguimus supra) vel quòd illa perpetuò bibant, neque diù sine aqua seruari possint, atque in forum allatae, & aquae immerse, geminam, atque oblongam exerant ligulam, vt cochleae modo perpetuò sitientes moueri percipiantur. Supra modum fragiles habent testas, laeues, ac compressas, uon autem vt aliae conchae orbiculares: verum vsque adeo tenues, vt transparent. Cardinibus non iunguntur inuicem infarctis, sed neruo, vt ostrea. Labra non habent crenata, sed laeua, magisque in rotunditatis ambitum circinnantur,

*Chalena.  
& chalce-  
na.  
Biueroni,  
vnde dicti.  
Testa.*

B quam tellinae.

*Labra.*

## DE CHAMA NIGRA, SIVE GLYCYMERIDE eiusdem Bellonij. Cap. LXI.



**E**ST & alia laeuis Chama (inquit idem Bellonius) à caeteris hoc distans, quòd cum laeuis sit, tamen & robore testae cum aspera facile certare potest. Clonissa quidem maior est, & plerumque nigricat. Cardinibus quoque, quibus valuas cõiunctas habet, à praedictis etiã differt. Praeterea non ita vt prima laeuis in Chama glycymeris Bellonij, rotunditatem turbinatur, nec vt Peloris plana est. Crenas haud ita profundas in labris habet. Quum autem Aelianus in chamis quasdam esse nigras, ac reliqua genera alba esse protulit, hancque vnicam pro maiore testae parte nigricare videam, facile mihi fuit conijcere, hanc Aeliani chamam esse, ac fortassis antiquorum glycymeridem. Nam & Peloride maior est, & dulcior: neque piperato gustu percipitur. Haecenus Bellonius. Caeterum Rondeletius chamam nigrã à glycymeride distinguit, & longè alias quã Bellonius, chamam depinxit, vt iã patebit.

C

ra alba esse protulit, hancque vnicam pro maiore testae parte nigricare videam, facile mihi fuit conijcere, hanc Aeliani chamam esse, ac fortassis antiquorum glycymeridem. Nam & Peloride maior est, & dulcior: neque piperato gustu percipitur. Haecenus Bellonius. Caeterum Rondeletius chamam nigrã à glycymeride distinguit, & longè alias quã Bellonius, chamam depinxit, vt iã patebit.



*Chama  
Aeliani, &  
antiquorum  
glycymeris.*


DE CHAMA NIGRA  
Rondeletij. Cap. LXII.

**A**ELIANVS Chamas marinas varias, & multiplices esse tradit: nam aliae asperae sunt, inquit, aliae laeues: & haec quidem digitorum compressu confringuntur, illae verò vel egerimè coteruntur. Quaedam ipsarum nigerrimae sunt: nonnullae argentei coloris similitudine

Chama nigra Rondeletij.

D

gerere videntur. Ac quemadmodum earum est varium, & multiplex genus, sic multas, & diuersas sedes habent. Ex his colligunt nonnulli (inquit Rondeletius) chamam pro Conchulis accepisse, quae colorum varietate à sese distant, sed non rectè, vt ego quidem sentio: nam sunt vt conchulae, ita chamae variae, albae, nigrae, ex albo rubescentes, aliae fractu faciles, aliae difficiles. Idè de cochleis, & peccinibus verè dicitur. Quare ineptè fecerunt, qui Concham nigram (Bellonium taxat) pro chama nigra exhibuerunt, cum conchae rotundiores chamis esse soleant, neque hient; chame verò testae sunt longiore, qualis chama nigra, quam hic proponimus, testis oblongis, leuibus, duris, spissisq; ac veluti marmoreis.



*Contra Bel-  
lon.*



Vlysis Aldrouandi  
 DE CHAMA GLYCYMERIDE E  
 eiusdem. Cap. LXIII.



HAMARVM generi γλυκυμερίδες accedunt, Plinij, & Macrobij testimo-  
 nijs. Chamæ glycymerides (inquit Plinius) quæ sunt maiores, quàm pe-  
 lorides. Macrobius in cœna adijciali Lentuli flaminis appositas fuisse di-  
 xit, & ne quis easdẽ esse pelorides, & glycymeridas existimet, maiores sci-  
 licet chamæ, legat Macrobi. lib. 3. Saturnal. Ante cœnam, inquit, Echinos,  
 ostreas crudas quantum vellent, peloridas, Spondylos, &c. Paulò pòst alia


*Etymum.*

edulia enumerans, glycymeridas, viticas, &c. Sunt autem glycymerides dictæ à dulcedine,  
 vt opinor, quòd sapore sint dulci, minusq; salso, quàm reliquæ. Sunt qui glycymeridas vo-  
 cent, quasi ex dulci amaras. Quod si ita sit, compositum nomen ex Græco, & Latino fuerit,


*Descriptio.*

quàm compositionem improbat Quintilianus. Glycymerides igitur chamæ sunt maiores,  
 quàm pelorides testa oblonga, mytulorum flauiatilium testæ modo, sed duriore, & spissio-  
 re, rugosa, nò tamen ob id aspera, ex albo rufescente, carne & succi bonitate peloridi simi-  
 les. Easdem esse puto cum ijs, quas pelorides maiores Athenæus vocat. Hermolaus Barba-  
 rus coniicit apud Plinium post verba hæc, Chamæ glycymerides, quæ sunt maiores, quàm  
 Pelorides, pro colycia, siue coryphia, legendum corycia ex Athenæo, qui scribit Conchas  
 quasdam à Macedonibus vocari κορύκεις, quas Athenienses κρείες nominant. Sed vt apud  
 Plinium legendum sit, non potes corycia ad chamæ glycymeridas referre: sic enim Con-  
 chas asperas vocari scripsit ex Hegesandro Athenæus. Η γήσανδρος δ' ἐν ὑπομνήμασι τὰς  
 τραχέας φήσιν κορύκεις ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κορύκεις καλεῖσθαι, ὑπὸ δ' Ἀθηναίων κρείες. Hege-  
 sander in commentarijs, ait Conchas asperas à Macedonibus vocari corycos, ab Athe-  
 nensibus κρείες, id est, arietinas. Hęc itaque ille exhibita hac iconẽ, cui ego binas hæc ad-  
 didi multo quidem maiores, sed cætera non multum dissimiles, quanquam capite differ-  
 re quodammodo videantur.

Chama glycymeris Rondeletij.




Chamæ glycymeridi similis, seu maiores mytuli species.






Chamae glycymeridis alterius auctoris pars caua.





Vlysis Aldrouandi  
Chamae glycymeridis alterius auctoris pars conuexa.





## DE CHAMA PELORIDE.

## Cap. LXIV.




E hoc Chamarum genere inter Bellonium, & Rondeletium non conuenit. Ego quæ uterq; de eo scripsit, adferam; cum præterea quod dicam, non habeam. Peloridas Athenæus (inquit Rondeletius) vno loco à Chamarum genere segregasse videtur ex sententiâ fortasse Phililyij. Αἱ δὲ πελωρίδες ὠνομάθησαν παρὰ τὸ πελώριον, μείσων γὰρ ἐστὶ χήμης παρηλεγμένον. Pelorides vocatæ sunt à dictione πελώριος: maiores enim sunt Chamis, & ab ijs

diuersæ. Alio loco ex Diphilo peloridas Chamis crassarum speciem facit, quas & regias appellat, quæ & maiores sunt. Chamis etiam Peloridas appellat Plinius. Hos sequimur ac Chamis peloridas, siue pelorinas, à magnitudine dictas fuisse cū veteribus existimamus, id quoq; innuit Athenæus priore loco modò citato: nam πελώριον, siue πέλωρον significat το μέγα καὶ τεράσιον, id est, magnum, & prodigiosum. Vel dictæ sunt pelorides à Peloro Siciliae promontorio, quòd iuxta illud pelorides optimæ reperiantur. Iulius Pollux de ciborum antiquorum præstantia verba faciens. Ἰσῖον δὲ ὅτι παρα' τοῖς παλαιοῖς εὐδοκιμῆν μύρινα ἐκ πορθῆ καὶ μύρινα τερησία, καὶ θυνοσ τυρίος, καὶ κερυῆς ἐκ σκιαδῆ. καὶ ἔριφος ἐκ μήλε, καὶ κογ καὶ πελωρίνα, ὁδονίσως καὶ νῦν καλυμμένα πελωρίδες ὠνομάθησαν. Apud veteres in pretio fuit muræna, ex fæto, & muræna Tartesia, placebat thyonus Tyrius; & mugil ex Sciathò, hœdus ex Mejo, Conchæ etiam Pelorinæ, vnde forte nomen adeptæ quæ nunc pelorides vocantur. Ex his apparet insignis erior eorum, qui sciunt peloridas nomen habere à luto, in quo tum manibus, tum retibus euertuntur: pilos enim lutum est, (sic enim scripta verba reperio) πηλός quidem lutum est, a quo πηλωρίδες, & πηλωρίας dixisse oportuerat, nō πελωρίδας, & πελωρίας, & πελωρίνας, sicuti omnes extulerūt. Præterea illud è memoria exciderat, aut fortasse ne legerant quidem, quod scripsit Aristotel. Conchas, Chamis, Pectines, Vngues, locis arenosis prouenire, non cænis. Sed ommissis omnibus rem ipsam depingamus. Chama peloris duabus Cochis constat, quæ nunquam ita iunguntur, quin semper hiant & viuo, & mortuo animante, etiam sine calidi contactu. Eæ oblongæ sunt, & læues, ex albo purpurascetes, in medio connexæ. Caro intus alba est, quæ etiam contracta tota testa vix capi potest, externa longior multò est, rotunda, spissa, pudendo virili non absimilis, digiti mediij crassitudine. In extremo altero foramina duo appaer, alterum oris est, rotundum, alterum excrementi. Santones Conchæ strictæ, & non hiantis speciem palourde appellant, quæ vox a peloride deducta esse videtur. Sed ea chama peloris non est, cū magna non sit, neq; hiet. Caro peloridis dura est, ob id difficile excernitur. Hactenus ille: Palourde autem Santonum est Conchula rugata Bellonij. Estq; alia pelourde a Gallis ad mare mediterraneum dicta, nimirum Cochula varia Rondeletij, cuius chamæ peloridis hic iconem exhibuimus ab eo mutuam: item aliam ex Bellonio, sed toto

## Chama Peloris Rondeletij.

cælo diuersam, Regias, & basilicas chamis (inquit hic) Galli Pelourdes, ad Peloridarum vocem accedentes dixerunt, Massilia clonissas, Veneti Biueronos, vel Piueronos, Genuenses Assellas Hispani Armillas, Anconitani, Rauennates, & Ariminenses Pouerazos, quasi paupericulos nominant, quòd illic nimum popularis, pauperibusque offerri solita sit. A luto autem in quo tum manibus, tum retibus euertuntur, nomen habent: pilos enim lutum est. (Hoc



etymum Rondeletius reprehendit.) Alij dicunt à Peloro monte Ciliciæ volunt. Differunt autem à Calcinellis, quòd turbinatiori, & grandiori corpore consistunt. Calcinellæ enim (quæ & Beueraze dicuntur) compressiore sunt forma, testa translucida, ac multò quam Chameleios

Segregata à Camis. Vnde distat.

Error quorundam.

Lib. 5. Hist. For. c. 5.

Descriptio. Testa.

Caro.

Foramina oris, & excrementi.

Palourde Santonum.

Caro.

A Calcinellis, ut differant.




Cameleios teneriores. Media autem est inter asperam, & læuam constitutione, & natura. Non enim ita horret, vt aspera, neq; ita glabrescit vt læuis: albo præterea, ac fuluo emblemate distinguitur: vnde caparozolam dici puto, quòd ex rubra subfulua sit. Eius autem caro durior est, quàm læuam Tellinarum, & Peuarazarum. Em ollire aluum traditur. Sed & Diphilus copiosum bonumque succum gignere tradit, & stomacho gratum, nec facile excerni. Sic Bellonius. Seruant autem idem nomen apud nos Rauentia delata, edunturq; in aqua elixæ vnà cum petroselino, & pipere, additoq; cum iure pane inferuntur, grataq; quidem sunt, sed lutum, vel arena obstat, quominus sapor respondeat. Labra earum sunt crassiuscula, & tam arctè connexa, vt nisi vi aperiantur, & sæpè etiam rumpantur prius quàm os aperiant.

Copiosum  
succum ge-  
nerant.  
Coquendi  
modus.

Chama peloris Bellonij.

Concha rugata, vulgi Pauarazzo.



DE CHAMA ASPERA. Cap. LXV.

Alani quid  
differat.



CHAMA trachea auctore eodem Bellonio, valuas eodem modo quo læuis tornatas habet, estq; rotunditate perè obiculari cõstructa: hoc tamen inter se differunt, quòd illa læuis quidem testa, hæc verò, aspera claudatur; Pectinis modo striata: sed Pecten rectas habet strias, illa verò transuersas, crebras, & profundas. Dura est admodum Chama um asperiorum testa, si cum leuibus cõferatur. Ea enim non nisi valido ictu confingi potest cum

Testa.

In arena  
circa lito-  
ra reper-  
tur.


tamen aliorum ferè omnium læuam debili digitorum compressu aperiri possit. Chama præterea trachea in arena circa littora reperitur: extremas enim iniurias ob testam durio- rem minus reformidat. Labra hæudquaquam in gyrum (vt pecten) denticulata, sed My- tulorum more læuia habet, moueturq; vt limax, vt eius Concham nonnunquam profun- dius sabarrantem conspexerimus. Fortibus namque spondylis constat, quibus testas mo- uendo etiam per arenam lumbricorum more conscendit. Quamobrem læuis ea nem- eius duriusculam, mali succi, parum nutrire, faci è excerni, ma isq; saluginem referre pro- nunciavit. Diphilus autem stomacho gratam esse tradidit: cuius ego sententiæ expertus facile astipulor. Hæc itaq; Bellonius apposita hac iconc. Cæterùm Rondelet.

Caro.

Rondelet.  
icon.

Chama aspera Belonij.

Chama aspera Rondel.



asperam Chamam depinxit, qualem scilicet hæc quoque expressam ex eo damus, ad- ditis præterea iisdem que su- per ea scripta reliquit. χήμας τραχέας (inquit) asperam a tes- tarum externa parte dictam H sunt, ob lineas transuersas, obliquas multas, cauas eaq; ob causam musco sæpè op- pletas. Superiorum (glycy- meridum) modo oblongæ sunt, intus læues. Carne sunt mali succi, pauci nutrimen-

ti, ad excretionem facili, qua tamen delectantur Purpuræ; vnde pro esca vtuntur ea Pur- purarum piscatores, vt antè ex Athenæo diximus. Simillima, nisi eadem cum Bellonij iconc est quam nos adiecimus. Cum Rondeletij verò iconc quodammodo conuenit secun- da, & tertia in hac nouissima tabella expressæ: prima verò ex leuibus est.



Concha rugata alia Bellonij, seu Chama aspera.

Chamae striatae species.



DE OSTREIS. Cap. LXVI.



VANTI fecerint Romani Ostrea, & in quo honore fuerint, cum illorum res magnitudinis, atque luxuriae teneret fastigium, nonnullis hinc veterum scriptorum auctoritatibus demonstrabo, antequam ad synonyma, naturamque Ostrearum accedam. Evare autem in tanta exillimatione apud gulae proceres, ut in remotissimas à mari regiones ligneis lacubus apportarentur: Brundisioque in primis in Lucrinum lacum transferebantur, quia micifacè ibi pinguescebant. Plinius auctor est Sergium Oratam primùm omnium Ostrearum viuarum inuenisse in Baiano, aetate L. Crassi oratoris ante Mariscum bellum: nec gulae causa, sed avaritiae, magna vestigalia tali ex ingenio suo percepisse, ut qui primus pensiles (inquit) inuenit balneas: ita mangoizatas tubi de vendendo. Caterùm Valerius Maximus eundem Sergium luxuriae exemplar summæ, non avaritiae proposuit,

Luxus veterum.

Viuarum Ostrearum quis primus inuenit. Pensiles balneas.

Lib. 9. c. 10.

de luxuria scribens: Caius Sergius Orata (inquit) pensilia balnea primus facere instituit: quae impensa laeibus inijs capta, ad suspensa calidae aquae tantum non aequora penetravit. Id est videlicet ne gulam Neptuni arbitrio subiectam haberet, peculiaris sibi maria excogitavit, aestuarijs sibi interceptando fluctus, pisciumque diversos greges separatis mollibus includendo, ut nulla tam seua tempestitas incideret: qua non onerata mensa varietate pisciculorum abundarent. Aedificijs etiam spaciosis, & excelsis, deserta ad tempus ora Lucrini lacus pressit: quo recentiore usu conchyliorum frueretur, vbi dum se publicae aquae cupidius immergit: Confidij Publicani iudicium nactus est. In quo Lucius Crassus aduersus illum causam agens, errare amicum suum Confidium, dixit: quod putaret Oratam remotum à lacu cariturum ostreis; namque ea, si inde petere non licuisset, in tegulis perpetuum. Huic nimirum magis Aescopus Tragedus in adoptionem dare filium suum, quam bonorum suorum haeredem relinquere debuit; non solum perditæ, sed etiam furiosae luxuriae iuuenem, quem constat cantu commendabiles auiculas immanibus emptas pretijs, in cena pro ficedulis ponere: acetoque liquatos magnae summæ vniones potionibus aspergere solitum. amplissimum patrimonium tanquam amaram aliquam sarcinam, quam celerrimè

Aescopi tragedi filij luxuria.

abijcere cupierem, quorum alterius senis, alterius adolescentis sectam secuti, longius marem porrexerunt, neque enim vllum finitur vitium ibi, vbi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti pisces, inde infusa culinis arce, censibusque edendi, atque bibendi voluptas reperta est. Hac omnia Valerius, ex quibus non avaritiae causa, sed luxuriae viuarum illa fecisse Oratam discimus. quamobrem prosequamur. C. Plinius Nepos in primo doctissimarum suarum epistolarum libro easdem delicias ostrearum ostendit, nam cum Septimium Clarum inuississet ad cenam, & non venisset: At tu (inquit) apud nescio quem ostrea, vuluulas, echinos, Gaditanae maluisti, dabis poenas, &c. Eleganter etiam M. Tullius in epist. 107. se se qui ostreis, & muræis facile abstinebat, à beta, & malua deceptum esse dixit: & mulier, ut Iuuenalis canit in sexta satyra:

Beta, & malua decepti.

Inguinis, & capitis, quae sint discrimina nescit

Grandia, quae medijs iam noctibus ostrea mordet.

Horatius quoque satyra in luxu perditos conscripta ostendens hominis sobrij, & frugalibus cen

L. 2. Sat. 2.



lis censuram summis assentionibus esse probandam, luxuriosi verò prorsus abominandam, E  
 ut cuius iudicium vnà cum corpore, & animo ita sit oppletum crapula, & oppressum, vt ad  
 veri cognitionem sese nequeat erigere, dum nunc huc, nunc illuc eius sententia in palato  
 gratificando nutet, ait; inter cætera etiam hoc:

*Non in caro nidore voluptas  
 Summa, sed in te ipso est. tu pulmentaria quære  
 Sudando: pinguem vitij, albumq; , nec ostrea,  
 Nec Scarus, aut poteris peregrina iuuare Lagois.*

Martialis quoq; quoties ostreorum meminit, ea ferè semper cum alijs cibis enumerat, qui  
 in haud minori erant pretio, vt in primis in Ligurinum scribens in tertio.

*Fugeris an mensas Phæbus cænamque Thyesta  
 Ignoro: fugimus nos Ligurine tuam,  
 Illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbis  
 Sed nihil omnino, te recitante, placet.  
 Non mihi ponas rhombum, mullumque bilibrem  
 Nec volo boletos, ostrea nolo: tace.*

Pòst rursus eodem libro in Ponticum, qui cum laia esset lex à Domitio, vt sublatis sportu-  
 lis amici ad rectam cœnam vocarētur, hac lege coactus iam nō dabat sportulam Martiali,  
 sed inuitauit, apposuitque ei vilissimos cibos, sibi verò optimos: vnde conqueritur pœta,  
 sic fraudem fieri legi, cum non detur sportula, dari cœnam à Pontico non meliorem spor-  
 tula, cum tamen legem tulerit imperator, vt melius cœnarent clientes, quàm olim solebāt  
 acceptis sportulis: Canit itaque,

*Cum vocor ad cœnam, non tam venalis, vt ante  
 Cur mihi non eadem qua tibi cœna datur?*

*Ostrea tu sumis stagnosaturata Lucrino  
 Sumitur inciso myiulus ore mihi.*

*Sunt tibi boleti, fungos ego sume sullos,  
 Res tibi cum rhombo est, ac mihi cum sparulo.*

*Aureus immodicis iurtur te clunibus implet,  
 Ponitur in cauca mortua Pica mihi.*

*Cur sine te cœno, cum tecum Pontice cœnem?  
 Sportula quod non est, profit, edamus idem.*

In septimo verò suorum etiam epigrammatum Papili munera, quia veneficus erat, ob ve-  
 neni suspicionem spernit; Ea autem erant sumen, aper, lepus, boleti, mulli, & ostrea, qui  
 omnes cibi apud ganeæ studiosos in summis habebantur honoribus, ac delicijs.

*Cum Sexetani ponatur cauda lacerti  
 Et bene si cœnas, conchis inuncta tibi est.  
 Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos  
 Mutis, habes cor nec Papile, nec genium.*

Gulosi non iam verò in nono in fictos inuectus amico, atq; olla ces, ostendere volens gulosos nō pos-  
 sūt amici. se esse amicos, quippe qui cibos, non fidem sectentur amicitia, canit,

*Hunc quem cœna tibi, quem mensa parauit amicum,  
 Esse putas fida pœtus amicitia  
 Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea: non te  
 Tam bene si cœnem, noster amicus eris.*

Insuper libro duodecimo in Lentinum scribens, cuius gulam accusat, vt potè qui febricitans  
 nullo genere deliciarum abstinere, conquerebaturq; quòd febris nō discederet: cui pœ-  
 ta responderet eam rectè agere, cum tam opulentum, & delicatum dominum habeat.

*Quare tam multis à te Lentine diebus  
 Non abeat febris, quæris & vsque gemis?  
 Gestatur tecum sella pariterque lauatur,  
 Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.  
 Ebria Serino sit sepe, & sepe Falerno  
 Nec nisi post niueam Cæcuba potat aquam.  
 Circumfusa rosas, & nigra recumbit amomo,  
 Dormit & in pluma, purpureoque toro.  
 Cum sic tam pulchrè, tam belle viuat apud te  
 Ad Dammam potius vis sua febris eat?*



A Tantopere verò inhiabant ostreis Romani, vt Ouidius in fastis de aureo saeculo agens dixerit ceu quid admiratione dignum,

Lib. 6. fast.

*Ostrearum in conchis tuta fuerunt suis.*

innuens suo tempore minimè tuta esse, sed placere omnibus, ac summa ab omnibus industria nullibi nõ in quocumq; tandem orbis angulo inquiri, & vbi ea negauerat natura, non enim eadem fert omnia tellus, importari solere, quod non obscure etiam docuit Diphosophista Athenæus, qui referente doctissimo Iouio tradidit Apicium nobilem parasitum, qui superioris (Apitij) nomine appellari promeruit, vasis summa industria fabricatis ad Traianum in mediterraneis Mesopotamiæ contra Parthos bella gerentem, recentissima ostrea detulisse. Apud eundem Athenæum alius parasitus nomine Dromeas interrogatus, in vrbe an apud Chalcidem lautius pararetur conuiuium: respondit proœmium Chalcidentis cænæ gratius esse toto conuiuij in vrbe apparatu. Vocabat autem (inquit Athenæus) cænæ proœmium, δειπνε προόμιον, copiam, & varietatem ostreorum. Eodemq; modo alius quidam apud eundem: primum, inquit, ostrea vidi, & echinos: quæ quidem proœmium sunt δειπνε χαριστικως μετροτανευµενα. Macrobius præterea locuples testis est ostreorum vsum

Romani, vt ostreis inhiarint.

Cænæ proœmium quid Dromea parasso.

Lib. 3. Saturn. 13.

B fuisse in prima Romanorum cænâ: nam & hoc apud eum inuenio: Quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, cænâ hæc fuit: Ante cenam, echinos, ostreas cruda quantum velent, peloridas, spondylos, patinam ostrearum, &c. Quam ve. ò Tyberij principis palato arriiserint istiusmodi conchyliâ, colligere licebit ex Suetonio Tranquillo, qui attestatur Tyberium Afellio Sabino sesteria ducenta donauisse pro dialogo, in quo boleti, & ficedulæ, & ostreæ, & Turdicertamen induxerat. Elegantissime Plinius ironice ait: Ex horto plebei macellû quanto innocentiore victu? Mergi enim credo in profunda satius est, & ostreorum genera naufragia exquiri. Deniq; Iuuenalis non incongruè canebat:

Tyberius vt ostreis delectaretur.

In Tyberio cap. 42.

*Dignus morte perit, canet licet ostrea centum*

*Gaurana, & Cosmi toto mergatur aheno.*

Satyr. 8.

Possim verò multa præterea ex authoribus classicis adferre, quæ ad ostreorum encomia pertraherent, sed quia hæc paucula satis esse posse confido, itaq; hic vela contraham.

SYNONYMA.

**B**IVALVIUM testa duriore conectorum maior pars authore Pet. Bellonio, ostreæ, vel ostrea Latinis dicuntur. Sed ostrea pro genere vniuerso testaceorum sumi Rondeletius docet, vt in superioribus, vbi de testatis in genere egimus, videre licet, vbi etiam quid Græcis sit ὀστρεον, & ὀστρεοι, satis superque scriptum à nobis est: non rarò in primis totum genus ostracodermorum cõplecti, sic enim, vt hoc hic obiter inseramus, Suidas echinum θαλάττιον τὸ ὀστρεον esse tradit, & Hesy chius ὀστρεα, τὰ κογχύλια, μύδια, θαλάσσια.

Ostrea pro genere vniuerso testaceorum.

Sicut autem Latini à testa testudinem, sic quoque Græci ὀστρεα ἀπὸ ὀστρῆος καὶ νομινάουε- runt: quanquam Eustathius ab ὀστρεον (quod est os, quòd testa veluti ossea tegatur) abundante rhotico dictum cum Varino velit. Græci nunc vulgò ὀσπίδια vocant, Psellus ostridia, interprete Valla, voce vt apparet, diminutiuâ. Inuenio etiam apud Hesy chium ὀστρεον pro ostreo. Italici ostreghe dicuntur, Hispanici ostrea de la mar. Galli, vt innominatus quidam scribit, Ouitres, & alicubi Itre alle calle: sed communiter testantur etiam.

Etymon.

Aspidia. Ostridia.

D Rondeletio Gallo Huistres vocant, Mompelienses priuatim Peires Ostres, Flandri, & alij Germani inferiores Oesters, Angli non diuersa voce Oysters. Putat Zoographus apud Belgas etiam iysterle vocabulum diminutiuum nonnunquam vsurpari: super quo nomine cum Belgam consulere in, respondebat, prorsus sibi esse incognitum, Albertus, citante Zoographo, alzum ex Auicenna interpretatur ostreum. Antiqui secundum Syluaticum ostrea est, item Caugilen (Caugilel verò nominat Auicenna 2. 537. videtur autem nomen corruptum à conchylijs.) item Latalus. Alibi etiam habet. Ostracorum, siue conchyliorum, quædam sunt magna, quæ dicuntur Arabicè Barcora, (hoc & Serapio habet:) quædã parua, quæ Arabicè dicuntur Sades (Sadaf quidem pro limace, & pro purpura accipitur.) Alibi rursus canis exponit ostrea: Auicenna verò alibi carus habet. Et canis species secundum veterem Auicennæ glossographum, & Caugiel est species ostraci, idem quoque Seigi interpretatur genus ostracorum, atque esse venereum. Latini ostreum neutro genere, & ostream fœminino dicunt: Lucilius, Plinius, & Iuuenalis ostreum

Alzum.

Antiqui. Caugilen. Latalus. Barcora.



dixerunt, item Varro citante Nonio; Non posse Ostrea se Romæ præbère, & echinos: Lucilius. Quid? ego si cerno Ostrea, cognorim fluuium, limum, ac cænam sapere ipsum. Quo loco Nonius. Ostrea (inquit) neutro genere. Sed idem quoque Lucilius in fæminino genere dixit:

*Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.*

Item alij, vt Plautus in Rudente:

*Echinos, Lepades, Ostreas, Balanos captamus.*

Turpilius Demetrio: *Macta cooperta age in oras Ostreas.* Et Varro: Nec Ostrea illa magna capta quiuit palatum suscitare. Afranius quoq; Ostreas marinas dixit: Cicero in eodem genere vsus est. Tanquam posset (inquit) vel in regulis profeminare Ostreas. Isidorus verò distinctionem adfert hâc, vt Ostrea in genere neutro, carnes in fæminino dicantur genere; quod sanè vix ex superioribus colligas. Qui volet tamen ita distinguere, poterit.

*Li. 12. c. 6.  
Ostreâ ab  
Ostrea di-  
stinguitur.*

GENVS. DIFFERENTIÆ. LOCVS.  
FORMA. DESCRIPTIO.

*Testa.  
Magnitudi-  
ne.*



STREÆ multorum (inquit Bellonius) sunt generum, cum ipso operculo nonnullis asperiore, ac magis scabro, tum etiam ipsa magnitudine inter se dissidentium. Grandes enim sunt, quæ pelagiæ ex Oceano Lutetiam adferuntur. Sed cum præ teste nimia mole ichthyopolas prægrauare soleant, neque longius in mediterranea loca deferri possint, carnosam partem seiungunt, ac sine testis mittere cõsueuerunt: quod raro, aut nus-

*Dulciaqua  
gaudent.  
Optima  
vbi.*

*A loco.*

*Lib. 3.  
Lib 5. Hi-  
stor. c. 15.*

*Rondeletij  
Limnostr.  
qualia.*


*Limnostr.  
cur dulcia-  
ra alijs.*

*Li. 3. c. 6.*

*Marina  
quãdo opti-  
ma.*

quam in Græcia, rarissimè in Italia fieri solet. Nam quæ à Brundisio in Lucrinum lacum transferebantur, vt veluti dulcium aquarum gaudentes aduentu pinguescerent, integræ cum testis diuendebantur. Discrimen autem Ostreorum facere solent nationes, ac littora, vbi alibi, atque alibi meliora inueniantur. Optima sunt, quæ iuxta paludes, ac fluuios reperiuntur: maiora enim, dulciora, meliorisq; succi. Quæ verò ad litus marinum, aut inter saxa reperiuntur, vbi deest limi, aut aquæ dulcis copia, parua sunt, dura, & gustu amara, mordacia, cibo ingrata. Hucusq; Bellonius, Rondeletius quoq; differentias sumit à loco, à testarum varietate, à carnis substantia. Esse enim quædam, quæ in stagnis marinis nascuntur, quædam in ipso mari. Illa (inquit) λιμνοστρεα voca: Aristoteles, apud quem aliquoties λινοστρεα perperam legas pro λιμόστρεα: quæ à loco nomen habent: λιμνη enim stagnum significat, vnde λιμνοθάλατται marina stagna à Galeno dicuntur. Gaza semper ostrea, & ostreas conuertit, non satis rectè meo quidem iudicio, cum stagni ostrea dicere debuisset: Hanc differentiam non omisit Athenæus quum dicit: Τα δὲ ὄστρεα γενᾶται μὲν ἐν ποταμοῖς, καὶ ἐν λίμναις, καὶ ἐν θαλάσση. hoc est: procreantur ostrea in fluuijs, in stagnis, & in mari: Aristoteles: Τα δὲ λιμνοστρεα καλεῖμενα, ὅπερ ἂν βορβορος ἦ, ἐν ταῦθα σπείσονται πρῶτον αὐτῶν ἀρχῆ. Limnoostrea quæ vocantur, ibi primum sui originem capiunt, vbi cænum est. Pluraq; sunt loca, quibus Limnoostreorum meminit Aristoteles. Quæ verò pro Limnoostreis

Ostrea stagni marini Rondeletij.




Rondeletius depingit, ex duabus testis componi ait modicè cõcauis, & parum in dorsum elatis, foris inæqualibus, & asperis, & in tenues laminas facillè sectilibus, intus leuibus, candidis. Testas paruas esse, carnem mollem, suauè, concoctu facilem: maioremq; in his, quàm in alijs ostreis, quorum testæ multò ampliores sint. Huiusmodi ostreas esse in ostijs Rhodani antiquis, ob immutatum Rhodani alucū: vendique etiam huiusmodi Lutetiæ ex Sequanæ ostijs, & Burdigalæ. Cur verò dulciores sint, in causa esse putat aquæ dulcis admittance. Gaudent enim dulcibus aquis (inquit Plinius) & vbi plurimum influunt amnes, ideoq;

pelagiæ parua sunt, & rariores. Illud verò (inquit idem Rondeletius) diligentius excutiendum est, maioranè sint pelagicis Ostrea, quæ in stagnis marinis, aquis vé ex dulci permistis proueniunt. Athenæus: Ostrea nascuntur in fluuijs, lacubus, & mari. Marina optima, quando lacus, aut fluuius ex proximo influit; tunc enim fiunt boni succi, maiora, dulciora.



A Ostrea hic secundo loco posita, cum Rondeletij icone conuenit: altera D. Antonij Gigan-  
 B eis Forosempronienſis munere lectoribus communicata.



dulciora. Quæ verò in littoribus (πρὸς ἰόσι) & saxi limi, & aquæ dulcis expertibus gi-  
 D gnuntur, parua sunt, dura, acria (δυσκτικά.) Verna, quæ capiuntur æstatis principio melio-  
 ra sunt, maris humore plena (ωλίρη, θαλασσίζοντα legitur Græcè, Zoographus ωλίρη hic  
 fortè oportere interpretari ait plena, pro carnolis, vegetis, succulentis, idest, non siccis, nec  
 duris: θαλασσίζοντα verò ad saporem pertinere, quæ mare respiciant; ) cum dulcedine ven-  
 tricula vtilia, aluo facilè deiiciuntur. Loci igitur commoditas, & alimenti copia hæc O-  
 strea grandiora, & meliora efficit. His contraria, pelagia Ostrea, parua, & rara. Plinius cau-  
 sam hanc reddit: Grandescunt quidem syderis ratione maximè, vt in natura aquatiliū  
 diximus. Sed priuatim circa initia æstatis multo lacte prægnantia, atque vbi sol penetrat  
 in vada. Hæc videtur causa, quare minora in alijs locis reperiantur: opacitas enim prohi-  
 bet incrementum, & tristitia minus appetunt cibos. Hæc ille, & rursus: Ostrea, quæ ne-  
 que in stagnis, neque in flauiorum Ostijs, sed procul ab aquis dulcibus inueniuntur, ma-  
 rina, siue pelagia nominantur. Sunt persæpè magna, adeò vt in India pedalia sint. Quæ  
 ex Oceano Lucretiam deferuntur, sæpè multo maiora sunt ijs, quæ in nostro Mediterra-

Li. 3. c. 6.

Pelagia q̄  
 dicantur.  
 Magnitu-  
 do.



neo capiuntur; aliquando multa simul connexa, & supra se posita. Inter hæc repunt Scolopendræ, & vermes in canaliculis inclusi viuunt. Testæ foris sordidæ, & luto obductæ, ex crustis multis, siue laminis constantes, intus læues, & albæ; Caro mollis: circa eam

Ostrea Rondel. marina.

Ostrea alia marina Zoographi.



F

fibræ multæ veluti simbriam constituentes, eam aliquando ambiente purpureo crine, quæ præstantiæ nota est, auctore Plinio: Addunt (inquit) peritiores notam, ambiente purpureo crine fibras, eoque argumento generosa interpretantur, calliblephara appellantes. Nostra pallida sunt testa, alibi colore differunt. Variant coloribus ait Plinius, rufa in Hispania, fusca in Illyrico, nigra & carne, & testa Circæis. Talia nonnunquam venduntur Burdigalæ, Medokina à loco vicino Medoe appellato, allata. His caput nigrum est, caro minus candida. Palma mensarum diu illis tributa est, ut scribit Plinius: sunt & apud nos in pretio. Et quemadmodum diuersorum in procreandis Ostreis olim diuersæ erant laudes, quas prosequitur Plinius; ita nostro æuo cupidiarum amatores Ostreorum censuram faciunt: sunt enim ut Horatij verbis utar:

*Ostrea qui callent primo deprendere morsu,*

*Britannica  
optima.*

& acria à dulcibus statim discernunt. Britannica omnibus præferunt, Santonica magis saluta, & acria iudicantur. Britannicis Burdigalensia succedunt, inter quæ Medokina nigra, iuuuitate præcellunt: quemadmodum Circæa, quæ nigra sunt, ab Horatio commendantur:

*Saty. 4.*

*Lubrica nascentes implent conchylia luna,  
Sed non omne mare est generosa fertile testæ;  
Muriæ Baiano melior Lucrina Feloris  
Ostrea Circæis, Miseno oriuntur echini,  
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.*

Plinij verò locus, quem citat Rondeletius in suum sensum, est iste: Dicemus & de nationibus, ne fraudentur gloria sua littora, sed dicemus aliena lingua, quæque peritissima huius censuræ in nostro æuo fuit. Sunt ergo Mutiani verba, quæ subijciam: Cyzicena maiora Lucrinis, dulciora Britannicis, suauiora Edulis (Getulicis Massarius) acriora Lepticis, pleniora Lucentibus, sicciora Coryphantens, teneriora (tenuiora, Massarius) Istricis, candidiora Circæensibus. Sed his neq; dulciora, neq; teneriora esse vlla competentum est. Sic Plinius. Abydena ostrea olim à gæconibus celebrari solita mentio: Clemens in Pædagogo: Inuenioq; apud Archistratum: Τῆς μὲν Αἴδος ἔχει μεγάλης, ὁ σπῆρα δ' Ἀβύδος, quod fortè Ennius poëta antiquissimus sic verit:

*Abydena  
Ostrea.*

*Mures sunt Aeni, aspra ostrea plurima Abydi.*

*Britannica.*

Alibi Plinius Britannica non parum commendauit; inquit. Nondum Britannica seruiabant littora, cum (Sergius) Orata Lucrina (scilicet littora) nobilitabat: postea visum tanti in extrema Italia petere Brundisium Ostreas: ac ne his esset inter duos saporibus, nuper excogitatum, famem longæ aduentionis à Brundisio compascere in Lucrinis. Polydorus Virgilius quoque Ostrea non alibi deliciaiora, nec plura quam in Anglia, sine Britannia esse scribit. Lucrinus verò laus omnium celeberrimus apud veteres est, quòd ibi Brundisio aliisque locis transferebantur, quia meliora fiebant, atque pinguescebant:

*Lucrinus  
lacus.*

pinguescebant:



Aguescabant: eorumque ibi nutritorum laudabiliora erant, quæ capiebantur, ubi dulcis admiscetur aqua, maximeq; in dulci portu, qui nunc portus Phanarius appellatur, quem intrat amnis Acheron ex Acherusia palude profluens; unde dicebat Martialis:

*Ostrea in sumis stagno saturata Lucrino.*

*Peregrinatur.*

Gaudent autem, ut ait Plinius, peregrinatione, transferrique in ignotas regiones. Atq; ita Brundusina in Auerno compacta, & suum retinere succum, & à Lucrino adoptari creduntur. Fortè etiam limosus fuerit. Limosa enim regio maximè idonea est Conchylis, Muricibus, & Ostreis, ut ait Columella. Est autem Lucrinus lacus Campaniæ inquit Massarius in sinu Baiarum contra Puteolos, propinquus, ut dixi, Auerno lacui, ita dictus à lucro propter multitudinem piscium, qui ibi capiuntur. Apud Cumanos quoq; præstantissima Ostrea inueniti author est Strabo in quinto suæ geographiæ. Et in Helleponto, phycos, id est alga nutriuntur dicente Arist. Iacobus Saunzarius, nescio ex quo cecinit:

*Ostrea Misenis pendentes eruta saxis*

*Mille tibi misis:*

*Alga nutriti.*

nam Horatius Miseno echinos oriri dicebat. & Ostrea Lucrina vocauit: *Non me Lucrina inuenit Conchylia.* Ita & alij. Petronius Arbiter.

*Lucrinis*

*Eglo. 2.*

*Eruta littoribus vendunt Conchylia, canas*

*Ut renouent per damna famem.*

Post hæc inuenta fuisse putat Britannica Massarius, eaq; Iuuenali Ruputina dici ab oppido littorali. Iuuenalis versus sunt:

*Circeis nata forent, an*

*Lucrinum ad saxum, Ruputinouè edita fundo*

*Ostrea callebat primo deprendere morsu.*

*Sat. 4.*

Cælius Calcagninus in quinto suarum epistolarum super differentijs, quæ à locis capiuntur, nonnulla hæc habet: Ostreis suburbanis (circa Venetias) & Adriaticis (inquit) Bembus palmam dedit, qui forte idem de Ostreis putauit, quod de Lupis inter duos pontes captis Romani existimauerunt: quos ea ratione meliores, palatoq; aptiores pronuntiarunt, quòd propinqua illuue, quæ ex cloacis, & foricis defluit, saginentur. Etsi non me fallat, Plinium Ostrea neque in luto capta, neq; in arenosis commendasse. Tametsi ego in Bembi gratiam, longè diuersum putem an in luto, an in pingui pabulo quis capta dixerit. Illic spurca, & immunda, hic pleniora habitioraq; efficiantur. Adde quòd in mari nata, aquis verò dulcibus educata, primo censu habentur. ex quo fit, ut optima iudicentur, quæ in ijs aluntur locis, quòd flumina inuehantur; qualia suburbana Venetæ urbis videmus, quæ multis fluminibus alluuntur: quæ res potest Ostrea reddere multò commendatiora. Hæc illa sunt scilicet, quæ gloriam mensis pepererunt: quorum spondylus (ita carnem interiorem vocamus) plus habet calli. Hæc sunt deniq; quæ vulgato prouerbio, viduarum cupedias appellauit antiquitas: Hæc Calcagninus: Extat & epistola Ausonij super his Ostreis ad Paulum, quam præterite nefas sit:

*Ostrea suburbana cur meliora. Lupi ubi meliores.*

*Spondylus quid in Ostrea.*

*Ostrea nobilium canis, sumptuque nepotum*

*Cognita, diuersoq; maris ac fossa profundo*

*Aut refugis nudata vadis, aut scrupæ subter*

*Antra, & muricis scopulorum mersa lacunis*

*Qua viridis muscus, qua decolor algæ recondit,*

*Qua testis concreta suis, ceu saxa coherent:*

*Qua mutata loco, pingui mox condita lima*

*Nurit secretus conclusæ viginis humor,*

*Enumerare iubes, vetus ò mihi Paule sodalis*

*Affne facte meis ioculari carmine nugis.*

*Aggrediar: quamuis curam non ista senilem*

*Sollicitent, frugique viro dignanda patentur.*

*Nam mihi non saliare epulum, non cana dapalis*

*Qualem Penelope nebulonum mensa porcorum*

*Alcinoique habuit nitida cutis unctæ iuuentus.*

*Enuicrabo tamen, famam testesque secutus,*

*Pro studijs hominum semper diuersa probantium.*

*Sed mihi præ cunctis ditissima: qua Medulorum*

*Educat Oceanus, qua Burdigalensia nomen*

*Vsq; ad Esarias tulit admiratio mensas,*

*Non laudata minus nostri quam gloria vini.*



*Hac inter cunctas palmam meruere priorem  
 Omnibus ex longo cedentibus. ista & opimi  
 Disceris, & niuei, dulciq; tenerrima succo  
 Miscent equoreum tenui sale tineta saporem.  
 Proxima sunt quavis, sed longè proxima multo  
 Ex intervallo, qua Massiliensis poru:  
 Quæ Narbo ad Veneris nutrit: cultuq; carentia  
 Helleponniaci, qua protegit equor Abydi:  
 Vel qua Eaians pendent fluitanti a palis:  
 Santonico, qua tecta salo: qua nota Genonis:  
 Aut Eborum mistus pelago, qua protegit amnis.  
 Vt multo iaceant algarum obdueta recessu  
 Aspera, qua testis, & dulcia farris opima.  
 Sunt & Aremorici qui laudent ostrea ponti.  
 Et qua Pictonici legit accola litoris: & qua  
 Mira Caledonius non nunquam detegit aestus.  
 Accedant, qua fama recens, Byzantia subter  
 Littora, & insana generata Propontidis acta  
 Promoti celebrata ducis de nomine, laudant.  
 Hac tibi non vates, non historicus, neque toto  
 Orbe vagus conuina loquor, sed tradita multis:  
 Vt solitum: quoties dextra inuitatio mensæ  
 Sollicitat lenem comi sermone Lyæum.  
 Hac non per vulgum mihi cognita, perq; popinas,  
 Aut parasitorum collegia Plautinorum:  
 Sed festos quia saepe dies partim ipse meorum  
 Excolui, inque vicem conuina vocatus adiui.  
 Natalis si forte fuit solemnis amico,  
 Coniugioque dapes, aut sacra repotia patrum  
 Audiui meminque bono laudare frequenter.*

*In petrosis  
 etiam na-  
 sci.  
 Lib. 8.*

*Lacus ex  
 terramotu.*

*Coloris dif-  
 ferentia.  
 Lib. 10.  
 c. 13.  
 Meliorum  
 nota.*

*Callible-  
 phara.*

*Lib. 3. de  
 gen. anim.  
 Ostrea, &  
 pectini qd  
 peculiare.*

Quemadmodum itaque ostrea (vt ex antè dictis videre licet) gaudent (Plinij verba sunt) G  
 dulcibus aquis, & vbi plurimum influunt amnes: ideoq; pelagia parua, & rara sunt; gignu-  
 tur tamen etiam in petrosis, carentibusq; aquarum dulcium aduentu, sicut circa Grynium,  
 & Myrinam. Author præterea est Aristoteles, ostrea licet victum in humore exerceat, nec  
 foris viuere queant, nihil tamen vel aëris, vel humoris recipere. Mirum verò quod refert  
 (ex Athenæo) Petrus Gyllius, posteaquam (sicut ait Nicolaus Damascenus lib. 104. hist.)  
 ad Apameam Phrygiæ urbem, Mithridatici belli temporibus è motu terra discessisset, la-  
 cus qui antè ibi nulli comparuissent, repente extitisse, fluuiosq; & fontes novos ex iisdem  
 locis terræmotu excitatos fuisse, veteresq; multos exaruisse, ac nimirum plurimam aquam  
 tum dulcem, tum salfam, tamen ab eis locis mare longè abesset, ex visceribus terræ, sic ema-  
 nasse, vt tractum vniuersum illum tum ostreis, tam alijs piscibus marinis referferint. Atq;  
 hæc de locorum diuersitate dicta sunt: Altera erat differentia penes colorem. Plinius enim  
 coloribus variare scribit, nèpè ruffa esse in Hispania, fusca in Illyrico, nigra, & testa, & car-  
 ne Circæis. Inuenio & apud Aelianum, maris rubei ad Arabiam pertinentis ostrea flam-  
 meis illustrari zonis, ea vt diceret varij coloris temperatione ad iridis similitudinem acce-  
 dere, adeo licentis perpetuo ductu æquè inter se distantibus distinguuntur, atq; describi: Iam verò H  
 meliorum ostreorum notas auctores has ponunt, vt Plinius: Præcipua (inquit) habentur,  
 in quacunq; genere spissa, nec salua sua lubrica, crassitudine potius spectanda, quam lati-  
 tudine, neque in luto capta, (etsi Veneti ea cæteris antecellere opinentur) neque in are-  
 nosis, sed solido vado, spondylo breui, atque non carnosio, nec fibris lacinoso, ac tota in al-  
 uo. Addunt peritiores notam, ambiente purpureo crine fibras, eoq; argumento generosa  
 interpretantur, calliblephara appellantes. Iouius maximè probari tradit, quæ magnarum  
 nauium carinis adhærent, & ab vniuersis de manu colliguntur. Sed Grapaldus, omnia  
 (inquit) tunc in cibis meliora existimantur, cum oua appellata habuerint, quæ tamen nihil  
 ad generationem conferunt, sed indicio sunt melioris nutritionis, veluti pinguedo in  
 sanguineis, vt Aristoteles asserit. Quod ad formam ostreorum attinet, Bellonius inter bi-  
 ualium genera hoc peculiare ait esse ostreæ, & pectini, vt partem habeant pronam, & su-  
 pinam, quarum altera sit turbinatior, ac prætumida, altera verò plana. Plinius alibi origi-  
 nem:



**A** nem: atque genituram conchæ, quæ Margaritas fert, esse ait: haud multam ostrearum conchis differentem: Alibi quoque reihya ostreae similia esse scripsit. Et Hegesander apud Athenæum hepatum piscem in capite duos lapides habere, colore splendoreque ostreis similes. Capita ostrearum generi nulla auctore eodem Plinio: Galenus ostreis pilos esse negat, sed melius Plinius oculos carere ostreas omnes dixit. Eidem præterea ostreorum præcipua spondylo breui sunt, atque non carnosio, nec fibris laciniolo, ac tota in aluo. Perottus spondylum in ostreis dici scribit callosum illud rotundum albicans, quod intus habent in medio, à similitudine spondyli, quod nos verticulum dicimus appositum fusis, ut melius nendo vertantur: nam reliqua caro circumspersa, lacinia dicitur. Quod ouum vocatur, Votto-nus non semper, sed vere habere ostreas asserit: moxque procedente tempore minui, demumque rotum ferè aboleri. Aristoteles illud in altera tantum parte eis fieri voluit, idemque esse quod echinos habere aliàs dixerat. Eodem auctore ostreae meatum habent quo excrementum secedat parte superiore. Idem Aristoteles testas ijs tribuit scabras, alibi etiam labra crassa. Et Plinius quædam silicem duritia tegi, ut ostreae, & conchæ, dixit. Cur verò dura sint, disputat aduersus Cardanum doctissimus Scaliger, cuius verba minimè præteriunda censeo.

*Lapides in capite hepatis.*

*Capita nulla.*

*Lib. 2. de sem. c. 5.*

*Oculis carent.*

*Lacinia quid.*

*Ouum.*

*Excrementi exitus.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

*Fractuum duritia.*

*Echino cur currit.*

*Leporis marini admirabilis facultas.*

*Cur dura restantur.*

**B** Ais (inquit) algam mollem: ut maris euerit impressiones, cedensque vincat. Sic enim poliendo sunt ista tua, & aspera, & murula. Et addis: Conchylia in imo manent, & crassa ab initio creantur. Dic igitur quare crassa ab initio facta sunt. Etenim si admittis inter tua hæc illustriora: succedanea nostra dicam. Quia cum futura essent immota ostrea, parandum eis fuerat munimentum. Mollia igitur ipsa intus, opus habere duritia exteriori. Ita ossa, tum alijs, tum sepia constituta fuerunt intus ad consistendum. His extra, & ad eundem finem, & ad molliem tuendam. Quæ proportio etiam in multis fructibus est. Ut quibusdam interna, alijs extrema sua sit duritia. Ita alijs alia adiunxit præsidia: alijs denegavit: ut pulmonibus marinis, ob vilitatem. Echinis, ne ad duriora afflicterentur, cirros pro anchoris. Lepori marino admirabilem facultatem. Is tamen est informis, ac mollis caro: tamen nullis tempestatum agitationibus ita superatur, ut in litus eijci possit. Quibus verò non fabricauit munitiones, ijs artem dedit, qua sibi iam fabricata compararent: ut carcinadi: vacuas enim indigenis conchas, & quærit, & inuenit, & subit, & subinde mutat, si ita ei facta sit accessio corporis, ut prioribus ædibus capi nequeat: catus, & inquilinus, & oeconomicus, magistra natura.

## GENERATIO.



**OSTREORVM** ortus causa putredo quædam esse videtur. Etenim Philo-sophus, quæ cœnum, sibi originem earum consistere testatur: & alibi in limo cœnoso orti scripsit: Apud quem plura de ostrearum generatione leges, circa finem libri tertij de generatione animalium, quæ omnia nos supra citauimus, & hic non repetimus. Plinius Aristoteli subscribens: Quæ siliceo regimine (inquit) operiuntur, putrescente limo proueniunt, aut

*In cœno nasci.*

spuma circa nauigia diutius stante, defixosque palos, & lignum maximè. Alibi tamen in petrosis carentibusque aquarum dulcium aduentu ostrea gigni tradit. Quid mirum si ex limo nascantur, cum sex u carere ostreas constet, cuius quoque rei testis locuples est Plinius his verbis: Sexus discrimen in eis non est, neutrum est, & ostreis genus, & cæteris adhærentibus vado, vel laxo. Et Oppianus:

*Sexu carere.*

*Est non distincto semper leuis ostrea sexu.*

*Nos inter pisces, nec mas, nec femina nota.*

*Lib. 1. de piscib.*

*Lib. 3. de generat. ca. 11.*

**D** Ex quo Gyllius, ostrea (inquit) neque coitu, neque parente procreantur, ac nimirum omnia ex cœno nascuntur. Illorum enim neque foemina, neque mas distinctus est, sed eiusdem naturæ sunt, atque adeo inter se similia, ut non marem à foemina internoscere possis. Nihilominus Aristoteles alibi scripsit, ostracodermorum naturam consistere partim spontè, partim emissa à se aliqua facultate, quanquam ea sæpe spontè oriantur. Quæ tamen sententia superioribus contraria non est fieri enim potest, ut quæ ex putri nata sint, ipsa deinde quid prolificum obtineant, licet interrim non coeant, ut in hisce animalibus vsu venit: quibus scilicet inest humor quidam candidus: Plinius lac appellat: Grandescunt quidem syderis ratione maximè ut in natura aquatilibus diximus: sed priuatim circa initia æstatis multo late prægnantia, atque ubi Sol penetrat in vada. Et alibi. Noper compertum in ostrearijs humorem ostreis foeticum lactis modo effluere. In eo itaque inest vis illa, ex qua partim

*Lib. 3. de generat. ca. 11.*

*Lac ostreorum.*

*gener-*



Byzantios  
ostrea fere-  
re.

Fugi ut na-  
scentur.

Syderis ra-  
tione, ut  
grandescant  
Lib. 2. de  
divinat.

Lib. 2. c. 41

Lunę solif-  
que natu-  
ra.

Chirurgi,  
quando tre-  
pano secu-  
rims utantur

generantur. Petrus Gyllius vir eruditus, & fide dignus affirmat se de viris non paucis spe-  
ctatæ fidei accepisse Byzantinos ostrea serere, & eorum quasi lac seminare: Id ipsum enim  
in aquam abiectum ad saxa ima adhærescere, & ostrea fieri. Sic ex decocto fungorum in  
terram projecto fungi enascuntur. Iam vero cur syderis ratione grandescant, & decrescant,  
& quod id sydus sit, scire non est inconueniens: Sydus id Luna est, quæ accrescens om-  
nia implet conchylia. Cicero, Ostreisque, & conchylis omnibus contingere, ut cum Lu-  
na pariter crescant, pariterque decrescant. Lucilius apud Aulum Gellium,

*Luna implet ostrea, & implet echinos, muribus fibras.*

Plinius: Iam quidem lunari potestate ostrearum, conchyliorumque, & concharum om-  
nium corpora augeri, & rursus minui. Sic ille. In causa sunt propria Lunæ effectiones, quæ  
sunt rigare, & modico calore humectare. Luna igitur humores alit, & regit, quemadmo-  
dum Sol suo calore fecundat omnia; quoniam omnium vita oritur à calidi, & humidi com-  
mixture, & fouetur vtriusque temperamento. Sol masculinum sydus, marisque vicem gerit:  
Luna, fœminæ; fœmineum enim sydus est, & molle, atque nocturnum, soluit humorem, &  
trahit, non aufert, ut ait Plinius. Sed Lunæ corpus crassius (quia elementis vicinius) non  
suo lumine, non suis radijs, sed Solis luce, ac radijs perfusum, ac accensum, vires suas in in-  
feriorem hunc orbem immittit. Quare cum variè Solis radios excipiat, variè quoque tem-  
peratas esse eius vires, & effectiones esse necesse est. Itaque ea abundè à Sole illustrata, cor-  
pora quoque humentiora sunt, & contra. Neque id solum in ostrearum, vel crustaceorum,  
aut aliorum animalium corporibus, sed etiam in nostris efficitur. Vnde prudentes chirur-  
gi trepano caput vix aperiunt, plena Luna; quia tum cerebrum diffundi magis, & totam  
cranij capacitatem impleri compertum est. Idem in medulla ossium cernitur. Morbis pi-  
tuitosis obnoxij, huius syderis vim sentiunt, ac vna cum eo pituitam augeri experiuntur.  
Sani verò, & non animaduertentes, has atque alias leuiore immutationes non percipiunt.  
Addit Bellonius ostrea grandescere syderis quidem ratione, sed priuatim circa initia æsta-  
tis, vbi Sol penetrat in vada.

## SENSVS. MOTVS. VICTVS.



Auditum  
nā habere.

Rore pasci.  
Exer. 197.

**A**UTHOR libri de anatomia viuorum, ostrea ait non habere sensum, præ-  
terquam tactum. Et Plinius tactus sensus omnibus, inquit, inest, etiam qui-  
bus nullus alius, nam & ostreis, & terrestribus vermibus quoque existit.  
Et alibi silicea testa inclusis fatendum est nullum inesse sensum, ut ostreis.  
Et rursus: In marinis ostreis auditum esse non est verisimile, sed ad sonum  
se mergere solent, ideo & silentium in mari piscantibus. Carent præterea  
motu, quod meminit Aristoteles, inquit: Non desunt complura, quæ cum sint absoluta,  
mouere tamen se nequeant, ut ostrea. Quod ad victum attinet, aqua marina, & limo etiam  
pascuntur, quin & rore, quare ipse ostrea Oppianus dixit, id est, roscida. Scaliger vtri-  
usque meminit: In aëre (inquit) & aqua, quæ cibum capiant, nondum memini, nisi ostreas  
putemus cum alijs rore ali nihilominus, quam limo, & aqua marina.

## A N T I P A T H I A.

Canceri ho-  
stes ostreas  
ut capiant.



**H**OSTES esse ostreis caneros inuenio, & Stellas marinas. Canceri ostrea-  
rum carnem mirè appetunt, sed ipsa præda potiri propter indumentum  
testæ difficulter queunt. Nam teneram carnem quodam quasi septo natu-  
ra non facillè frangendo munijs, quumque duæ concauitates accuratè sibi  
in vicem iunctæ ostreum ipsum complectantur, necessario chelæ canceri  
nihil efficere possunt. Quid ergo molitur? Quum ostreum in locis vento  
non expositis cum voluptate percalescere, suasque plicas ad radios Solis aperire videt: tum  
verò clanculum iniecto calculo, quominus eas rursus claudat, impedit; quodque viribus  
nequit, solertia quadam perficere deprehenditur. Ea versutia est animalium, quæ neque  
rationis, neque vocis usum habent. Meminit huius quoque versutiae diuus Ambrosius his ver-  
bis: Cancer ostreis vescitur, sed quia ostreum clausum, nulla vi aperiri potest, periculosumque  
est, si chelam eius includat, ad argumenta confugit, & insidias noua fraude molitur. Explo-  
rat enim si quando ostreum, remotis in locis ab omni vento, contra Solis radios diptycum  
illud



A illud suum aperiat, ut aëre libero viscerum suorum voluptatem quandam capiat: & tunc claculo calculum immittens, ostrei conclusionem impedit: sicq; aperta claustra reperiens, tunc chelas impendit, visceraque interna depascitur. Eundem præterea dolum auctor de natura rerum ex Ambrosio, & Isidoro, sic recitat. Cum testa aperit ostrea, ut clementioris auræ delicijs gloriatur, cancer insidias ei repentinas præcedit, & lapidem inter eius testas projicit, ne illas coniungere possit, & sic ostreae carnes corrodit. Ostrea quidem in sicco iacens, iam ut in domo Conchas tenet, tempore accessionis maris, Alij ostreaum hostes sunt stellæ marinæ molli crusta intestæ, verò tam crudeliter (ut Aelianus ait) inimicæ, ut hæc ipsa exedant, & conficiant. Ratio insidiarum, quas eis moluntur, eiusmodi est. Cum testacea suas patefaciant Conchas, cum vel refrigeratione egent, vel ut aliquid pertinens ad vitium incidat: ex vno de suis, siue crucibus, siue radijs intra testas ostrei hiantes insito eas claudi prohibens, carne implentur.

*Stella o.  
Arcas deuo-  
rant.  
Lib. 6. cap.  
22.*

## GRYPHVS.

B *ρῑφώδες* illud in Epistola Ausonij arithmetica ad Theonem, de ostreis ad se missis legitur: *Aut ter, ut Aeolidi mensis tenet ignicomus Sol.* Innuit, ut exponit doctissimus Iosephus Scaliger, sibi tot ostrea missa, quot menses tenet Sol, si ter tot mensibus cõstet annus, quot olim in Aeolide cõstabat. Decem enim mensium, nec amplius, annum apud Aeolas fuisse tempore Homeri veteres Græci testantur, ut & apud Romanos sub Romulo.

*Mensibus  
decẽ olim  
constabat  
annus.*

## VSVS IN CIBIS.

C **B**ELLONIVS omnium aliorum testatorum Galeno ostream nobilissimam haberi ait, Galeniq; sententiam a Corn. Celso comprobari, eò verò maxime, quod aluum mouere dicit. Sed Galenus in libro de boni, & vitiosi succi nutrimentis ostreorum carnem humidiorẽ, & tenaciorem esse docet, admodum crassi succi, & partes eorum solidiores ferrus ob crassitudinem concoqui, ac generare humorem crudum, crassum, ac frigidum.

*Qualẽ suc-  
cum gene-  
rent.*

Verum quidem est, quod Celsus aluum mouere dixerit, sed ait præterea facile intus corrumpi. Connumerat tamen etiam ostrea inter ea, quæ stomacho apta sunt. In vniuersum (inquit Iouius) ostrea, ut ait Galenus, falsum humorem aggenerant, præsertim si cruda comedantur: propterea turgent in salacibus plurimum & daugent. Platina etiam ea, quod demortuam Venerem excitant, apud lautos, & libidinosos in pretio esse scripsit. Multum præterea ostreorum esum idem Galenus damnat in libro de attenuante victu, eumq; lenibus interdicit in quinto de tuenda sanitate, & in consilio pro puero epileptico, ostrea omnia ei cauenda præcipit. Aetius quoque Galeno præceptoris subscribens, buccinas, purpuras, chamas, patellas, pectines, & omnia testa intesta, ut etiam ostrea, multum crassi succi alimentum gignere scribit. Patellas Hicæsius facilius excerni tradit, quam chamas: ostrea verò minus his alere, facile replere, excerniq; promptius. Athenæus de ostreorum substantijs ex Mnesitheo: Mnesitheus Atheniensis (inquit) libro de cibis ait: Ostrearum, concharum, muscutorum, & similibus carnem vix concoqui, ob falsum humorem, qui in ipsis id est. Quamobrem qui cruda eduntur, ob falsuginem, aluum subducere, cum verò elixantur, falsuginem suam, vel omnino, vel magna ex parte ex humore quo incoquantur, deponere. Itaque ostreorum decoctum (inquit Rondeletius) perturbat, & citat aluum. Elixæ verò eorum caro humore suo destituta, murmura excitat. assa autem, modò rectè id fiat, noxia minimè est. Etenim igne victa non perinde ac cruda cõcoctu difficilis est, exiccato humore, qui in ipsa inerat, quiq; solutam aluum reddebat. Alimentum humidum concoctum conrumax ostreum omne præstat, nec facile ad vrina excretionem. Arque ita Celso, Aretæo, & Plinio medico aluum mouere ostrea dicuntur, nam & Galenus in tertio de simplicium medicamentorum facultatibus conchularum maris cæterorumque ostreorum succum, planè tum falsum esse, tum ventrem soluendi vim obtinere ait, quamvis eorum caro (inquit) ventrem reprimat. Additq; verum quod dicit, deprehendi, si ea quoque quo modo brassicam cõsuis, præparare non graueris. Et in tertio de facultatibus alimentorum scribit omnium

*Venerẽ ex-  
citant.*

*Aluum mo-  
uent.*



Cruda quo  
que eduntur.

Facile co-  
coquuntur  
Pituita ge-  
nerant.

Humor ex  
quo febris  
epiala.

Crudus hu-  
mor qui.

ostracodermorum commune esse, succum salsum in se habere, quo venter subducatur: sed E ratione maioris, & minoris differre. Ostrea enim molliissimam omnium carnem habet: chama autem parua, spondyli, solenes, purpura, buccina, atque alia huiusmodi duram. Iure igitur ostrea, ventrem quidem magis promouent, minus alimentum corpori suppeditant. duriora verò concoctioni magis resistunt, & magis nutriunt, & hæc quidem coquuntur, ostrea verò non cocta eduntur. Sed quamuis, quæ hæcenus diffusè satis super hoiu ostreorum alimēto dicta à me sunt, sufficere possint: adferam tamen integrum caput ex Iulio Alexandrino, qui in decimoquarto de salubribus, capite decimotertio eleganter docet ostrea, quod alimentum exhibeant, aut quem humorem generent; & de humoris crudi, vitrei, glutinosi, cōpositiq; ex his, differentijs, & natura sic scribit: Iam testacea, quæ ὀστρακόδερμα Græci vocant, ostreaq; in primis, aut sola, aut maximè inter hæc esculenta, salsum itidem cuncta succum obtinent, deiciendæ alio idoneum. Hiatalæ autem, & spondyli, & solenes, & purpura, & buccinæ duriore omnes, quàm ostrea carne constant: idcirco minus quoque edules, atque ad vsum potius medicum adhibitæ interdum quoties ob prauis succi alicuius præsentiam, qui vel ventriculum, vel tunicas eius occupet, aut aliunde etiam, maximè verò ex iecore eò confluat, assumptus corrumpitur in ventriculo cibus. Neq; enim duritia illa inter concoquendum promptè in corruptionem humoris, quicumq; ille fuerit, trahetur: quin ne trahantur alia, obstabit, & humorum in totum putrefactioni resistet: magis autem si secunda, tertiavè elixatione, falsedinem, humoremque omnem corrumpi facilem eductum deposuerint, tunc concocta id genus testata nutritibilia, firmitus in alimentum corpori elargita, sicut: sed crudi tamen plurimum quem sic vocant, succi gignent interea. Nam ostrea ipsa, ut minus alant; at ob multam carnis molliem elixa concoctu facillora sunt, ac pituitam potius, quàm crudum illam, quem diximus, humorem procreare solent: qui ne ipsa quidem tamen à pituitæ natura discessit, sed insigni frigiditate, substantiaque fusi vitri in modum glutinosa crassaque. Crudus vitreusque à nostris: ὀμιος, & ὑαλῶδες Græcis dicitur, si modo pro eodem ducendus est is, atque ille humor (vitreus dico, & crudus) ac non potius alius, atque alius. Vterq; quidem cruditate damnandus sed in altero lentities cum frigiditate insigni, in altero crassities, in utroq; autem cruditas sit. Quæ in vnum quoq; sæpe inter se conuenire possunt qualitates cunctæ, atque tunc humorem facient ὑαλῶδες primum Praxagoræ dictum: tum deinde Philippo, seu potius Philotimo, in securis que Græcorum medicorum etatibus crudum, crassum, viscidumq; eiusmodi provenire corporibus in G non valentissimo ventriculo ex suillæ carnis esu, aut a zymo, aut non sale satis condito pane, subincertioq; atque ex caseis inueteratis quibusdam, & huiusmodi multis, possit. Hunc ὑαλῶδες non minùs appellatum fuisse inuenio authoribus eisdem, glutinosum scilicet, ex crasso, & glutinoso compositum, qui obstructions maximè, ac maximas efficere solitus sit, nec dissecantibus tantum, qua crassus, sed abstergentibus præterea, qua viscidus tenaxque, indigeat, sicuti plang, qua crudus, maiore concoctione. Alius est humor, vnde epiala sæpe febribus origo, & colicis cruciatibus: præsertim verò, si lentore, frigiditateque immodica superet, ut substantia, ac colore vitrum referat: frigiditatis autem tantum coeperit, ut nec intra corpus, vbi calida omnia nativo calore concalescunt, neque motu extra delatus potuerit, ac vel excernentibus frigidus excernatur, & tangere volētibus appareat: is ὑαλῶδες propriè habebitur, ex frigidiorum eduliorum cruditatibus quandoq; collectus. Sicuti crudum propriè dicemus, frigidarum, crassarumque partium humorem, nec magnoperè glutinosum: qualem nobis largitur frequēs leguminum, ut macerati lupini, aliorumq; quorundam; ac recentis, sed non omnis tamen generis, casei: multorumq; præterea edulium, ipsorum quemet, de quibus nunc sermonem instituimus, testaceorum, sed duriore tantummodo H do carne præditorum, vsus. Nam ostreorum propriè sic vocatorum, siue ostrearum malis alimentum, quia molliissima caro, pituitam potius exhibuerit, illam ipsam quoq; frigidam omnino, atque etiã crudam, dicendam, quando vltiore concoctione sanguificari possit: sed bene humidum, & cum flatulento spiritu. Crudus autem, quem propriè ita vocari dicebamus, humor ille, frigidus crassusq; est, ex duræ terrestri que substantiæ alimento, quod neq; in ventriculo, neq; in iecore deinde iustam concoctionem acceperit, procreatus: sicuti vitreus item crudus, frigiditate etiam immensa, & glutinositate constat, atq; ambobus in vnus esculenti substantiam coeuntibus, frigidus, crassus, glutinosusq; existet, crudus, & ipse meritò existimatus, dictusq; humor. Elixorum ostreorum iure emolliri aluum diximus: quod verum est, prolecto ita, eductoq; elixatione, saluginoso succo: quo facto, reddetur caro, corrumpi quidem difficilior illa, at eadem ratione confici quoq; contumacior, & qua sistatur venter, præsertim testaceorum durioris substantiæ si fuerit. Nam ostrea molliissimæ carnis,



**A** carnis, vel cruda deuorata multis concoquuntur hodie etiam; multo maxima tamen pars melius, salubriusq; aut elixant, aut in craticula addito aromate multo, ac salis momento, sed testis tamen suis non auulsa, leuiter torrent. Mandi ea irritada Veneri, & tentigini producenda, nimis creditum hodie receptumq; est, non obscura ratione flatulentia, ex pituitosa materia excitata; saleque & caloricæ aromatum facultatis vi, aucta, adiutaq; salacitate. Hæc omnia itaque Iulius Alexandrinus: Ex quibus, sicuti quoq; ex præcedentibus, & cruda, & cocta edi lolere constat. Plinius sanè cruda ostrea stomachum vnicè reficere, fastidijs mederi, ac leuiter aluum mollire scribit. In pontificali cæna apponebantur teste Macrobio echini initio, & ostrea cruda. Sic & Galli, si Rôdeletio credimus, non solum echinis, & limnostreis, sed & ostreis marinis, & lepadibus crudis vescuntur; Conchis vero striatis, pectinibus non nisi coctis. Qui lautitiæ popinali student, inquit Bellonius, in testis suis super cratem addito butyro in aqua, quam continent, incoqui curant, quibus minimum pipere addunt, vt tentiginem salacem adaugeant. Nostri coqui etiam ita ferè coquunt, Platina non parum discrepat, ostrea cocta inquit, in carbonibus, atque testis exempta, frigi in oleo, & aromatibus, & agresta suffundi possunt. Olim garum addebant, quod meminit

Lib. 3. Saturnal.

Ostrea cruda in principio cæne pontificalis.

**B** Martialis: *Ebria Baiano veni modò concha Lucrino*  
*Nobile nunc sitio luxuriosagarum.*

Lib. 9. c. 6.

Apicius verò in ostreis (inquit) ligusticum, oui vitellum, acerum, oui liquamen, oleum & vinum; si volueris, & mel addes. Qui modo edere ea voler, Lunæ morum obseruet, hoc est ea crescente, ea edat, ea enim senescente longè sunt deteriora: quod dilucidissimè innuit Gellius in vigesimo: Ostrea cum appositæ fuissent, & multæ, & inuberes, macræque essent. Luna (inquit Annianus) nunc videlicet senescit, ea re ostrea quoque sicuti alia quædam, tenuia, exuctaque sunt.

Lib. 9. c. 6.

## VSVS IN MEDICINA.

**N**ON solum in cibis, sed etiam in medicina magnæ sunt ostreorum dotes. Si in Conchis suis decoquantur, vti clausa peruenerunt, mirè destillationibus prodesse Plinius tradit: Marcellus verò ita vt lecta sunt, adhuc testis suis clausa in carbonibus coqui, atq; ita cibo dari ei, qui narium grauedinem patitur. Idem Plinius ostrea cocta, cū mulso, tenesmo, qui sine exulceratione sit, liberare voluit: quod sanè nimis latè accepit Marcellus, in-

Addestillationes.

Ad grauedinem narium.

Ad tenesmum.

quiens ostrea ex mulso, & pipere cocta, vtiliter contra tenesmum accipi. Peculiariter verò contra leporis marini venena ostrea aduersantur, si eidem Plinio credimus. Stomachum (inquit idem) vnicè reficiunt, fastidijs medentur. Addiditque luxuria frigus obrutis niue summa montium, & maris ima miscens. Gariopontus hydropicis etiam ostreas dari iubet: Et Trallianus in colico affectu pisces duriorè carne præditos, & ex testaceis pectines, & ostreas. Testa verò eorum maiorem longè quàm ipsa caro vsum apud medicos habet, vsta & non vsta. Eam siccissimam esse Galenus in secundo de temperamentis dixit. Labiorum vlceræ, & omnia maligna sanans medicamentum, ex Nicolao Myrepto: Ostrea vsta tenuissimè trita insperge. Ego verò non vstis contritis vsum sum, & bene cessit. Ad proidentem sedem, ex Actio: ostreorum testas crudas tritas, & subtilissimo cribro excussas appone. Ad

Ad hydroperem.

Ad labiorum vlceræ.

Ad proidentem sedem.

Ad perniones.

**D** commixta, & factum quasi malacma imponit, & mirè sanare ait. Vegetius in secundo de veterinaria, ad vulnera iumentorum ossa sepiarum, & testas etiam ostrearum in puluerem redigi iubet, & ærei quoque vasis fuliginem pariter misceri, eaque bene tunsa si frequenter asperferis, siccaturum vulnus ducere celerius cicatricem. Ostreorum testa vsta auctore Galeno, similis est facultatis buccinorum testis, tamen si etiam subtilioris: immo vt certius veriusque (inquit) dicam, minus crassæ. Nam terrenam, duramq; corporis fortita consistentiam concretionemq; impendio omnia crassarum sunt partium, itaq; accuratè ea læuigare necesse est. Cum autem dicimus horum aliud alio esse tenuius (cum tamen omnia crassa sint, sed alia magis, alia minus,) ita accipiendum est, vt si Vlysem Theriote dicamus maiorem, cum tamen vterq; fuerit paruus. Cæterum omnia id genus, vt & antea est dictum, cogendi quandam in se facultatem obtinent: per quam condensata eorum essentia, dura, terrosa q; sunt reddita; quàm vbi per vstionem deposuerint, contrariam asciscunt facultatem, quam vocant digerentem. Porro si laueris ea, vserisq; (sic Græcus textus habet, sed præstat

Ad vulnera iumentorum.

Lib. 11. de simpl.

Ad vulnera iumentorum.



*Ad cana ul  
cera.*

*Dentes splē-  
didos red-  
dit.*

*Ad dentes  
de albas.*

*Ad paroti-  
das.*

*Lib. 3. de  
comp. sec.  
loc. 12.*

*Ad narium  
grauedine.*

præstat (inquit Zoographus) legere, si vfferis, laquerisq; prius enim vruntur, deinde lauan-  
tur huiusmodi medicamenta, ignea in aquam natura deposita, ipsam efficiunt cum tenui-  
tate excalfacientem, adeo vt & putrefaciat. Sed non nunquam reliquum illud terrenum  
est, morsus expers: id quod maximè implendis, cicatriceque claudendis vlceribus humidis  
est vtile. Igitur testa eorum, quæ peculiariter vocantur ostrea, combusta vt or ad diuturnas  
ex fluxione, agrèq; carne implebiles, cavitates, nempe quæ fistulosæ sunt, atque profundæ,  
eam foris cum suillo adipe veterato (vulgò axungiam nuncupant) circumponens. At in  
sinum ipsum aliquid eorum, quæ talia carne implent, immitto: quale etiam est vstum dia-  
phanes: quod specularium (lego specularium, nomine deprauato. Latini enim specularem la-  
pidem nominant: interpret Latinus in margine diuersam lectionem ascripsit, æs vstum, dy-  
phryges) nominant. Parè in genere facultatem habent, & exterorum ostracodermorum  
testæ deustæ; maximè verò (vt dixi) ostreorum, deinde buccinorum, & purpurarum. Ita-  
que cinis eius generis emplastice miscetur facultatibus digerentibus, & cum quouis adipe  
digerit. Sed quoniam verus plus digerit, illi magis misceri solet. Porro potentiùs hoc medi-  
camentum digeret, si cremi illi adipem quempiam miscueris: de quibus superius determina-  
tum est. Quin & dentes splendidiore talium omnium cinis efficit non tantum extergendi  
potentia, sed & asperitate substantiæ, velut & pumex, & testa clibani. Verum in vsu eius-  
modi non est necesse, quæ sic vsa sunt, admodum lauigare. At in vlceribus rebellibus præ  
omnibus diligenter sunt lauiganda, ac inspergenda. Porro excrescentiam carnis mediocri-  
ter exterunt, comprimuntq; Ad hæc cum sale omnia id genus vsa dentium smegma red-  
dunt efficacius, adeo vt non modò laxitatem, molliemq; gingiuarum desicces, verum etiam  
vlcera putrescentia adiuer. Hæc omnia Galenus. Emplastro albo Ariabaziano, quo Xe-  
nocrates abscessum iam in alteratum circa tartum discussit, apud eundem in primo apud  
Galenum de compositione secundum genera, cap. 16. buccina vsa iniunguntur. Vbi Gale-  
nus: Validè (inquit) exsiccat ob buccinorum cinerem additum, non dissimilis autem  
quodammodo facultas est, & purpuris, & ostreis concrematis. Notum est autem sine car-  
nibus horum animalium testas concremari. Mox etiam cap. 18. ostrea concremata, purpu-  
ras, buccina, & sepia partem osseam cum ijs recenset, quæ propositi emplastri (aduersus  
vlcera cacoethæ, & desypulota) candorem tueri possint. Et rursus in primo capite libri  
quarti: Buccinorum testas concrematis, purpurarum, ostreorum, aliorumque id genus si  
aridas vlcibus malignis, ac contumacibus insperferis, mirificè videbis citra mordicatio-  
nem ea desiccari. Puluis ex ostreis: Cادميا, thuris, singulorum vncia semis; ostreorum vsto-  
rum vncia vna semis: sic ille, sed vsus eius non explicat, videtur autè vtiliter inspergi pos-  
se vlcibus malignis, & dyspulis. Galenus alibi testas vsas tum buccinorum, tum pur-  
purarum, aliorumque ostreorum, pharmacis pilos attenuantibus adouerat. Ex ostreis  
combustis, & fermento medicamentum pro humore suppurato ab eodem in secundo de  
arte curatiua ad Glauconem describitur. Plinius scribit veterivrinæ misceri cinerem ostreo-  
rum aduersus eruptiones in corpore infantium, & omnia vlcera manantia. Idem cinis si  
Marcello credimus, cum melle impositus parotidas cito soluit. Emplastra (inquit Galenus)  
quæ simplices parotidas curant, laxatoria appellata, omnibus nota sunt. Exempla ipsorum  
sunt: Emplastrum Mnasæ, & quod ex succis constat, & quod ex pituana. His adhuc molli-  
ora sunt, cerati forma, tum ex butyro, tum ex osesypo constata, ostreis, aut buccinis, aut purpu-  
ris vsis additis, adipeque porcino, singulis quadrantis pondere. Præstat & hoc, butyri vn-  
ciam vnã, cere sextantem, & vnciam dimidium, ostreorum vstorum, quam tenuissimè tri-  
torum sextantem: liquecibilia liquefacito, ostreaq; infarcito, ac vntis vitor confidenter.  
Efficacissimum hoc ad parotidas. Et paulò superius: Buccinis, purpuris, & ostreis vsis, in  
durescentibus, ac vetustis parotidibus, vt oportet, Est enim pharmacum, quod omnem as-  
tensionem, & acrimoniam mitigat, & discutit, non solum si melle quis eorum cinerem im-  
buat, sed & multò magis si adipem suillum insolum, vetustum, & à fibris depuratum admi-  
sceat. Citra omnem enim molestiam omnes inueteratas inflammationes discutit, etiam si  
ex rheumatica affectione sint obortæ. Idem eodè libro buccina marina, aut purpuras vsas  
melle, aut axungia exceptas imponi præcipit parotidibus, & confestim discutiendas si as-  
serit, idemq; ostreorum testam vsam, & cum melle impositam facere. Alibi denique vim  
eandem prope testis purpurarum, buccinorum, & aliorum ostreorum tribuit, ostrei nomen  
generalius accipiens: quam obrem si quid remediorum in vna aliqua specie omissum vide-  
bitur, in alterius historia requiratur. Marcellus Empiricus cinerem harum testarum si in  
morem salis pane colligatur, & voretur, statim ad remouendam grauedinem narium pro-  
ficere scribit: nec non cum melle illitum tenuissimè contritum, vix prodesse. Plinius me-  
dicus



A dicitur citante Iouio ostreorum testas ambustas dysentericis prodesse tradit. Aliud ad dysentericos ex Marcello Empirico: Succinum de ceraso syluatica exures, & de testa ofirei æquè facies, paribusque mensuris puluerem tritum, cum melite (forte oxymelite, aut tale quid legendum) aut cum vino austero, ferro candente calfacto, bibendum dysenterico dabis, mirè proderit. Ad coli intestini dolores ex Galeno: ostreorum testæ crematæ, & Ad coli do-

tritæ potui dentur: duarum ligularum modus sit ex calentis aquæ cyathis tribus. Ronde lores.

letius experientia comperit ex cinere, siue ex calce testatû ostreorum factam aquam lixi- Euporist.

uam ad minuendos tumores οιδηματώδεις pedum, & genuum plurimum conferre. Exic- 2.48.

eat enim, inquit, multum digerit, & calfacit si post vstionem cinis non lauetur, lotus minus calfacit. Cum itaque & è testis vstulatis optima calx fiat, Bellonius cinerè ostreorum ea-

dem cum calce facultate polleere arbitrat. Pro buccinis ostrea ad remedia assumi licere, & ex superioribus constare potest, & in tabulis αντιβαλλομένη legitur.

DE OSTREIS SYLVESTRIBVS.


Cap. LXVII.



**OSTREA** (inquit Rondeletius) reperiuntur in nostro mari, quæ à vulgo Scandebec vocantur; propterea quod sapore sunt acri: ob id delicatorum labra nimium calefaciunt, & vlceraunt: nam Scandebec idem est, quod rostrum vrens. Testa constat pellucida, partibus quibusdam flauescente, Scandebec alijs purpurascete, foris crinita, & crispa, intus splendida, læuissima, candidissima. Caro parua, salsa, subamara, atque insuaui est: quare etiam à scriptio.

plebe negligitur. Hanc ostreorum speciem esse puto similem ijs, quæ tradit Plinius gigni in petrosis, carentibusque aquarum dulcium aduentu, sicut circa Grynium, & Myrinam, Lib. 32. vel potius ostrea esse ἄγρια, quæ vocat Athenæus. Γίνεται δὲ τινὰ καὶ ἄγρια λεγόμενα cap. 6. ἔσσεια. πολὺ τροφὰ δ' ἐστὶ καὶ βραμώδη, προσέτι δὲ ὑπερλὴ κατὰ τὴν γύσει. Sunt quæ Lib. 3. dam ostrea, quæ syluestria nominant, multi alimenti, sed virusolentia, & ori ingrata. Testa syluestrium ostreorum in fucis mulierum, lapidis specularis vice vsurpari potest, & exiccantibus pulueribus vtiliter admisceri. Hactenus Rondeletius.

Ostrea syluestris Rondeletij.





# DE OSTREA GAIDEROPODA, BELLONIO APPELLATA.

## Cap. LXVIII.

*Etymon.*




**E**ST genus quoddam Ostreae vulgò cognitum in Græcia (inquit Bellonius) quam Gaideropodam vocant, quasi pedem asini dixeris. Caucibus adnascitur, non enim more Ostrearum soluta in salo iacet, ob id in eorum tantum mari quod nunquam aestu reciprocatur, innascitur. Aegæi autem maris, Helle Ponti, Propontidis, & Ponti ora (ora, littora) non augentur, neque decreseunt, sed perpetuò in eadem altitudine permanent. Nam inde aquæ deorsum semper delabuntur, eandem plenitudinem semper obtinentes. Non est omitterenda (inquit Plinius) multorum opinio, priusquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia inferiora illo capite nasci, non autem Gaditano fæto, existimauere: haud improbabili argumento: quoniam aestus semper è Ponto profuens, nunquam reciprocatur. Quan-

*Testa qua.*

Ostrea Gaideropoda Bellonij, siue Spondylus

clusilem tamen, & referatilem testam habent, & à saxo, nisi magna vi percutiatur, dimoueri vix possunt. Quoniam verò multum profundè immerguntur, indignæ longuios ferro muniunt, quibus terijs ictibus valido mucrone Concham quaerunt: quam vel confringunt, vel, si integram deturbent, rupis partem aliquam secum auferunt: vix enim alias cederet, deinde manuferrea eodem longuio indita, è maris fundo in sublimè attollunt. Quod autem aqua per fauces Bospori Thracij deorsum tanto impetu feratur, signum est locum illum Gaditano esse altiorum: nam si æqualis foret, haud equi-



dem tanto impetu delaberetur. Quemadmodum autem Græcorum Gaideropoda à vulgari nostra Ostrea ipsa forma differt, sic etiam gustu ingrata, dura, amara, ac nauseabunda percipitur. Huius testa, aut cõcha eximio naturæ artificio superior inferiori infarcta est, ut quibusdam veluti cardinibus annexa, nigroq; neruo in eius medio inter tubercula, & sinus coaptato vincta, ac constricta esse videatur. Tubercula quoq; superiora duobus acetabulis inferioribus benè correspondent, ut & inferiora superioribus, quæ in nostra vulgari ostrea defunt. Proinde apertas Gaideropodas, si quis attentè intuebitur, in his branchias (hoc certè ridiculum est, nullum enim ex testaceis branchias habet) & stomachum, & reliquas partes nutritorias contemplabitur, immo etiam auriculas fungit ipsi figuram referentes, magnitudine grandioris acetabuli polypi, quæ dilatari, ac contrahi solet: umbilicum vulgus esse putat. Hæc ostrea alijs carnosior est, minus tamen gustui grata. Nam venter eius, atque hepa pessimi sunt saponis. Cæterum nullæ etiam in hac cancelli, seu pinnoteres reperiuntur. Hæc omnia itaq; Bellonius. Non delectus eiuscemodi ostracodermi genus spondylum esse coniecit, & de eo ita scribit. In ostracodermorum generibus recensentur à Galieno, Plinio, & alijs, spondyli, ab Arhenæo *τραγάλοι* nuncupati, à Græcis hodie Gaideropa, ob magnam similitudinem, quam cû asini vugula habent: gaidaron enim hodie asinum vocant. Galeni interpret *σπονδογάλας*, vertebrae conuertit, sed vtendum nomine græco censeo, Plinij exemplo, qui aliquot locis spondylium vocauit, & Macrobij, quum spondylos inter cænx pontificalis prima fercula numerat. Itè Columella cum reliquis testaceis spondylos recenset. Spondylus duplici testa constat intus caua, & læui: foris scabra, ad vngulæ asini formam rotundata, latiore parte, quæ & inferior dici potest, tenuior est, & multo minus densa, minus concava, arcta valde, & firma articulatione connexa. vtriusq; enim testæ binæ apophyses sunt, siue tubercula, quæ binis acetabulis vicissim recipiunt, & recipiuntur: vinculo medio, nigro, & valido coherent. Caro interna ostrearum carni similis est: cir-

*Testa.*

*Caro.*

*Venter.*

*Hepar.*

*Spondylus*

*Rondel.*

*Descriptio.*

ca hanc





A ca hanc fin briata est mēbrana. Branchias spondylis falsò nonnulli tribuunt. Omnia enim ostracoderma sanguinis expertia, & exiguo calore prædita toto corpore per sensû fugientes cutis meatus *κατὰ διαπνοῶν* respirant. (Taxat tacitè Bellonium Rondeletius, sed Aristoteles sic ea refrigerari dicit, non respirare) quemadmodum insecta auctore Aristotele. Intus caro est satis mola, sed durior, virus olens, insuavis, & ingrata. Galenus libro tertio de facultatibus alimentorum inter ostracoderma, quæ duram habent carnem, recenset. Spondyli saxi adnascuntur, & ita hærent, ut non nisi malleo, aut fracta saxi parte capiantur. In mari nostro pauci reperiuntur. Ego in saxi Fresconijs Agathensis sinus reperi, sed ij parvi sunt: ita hærent, ut in litus reijciuntur. Testa crassior est partium, quàm testa ostreorum. difficilius vritur, magisq; ad lapidis naturam accedit. In spondylis cancri parvi reperiuntur, quemadmodum in ostreis, & mytulis marinis. Horum nullam quod sciam mentionem fecit Aristoteles. Athenæus lib. 3. *τραχύλον, ἀπὸ τῆς τραχύτητος*, id est, ab asperitate, mea quidem sententiâ, appellavit. Spondylos veros à nobis exhiberi ostendit firmior in his, & magis exquisita testarū articulatio, quàm in vlllo alio ostracodermorum genere, à qua spondyli nomen sortiti sunt: quòd vertebrarum spinæ modo firmissimè articulati sunt: quæ vertebræ *σπόνδυλοι* à Græcis dicuntur. Hactenus ille, cum cuius spondylo maximam similitudinem gerit, quæ hinc à me additur: intus candidus, extra purpurascens. In secunda tabula quatuor proponuntur, colore albicante: tertia ostrea, prout sæpenumero baculis, vel alij rei adhærent ceu Zoophyta. Addidi, & aliud elegans spondyli genus pro-

*Spondyli  
saxi adna-  
scuntur.*

*Spondyli  
authoris.*


Spondylus Rond. siue ostrea gaideropoda Bellonij, ex Rondeletio.








# Vlysis Aldrouandi

Spondylus authoris primus.




Spondylii alij.






Ostracea annexa baculo.





Spondylus authoris vtraque facie pictus.





DE PECCINIBVS.

Cap. LXIX.

ÆQVIVOCA.



**K**τεις, siue Pecten etiam dicitur, quo capilli pectuntur, & extenduntur: quod Eustathius sic Græcè nominari scribit *παρα τὸ ἐκτείνεν τὰς τρίχας*. In Dictionarijs Hesychij, & Varrini legitur, *κτεῖς κτενός τὸ κτείνιον, παρα τὸ ἐκτείνεν τὰς χεῖρας, ἢ τὰς τρίχας*. quod manus, aut pilos extendit. Idem Grammatici *κτενας*, exponunt *πὲς τῶν χειρῶν καρπὸς, καὶ τῶν ποδῶν, καὶ τὰ σέδη*. hoc est manuum carpos, & pedum, item pectus, sed Zoographus in *ετακαρία* potius, sic dici putatita verò dici scribunt *ἀπὸ τῶν εἰς τὰς τρίχας ἐπιτηδείων κτενῶν*: hoc est ab instrumentis, quæ apta sunt ad petendos pilos. Iidem etiam sic nominari scribunt *τὰς νοτιάδας πλευράς*, spurias dorsi costas. Dicuntur quatuor illi dentes anteriores, qui interiecti inter duos caninos dentes naribus subsunt *τομῆς, διχασήρες, γελασινὸν* teste Polluce, item *κτενίς* hoc est occisores, *ὅτι κτείνουσι ὅαν λάβουσι*, quia occidunt, quod capiunt. *Κεῖς* dicitur etiam *τὸ ἐρήβαιον*, pubes, ἢ τὸ μόριον τὸ αἰδοῖον, aut pudendum. Latini etiam Pectinem sic vocant. Iuuenalis.

*Pectinis varia significata.*

**B** *Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.* *Κεῖς μόριον τι τῶν κρυπτομένων τῆ ἀνδρωπείσ σώματος, διὰ τὰ περὶ αὐτὸ ραβδώματα ὄντων καλέμερον*, inquit Eustathius: id est, pars quædam corporis humani occulta, sic dicta à *virgulis*, quæ circa eam sunt. Pecten à Latinis Grammaticis exponitur musicum instrumentum, quo cytharam pulsamus. Virgilius:

*— Iam pectine pulsas eburno.*

*Lib. 2. Pro pube.*

**C** Græci videntur in cythara, testudine, aut alio quopiam simili musico instrumento collum appellasse: *κτενια*, inquit, *τῶν κτενῶν, ὃ ὑπερέχοντες ἀγκῶνές λέγονται*. Stadius Papinia *cnus*:

*— Nunc obuia verse*

*Pectine Amazonio modo, quo citat orbe Lacenas*

*Delia.*

*Pro musico instrumento. Aeneid. 2. Achil.*

Ad quos versus hæc annotat Adrianus Turnebus: Pecten enim Amazonius videtur chorus fuisse, quo inter se pectinatim implexæ confertaque recta serie puellæ in Amazonum modum saltabant. Pecten etiam instrumentum dicitur, quo pannus nuper contextus, raditur: Germani, & Belgæ à carduo vocant carden. Item quo linum, & cannabis depectitur, & purgatur. Dicitur etiam cratis dentatæ genus stylis ferreis ad colendam terram, & ad metendam segetem. Columella: si autem metendi genera complura multi falcibus verriculatis, atque ijs, vel rostratis, vel denticulatis medium cultum fecant, multi mergis, alij Pectinibus spicam ipsam legunt, idque in rara segete facillimum, in densa difficillimum est. Ovidius:

*Temporibus certis desectas alligat herbas,*

*Et tuncsam raro Pectine verrit humum.*

*Advers. li. 26. c. 30. Pecten Amazonius. quid. Pro crate dentata. Lib. 2. c. 21*

**D** A Plinio etiam dicuntur Pectines in arboribus, & earum materia per longitudinem recta Pectinum modolinxæ, & interualla, Græcè *κτενόνες*, vt dum inquit: Fagis pectines transversis: Nam in quibus variant pectinum illorum lineæ, adijcere Plinius solet aliquid quo varietas illa possit indicari, obliquos, crispas, nodosofve dicens. Germani in ligno hos veluti neruos, appellant annos. Sunt autem venæ, seu fibræ, & diuisiones in lignis pectinum modo, hoc est *διαφύσεις*. Intelligitur quoque non infrequenter instrumentum textorium eodem nomine, sic dictum quod fila in telis figat. Virgilius:

*Arguto coniuu percurrat pectine telas.*

Et Polluci *πεντήκτενα* (Zoographus legit *πεντάκτενοι*) *Χιτώνισκοι παρα πλειῶν πορφύρων ἔχοντες, πέντε κτενεσιν ἐνυφασμένοι*: id est, Tunicæ quod oram purpuream habentes, quinque pectinibus texebatur. Apud Galenum libri de fascijs caput centesimum, & decimum inscribitur pecten, seu vinculum suspendens ad colem. Pecten Veneris herba, quoque Plinio dicta à pectinum similitudine.

*Pecten Veneris.*



## SYNONYMA



4. Histor.  
6.4.

Pecten à pe-  
stunculo  
differt.

Gaza defē-  
ditur.

Pectunculi  
qui.

Pectinis e-  
symologia.

Lagnados.

Alberti er-  
ror.

VOD Latinis Pecten, Græcis κτείνες dicitur, Gazæ modò pecten, modò pectunculus, ut vbi Aristoteles ait: τῶν διδύρων τὰ μὲν ἰσὶν ἀνάπτουσα, οἷον οἱ κτείνες: Bivaluis generis pars clusilis est, ut pectunculi. Et paulò post: Ἐκίτα μὲν κινητικὰ αὐτῶν ἔσιν, οἷον κτείνες: Item aliæ se mouent, ut pectines. Sed hæc varietas, inquit Rondeletius, ambiguitatem parit: sūt enim pectines, & ab his diuersi pectunculi à Latinis dicti. Plinius manifestè pectunculos à pectinibus distinguens, videtur pectunculos pro tellinis vsurpasse, ut Her-molaus annotauit. De alijs pectunculis infra dicemus, hæc Rondeletius. Sed Theodorus, Plinium in hac interpretatione est imitatus, qui pectinem, & pectunculum pro eodem accepit; ut vbi sic loquitur: Lolligo etiam volitat extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt, sagi træ modo, nam hoc Aristoteles περὶ κτείνων scripsit. Idcirco dicimus Plinium pectunculum, & pectinem interdum promiscuè nominare, & interdum distinguere, pectunculosque pro tellinis accipere. Trallianus quoque κτείνια diminutio nomine appellans, ipsos simpliciter κτείνες, id est, pectines intelligere videtur. Pectunculi, inquit Zoographus, ut ipsum nomen loquitur, exigui pectines sunt: quod bifariam intelligi potest, ut & pectines maiores antequam excreuerint, sic appellentur, & species peculiaris semper parua, qualem Rondeletius depinxit vna tantum parte auritam. Pectunculos nominat Columella, item Norius Marcellus inter ea, quibus similitudo nomen fecit, κτείνες pisces dicuntur ab interprete Nicandri pisces marini ob similitudinē manuum, & pedum. Porta Neapolitana pectinem sic dici voluit à figura pubis, cum potius verisimile sit ab huius testati figura pectinem fuisse nuncupatum. Pectinum genus, inquit Gyllius, striatum, id est, pectinatum diuisum, à rugis illis, siue imbricaturis nuncupatur. Lenguados vulgò in Hispania dici testis est Alphonsus Tostatus. Germani, inquit Zoographus, Conchas bivalues omnes generali vocabulo vocant Muschelen, & Moschlen: ut pectines, Chamæ, &c. Pectines verò priuatim D. Iacobi Conchas. Iacobs Muschlen. Angli verò Musckels peculiariter nominant Conchulas illas, quas Bellonius mytulos: Pectinem autem à Scalope, Scalop. Magno in errore versatur Albertus, & recentiores, qui pectines pro passeribus (id est, planis piscibus illis, quos vulgus Germanorum plateffas nuncupat) accipiunt. Pectinum generis, ait Gyllius, quidam arbitrantur eas esse, quas vulgò appellant Conchas S. Iacobi, sed aliæ Oceani littoribus Gallicis cognitæ habentur. Piscatores Massilienses pectines vocant Laiges Coquilles, alij Coquilles de saint Iaques. Itali Cappe sante. Reliqua synonyma cuiq; generi priora mox in descriptione adferam.

## GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPITIO.



Histo. 4. c.  
7.

Lib. 3.

Genera.

VNT autem pectines bivalues, & clusiles teste Aristotele, seque concludendo tuentur. Pectinatum eis diuisa testæ sunt. Referratiles item sunt: Nam ab altero latere nodo ligantur. κτείνες, inquit, Athenæus ex Aristotele, τραχύοςρακος, ραβδωτός. Ouum dictum altera tantummodo parte eis fit. Massarius Conchas esse striatas scribit, testis bivaluibus, altera tamen tumida, altera plana, biiisque auriculis angularibus. Qualis sit pecten, inquit Rondeletius, ex nullo melius quam ex Athenæo cognoscemus, quo loco ostreum (Berberi) in quo nascuntur Margaritæ pectini confert. Ἐστὶ δὲ ἢ μὲν τῆ Ὀστρεῖς ὄψις παραπλήσια τῷ κτείνι: ἢ διγλυπτῆαι δὲ, ἀλλὰ λείον τὸ Ὀστρακον ἔχει, καὶ δασύ: ἢ δὲ ὄψις ἔχει δύο, ὡς περὶ ὁ κτείνες, ἀλλὰ ἕν. Ostreum aspectu pectini simile est: testa non cæ-lata, sed læuis est, & spissa: neq; vtrinque aurita est pectinum modo, sed altera tantum parte. Ex his liquet pectinem duabus constare Conchis striatis, vtraque parte auritum esse, quod non huic tantum competit, ut peculiariter auritum pectinem nominare oporteat (quod Bellonius facit) sed alteri etiam pectini, & pectunculo. Plura enumerantur pectinum genera, quàm duo, aut tria, quæ partim magnitudine, partim colore figuraq; variant. Sunt enim rufi, candidi, varij, item candidi, atque lati à Xenocrate commemorati. Pectines



**A** nes quidam, inquit Aristoteles, magni sunt, quibus altera valvularum latior veluti tegmen superposita est. Sunt item, qui vtraque parte auriti sunt, ut pectunculi, alij vnica, quidam nulla, si Bellonio picturæ credendum sit, qui pectunculum suum, sine auriculis depinxit: capite testæ ita se colligente, ut in Tellenis, & Chamis; eam omisimus. Caterum, ut ab ijs, qui vtraque parte auriti sunt, incipiam, sciendum est quosdam vtramque aurem æquali habere magnitudine, ut priores duo, quorum iconem Rondeletius exhibuit, & alij si qui sunt quos nos depictos subiungemus, inter quos etiam quidam aures minores habent, quam caput testæ, quidam tam magnas, ut ab vna aure ad alteram ducta linea caput testæ non tægat, sed potius emineant aures; alij rursus vna aure minores, & veluti mutyli. Pectinem priorem suum sic describit Rondeletius. Testa vtraque primùm strictior, qua parte aurita est, deinde amplificata in orbem circumagitur: altera modicè caua, & in dorsum elata, altera plana, veluti alterius operculum. Vinculo nigro, & nervoso colligatæ sunt. Vtraque striata est, à strictiori parte striaturæ incipientes ad imum marginem deductæ sūt, sed ita ut in eo striæ, siue exochæ magis promineant, quam strigiles, siue canaliculi: quibus fit ut pectinis testa laciniata sit, & hac parte firmiter cohærens. Præterea striæ, siue exochæ lineis à summo ad imum ductis ornatae sunt, quæ duabus tribusve alijs interfecantur à latere ad latus ductis versus strictiorem partem. Intus carnis multum est; quæ circa medium etiam carnosum, longum, tenerum alligata apparet. Inest in carne particula luteum ouorum colorem referens. Spectantur *μικρῶν*, & os tubæ modo factum, atque intestinum tenue luto plenum. Totæ caro in ambitu membranam habet veluti fimbriam versicolore, ex qua fila multa, & tenuia dependunt. Alter autem Rondeletij pecten idem cum superiori fortassis cuidam minus diligenti inspectori videbitur; sed vera differt: idcirco eius iconem hic apponimus: Nam latiores, & ampliores aures habet, estque toto corpore longiore strictioreque, quam superior. Præterea hic testam vtramque pectunculorum Burdegalsium modo concauam habet, superior alteram duntaxat concauam, alteram planam. Postremo hic Concharum quarundam rugosarum ritu rugas, siue strias, & exochas simplices habet, prior verò singulas ternis, & quaternis lineis à summo ad imum ductis ornatas. Hunc pectinem Itali Romiam vocant, quod qui è Compostella redeunt (quos etiam Romios lingua nostra vocamus) pectines eiusmodi multos pileis affixos gestant. De pectine aurito, quem simpliciter pectinem vocauit Rondeletius hæc Bellonius: In Concharum genere. (Nam pectines Concharum generi attribuit Plinius) solum pectinem altera parte planum agnoscimus: cuius parte superiore testa tumida, binis ut plurimum auriculis insignita, emergit: atque ita striata quemadmodum testudines rugis imbricatæ, quæ Nicheia dicuntur. Pectines in bivaluium genere, post pinnam maioribus Cochis præditi sunt: quas habent scabras, reseraticiles, & clusiles, nullis cardinibus pixidatim infarctis coniunctas, sed nervo tantum nigro, (ut in Ostreis videmus) obfirmatas. Parte plana tanquam prona solo accubant: supina enim tumida aures vtriusque habet, per quas exerere linguam Aristoteles tradit. Hæc ille. Nos his aliquot sequentibus tabulis auritorum vtraque parte pectinum quocumque vnquam obseruare contigit, imagines exhibemus. Primo igitur loco ponitur pecten priori Rondeletij similis, (cuius idcirco imaginem omisimus) primùm apertus cum animali, mox eius testa, quæ ferruginei diluti est coloris, fascijsque ferrugineis. Ex eodem genere est, qui hunc sequitur; minor tamen, versicolor, nempe albo fusco viridi præsertim in fascijs, & auriculis, & purpurascens colore variegatus, & qui tertius est, cum animali, & eius testa, colore est castaneo. In secunda tabula priori numero notatur is, qui aurem vnã altera multo maiorem habet: nec extremitate sua cum testa connata, ut duo alij, qui eadem tabula videtur: parvus est hic sua natura, & raro maior quam depictus conspicitur: albus, & subviridis aliquantulum parte superiore. exochas habet magnas, & crassas proportionem canaliculorum, quibus insculptæ sunt à natura striæ à summo ad imum tendentes, intus autem prope auriculas colore est aliquantulum castaneo, cætera albo. Secundo numero ostenditur priori similis colore, & forma auricularum, sed exochas non habet bifidas, ut ille. Qui deinceps additur auriculam quidem maiorem habet altera, foris colore est profusus castaneo. exochis est, & strijs transuersis insignitus, inque multis locis aculeis paruis munitus. Intus est colore argenteo ad subcæruleum tendente, licet in medio ali-

Hist. 4. 6.

4.

*Auritorum ab vtraque parte descriptiones. Pectinis prioris Rondelet. descriptio.*

Caro.

*Pecten Romdeletij alter.*

Romia.


*Descriptio ex Bellonio.*

*Testa qualis.*

*Pectines alij auctoris*

## Pecten alter Rondeletij.

C




las ternis, & quaternis lineis à summo ad imum ductis ornatas. Hunc pectinem Itali Romiam vocant, quod qui è Compostella redeunt (quos etiam Romios lingua nostra vocamus) pectines eiusmodi multos pileis affixos gestant. De pectine aurito, quem simpliciter pectinem vocauit Rondeletius hæc Bellonius: In Concharum genere. (Nam pectines Concharum generi attribuit Plinius) solum pectinem altera parte planum agnoscimus: cuius parte superiore testa tumida, binis ut plurimum auriculis insignita, emergit: atque ita striata quemadmodum testudines rugis imbricatæ, quæ Nicheia dicuntur. Pectines in bivaluium genere, post pinnam maioribus Cochis præditi sunt: quas habent scabras, reseraticiles, & clusiles, nullis cardinibus pixidatim infarctis coniunctas, sed nervo tantum nigro, (ut in Ostreis videmus) obfirmatas. Parte plana tanquam prona solo accubant: supina enim tumida aures vtriusque habet, per quas exerere linguam Aristoteles tradit. Hæc ille. Nos his aliquot sequentibus tabulis auritorum vtraque parte pectinum quocumque vnquam obseruare contigit, imagines exhibemus. Primo igitur loco ponitur pecten priori Rondeletij similis, (cuius idcirco imaginem omisimus) primùm apertus cum animali, mox eius testa, quæ ferruginei diluti est coloris, fascijsque ferrugineis. Ex eodem genere est, qui hunc sequitur; minor tamen, versicolor, nempe albo fusco viridi præsertim in fascijs, & auriculis, & purpurascens colore variegatus, & qui tertius est, cum animali, & eius testa, colore est castaneo. In secunda tabula priori numero notatur is, qui aurem vnã altera multo maiorem habet: nec extremitate sua cum testa connata, ut duo alij, qui eadem tabula videtur: parvus est hic sua natura, & raro maior quam depictus conspicitur: albus, & subviridis aliquantulum parte superiore. exochas habet magnas, & crassas proportionem canaliculorum, quibus insculptæ sunt à natura striæ à summo ad imum tendentes, intus autem prope auriculas colore est aliquantulum castaneo, cætera albo. Secundo numero ostenditur priori similis colore, & forma auricularum, sed exochas non habet bifidas, ut ille. Qui deinceps additur auriculam quidem maiorem habet altera, foris colore est profusus castaneo. exochis est, & strijs transuersis insignitus, inque multis locis aculeis paruis munitus. Intus est colore argenteo ad subcæruleum tendente, licet in medio ali-

**D** tus cum animali, mox eius testa, quæ ferruginei diluti est coloris, fascijsque ferrugineis. Ex eodem genere est, qui hunc sequitur; minor tamen, versicolor, nempe albo fusco viridi præsertim in fascijs, & auriculis, & purpurascens colore variegatus, & qui tertius est, cum animali, & eius testa, colore est castaneo. In secunda tabula priori numero notatur is, qui aurem vnã altera multo maiorem habet: nec extremitate sua cum testa connata, ut duo alij, qui eadem tabula videtur: parvus est hic sua natura, & raro maior quam depictus conspicitur: albus, & subviridis aliquantulum parte superiore. exochas habet magnas, & crassas proportionem canaliculorum, quibus insculptæ sunt à natura striæ à summo ad imum tendentes, intus autem prope auriculas colore est aliquantulum castaneo, cætera albo. Secundo numero ostenditur priori similis colore, & forma auricularum, sed exochas non habet bifidas, ut ille. Qui deinceps additur auriculam quidem maiorem habet altera, foris colore est profusus castaneo. exochis est, & strijs transuersis insignitus, inque multis locis aculeis paruis munitus. Intus est colore argenteo ad subcæruleum tendente, licet in medio ali-


quibus



Pecten primus authoris cum suo animali.




Pectinis eiusdem testa.






A

Pecten varicolor.




B

Pecten minor castaneus cū animali.



Pecten minor clausus.



D






quibus in locis circumcirca sit colore castaneo splendido. Quartus aurem vnam altera maiorem habet, nec extremitate testæ adnatam maiorem. exterius crocei est coloris: intus verò cādidus. exochas habet lineolis trāsversis refertas. quatuor fasciæ amplectuntur testæ partem superiorem. Quintus tertio similis, sed strijs trāsversis caret. Niger est, qui in tertia tabula primus pingitur longitudine palmi, latitudine verò ferè æqualis, aure insigni, & prominente extremitate sua; alterius auris vestigium quoddam paruum. Exochas habet rotundas maiores canaliculis, quas lineæ trāsversæ ambiunt. Secundus colore est ferrugineo, in vtraque valua exterius multis aculeis asper. Auriculam vnam habet insignem, altera parum eminet. interius in circumferentia colore est ferrugineo. superiori parte subcæruleo colore ad argenteum tendente, habet & exochas strijs inuagines. aculei autem ex strijs emergunt.

Tertius aurem vnam altera maiorem habet. Longitudo æqualis latitudini, mensura duorum digitorum & dimidij. Exochas ab vna parte habet notabiles strias verò latiores inter exochas strijs colore luteo. Interior quoque pars habet multas exochas, quæ sunt longè angustiores strijs, & lucent. In medio duarum auricularum est foramē, cui vinculum inseritur, quo connectitur vtraque testæ, clauditur, & aperitur. Quartus habet aures ferè æquales, exochas subcinereas albicantes, sicut & strias. Intus in superiori parte nigricat, cætera colore subcæruleo, & albo depingitur huius testæ parte interiore, & exteriori. In quarta tabula primo, & secundo loco depingitur pectinis testæ pars interior, & exterior. Huius testæ tota candicat, & pellucet: exterius glabra, ac læuis: interius est exochis, aut lineis eminentibus parum, ac tenuibus, vt numero primo licet in tabula conspiciere. fasciæ exterius habet nigricantes tres, aut quatuor. Aures ei sunt æquales, & exigui. Tertio numero significatur pecten, cuius pars exterior, & superior rubet, exceptis duabus auribus, quæ in extremo albæ sunt: tota verò circumferentia alba est, latitudine ferè digiti. interius tota albicat. exochæ lineam vnam, aut alteram habent per longitudinem, quam pictor non expressit. Quartus est subalbo, & subrubro colore. Auriculam habet altera multo longiorem, cuius pars extrema à testæ separatur: exochas habet rotundas, per quas lineæ à summo ad imum percurrunt duæ, tres, & quandoque qua-

tuor: strias habet pariter rotundas paruulis quibusdam exochis insignitas. Circumferentia intus alba, & lucida est, reliqua verò pars ad subnigrum tendit, fasciæ ei sunt quatuor ad castaneum colorem tendentes. Auricularum color à parte interiore, quæ longior est, vbi pectini adhæret alba à reliqua, quæ prominēt pars castanei est coloris, vt & altera tota auricula. Sequitur deinde pecten aure altera maiori, & extremitate sua testæ adnata. huius tota pars concaua, & exterior est castanei coloris. Sed exterior pars cum alcyonio adhærente, tuberculis paruis tanquam verrucis insignita: supra prope aurem maiorem aliquid mineacei coloris videre licet. Postremo loco conspicis pectunculum, hoc est pectinem altera parte auritum. Croceus est, longitudine duorum digitorum, & dimidij latitudine duorum, auriculam



Pectinum auricularum figura differentium species quinque.








Pecten minor albidus

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through from the original Latin text.




Pectines auctoris alij.





auriculam vnā habet satis latam proportionē animalis, rudimentumq; tantū alterius, E  
exochas rotundas, & strias per transversum plures valde exiguas, colore minaceo insigni-  
tur exteriùs, interiùs albido, lineis quibusdam per longitudinem transcurrentibus minea-

Pectunculus Zoographi.



Cognatus huic is quem ex Zoographo depingimus, sine descriptione. Habes deinceps Pecten totum eburnei coloris, præterquam in summitate, vbi macula quadam condecoratur rubra, cui item alia lutei coloris macula insidet. Asper est, qui eburneo illi adiectus est colore subfusco. Auriculas exiguas æqualis magnitudinis habet Pecten subsequenti deinde tabella adiectus, extrā cinerei coloris, intus superiori ora nigricans, cæterea ex subcæruleo, ac albicæte varius. Candidi sunt duo ultimi Chamæ quodammodo figura. Verius sanè mihi dicètur pectunculi, qui postea vltima tabula depicti cōspiciuntur, minores omnibus cæteris. Pectunculi enim, vt nomē ipsū loquitur,



*Pectunculi  
qui dicantur.*

exigui sunt pectines. Quod bifariam intelligi potest, vt & pectines maiores, antequam ex- F  
creuerint, sic appellentur; vel species peculiare semper parvæ; quales in hac tabula proponuntur. Omnes quo ad testam tenues sunt, auriculis, & colore differentes. Quidam enim laevi, quidam rubri, quidam castaneo, & albo colore variegati. magnitudine quoque discrepant. maximi sunt latitudine digiti, reliqui minores. mineaceo est colore, qui quarto loco exhibetur: strijs, seu exochis tam exiguis, vt vix conspiciantur. Rondeletius pectunculum facit, talem qualem secundo huius tabulæ loco ostendimus. Sed cum tribus fascijs, item altera parte auritam aliquando dextra, aliquando sinistra, vt noster. Conchâ striatam habet vtramq; cauam. Rondeletij autem aliquot aculeis est armata. hos pectines exiguos in Aquitania vocantur Petoncles: in Normania Hannons. Romæ Gōgolæ, quasi Conchulæ: sunt enim semper parui, præsertim in Mediterraneo mari, in Aquitanico litore maiores. Alijs dicuntur Coquilles de saint Iaques, quemadmodum magni pectines. A Chamis trachæis, inquit Bellonius, hoc discrepant, quod Chamæ transversas lineas, pectines autem labra in gyrum crenata ostendant. Sunt qui sancti Iacobi Conchylia vocent, Anglice vulgus Cochles. Romani rustici, qui Chamis leues, & tellinas ex mari in forum piscatum adferunt, eos quoque ad mensuram tellinarum modo diuendunt, quos & Conchulæ nomine vocant; sed Gongolam pronuntiare malunt: Hac Bellonius, qui pectunculū neutra parte auritum depinxit: capite testæ ita serè se colligente, vt in Tellenis, & Chamis.

*Vt à Chamis trachæis differant.*



Pecten eburneus.

Pecten alper.



Pecten varius.

Pectines figurâ Chamæ.





## Pectunculi alij auricularum figura variantes



## LOCVS.



**M**YTVLI, & pectines, teste Plinio, spontè in arenosis locis proueniunt. *Li. 9. c. 51.*  
Columella de piscibus loquens ait: Limosa regio idonea est educandis  
Conchylis, & ostreis, purpurarumque tum Concharum pectunculis. Ca-  
piuntur in sinu Aquitanico frequenter pectunculi, vbi maiores sunt, quàm  
in Mediterraneo mari; quanquam & hinc copiosi, vt in Normannia. *Pec- Capiendi*  
tines ferramento quodam capi abradendo tradit Aristoteles. *ratio.*

SENSVS, VOLATVS,  
NATURA.

**M**ISVM habere & oculos, videtur ex Plinio probari posse: de animalium *Li. 9. c. 37.*  
oculis sic loquens; Non omnibus animalium hi, Ostreis nullis quibusdam *An oculos*  
Concharum dubij: Pectines enim si quis digitos aduersum hiantes eos *habent.*  
moueat, contrahuntur, vt videntes. Video dubitatum à doctis, num pecti- *An volent.*  
nes volent. Aristoteles id affirmat, sic inquit: Generis testati, & ex pedis *Histor. 9.*  
pecten potissimùm plurimumque se mouet volatu. Nam & purpura, & eius *cap. 37.*

similia parum admodum progrediuntur. Vnde Plinius: Loligo etiam volitat, extra aquam *Li. 9. c. 39.*  
se efferens, quod & pectunculi faciunt, sagittæ modo. Vbi notandum Plinium ita intelli- *Volatus.*  
gendum esse, vt dicat pectunculos volare, non autem extra aquam ferri, vt Loligines. Nã *Plinius ex-*  
pectinum volatum ab auum, atque volantium quorundam aliorum piscium differre au- *ponitur.*  
thor est Aristoteles, ita scribens: Cartilaginei generis nonnulla stridere videntur; Verùm *Histor. 9.*  
ab his vocem emitti vllam rectè dici non potest: at sonum, siue strepitum reddi verè dixe- *cap. 9.*

**C**ris. Nam & pectines quoties per summa humoris nitibundi fecuntur, quod volitare dicunt *Siridor.*  
stridere feciuntur. Idcirco Massarius ad Plinij verba: Aquatilium pectines stridere cum  
volant traduntur; hæc commentatur. Quoniam sua cuique potest esse sententia, ego non  
existimo pectines volare posse per aëra. Cùm enim callo illo interiori amba tellæ adeo  
connexæ sint, vt difficilè diuelliqueant, non possunt ita liberè aperiri, vt volare valeant. *Plinius ex-*  
Quamobrem volare hoc in loco pro salire celeriter in modum volatus, & discurrere de lo- *placatur.*  
co ad locum potius interpretarer. Pectines enim tanta velocitate dehiscent: vt ex vehe-  
menti percussione saliant, & superiacent, vt quasi volare videantur. Hæc Massarius, se-  
cutus Aristotelem, qui sic scribit, de animalium testatorum differentijs tractans: Item, in *Histor. 4.*  
quit alia se mouent, vt pectines, quos etiam volare nonnulli aiunt; nam de ferramento quo *cap. 4.*  
capiuntur, sæpe dissiliunt. Idem pectines tradit aliquandiu in arena (aliàs in secessu) late-  
re veluti purpuras; vnde Plinius; Pectines, inquit, in mari ex eodem genere habentur re-  
conditi, & ipsi in magnis frigoribus.



## ORTVS. GENERATIO.

Oua que.



Li. 9. c. 31.

Histor. 5.

cap. 15.

Histor. 8.

cap. 20.

**V**E autem oua appellantur in pectinibus, quamuis verè ijs insint, moxque procedente tempore minuantur aboleanturque, tamen nihil ad generationem conferunt, sed indicio sunt nutritionis melioris, quale in sanguineis pingue est. Proueniunt itaque spontè, vt Plinius tradit ex Aristotele, qui sic inquit: Pectines locis arenosis sui ortus initia capiunt. Anno autem perficiuntur, vt idem de testat. sic loquitur: Omnia id genus celeri incremento augentur, sed præcipuè purpuræ, atque pectines: quippe quæ anno perfici possunt: Generantur, eodem teste, plurimi temporibus pluuiosis, quemadmodum & plurimis alijs testatis accidit. Nam squallore pectines magis trahunt ruffum colorem. Iamque in Pyrrheo Euripo pectines aliquando defuerunt, non modo propter ferramentum, quo piscatores abradendo vbertim caperent, verùm etiam propter siccitates.

## NUMISMATA.



**P**OLZIVS inter numismata Pisarenensium argenteum habet, in cuius vna parte est Pegasus cū his litteris ΠΙΣΑΥΡΙΩΝ. ab altera parte Neptunus Nereo insidens, sub quo pecten exprimitur, & à latere hæ litteræ ΔΗΥΧ. In Tarentinorum quodam argenteo nummo idem pecten cernitur cum Neptuno Nereo insidente, dextraque tenente tridentem, sinistra Polypū cum hisce litteris ΤΑΡΑΣ. Idem quoque pecten in alio eorundem argenteo nummo cernitur solus ab vna parte, ab altera Neptunus insidens Nereo dextra tenens tridentem, sinistra Polypum, his adscriptis litteris ΤΑΡΑΣ. Nam Tarentini Neptunum pro deo tutelari colebant, & à Taranto Neptuni filio nomen huius, & vbi factum gloriabantur; idcirco Polypo, ac pectine, & Nereo indicare voluerunt Neptuni in mari potentiam.

## V S V S I N C I B I S.

Electio.



Pedag. li. 2

Noct. Att.

lib. 7. c. 16.

**A**M fuere in mensis celebres apud antiquos, vt scribat etiam Athenæus non omissos fuisse in Cotys conuiuio. Eligebantur autem ex Methymna, vt idem ex Phyllij, siue Phrynichi, siue Aristophanis comedia vrbes inscripta tradit. Clemens quoque Alexandrinus, & Pollux authores sunt pectines Methymneos à plerisque gulæ amatoribus suis temporibus expetitos. Inter canarum, ciborumque exquisitas delicias comprehendit p-

anculum Chium M. Varro in satyra, quàm περί εδεσμάτων, id est, de cibis peregrinis, & lautitijs inscripsit, vt testatur Gellius. Laudantur etiam Tarentini: Horatius:

*Pectinibus patrijs iactat se molle Tarentum.*

Quæ erit fortasse ratio, cur in numismatibus Tarentinorum frequenter inueniantur: Apuleius versus hos Ennij corruptos citat:

*Mures sunt Aeni, aspera ostrea plurima Abydi,*

*Mus Mytilena est, pecten Curadrum, que apud Ambracia amnes.*

Qui aliqua ex parte restaurari possunt ex Archeltrati apud Athenæum versibus, vnde etiã translati sunt:

*Τὸς μὲν Αἴνος ἔχει μεγάλας, ὄστρεα δ' Αἰβυδος,*

*Τὰς Ἀρχτρὸς Πάριον: τὸς δὲ κτένας ἢ Μιτυλήων*

*Πλείστες δ' Ἀμβράκια παρέχει. Ἰδ. Ἰστ.*

*Mures Aeni habet magnos, & ostrea Abydos,*

*Vrsos Parium; Pectines vero Mytilene,*

*Plurimos vero Ambracia exhibet.*

*pectines optimi qui.*

Xenocrates: Pectines, inquit, optimi sunt, qui ad instam magnitudinem peruenerunt, caui, colore nigriore: præstant autem vere, ac ætate, siquidem eo tempore ad Lunæ incrementū maximè augentur. Omnibus autem antecedunt Mytilenei magnitudine, natura, humoris bonitate.



**A** bonitate. His similes Ionium mare iuxta Illyrida, Hetruriam, Salonas, & Latium producit. Iam verò & Chios, & vicina insulæ, item Alexandria eiusmodi pisces ferunt. Pontus quidem etiam multos fert; sed minores, & qui ægrè augeantur. Hæc Xenocrates. Aristoteles autem optimos esse censet, cum grauidi sunt, ut alia testata, & crustacea. Galenus peccinae crassi admodum succi esse scribit. Quidam Myas, seu Mytulos Ephesios eisque similes succi bonitate, ut peccines superare; ita cedere Chamis. Hicestus autem Chamis alere vberius, succi autem peioris esse, & excretioni minus faciles. Vnde Trallianus podagram pituitosam precessisse conijcit plurimum peccinum, & buccinorum vitiosos succos generantium frequentem usum. Stomacho (ait Cornelius Celsus) apti sunt ex media materia pisces, ostrea, peccines, murices. Et Archigines apud Galenum peccines connumerat ijs, quæ stomachicis in cibo conueniunt. Galenus succum eorum aluum ducere; non aliter quam lactis serum tradit, idem confirmant Galenus, & Dioeles Chrystius. De eorundem facultate coquendique modo hæc Xenocrates: Dulces sunt, ac facilius, quam ostrea concoquuntur. Ex aceto sumpti ad excretionem accommodantur, & cum ex posca concoquuntur, dulcedinis participes sunt, quam affando deponunt; pari quoque modo contriti aluum soluunt, idque siue recentes, siue vetusti fuerint. Parum autem vrinam cient, qui buxeis coloris sunt, sicut ostrea non facile corrumpuntur. Elix affatis ad aluum ducendam aptiores sunt: quique magis affati, sunt minus succi habent, & difficulter excernuntur. Existimandum quoque est, eos qui in suis testis affantur, minus huiusce incommodi habere, & facilius alere, & minus eos perturbare: valentiores autem affati sunt: quique expurgati planè purèque fuerint, ij gratioris sunt, & facile concoquuntur, & testaceis anteferendi sunt illi, qui sale conditi sunt, nec admodum perturbant. natiuam autem dulcedinem in muria conseruant, & vrinam mouent: ac candidi quidem, & lati, sunt dulciores: atque albi sunt duri: (Diphilo tamen candidi molliores sunt) ruffi verò sunt virosi, & vrinam cient: varij autem medij sunt, & eorum aliqui facis sunt similes: qui per se dati difficulter concoquuntur, & tamen vrinam mouent. Hæc ille. Vvottonus testatur peccunculos facilius concoctionem assumere, quam ostreas. sapore esse dulces: at vimiam illam dulcedinem coctione exuere. Aluum magis mouere virulentos assis: & quò magis assentur, eò minus succi congeniti relinqui, minusq; aluum tentare: sed si in testis suis assentur magis nutrit.

*De alim.  
bon. & ma-  
li succi.*

**C** **V S V S I N M E D I C I N A,**  
**E T A L I I S.**



**R**ALLIANVS in colico affectu dari iubet. Idem in cardialgia conuenire eos scribit. Et alibi in vomica, seu empyemate si falsus, & biliosus humor est, præbet. Rursus idem Tympanius rarò, & voluptatis gratia offert. Ego eos sæpius præberem: Nam auctore Plinio vrinam cient, & quæ in vesica sunt, modicè deterunt; quanquam in hoc morbo magis flatus, quam humor abundet. Xenocrates scribit peccines remedio ijs esse, quorum vesica vlcerebus scætet, quòd ea expurget. Quidam practici in febris biliosæ declinatione peccines concedunt. Ad Venerem excitandam non minus valent, quam ostrea, quorum species sunt, teste Iohanne Baptista Porta Neapolitano. Plinius peccunculos salfos tritosque cum cedria pilos palpebrarum euellere auctor est. Contra Dorycnium in cibo iuuant peccines, ut cecinit Nicander. Pharmacopæorum vulgus pro Côcha Venerea peccines vsurpat, ut ait Rondeletius. Peccinum maiorum vsus alicubi est in templo ad sal continendum, quo consecratur.

*Li. 32. c. 9.*

*Lib. 3. c.*

*44. Pylog.*

*Lib. 32.*

*cap. 7.*





## DE MUSCVLIS. Cap. LXX.

## ÆQVIVOCA.

*Myfiscus  
Lib. 2. in  
Entrop.*

*Musculus  
balæna.*



**M**OCIS huius homonymia impedit, quo minus intelligamus, quid auctores intelligant per musculum, de quo modò à nobis sermo instituitur. Et enim *μουσικητον* apud Aristotelem musculum reddit Theodoricus Gaza, Plinium secutus. Genus, id est piscis, qui, ut inquit Claudianus, paruo moderamine caudæ iter regit, ne Balæna in scopulos impingat, quâquam Bellonius Balænae partem quandam, quam gerit ad iter prætentandum Aristotelis musculum esse putet. Prætenturas, inquit, quas ante oculos habet Balæna, musculum Aristoteles nuncupavit, quam etiam Oppianus veluti quendam alterum piscem esse cecinit.

*Hac ratione, inquit, comes cunctis ductorq; viarum  
Musculus est parvus visu, sed corpore longo,  
Et tenui cauda paulò semotus ab illo  
Præcedit.*

Et paulò post.

*Lib. 16.*

*cap. 11.*

*Contra Bel  
loniam.*

*Musculus  
nō est pars  
balæna.*

*Lib. 2. de  
diuin.*

*Mus exi  
guus.*

*Sorices Ga  
za.*

*In vesp.*

*Lib. 2. c. 21.*

*Musculi  
medicis,*

*qui.*

*Musculus  
instrumen  
tum belli  
cum.*

*Lib. 18. c.*

*11.*

*De re mi  
lit. c. 4.*

*Hunc piscem verò ductorem nomine dicunt.*

Cætærum Rondeletius Aristotelem, ne per somnium quidem id vnquam cogitasse dicit, neque musculi nomine vti, sed Gazam ex Plinio, quem si *α'ναλφα βιβος*, inquit legisset, in tam scædum errorem haud incidisset. Eius enim verba sunt. Musculus etiam piscis pios in ore intus habet vice dentium. Aristoteles *μουσικητον* nominat. Cum verò hoc solo loco musculi, siue *μουσικητε* mentio fiat, quis inde colligat, inquit idem Rondeletius, partem Balænae, scilicet assulas illas musculum vocari? neque Plinius tribus in locis, quos citauimus, musculum partem Balænae facit, sed belluam marinã. Ex his autem latinis versiculis satis liquet eum nunquam Oppianum legisse, qui tantum abest, vt Balænae partem musculum faciat, vt musculum ne nomet quidem, sed piscem alium esse dicat, qui Balænae iter præmonstrat. Hæcille. Musculus præterea apud Ciceronem est mus exiguus, quam homonomiam vitaturus Gaza, apud Aristotelem *μύας α'ρουραιος*, interpretatur sorices, & *μύς* ex testaceis Mytulum, siue musculum maior ē; sed quem Aristophanes vocat *μύς*, mureum, seu soricem animal notissimum significat. Sunt alioquin muscoli, vt Plinius refert, & à medicis accipiuntur, partes corporis carnosæ, neruorum fibris motus gratia cicutie cæ, venisque, & arterijs conspectæ, his ad natiui caloris custodiam, illis ad alimenti distributionem, quæ omnia tenuis complectitur tunica, musculum definiens, qui *μύς* etiam Græcis appellatur. Habet præterea musculus nomen in artificiatibus, nam antiqui conficiebant instrumenta quædam in bellis, quæ musculos appellabant, cuius meminit Isidorus, musculus est, inquit, similis cuniculo, quo murus perfoditur, ex quo & appellatur quasi mureus. Ponuntur icones à Roberto Valturio machinarum quarundam, quas musculos, vt is refert, vocabat antiquitas: ipse verò machinas minores appellat, quibus protecti bellatores sudibus præmunitas oppidorum fossas demolirentur, quibus turris ambulatoria iungeretur, sine impedimento ad murum.

## SYNONYMA.

*3. de gen.  
anim. c. 11*

*Mytuli.*

*μύς tri  
significat*

*Hermolao.*



**M**YIAS, istiusmodi testacea Plinius quandoque vocat, quandoque Myfiscas, nonnunquam myscos, sæpe etiam musculos, Athenæus *μύας* (vt nobis certè ostendunt sapor dulcior in his, & suauior, quàm in mytulis, item paruitas, rotunditas, testa hirta, atque alia, quæ à Plinio, & Athenæo hisce tribuuntur.) Aristoteles *ε'λαττες μύες*, qui plurimos, auctor est, circa vnum principium aliquod adnasci, quod quoque conuenit. Rondeletius etiam *μύες* in sceminio genere Athenæo, appellari putat. Maiores his mytuli vocantur, Dioscoridi *μύακερ*, de quibus postea dicemus. Hermolao tria genera animalium, ducun-



A tur *μύς*, nimirum testudines, sed tunc non *μύς* in plurali, sed *μύδες*, & *ἐμίδες* vocari. Genus hoc, inquit, mus aquaticus, & lutaria testudo vertitur à Theodoro Gaza, à Plinio quandoq; mus marinus. alterum est inter pisces; tertium inter ostreaea pro musculo, tum minore, tum etiam maiore. *Μύδιον* Græci hodie vocant musculum, forma pariter diminutiva à *μύς*: eruditi proferre possent *μυδίων*, & melius, ut putat Zoographus, Nos, ut dictum est, musculos simpliciter, minores appellamus. Italis, & præsertim Venetis Conchole vocantur, Gallis Moules, Germanis Moeschelen. Belgis Moissele. Angli musclis nõ communiter omnem Concham, sed propriè, & peculiariter parvam nigricantem appellant.

Mus mari-  
nus.

GENVS, DIFFERENTIÆ.  
DESCRIPITIO.



**B** OCA NTVR, inquit Rondelcius, nostræ planè opinionis assertor, musculi ad differentiam maiorum, quomylulos vocant; differunt enim à tum magnitudine, & rotunditate, quàm differentiam ex Plinio, ut arbitror, is attulit, qui musculos dividit, in myulos, qui salem, virusque respiciunt, & myias, quæ rotundæ sunt, & minores aliquantò, atque hirtæ, tenuioribus testis, carne duriores. Rondelcius, posita etiã iconè, talem affert descriptionem. Sunt ex

Ut differat.  
Lib. 32.  
cap. 9.

Musculi Rondel.



ostracodermorum genere, quæ tenui testa, & duplici conteguntur, circa saxa, aut ligna nascuntur, pilis, & veluti lana alligantur. Testa foris nigra, ferè semper vel musco, vellanugine obducta, intus læuis, & splendens, ex albo cærulea, parte acutiore crassior, & spissior, reliquo ambitu rotundo tenuior. Caro intus pallida, cum nõ crudà est, cocta vitellis ovorum similis, in ambitu simbriata, in ea foramen est evidens ad atrahendam aquam, neque enim per villos attrahit, quod ineptissimè quidam asserunt,


Rondelciij  
descriptio.

Testa qua-  
lis.


Caro.

Clanæ illius, siue byssi usum ignorantes, in media carne est particula carnosa linguæ similis. inest, & mucis, & pituita quædã glutinosa, callo albo adhæret. Hactenus ille. Multos istiusmodi musculos in mari reperiri, & in aqua dulci stagnante; nunquam verò ferè in rapidis fluminibus, idem attestatur. Cæterum musculorum aqua dulcis istiusmodi iconè ex eodem in fallor, Zoographus proponit. Duplici (inquit) constant Concha tenui, & fragili, foris nigricat, & veluti ex multis additamentis conflata est; ob id asperior. Intus læuis sunt, ex cæruleo nigricantes. Carne sunt dura, cocto difficili, mali succi, quò fit, ut qui ijs copiosius vescuntur, in febres incidant.

Musculos alter.



DENOMINATA.



**A** B huiusmodi conchilij genere multa inuenio denominata, sed admodum ab authoribus usurpata. Tè *μύς* à musculo nimirum diminutivum est *μύσρον*: hæc autem diminuendi forma non est admodum usitata. Simpliciter verò derivata talia multa existunt, ut *σείρον*, *σείγητρον*, *μύτρον*. Pollux τὸν *μύσρον* genere masculino dixit cum acuto in prima: quæ, cum natura longa sit, videtur in recto circumflectenda, & ijs casibus, qui ultimam corripiunt.

*Μύσρα*, & *μύσρια* Eustathio idem sunt, ut vult Zoographus, quod *μύσλαι*; ὁ ἔστι κοῖλος ψωμοὶ πρὸς ἀρυσιν ψωμὲ ἐπιτέθειοι. *Μύσρια* ἁπλῶς apud eundem Pollucem à *μύσριον* diminutivum dicuntur. *Μύσρη* quoque ut mihi videtur diminutivum, esse potest à *μύς* foeminino, ut *μύτιλος* à masculino. hinc verbum *μύσρηλασσαι* Eustathio, *διαμύσρηλασσαι* ἀρυσῶν, ἢ τὸ κοιλῆσαι τὴν ψωμὴν, *μύσρηλας*, ὁ *μύσρηλας* ἁπλῶς, καὶ ἐκ τῶν εὐτελεσάτων ἢ ἐπιπόνως



*Myites lapis.* ἢ ἰσπιόνως ζων. Myites cuiusdam est lapidis genus, musculi speciem præ se ferens; huius, E  
ut inquit Georgius Agricola, duplex est differētia, oblongi videlicet, & pectinis modo ro-  
& in Saxonibus ad Hildesheimum in lapidicinis eius tractus, qui est ultra montem Mauri-  
cij, illum modò subfuscum, modò subfluuum effodi ex mœniorum fossa Hildesheimiæ ur-  
bis, quâ ad Septentriones spectat. de his postea inter fossilia loquemur.

V S V S I N C I B I S .

*Epheſij ma-  
rini.*



VSCVLI vbique ferè in cibum cedunt, sed optimi sunt Ephesij: marini  
commodum satis præstāt nutrimentum: Qui in aqua dulci captantur, cac-  
ne sunt dura, concocta difficili, prauis succi, quò fit inquit Rondeletius, ut  
qui ijs copiosius vescuntur, in febres incidunt. laudabiles admodum sunt,  
qui in inferiore Germania capiuntur ex Oceano Germanico. Sūt etenim  
higustus suauissimi. elixantur, ut retulit mihi vir quidam non indoctus in  
aqua, additoque postea pipere, butyro, & modico aceti comeduntur. Sunt plerumque in  
usu maiores, cum ta nen minores non spernantur, et si minoris sunt nutrimenti, quod in-  
nuitetiam Athenæus, οἱ δὲ εὐχλωτέραι, inquit, τῆτων, καὶ δασυῖς ἐξωθεν, κριτικώτεροι,  
καὶ εἰσι καὶ εὐχλωτέραι τῶν σικιλλωδῶν, εὐτροφώτεροι δὲ δια τῷ μέγεθος καὶ τῷ γένει ὄντες,  
τοιῦτοι ἵσσι, minores & veluti hirti, magis vrinam prouocant, & melioris sunt succi ijs,  
qui squillæ similes sunt, minus tamē alunt, quia minores, & quia natura sunt huiusmodi, &  
aliquando post. Αἱ δὲ μύες καὶ τῶν μυῶν εἶσαι μικρότεροι γλυκεῖαι τε, καὶ εὐχλοὶ εἰσι τρο-  
σέτι δὲ καὶ τρώφιμοι. quæ myes dicuntur, alijs minores sunt, dulces, boni succi, satis insu-  
per nutriunt.

*Coque ndi  
ratio.*

*Lib. 3.*

V S V S I N M E D I C I N A .

*Li. 2. c. 7.*



V. E. Dioscorides περι μύακων, Plinius ferè de mytulis retulit; Verba  
Dioscoridis sunt: Μύακες, inquit, καίντες τὸ αὐτὸ δρῶσι τοῖς κήρυξιν.  
ιδιαιτέρων δὲ πλὴθιντες ὡς μόλιβδος χρῆσιμύησιν, εἰς τὰ ὀφθαλμικά  
σωμέλιτι. ἐκτικόντες φαχίτητας βλεφαρων, καὶ σμηχόντες λευκώματα,  
καὶ τὰ ἄλλα ἐπισκευῶντα ταῖς κόραις. ἢ δὲ σὰρξ αὐτῶν κωδικοῖς  
ἐπιθήσεται ωφελίμως. Quæ sic Plinius: mytuli quoque, & murices ci-

*Li. 21. c. 9.  
Causis  
eorū cinis.*

nere vim casticam habent, & ad lepras, lentigines, maculas lauātur, quosque plumbi mo-  
do ad genarum affiridines, & oculorum albugines, caliginesque, & in alijs partibus for-  
dida lœca, capantque pustulas: Carnes verò eorū ad canis morsum imponuntur. Ad cien-  
dam aluum, & vinas multum præstare musculos vult Athenæus, quod etiam ostendit  
Celsus in quibus, muscoli, ostrea, pelorides, echini, & omnes ferè conchule aluum mouēt.  
Lib. 11. cum vero in capiantur, & fluiatiles, vtrisque vti possimus. Marcellus Empiricus mu-  
sculum marinam tritum ex oleo vetere talorum tumōribus, & doloribus in posuim me-  
diant. Aquatiles itidem, ut nobis Zoographus refert, ex Hippiatrico lib. Germanico, lau-  
dantur ad infimos, & caliginosos oculos, & nebulas oculorum in iumento. vruntur super  
carbonibus, & corium externum detrahitur, vsque ad medium, quod album apparet, ad-  
ditur Zinziber, & calchantum, paribus partionibus, & ex his mixtis pollinem in oculos e-  
qui inflato, prouerit.

*Ad caligi-  
nosos ocu-  
los.*

DE MYTVLIS. Cap. LXXI.  
SYNONYMA.

*Ad oleum  
tollendum  
apri.*



ίακα vocat Dioscorides concham ipsam, siue testam huiusce mytuli, cuius  
est historia recensenda, ut vbi habet: ἀσοφὴ μύακι τὸ ἐπιλέον ἔλαιον, id est,  
concham tollito innatans oleum. Et rursum: εἰς μύακας σίω λιπαρίαν ἀνα-  
λαμβάνουσι. existimo ego de maioribus intelligere, cum minoribus apri-  
res ad oleum innatans excipiendum existant, præsertim quod maiores in  
hoc genere cōchas Plinius vocet mytulos, Orbasius myacas, Athenæus, ut refert Vuotto-  
nus,



**A** nus, *μύας σκιλλώδεις*; Verba hæc sunt apud Athenæum. τῶν δὲ μύων οἱ μὲν ἐφ' ἰσίοις, καὶ οἱ ἐπὶ τοῖς ὀμοίοις τῆ ἐυχυλίας, τῶν μὲν κτινῶν βελτίους, τῶν δὲ χημῶν λεπτοὶ μύροι: ἑπιτικώτεροι δὲ μύλων, ἢ ἐπιτικώτεροι σκιλλῶν. οἱ δὲ αὐτῶν ἐπίοι καὶ σκιλλῶδεις, καὶ κοχυλεῖ τῆ, καὶ πρὸς τῶν γέυσει ἀπειθεῖς, οἱ δὲ ἐλάσσονες τεταν καὶ δασεῖς ἔχουσι, ἑπιτικώτεροι μὲν εἰσι καὶ ἐυχυλωτέροι τῶν σκιλλῶδων, ἀτροφώτεροι δὲ διὰ τὸ μέγεθος (ἐλαττοὶ) καὶ τῶ γένει ὄντες, τοιοῦτοι ἵε εἶ: ex mytulis Ephelij, & qui succi bonitate eis pares sunt, tantò sunt chàmis inferiores, quantò pectinibus præstant. Vriò à magis, quàm aluum cient. Sunt qui ex eis scillam respiciant, mali succi, & gustu ingrati: qui verò his minores sunt (musculos intelligit) ijs, qui scillam referunt, & vriòam magis promouent, & succū generant probiorem, minus tamen nutriunt, cum paruitatis suæ causa, tum sui generis natura. Hæc ille, ex quibus facillè conijcio mytulos scillodes nuncupasse ab ingrato admodum sapore, qualis sanè scillæ est, nam & ipse habet πρὸς τῶν γέυσει ἀπειθεῖ. *Μύας πυελώδεις* Theodorus Gaza apud Aristotelē mytulos foliatos reddit à figura. Niphus mytulos latioris, vel amplioris conche. Sed eos Rondeletius reprehendit, & in imo maris, siue gurgite nascentes conuertit, quoniam Gaza eodē apud Aristotelem loco, pro πυελώδεις τόποις interpretatur gurgite. Cum verò, B inquit Zoographus, non gurgite tantum Gaza eo loci verterit pro hac voce, sed, (ostrea nascuntur) alia vadis, alia gurgite, mallem ibi legere nō πυελώδεις, sed omnino πηλώδεις, id est, limosis, nam ut hoc in loco, ita rursus in eodem capite Aristoteles triplicem maralis soli differentiam facit. *Ὀσρακῶδη*, inquit, omnia nascuntur ἐν τῇ ἰλιῷ, ἐν μὲν τῇ βορβορώδει τὰ ὄστρεα. ἐν δὲ τῇ ἀμμοδεί κόγχῃ, περὶ τὰς σήραγγας δὲ τῶν πετρίδιων, τῆβια, καὶ βάλανοι. Πύελος non modò solium, sed alia vasa diuersa similis figuræ signi facit, quæ, quoniam nihil ad nos spectant, alios lector adeat scriptores. Concham marinam oblongiorem Hippocrates vocat *μύακα*, ut mōnet Galenus in glossis, & Varinus, εἰ πολλοί, ait, *μύακα* προσαγορεύουσι, multi myacem appellant; *μύα καλῶσι* legit Zoographus, (hoc enim ipse Hippocrates vitur) nō προσγορεύουσι: Mytulos vocat Bellonius *μυώδεις*, sed rectius *σκιλλῶδεις* legit Zoographus, quod vel mihi magis arridet, præsertim cum scillam eos respicere supra ex Athenæo dixerimus. Idem Athenæus tradit Tellinam vocari à Romanis *μύτλον*, (ego *μυτλον* potius legerem.) cui etiam sententiæ hæret Augustinus Niphus. Matthiolus verò in commentario ad Dioscoridem multis rationibus probat tellinas à mytulis longè differre, Non desunt, inquit, qui mytulos, & tellinas idem esse censeant, in quam sententiã potissimum venisse comperio Paulum Iouium virum apprimè eruditum: quippe qui libello, quæ de piscibus Romanis edidit, malit (etsi medicus esset) cum Athenæo errare, quàm cum Dioscoride rectè sentire. ex cuius scriptis satis apertè constat, aliud esse mytulos, aliud tellinas: nam, præterquàm quod de his duobus diuersis capitibus ipse differuerit, differentes etiam vitisque reddidit dotes, haud nescius illis inesse differentiam. Idem similiter sentit Galenus, qui cum de viperis differat eodem capite mytulorum etiam meminit, tellinarum verò particulari capite singulis proprias, & diuersas reddens facultates. Non secus ac illi sensit Paulus Ægineta, fidelis nempe vtriusque sectator; quam obrem dicendū putauerim, differentes nimirum esse mytulos, & tellinas. Notissima illæ sunt, præsertim Romæ, vbi plurimæ venales circūferuntur, quod edendo sint, & ori admodum græ, si tamen arena optimè repurgentur. Cæterum quales mytuli sint in Italia, qui hac nostra tempestate explicauerit, inueni neminem, præter vnum Massarium Venetum, qui eos mytulos putat, quos Hadriatici æcolæ vulgò appellant musciuoli; quasi musculos dixerint, cuius opinio nobis maxime probatur, quippe quod & forma, & nomine cōchylia ita vocata legitimos referant mytulos. Sūt enim tellinis paulò maiores, testa exterius lineis quibusdam scabra, intus verò pellucida, & tota pondere leuis. Hucusque Matthiolus, Latinis vocantur pariter, & Italis mituli, sic enim scribitur in nostro Plinij codice, quasi à Græco *μυτῦλος*, quando quidem ita à nonnullis Græcis scriptum reperio, vñ u conuerso, à *μύς* fit diminutiuum *μυτίλος*, ut à *νάυτης ναυτίλος*. quare latinè etiam, vel mytilium rectè scribemus, vel mytilū u pro ypsilo ponentes, si quis tamen mitulum vitandæ causâ homonymiæ. (quoniam ad iectiuum quoque latinis mutilus est. Scribere malit, per me, inquit Zoographus, quidem licet. Arabibus dicuntur Amarchas, Hispanis Mixillus, Lusitanis Mexila, nigricans potissimum, Gallis Muscles, Germanis Muschlen, sed quoniam nomen hoc conuenit, & minori, & maiori, Zoographus ita appellat maiores, minores Kleine Schuartzze Muscheln. Belgæ, ut audio, etiam magnitudinis tantum habita ratione nomen non mutant.

*Mytuli scil  
ledes unde  
dicit.*

*Mytuli foliati.*

*Gaza error  
Lib. 5. de  
hisor. a.  
nim. c. 15.  
Aristoteles  
locus cor-  
rectus.*

*Bellonij er-  
ror.*

*Lib. 1. c. 5.  
c. 6.*

*Tillene à  
mytulis au  
differant.*

*Pauli Iouij  
error.*

*Lib. 11. de  
Simplic.*

*med. facul.*

*Amarchas.*



# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPITIO.

*Mytuli flu-  
uiatilis de-  
scriptio.*



*Marini de-  
scriptio se-  
cundū Bel-  
lon.*

*Deterior  
ubi nasci-  
tur.*

*Lib. 4. de  
hist. anim.  
cap. 4.*

*Labrorum  
differentia*

*Cancelli in  
quibus re-  
periantur.*

*De parib.  
anim. cap.  
5.*

*Salē, & vi-  
rus respiciū  
Mytuli.*

*Li. 3. c. 1.  
Magnitu-  
do.*

*Rondelet.  
error.*


*Authoris  
Mytuli.*



tertio Mytulus fluuiatilis maior. altera figura vobis tantum Mytuli minoris fluuiatili icon. in altera figura Mytulus est maior niger cum strijs flauis.

APIVNTVR Mytuli tum in mari, tum etiam in fluminibus. Bellon. Mytulos fluuiatiles Insubribus Squozole vocari, & marinis alioqui similes esse ait, nisi magnitudine differrent, & subrecti apparerent, atq; humi pinnæ modò infigerentur. Sedemq; non mutare, grandi hiatu suas testas pandere, easq; reteratiles, cluilesque habere, tenues, intus glabras, pictorum coloribus accommodatissimas. gustus ingrati percipi, ex quo *μύσσε* *κωκ' δες* (imò *κωκ' δες*, hoc est scillæ similes) ab Athenæo vocari putentur, ac si Mytulos caninos dicat. Marinum autem villos habere extrorsum more pinnæ ab ea parte teste, qua scopulis hæret, per quos alimentum (quod arguit Rondeletius) exugat, atq; arenulas, & marina deiectamenta attrahat. hincq; fieri, vt qui locis arenosis crescūt, aut inter testas figlinas gignuntur, deteriores euadant, qui verò algosis tractibus nutriuntur, meliores, ac multò gratiores sint, vbi multa dulcis aqua marina permiscetur. Mytulosq; cancrum pinnæ modo in concha nutrire, orbicularem, paruum, suis sic membris absolutum, vt & incedat, & alatur, oua excludat grandi lente multò maiora, & crassiora. humi accubare, cum tamen glandes, siue muscoli adherendo pendeant. Differunt ab alijs ostracodermis teste Aristotele, crassitudine, & tenuitate, tum totius, tum etiam partis, velut labrorum. Alijs enim ex bivaluibus crassa, vt ostreis, alijs, vt miculis tenuia. ratione etiam testarum, quarum magnam varietatem reperiri in hisce testaceis auctor est, ita vt Mytulis, vnguibus, & quibusdam alijs conchis, quas nonnulli galadas vocant, sint læues, ostreis, pinnis, buccinisq; scabra. Ipsimet verò mytuli inter se differunt magnitudine, vt antea diximus: etenim in maioribus cancellos scribit idem auctor inueniri, cum minorum testæ eos non caperēt. cluiles enim omnes sunt, vt & bivaluis generis omnia, quæ parte altera ligata, altera soluta constaret, vt concludi possint, & aperiri, concludendo autem se tumentur, vt Aristoteles loquitur. Plinius etiam alias differentias posuit, quibus scilicet à musculis distinguantur. Hæ sunt magnitudo, rotunditas, gustus; salem enim virusque respere mytulos ait: ea verò esse magnitudine, qua esse legitur nonnunquam in communi textu, nullo pacto ad veritatem accedere videtur. Legitur enim ibi Mytulos ternas heminas capere quidam asserunt, cui rei fidem tamen adhibens Simon Maiolus in eo libro, quem Dies Caniculares inscripsit, loquens de mugitu Aquatilium, & præsertim conchyliorum, prædictam Plinij auctoritatem adducit. Quædam, inquit, conchyliorum reperiuntur in Nilo, quæ mugitum emittunt, non sine admiratione, vt testatur Strabo lib. 17. nam is mugitus non adeo exiguus est, qualem edere possunt conchylia, quæ quotidie prospectamus; nam quædam sunt eorum genera ingentia valde. Mytulus enim piscis concharum genera inuentus est capax fuisse neminarum quatuor (terium hominarum legitur in nostro codice) vt tradit Plinius, vade conijcere licet conchas, quæ mugitum in Nilo emittunt, eiusmodi esse, ac maioris amplitudinis. Hæc ille. Cæterum alij eo loco pro Mytulos legunt Vitulos, quod ceu ineptum improbat Dalechampius in scholijs. Rondeletius capite de Phoca reponendum censuit Lepores marinos, quod neq; multum probatur ipsi Dalechampsio. Ego etiam Mytulos legerem, sed voce ea non speciem hanc testacei, de quo agimus, significari putem, sed genericè accipi quo qualibet concha magna. Nam & *μύσσε* Dioscorides pro ipsa testa accipit, vt suprâ à principio diximus. Quod modò ad species Mytulorum, attinet, ego inuenio multas, licet vnus tantum iconem posuerit Rondeletius, qui non alijs verbis describit, quàm Plinij, nimirum quòd magnitudine, ac rotunditate differât à Musculis. Andreas Matthiolus quinq; depinxit sine vlla descriptione. Quibus & alios nos addimus. Primo loco Mytulum mediocrem subigi ū pronè, & supinè: secundo alium paruum: tertio angustum coloris castanei: quarto Mytulum quatuor alias differentias: quinto, & vltimo loco habetur Mytulus niger cum tuberculo adnato. in altera tabula habentur primo loco Mytuli multi simul coniuncti supra ostreaciū. secundo Mytulorum glabrorum minorum duæ differentie.









Vlysis Aldrouandi

Musculi authoris aliq.






Mituli oblongi.



Mitulus niger cum strijs fl uis in superiori parte.





## G E N E R A T I O.

*In arenosis  
prouenire.  
3. de gene.  
anim. c. 11*



MYTVLOS Plinius, quemadmodum & Pectines spontè naturæ in arenosis prouenire tradit, quod & Philosophus scripsit. Sed non semper ex putredine ortum habet, sicuti Massarius etiam sensisse Aristotelem tradit his verbis. Natura restati generis consistit partim spontè, partim aliqua ab ipsis emessa facultate, quanquam sæpenumerò ea quoq; spontè oriuntur con-

*Sobole pro-  
ueniunt.*

stitutione. Sed generationes Plantarum accepisse hoc loco congruit. oriuntur enim earum aliæ semine, aliæ auulsionè, nonnullæ etiam sobole, ut cepæ. hoc igitur tertio modo Mytuli gignuntur, quippe minores subinde iuxta principium adnascuntur, Buccina, & Purpuræ, & quæ fauare dicuntur, quasi a feminali natura humores quosdam muccosos emittunt. Semen verò nullum esse eorum putandum est, sed modo quo diximus, quamobrem larga eorum copia prouenit, cum primum constiterit aliquid. hæc enim omnia vel spontè ut oriuntur, euenit: itaq; ratione tunc magis cum origo præcesserit, consistunt: aliquid enim excrementi singulis proficisci credendum merito est ab eo principio, cui soboles quæq; adnascitur. Sed cum similem habeant facultatem cibi, excrementumq; cibi, fauantium substantiam similem esse constitutioni primæ consentaneum est, quapropter excremento hoc gigni probabile est. Quæ autem vel sobolem nullam procreant, vel non fauant, eorum omnium ortus spontaneus est. Cum igitur dicat eorum, quæ sobolem nullam procreant, vel non fauant, ortum spontaneum esse, Mytuli, qui ex ipso Aristotele, sobole generantur, & fauificare soliti sunt, non spontè proueniente. Hæc tenus Massarius.

*De histor.  
anim.*

## V S V S I N C I B I S.

*Duri maio-  
res.*



MITULOS Mitulos, maiores nimirum, & minores in cibos venire comperio, maiores duri sint, ut recenset VVottonus, ex Oribasio, concoctioni renitentes, sanguinemq; procreant crassum, & pituitæ multum, & succum deniq; non adeo probum; copiosè tamen alunt, ventrem, & urinam cient.

*Assè sitim  
excitant.*

Hi quoq; si assentur sitim vehementer excitant. si verò elixentur, & acrioribus quibusdam, ut sinapi, nasturtionè condiantur, non adeo virus resipiunt, licet eos scyllam virusque redolere ex Athenæo supra docuimus. pro diuersitate loci etiam ubi nascuntur, diuersam sortiuntur bonitatem; nam deteriores eos esse ad cibum, idem VVottonus subiungit, qui in locis arenosis, aut inter restas figlinas proueniunt, quam qui in algosis gignuntur. Plinius etiam non omni tempore ani eandem bonitatem seruare tradit, Myaces, inquit, gratissimi sunt autumno. & ubi multa dulcis aqua miscetur mari, ob id in Aegypto lautissimi. Procedente hyeme amaritudinem trahunt, coloremque rubrum. Eiusmodi acrimonie causa fauces ab eis vexantur, gula, & arteria exasperatur. hi tussim siccam, & raucedinem efficiunt, vocemq; obtundunt. Hæc ille, non vni speciei, ut sentit VVottonus, sed Myacum, id est Mitulorum generi tribuens, sed VVottoni sententiam Zoographus neutiquam probat, quoniam, inquit, si Plinius Myacum generi toti hæc tribuat, non rectè facit. ex maioribus enim duotaxat hæc mala sentiuntur. Optimum quoq; Mitulos saporem habere, quando oua illa sic vocata continent, quæ auctore Aristotele, nihil ad generationem faciunt, sed indicio sunt melioris nutritionis, quale in sanguineis pingue est. Quamobrem per id tempus gustu præstant, ciboq; laudantur: argumento quòd & pinna, & buccinæ, & purpuræ continent quidem semper ouum illud appellatum, sed alias maius, alias minus. Sunt etiam quæ non semper, sed vere id habeant: mox enim tempore procedente minuitur, demumq; totum aboletur, ut Pectines, Mituli, & Ostrea. Hæc Arist. Martialis etiam inter cibaria huiusmodi exangue, sed parui pretij recenset hoc versu:

*Sumitur inciso Mytilus ore mihi.*

*De gener.  
anim. li. 3.  
cap. 11.*

*In cibo  
quãdo dan-  
tur.*

*Quã quan-  
do habeãt.*

*Lib. 3.*

*Sues ut pin-  
guesiant.*

*Lib. 3. de  
occult. nat.  
miracul. c.*

*7.*

Ius illorum, sicuti & Concharum, corpus augere testatur Plinius, quod etiam suis præberi, indeq; pinguescere auctor est Leuius Lemnius. Concharum, inquit, hoc genus, quo littora, oræq; maritimæ apud nos scatent, Mitulos vocant Musselen, mirificè sues reficit, si affluentiore liquamine huius decoctum ijs obijciatur.



## VSVS IN MEDICINA.



ISDEM serè facultatibus pollere mitulos, quibus & musculos in presenti capite à nobis recensebitur. Verùm quod illorum carnes ad canis morsum valere velit Dioscorides, id non probat Galenus. Τῶν δὲ μυαίων, inquit, ἀρμόττει ἴλασις ὑπὸ κανὸς δακτύλου γεγονόσιν ἐγὼ δὲ ἴδαμιαν ὑρίσχω δυνάμειν ἧς δέεται τὰ τοιαῦτα τῶν ἔλκων, ὡς περ ὑπὸ τῷ λυπτιώτας κινῶς δακτύλου γεγονόσιν. Id est. Porro mitulorum carnem tra-

*Ad canis rabidi morsus non valere.*

dunt vlceribus à mordente cane inflictis competere. ego verò nullam insignem facultatem inuenio, quam requirant id genus vlcera, tanquam ea, quæ à rabido cane mordente, sint inflicta. Ad vulnera verò valent. Nam & Marianus Sanctus in compendio suæ Chirurgiæ habet hæc verba: Ex Conchis marinis foris nigris, intus splendidis (Zoographus, qui hunc locum adnotauit, dicit myaces velle intelligere) ad consolidanda vulnera remedium pulchrum est. Multas tribuit vires Plinius mitulorum iuri, quas omnes ex alijs se accepisse docet. Myacū, ait, ius traditur aluum, & vesicas exinanire, interanea distringere, omnia adaperire, renes purgare, sanguinem, adipemque minuere. itaque utilissimi sunt hydropticis, mulierum purgationibus, morbo regio articulari, inflationibus. item prodesse felli, pituitæque pulmonis, iocineris, splenis vitijs, rheumatismis. fauces tantum vexant, vocèq; obtundunt, quod superius nos diximus. Vlcera, quæ serpant, aut sint purganda, sanant. item carcinomata: cinis eorum potus emendat caligines, gingiuarum, & dentium vitia, eruptiones pituitæ, & contra Dorycnium, aut Opocarpathon antidoti vicem obtinent. Hæc omnia ille. Præterea, de horum animalium facultatibus in vsu medico, nonnulla traduntur à Kranide. Hic enim eorum decocto cum smirnijs, pomis, & Apijs cum vino potu Ischiadicis curari, ait, potumque ius mollire ventrem, testas combustas, & in pollinem redactas apostemationes sistere, & cicatrices ferre, (auferre) cum melle verò illitas crassas palpebras attenuare, & leucomata. eadem in summa, inquit, quæ buccina præstant, oportet autem la-

*Ad vulnera glutinanda. L. 32. c. 9. Iuris vires*

*Ad vlcera sordida, & serpentina. Ad gingiuarum, & dentium vitia. Ad ischiadicis.*

*Cap. 158.*

*Et. l. c. 38. Vfus ad oleum excipendum.*

uare cinerem aqua. Cato quoque in descriptione ad aluum deiciendam inter cætera reponit mitulos, mitulos legit Zoographus. Atque hæc de vsu eorum medico. Vtuntur verò etiam eius concha ad excipiendum oleum loco cochlearis, vt annotauit etiam Dioscorides de cicino oleo. ὁ ζην δὲ αὐῶσι τ' ἐν αὐτοῖς ὑγρότητα πᾶσαν ἄρας τὸ λίβητα ἀπὸ τῆς ωρῆς ἀπὸ φαμίαι τοῦ ἐπιπλέον ἔλαιον καὶ ἀποτίθεισθαι. vbi insitum profusus humore reddiderunt, sublato ab igne vase, innotans oleum mituli concha tollitur, & reconditur, & mox de oleo Amigdalino. Βίτα ἀποθλίβων ὡρὸς πλάνα ἐξίπυ, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν δακτύλων οἷς μύακα ἀναδάμβηται, mox tabellis premitur, & quod digitis læsit, mituli cōcha excipitur.

## DE TELLINIS. Cap. LXXII.

## SYNONYMA.



E Tellinis diuersas inuenio opiniones. Etenim Athenæus eandem cum Latinorum mytulo (sic enim pro μύτλον legit Hermolaus) esse opinatur, mytulumque, & Tellinam, de quibus nos capitibus separatis loquimur, inuicem confundit. Nos Aristotelis μύας, & Dioscoridis μύακας, mitulos Plinio dici putamus: nam præterquam quòd Dioscorides diuersa faciat capita, diuersas quoque illorum tribuit facultates. Plinius pectunculis, quæ Dioscorides Tellinis, tribuit, videtur enim pectunculos pro Tellinis accepisse.

*Tellina, & mituli confunduntur*

Marcellus verò Dioscoridis interpretes Tellinas opinatur eas Conchulas esse, quas etiam nūc Tellinas Romani vocant, Aristophanes grammaticus citante Pet. Gyllio Tellinas dicit patellis similes esse, eisdemque pueros pro cornibus vti solitos fuisse: à quibus, inquit ille, longè diuersæ sole clarius videntur esse, Zoographus Rondeletij, & Bellonij sententiæ subscribit, qui Tellinas faciunt, quas & Galli Narbonenses, & Romani etiamnum sic vocant. Tellinarum alicubi meminit Martialis, vbi quoque interpretes perperam mitulos interpretantur. Dicuntur Tellinæ à crescendi celeritate. ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς γίνονται τέλειαι, ocysimè enim perficiuntur, quod Aristoteles præterea pectunculis, ac purpuris etiam commune esse ait, anno enim magnitudinem totam impleat, τελλίνας, μυτίλοι, & ξερύδρια à Vuotto-

*Tellina que.*

*Erymon.*



no ponuntur pro synonymis. nos verò *τελλίνη*, & *ξιφύδριον* tantum: sic enim & hodie Græci vocant, Romani vetus, vel Græcum *mauis*, vel Latinum nomen retinent, Telline dicentes. Veneri piscatores vocant Capparazzole, siue capparole, Hermolao teste à capparitis similitudine. Nos Bononienses vocamus Calcinelle, Arabicè dicuntur Sedef, & Talsam, Hispanicè Brignigois, Gallicè Fliou. has non agnouisse Luteriam refert Bellonius: rarò etiam à Massiliensibus visas. apud Lesbi incolis Chinades vocantur. nomen autem Germanicum Tellinis præter Conchularum commune Zoographus ait se non inuenisse.

*Calcinelle.*  
*Chinades.*

## GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPITIO.



**T**ELLINARVM duo genera sunt Athenæo, marine nempè, & fluuiatiles, vel quæ in flumium ostijs reperiuntur. *τελλίνας, γίνονται μὲν ἐν κατώτερη πολλὰ, τὴν ὑπὸ μὲν τῆς Νείλου ἀνάβασιν ὀλιγοὺς, ὧν λεπτοί τε, ἔτι δὲ καὶ τροφίμοι, αἱ δὲ ποτάμιαι γλυκύτεραι.* id est, Tellinæ in Canopico ostio multæ sunt, & in Nili ascensu, (sub Nili inundationem vertit Zoographus, sed idem

*Lib. 3.*  
*Marina, & fluuiatiles.*

*Tellina regie.*  
*Fluuiatiles quales.*  
*Basilica, siue regie quales.*  
*Basilica marina Athenæo.*

diuersis verbis mihi dicere videntur,) quarum quæ tenuiores sunt regie vocatæ, aluum eient, ventriculo graues non sunt, præterea bene nutriunt. fluuiatiles autem dulciores sunt. Hæc ille. Tellinæ autem fluuiatiles, auctore Orbasio maiores sunt, & plus succi habent, quales ait Aegyptias esse. Basilicas, id est, Regias Athenæo dictas, Rondeletius suspicatur maiores, & fluuiatiles, sicuti Basilicas nuces dicimus pro iuglandibus, & vulgo chartum regalem, siue Basilicam, quæ maxima est, cognominant. Athenæus verò, cuius græca verba recitat Rondeletius, pro prima Tellinarum specie, Basilicas facit marinas *λεπτότερας*, id est tenuiores, vel simpliciter minores (Hermolao vertit tenuiores, exilioresque) aitque esse minus dulces, magis ad alui solutionem falsedine nimirum sua, idoneas. Quanquam autem fluuiatiles, vel propter magnitudinem, vel quia in cibo dulciores sunt, regiarum cognomen potius mereri videantur: minores tamen sic appellari etiam sentit Zoographus, (quæ opinio nobis quoque maximè probatur) subdens Basilicas, & marinas esse salubriores (præsertim quæ in arenosis fluctibus obnoxijis litoribus degunt, vterè solent) quam fluuiatiles: quæ improprie sic dicuntur, cum non tam in ipsis fluijs, quam eorum ostijs, vbi plurimum coarctatur, reperiatur. Quod autem salubriores sint, vel inde etiam liquet, quòd aluum subducant, quod in sanitatis tuendæ ratione valde salubre est, id verò fluuiatiles non item facere compertum est. Hæc quidem cum dulciores sint, nutrire quidem amplius, sed citius saturare, & fastidium sui inducere possunt. Bellonius quoque de minoribus loquens, Basilicas nominari vult, nulla verò addita icone, sic describit. leuis est Tellinarum testa, candida, nequaquam striata, crenulis tenuissimis denticulata, in longitudine diffusa, & angusta, mediocriter fortis, & quodammodo teres. sic ille. Rondeletius expressis etiam iconibus, duas differentias se in Agathensi sinu reperisse scribit, minorem, & maiorem, rufi coloris. Priorem sic describit. Duplici testa constat, siue concha, vtraque simili, læui, valida, & satis spissa, in ambitu serrata, qua de causa ad vnguem coniunctæ sūt. intus leuiter cavæ sunt, caro alba, in qua *μηκων* cernitur. Alterum Tellinarum genus, inquit, in litore Agathensi ad ostium Eraris fluminis inueni superiori simile, nisi quòd testa sit maiore, tenuiore, minusque spissa, & ex rubro flauescens, parte, qua testæ colligantur, in acutiorem angulum desinente. Addit, præterea tertiam Tellinarum speciem, quæ cum figurâ superioribus sit similis, meritiò tertij earum generis eam esse putat, & inter tellinas connumerat, his tantum differre dicit, quòd colore sit candido, testæ perspicua, & pellucida, ex additamentis multis costata, intus læuissima. Tenuis admodum, & ambitu magis

*Bellonij descriptio.*

*Dua species, earumque descriptiones ex Rondeletio.*

Tellina 1. Rondel.

Tellina 2. Rondel.



Tellinarum species Zoographi.



re, rufi coloris. Priorem sic describit. Duplici testa constat, siue concha, vtraque simili, læui, valida, & satis spissa, in ambitu serrata, qua de causa ad vnguem coniunctæ sūt. intus leuiter cavæ sunt, caro alba, in qua *μηκων* cernitur. Alterum Tellinarum genus, inquit, in litore Agathensi ad ostium Eraris fluminis inueni superiori simile, nisi quòd testa sit maiore, tenuiore, minusque spissa, & ex rubro flauescens, parte, qua testæ colligantur, in acutiorem angulum desinente. Addit, præterea tertiam Tellinarum speciem, quæ cum figurâ superioribus sit similis, meritiò tertij earum generis eam esse putat, & inter tellinas connumerat, his tantum differre dicit, quòd colore sit candido, testæ perspicua, & pellucida, ex additamentis multis costata, intus læuissima. Tenuis admodum, & ambitu magis



Amagis rotundo. Huic Tellinae non abfimiles sunt binæ istæ à me appositæ, licet minores. Ponuntur præterea à Zoographo Conchularum quarundam icones, quas Venetijs se accepisse refert, Tellinarumque nomine mereri, & magis quidem illam, quæ A. litteræ subijcitur: quamvis eam aliqui pro Conchæ Peloridis specie accipiant. alteram, sub littera B. Venetos Peuerazzâ à pipere cognominasse prædicat. Nos aliquot ponimus tabulas, in quarum prima habes duas Tellinas foris candidas, læves, modicè flavescentes, in ambitu non ferratas, parum cavas, intus autem magis ad flauum tendentes. secundo loco sunt quinque aliæ magnitudine inter se differentes, in altera tabula primo loco est Tellina cum duobus dentalibus: testa albicat, eiusq; superficies, & ambitus flavescit, lævis, neque ferrata. secundo est Tellina, cum dentalibus, quam Basilicam, seu regiam appellarem, à priore non multum differt, nisi quod rotundior appareat. Ex Tellinarum genere etiam videntur esse quatuor postrema tabula expresse. Prior earum partim candidat, partim flavescit, diaphana, & fragilis admodum. Altera subcastaneo, & albo colore est. Tertia, & quarta similes, cinereæ, lineis purpureis transversalibus. Quas verò ex Zoographo me dare iam dixi, habebis in calice operis.

Peuerazza  
Austrovis  
Tellinae.

Tellina tertia.



Tellinae congeneres.




Tellinae alia colore, & magnitudine diuersæ.





Tellinæ cum dentalibus.



Tellinis congerentes.



V S V S I N C I B I S .



VANTOPERE commendentur Tellinæ in cibis, & quàm palato gratæ sint, satis testatur earum sapor, qui cum cæteris suis generis de saporis principatu contendit. Tellinæ, inquit Orbasius, aluum subducunt, fluuiatiles maiores sunt, & plus succi habent, quales Aegyptiæ sunt. elixatæ dulces sunt, earumque ius aluum soluit, clausæ verò sale sparguntur, & per testas humorem trahunt. Frigida lauantur aqua, & ex oleo, &

aceto, vel menta, vlruta comeduntur. qui aluum soluere voluerint, eas solubili apparatus cum oleribus condient: quæ florem ætatis agunt, si comedantur vè e, sunt optimæ. Idem de ijs recenset Xenocrates, aluum subducere, locisque arenosis provenire, & portubus vndis agitatis, & quas ex Orbasio diximus, dotes, illis inesse. Addit Bellonius esse earum carnem molliorem, quàm reliquarum conchularum, harum quæ paulò plus extra aquã manserunt, testas pandere inquit ( forte, testæ se pandere, Zoographus ) hiantesque arenulas excipere sole: e, de quibus Romani merito conqueruntur. Quamobrem multò meliores sunt in vrbus, quæ in mari ablauntur, vt Venetijs, & Ianuæ. Romæ rustici in saccis per Vrbeni Tellinas circumferunt, quas modiolis diuendunt. Cùm enim exiguo corpore constent, nec facillè aperiantur, gustuique gratæ sint, mirum immodum ob id expeti, bellariorumque loco assumi solent, cuius etiam meminuit Iouius his verbis. Paruæ illæ Conchulæ à veteribus Latinis mytuli, à Romanis, aut hodie Græco nomine Tellinæ nuncupatæ (quã sententiam capite de mitulis ex Matthiolo improbauimus.) bellariorum locum obtinent. sunt enim gratæ gustui: verùm arenulis scatent, & propterea calculosis officiant. Hæc ille. Veneti Ichthyopolæ aqua marina demersas in lagunculis solent adseruare, viuunt enim in arena, ob id nisi priusquam coquantur, diutius in aqua agitentur, vt arenulæ excidant, vescentibus molestæ sunt, parum etiam sunt coquedæ ex aceto, vel omphacio: cum pipere esæ, appetentiam excitant. meminuit etiam Matthiolus posita illarum icone in commentario ad Dioscoridem capite de Tellinis, vbi inquit, notissimas esse in Italia Tellinas, præsertim

2. Collect. Aluum soluent.

De Aquasil. Caro mollior reliquis Conchis.

Bellariorum sunt.

Cur lauentur.

Difficile concoqui.



**A**tim Romæ, ubi plurimæ venales circumferuntur, quod ori sint valde gratae, easque verò ab arena optimè repurgari etiam iubet. Iam verò earum carnem difficile coqui tradit Galior Durantes, ventriculoq; esse noxiam; de fluuiatilibus fortè intelligit: etenim marine, & inter has tenuiores, quas Basilicas (vt iam multoties diximus) vocat Athenæus, stomacho graues non sunt, teste vel eodem auctore. Fluuiatiles autem dulciores dixit, has itaq; ventriculo minus conuenire non ab re putari possit: nam sitim excitare eas, calculosq; gignere idem auctor est: contra illas, si optimè ab arena purgentur, & cepis frixis, vino modico petroselino, & aromatibus condiantur, præstantiores esse, ac salubriores, potissimum senibus, omnibusque pituitosis, hyemis tempore magis conuenire, maximè verò maiores, atq; recentiores cæteris antecellere. Recentiores, inquit Dioscorides, Tellinæ alio vtilis sunt, sed maximè ius earum, salitæ vruntur, tritæ in cinerem, & cum cedria instillatæ auulsos palpebrarum pilos renasci non patiuntur, quod postremum etiam tetigit Galenus ab ipso Dioscoride fortè mutuatus, Tellinas salias (καρχηνας) vltas cinerem relinquere, aiunt, causticum, adeo vt is cum Cedria mixtus, & instillatus, euulsos radicitus palpebrarum pilos renasci prohibeat. Idem aliàs ad pilos inutilis, & pungentes in palpebris, euulsis mox oblini iubet. Earundem tenuissimum puluerem Archigenes apud eundem commendat, sed cineris, quàm pulueris vis maior futura videtur. Cinerem earum casum pilorum in palpebris prohibere tradit Iouius ex Oribasio, non admodum rectè, vt putat Zoograhus; quibus vocat, apud Oribasium inquirant. Eum autem, reperio, Tellinas, (Tellinas per l. duplex legerem,) vel Xiphydria ad aluum subducendam ab eo celebrari, idque ante scribit senex Hippocrates. Mituli, ait peccines, ac Tellinæ magis aluo secedunt, quàm purpure, pinne, patelle, buccina, & ostrea, ipsa quidem sicca iuat, succi autem ipsorum aluum mouent. Idem sensit Aretæus, qui in curatione elephantis in coena apponi iubet marina, quotquot ventrem subducunt, Tellinarum iuscula, ostrea, &c. Idem in iliaco affectu: aut medicatio (inquit) fiat cum iure aliquo aluum subducente, cochleæ valde elixæ, & ipsarum succus, aut Tellinarum. Hæc sunt, quæ spectant ad vsum medicum. Sunt præterea pueris in vfu Tellinæ, vt & lepades, ad tubæ sonum imitandum; referente Athenæo, cuius hæc sunt verba, interprete Rondeletio: Callias Mityleneus libro de Patella Alcæi, apud Alcæum odam esse scribit, cuius initium est Petre, & cani maris filia: ad cuius finem scriptum est. Ex patinis animum recrees, o marina patella. Quo in loco pro Λεωπας, id est patella, Aristophanes legit χελυς, id est testudo, aitque Dicæarchum non rectè legisse Λεωπας, iisque ori ad motis puellulos sonare, & lasciuire, quemadmodum Tellinis solent procaces adolescentuli. Sopater Phlæacographus, in comedia, quæ inscribitur Eubulotheombrotus, scribit. At resiste, è Tellina repente ad meas aures suaui quidam sonus illapsus est.

*In Theop. sanit.*

*Ventriculo noxia fluuiatiles.*

*Li. 2. c. 8.*

*De simpli. medic. 1. 1.*

*38.*

*Lib. 4. de compos. secundum loc.*

*Oribasi loci notatus.*

*Lib. 2. de Dial.*

*Lib. 3.*

## DE BALANIS. Cap. LXXIII.

### Æ Q V I V O C A.

**B**ALANVM Latini vocant, quod Græcis Βάλανος dicitur, animal ex aquatiliu genere, quod ἀποτις πρὸς δρυϊνας Βαλάνους, vt refert Athenæus, nomen sumpsit. Cæterum, Βάλανος significat multa, quæ omnia, quoad fieri poterit, paucis perstringā: omnia scilicet, quæ apud nos glandis vocabulo comprehenduntur; præcipuè tamen ita Dactyli appellantur, vt oliuæ, etsi quæ sint alia, quæ nucleos intus habent. Accipitur apud Theophrastum Βάλανος pro arbore quadam, de qua plura apud eum inuenies. Præterea eam quoque, quæ glandes fert, Balanum appellari volunt. propriè verò quercus fructus est, quem nimirum glandem Latini dicunt, & ad similes arborum fructus transfertur (imò Marcellus tradit fructus omnes longiores hoc nomine contineri: sed etiam Glandis appellatione apud Iurisconsultos omnes ferè fructus, vt quidam tradunt) accipiuntur, vt Βάλανοι δρυϊνας glandes quercinæ, & Βάλανοι sunt Σαρδιαναι Castanæ, (vt Plinius docet,) etiā est celebris Βάλανος μυροψικη, quam Plinius, & Aetius μυροβαλάνον voce composita dicunt. Glans vnguentaria, fructus arboris myricæ similis, magnitudine auellanæ nucis, quæ quod in Aethyopia, Aegypto, Arabia, & Petra oppido iuxta Iudæam nascatur; Αἰθιοπική, Θηβαϊκή, Αραβική, Περσική, Συριακή, Αιγυπτία dicta est, vt recenset Gorræus, ad-

*Nominis ratio.*

*Balanus quæ vocentur.*

*Li. 4. c. 2.*

*Balanus arbor.*

*Glans vnguentaria.*

dens



dens falsò quosdam opinari esse eam, quæ hodie nux muscata nominatur. Est item *βάλανος* E  
 Goræo extremi penis carnosa substantia in glandis similitudinem facta, utrunque penis  
 meatum, quem natura urinæ, & semini communem effecit, complectens, & ambiens, unde  
*βαλανοβόρον*, glandiuorum Diogenes Cinædum quendam appellasse fertur, quo sensu Nar-  
 etialis quoque pastas glande nates dixit. Apud medicos suppositorium Barbaris vocatur,  
 quod in glandis formam efficitur, ad deiciendam alium, Græci Balanum, Latini glan-  
 dem etiam vocant, sed eo significato pro collyrijs abusus esse Columellam, Celsumque  
 Aurelianum medicum, tradunt lexica. Est *βάλανος* etiam *μοχλός* obex, pessulus, licet Ari-  
 stophanis Scholiastes velit esse τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μίχλον σιδήριον, quod & *μάγγανον*  
 vocetur. Est postremò Balanus nomen Urbis in Epiro.

*Cinædus*  
*βαλανοβο*  
*ρος.*  
*Lib. 6. c. 6.*

SYNONYMA.

*Pholades,*  
*an Balani.*



VAS Rondeletius Pholades vocat, Balanos quidam esse iudicant. mihi  
 differre videntur, atque iccirco separatim de ijs agam. Quæ hic pingun-  
 tur testacea Græci nostræ ætatis, adhuc antiquò nomine, Balanos vulgo  
 nominant, Piacus, & Columella etiam Balanos à glandium similitudine.  
 Læues sunt, ut inquit Petrus Gillius, & in cavernis saxorum stabulantur.  
 Veneti nò rectè *Daçylos* vocant. Ab Aristotele inter testacea numerantur,

*Lib. 5. de*  
*his. anim.*  
*c. 15.*  
*Pollicipe-*  
*des.*

*βάλανος*, & glandes conuertit Theodorus Gaza, sed ex eo non possumus, inquit Ronde-  
 letius colligere, quid hodie glandes appellare possimus: earum enim meminit breuiter.  
*παρὰ τὰς σπαραγγὰς δὲ τῶν πετρῶν τῆς θείας, καὶ βάλανος*, Rimis, cavernisque saxorum  
 verticilla generantur, & glandes. Bellonius Pollicipedes vocat, quia vulgo poullsepieds  
 dicuntur, quòd pollicum in pedibus similitudinem habeant: racematim, inquit. Oceani  
 cautibus adhærent, & nomen antiquum nullum habent. Zoographus Meericheln posse  
 nominari putat.

GENVS. DIFFERENTIÆ.  
 FORMA.

*Duo glan-*  
*dium gene*  
*ra.*  
*Pollicipe-*  
*des.*



N Ligustico litore musculorum est genus quoddam, inquit Rondeletius,  
 in saxis latens, nònulli glandes veterum esse putant, sed pholades esse po-  
 tiùs existimauerim, de quibus postea dicemus, si quis tamen nimis perfra-  
 ctè defenderit glandes esse, non refragabor. Liberè dicà quid sentio. duo,  
 mea quidem se nentia, glandium genera sunt, vnum quod in Gallia, &  
 Britannia nostra prussepiez appellant, Pollicipedes nominant quidam, quòd  
 pollicum in pedibus similitudinem habeant, quod nomen, eiusque interpretationem non  
 probo. Id genus glandem esse colligimus, quòd illi  
 cum glandibus magna sit similitudo. Nam ut glandis  
 quercus, vel Ilicis pars prior læuis est, & in acutum  
 tendit posterior aspera, sic hæc, quæ saxo affixa exhi-  
 bemus, posteriore parte, qua saxis hæret, rugosa sunt,  
 & aspera, glandiumque caliculis posteriorem earum  
 partem acutè retinentibus simili. Plura ex vna radice  
 pendet è saxorum rimis. Ex testaceorù genere sunt.  
 pars enim prior longa, rotunda, ex duabus testis com-  
 ponitur, colore, & leuitate vnguium, in medio rimula  
 est, ex qua capillamenta quedam veluti pluma rube-  
 scentes prodeunt. Concha vna veluti ex multis acu-  
 tis vnguibz constat, tora in quinque digitorum lon-  
 gitudinem accrescit, crassitudine sunt pollicis in Hi-  
 spania: in Britannia nostra sunt minores. Pars poste-  
 rior, quæ saxo alligatur, corio duro, asperoq; potius,  
 quàm testa constat, ex nigro flauescit. Hæc omnia il-  
 le. Addens præterea speciem alteram paruum; glan-  
 des

Balanus Rondel.





A des hz, inquiens, si cui non placeant, alias propono, quæ glandibus fructibus similiore sunt. Nascuntur in saxis, & in rimis nauium, quæ diutius immotæ vno in loco manserint; adnascuntur etiam mitulis.

*Mitulis ad nascuntur.*

Balani secundæ species Rondel.



Vidi equidem mitulos vetustos, & mortuos totos istis glandibus operatos, & naues præ vetustate putres, quibus frequentissimæ adnatæ fuerint. Hæ glandes striatæ sunt, toramen habent, è quo veluti frondem emittunt, multæ simul nascuntur. Intus parum carnis continent, parvæ semper manent. Quamobrem has paruas glandes, illas magnas appellare possumus. Nostri prorsus negligunt, ac ne degustant quidam. Sic Rondeletius. Differentiam quoque ratione magnitudinis agnovit Athenæus: etenim esse alias alijs maiores. Αἱ βάλανοι, αἰτ, δὲ εἰ μείζονες εὐέκκριτοι, καὶ εὐσομοί. Glandes, id est, si maiores fuerint, alio facili subducuntur, & placent palato. Eodē authore, βαλανοὶ διαφέρουσι παρὰ τὴν τὸν τύπον, αἱ μὲν γὰρ αἰγύπτια γλυκῆσαι ἀπαλαί, εὐσομοί, θρεπτικαὶ πολύχυλοι, ἄριστα καὶ, εὐκόιλιοι. αἱ δ' ἄλλαι ἀλυκώτεραι. Glandes pro locorum varietate differunt. Aegyptiæ dulces sunt, teneræ, oris gratæ, copiosi nutrimenti, multi succi, vinas cient, aluum solvunt.

*Lib. 3.*

*Differētia à loco.*

Aliæ magis salæ sunt. Eadem locorum differentia alijs etiam competit. Quemadmodum enim Aegyptiæ glandes ad Nili ostia captæ dulciores sunt, copiosiorisq; nutrimenti, & succi; ita ostrea in ostijs Rhodani, Sequanæ, Garūnæ capta, dulciora sunt alijs, quæ procul ab aquis dulcibus capiuntur, ac proinde hæc, quod magis salia sint, magis aluum sollicitant, minus nutriunt. Quas Bellonius pro Balanis representat icones, nos inter Cōchas Rhomboides posuimus. de ijs autem habet hæc verba. Plures ab vno exortu coagmentantur, veluti si quispiam fingat aliquot ocreas simul alligatas de quodam loco editiore pendere, quarū solæ deorsum sitæ sunt. minoris digiti crassitudinem habent: quinque digitos longi sunt, ac magno acervo simul coagmentati, ab eodem exortu, saxo firmiter adhærentes, teretes, nigro corio vestiti: quorum extrema, seu capita eodem modo prominere videntur, quo pes tibiæ alligatus est: in qua quidem extremitate rima inter duo duriora veluti testacea ora apparet, cui branchiæ subsunt. Hæc ille. Duæ à nobis tabulæ Balanorum hic exhibentur, in prima habes Balanos multos modicè tubescētes simul adnatos: in reliquis à supra allatis descriptionibus non differunt. secundo loco sunt alij Balani à D. Antonio Gigate mihi communicari à prioribus haud longè dissimiles, nisi quod in his color rubeus non appareat, præterea striati sunt, foramen habent, ex quo frondem quam vocant, non, vt priores, emittunt, in altera tabula primo loco ostreaceum exprimitur, quod



*Ostrea ubi meliora.*

*Icones Bellonij considerata.*


*Tabula ab authore edita considerantur.*

Balani rubei.

Balani alij à D. Ant. Gigante communicati.







2



3



4



polyceps appellari merito potest, quoniã velut ex multis Balanis compactum est, figurãq; habet Balani, (quare inter Balanos mihi videtur adnumerandum.) læue, ubescens, cæteriq; prædictis simile. sequuntur postea alij simul coniuncti cuidam conchylio extrinsecus colore rubescente. Tertius polyceps ab hisce non differt. Quarto, & postremo loco habetur Balanus, seu polyceps sessilis in parte inferna, vbi insidet, maximum habet foramen.





## V S V S I N C I B I S .



NON tantum esui esse balanos, verum etiam gratos esse palato, nobis Epicharmus scriptum reliquit, qui in nuptijs Hebrae tanquam in lautissimis epulis nominat *κογχύλια, ληπάδας, τιθωάκι & βύλανες*; & Macrobius in conuiuio, quo Lentulus flamen Martialis inauguratus est, Balanos nigros, & albos inter alia testata recenset. In Hispaniae parte ea, auctore Rondeletio, quae Oceano alluitur, & in Normania, & Britannia frequentissimi

sunt, perque vicinas vrbes, pagosque diuenduntur. Mulieres, & deliciores homines alia fastidientes cibaria, hoc edulij genere delectantur, & qui Veneri dediti sunt. Elixantur in aqua, ius quod intus est, fugitur, cum priore parte contorta, & disrupta, caro extrahitur, & ex aceto editur. Bellonius quoque Armoricos litorales, refert, magnam horum copiam in pagos, & vrbes vicinas conuehere, illosque vili pretio diuendere. esse autem optimi saporis, ac mirum in modum fastidia stomachi subleuant, vt etiam mulierum malacis accommodentur. Elixii ex aqua salsa, pulpam habent duriusculam, quam auferunt sinistra tenentes radicem, ad quam alligantur, dextra vero caput arripientes: quod posteaquam contorserint, pulpam a theca extrahunt, vt ambiens corpus relinquatur vacuum calami modo. Pulpa autem, quae inde egressa est, lumbrici modo oblonga, rubra, teres, aceto piperato maceratur, ac manditur. Balanos praeterea, scribit Archigenes apud Galenum, stomachicis conuenire, idemque iam ostendimus ex Bellonio.

*Vbi frequē  
sissime veni  
dantur.*

*Vt coquantur.*

*Vt elixentur.*

*De compos.  
med. lib. 8.*

## DE PHOLADE. Cap. LXXIX.

## Æ Q V I V O C A .



PHOLAS dicitur, quod antris, & latibulis conditur, vel quod in cauernis, & lustris delitescit, vnde Suidæ ex Babrio afferenti *φωλάς* est *σπηλαιον κρυπτόν*, spelunca abscondita, antrum, occultum, latibulum, & huiusmodi. deducitur autem à *φωλάζο*, vel *φωλέω* verbo, & *φωλέω*, quod significat specu lateo, vt primitiuum *φωλεός*, siue *φολεός*, id est specus, latibulum, lustrum. *φωλείν*, & *φωλέειν* dicuntur, auctore Eustathio, aues, reptilia, vrsæ, aliaque animantes, cum in terra, saxis, alijsuè latibulis conditæ ad aliquod tempus latitant, frigoris, aut æstus vitandi gratia: vnde etiam vrsæ Græcis *φωλάδεις* cognominantur. Suidæ rursus *φωλάς* est *είδος νόσου*. De Pholade vero conchylio, eiusque synonymia nihil ferè inuenio cum apud Græcos, cum apud Latinos. Rondeletius in quibusdam Italiae littoribus, dici testatur Balanos, sed differunt, quamobrem de Pholade separatim tractauimus.

*Pholas qd.*

*Vrsæ cur  
pholades  
dicuntur.*

GENVS. DIFFERENTIÆ.  
F O R M A .

VALE sit ex Testatis, quod *φωλάς* Græci vocant, solus Rondeletius, a dhibita etiã icone, studiosis communicauit. Ita in saxis latet, inquit, vt saxo vndique contegatur, per foramen duntaxat exiguum, & sensui vix patens aqua nutritur. Testis constat duabus, longis, non in latum extensis mytutorum modo, sed rotundis. Intus eadem ferè est caro, quae in mitulis. In saxis adeo duris nascitur, vt non nisi ferreo malleo diffracto saxo

*Testa.  
Caro.*

*Saxis vt in  
nascantur.*

*Rondeletij  
opinio.*

distrabatur. Sunt qui putent in saxis aquae salae vi excauatis prouenire, alij in luto in saxorum cauernulis acruato. Ego crediderim in saxorum cauernulis, vel vi, vel natura factis, aquae marinae appulsu procreari, atque in concham verti, quae cavitatis, siue foraminis figuram seruat. Vidi huiusmodi conchas in portu Venetis. Missum est ad me alio ex littore saxum, cuius partem hic expressi, in quo nullae rimae, nullae cauernae, sed foramina tantum appare-




Balanos nō esse.  
Muleū nu-  
riunt.

Nominis  
ratio.


Virus olei.

apparebant tam exigua, ut vix aciem admitterent. Eo igitur ictibus multis con fractio cau- E  
tates internæ multæ erant, vario situ, & diuersæ magnitudinis, in quibus Conchas istas re-  
peri, quas cum saxo depictas exhibeo. Quare figuram diutius contemplatus, antiquorum  
Balanos non esse iudico, sed φολάδες, de quibus hæc Athæneus lib. 3. Αἱ δὲ φολάδες πο-  
λυτροφώτεραι, βρωμώδεις δὲ. Pholades multum alunt, sed virus olent. Et: Αἱ δὲ φολάδες  
ἰσσομοί, βρωμώδεις δὲ καὶ κακόχυλοι. Pholades palato suaves sunt, sed virus resipiunt,  
& mali sunt succi. Primum huic sententiæ meæ aptissimè quadrat nominis ratio: Nam ut  
φολάδες dicuntur feræ, quæ in lustris degunt, ἀπό τῆ φολέου, quod latere significat, ita  
nihil in marinis rebus reperias, quod penitus in saxo lateat, sicuti conchæ, quas proponi-  
mus, deinde notæ Athenæi his propriæ sunt; nam virus olent, & mali succi sunt. Harum  
nullus, quod sciam meminit præter Athenæum. Hæc omnia ille. Nostra Pholadum icon  
ab illa Rondeletij nihil, vel parum differt. In saxis enim latent, earum testæ (duabus au-  
tem constant) coloris sunt rubri ad album tendentes, longæ, & rotundæ: in reliquis similes  
illis, quas posuit Rondeletius. Nos quoque supra de eiusmodi testaceorum ore multa  
diximus ex Goropio, quæ hic non reperimus. Cùm Rondeletij figura convenit, ut dixi, quæ  
hic à me adijcitur: & nescio num etiam isthæc altera quinq; digitos longa, cinerea. F


Pholades Rondeletij.



Pholades authoris in saxis hospitantes.



Pholas concha alia.





DE SOLENE. Cap. LXXV.

Æ Q V I V O C A.



ANALEM, siue fistulam, ut in aque ductu σωλῶν vocauit Plutarchus in libro, qui περὶ φιλοπλουτίας inscribitur; ὡς περ οἴκερα μοῖ σολῶν οὐδὲν ἀναλαμβάνοντες εἰς ἑαυτοὺς ἀλλ' ἕκαστος, εἰς ἕτερον εἰς ἑαυτὸν μετρίως. Σωλῶν etiam, siue Σωλῶ μηχανικός Chirurgorum, instrumentorum est rotundum, oblongum, cauum, in quod crus, aut femur fractum conijcitur, & continetur: simile quidem glossocomo, sed figura differens, teste

Galeno comm. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, quo loci Hippocrates de eius vsu multa differit. Ab Anatomicis præterea σωλῶ ad canalis fistilis similitudinem dicitur medium foramen, quo

omnes cervicis vertebrae peruiæ sunt, & spinæ medulla à cerebro descendit, id quod alio quoque nomine ἱερά σπινυξ appellatur, ut scribit Gorraeus.

Sacra fistula.

S Y N O N Y M A.

σωλῶν, à Græcis vocatur istiusmodi testacea, ut diximus, item αὐλοί, δότακες, ὄνυχες, nec non & δάκτυλοι, quorum synonymorum omnium Plinius meminit his verbis. Solen, siue Aulos, siue Donax, siue Onyx, siue Dactylus: dicitur autē Solen à canalis, siue tubis similitudine, αὐλος tubæ modo excavatus, Δοναξ à figura arūdinis crassæ, cōcauæ, apud amnes nascentis, quæ, δόναξ, & Cypria arūdo nominatur referente Dioscoride. ὄνηξ verò, id est unguis ab extremitate, tenuitate, & figura unguibus simili, vel à testæ colore, & substantia unguibus nostris non dissimili. At ὄνηξ etiam apud eundem pro re longè diuersa sumitur. δάκτυλοι, cui dicantur, habemus ex Plinio. Concharum è genere, inquit, sunt Dactyli ab humorum unguum similitudine appellati. Σωλῶν apud Eustathium dicitur ἐκ τῆ σιω καὶ τῆ ὄλος σωλῶ, & per crasin σωλῶ. Epicharmo autem Σωλῶν μακροκόρυχοι vocantur, sic enim legitur apud Athenæum; latine teretes, longi, & viles dici queunt à Sophrone μακρὰ κορυχῶν, id est, longæ conchæ. Latinis paruum mutata Græcorum voce Solenes dicuntur, quos etiam Gaza modò unguis, modò digitos in utroque Plinium secutus vertit, ut scribit Hermolaus. Dotoli nomen à Græco Dactyli detortum Zoographus credit. Genus id Cōcharum, inquit, quod à nostris spoletta vocatur, alij Spondylos, alij Dactylos marinos esse volunt. Zoographus spoletta vocabulum accedere ad Germanicum spülen ait, quod cānam, vel arundinem significat: propriè verò internodium quo filis agglomerandis utitur textores: cuius figuram planè reddit istiusmodi concha. A Veneris hodie Cappæ longæ, ut scribit Gillius dicuntur, qui accolunt, (inquit) Adriaticum sinum Cappas longas nominant. Vocantur, & pesce Canella Bononiensibus, cuius synonymi fortè meminit Albertus, ostrei genus, inquit inuenitur in mari Italico, quod vocatur canna, propter suæ cōchæ similitudinem ad cānam. Ragusinis Parszi, quia Pars eorum lingua digitū sonat. Gallis Couteaux, quod cultri manubrium referat. Normanis mansotz, & manchotz, quod gladij capulum

Solen.  
Donax.  
Lib. I. cap.  
115  
Unguis cap.  
dicatur.  
Lib. I. I.  
Dactyli.  
Li. 9. c. 61.  
Etymologic.  
ois. Solen.

reprelenter. Anglis Piroz, ut vult Bellonius, vel ut Rondeletius Piroz, sed Zoographus ex Ioanne Fauconero Anglo intellexit, Bagfsh potius dici. Vuallis in Anglia Thymby.

GENVS. DIFFERENTIÆ.  
F O R M A.



BELLONII Dactylum, seu Solenem marem, Rondeletius concham alteram longam nominat (& nos supra eam etiam inter conchas exhibuimus) Solenisque speciem esse inficiatur. Fœminæ verò, quia nihil à Solenibus differt, tantum hinc ponemus iconem, sic autem eam Bellonius describit. Fœminæ (à maribus tribuens differentiam) sinuosam ea parte concham habent, & foramen amplum: posteriore autem (qua conchæ cardinibus, seu neruis iuicem

Solenis usque Bellong.



Sexus di-  
stinctio.

Solen foemina Bellonij



fulciuntur) aliquid gerunt & muliebri pudore simile. Hæc ille. Plinius, & Arhenæus alios foeminas nuncupât, non quòd ad procreatione semen fetificum hic emittat, illa recipiat. etenim conchæ, Chamæ, solenes, pectinesq; locis arenosis sponte proveniunt.

Rondeletius, qui utriq; speciem iconibus expressit, Solenem marem hodie nullam nationem à femina distincte scribit. Arhenæus utrumq; iisdem nominibus appellat. Plinius inter nomina discrimen facit: nam mares Solenes, Aulos, Donacas vocat: foeminas Onychas, quam differentiam nò improbat Rondeletius. Est igitur Solen mas, inquit hic ex Concharum longarum genere: duplici constans testa, lævi, tenui, altera tantum parte colligata nigro vinculo, etiam si aliter scribat Aristoteles. Cùm enim *dibipar* alia sint altera parte ligata, altera soluta, ut claudi, & aperiri possint; alia utroque latere connexa, in his postremis Solenas numerat, cum contra semper altera parte solutos videas, neq; in ea aut vinculi, aut articulationis ullius vestigia. Dodrantali sunt longitudine, pollicis crassitudine, harundinis modo cavi, extremi duobus semper apertis: anteriori caput exerit, & retrahit testudinis ritu. secundum testæ longitudinem carnem protensam habet. Testa caruleo est colore, lineas evidentes habet per transversum ductas, qua parte colligatur, crassior est, alijs partibus in tenuem substantiam desinit, sicuti mytili. Aqua, & arena vivit. Sic ille, subdens Solenum marem à se verè fuisse representatum. Athenæus enim, inquit, maris testam carulei esse coloris scripsit: at eius verba illos aperte refellunt, qui Conchæ alterius longæ speciem pro Solene mare depinxerunt. (Taxat Bellonium, qui Concham aliam pro Solene mare dedit, nullo pacto inter Solenes numerandam) ea enim tota candida est. De femina verò hæc habet verba: Onychas appellat Plinius Solenes foeminas, quæ colore, sapore, magnitudine à maribus differunt, in alijs omnibus similes. Testa lineis caruleis distincta non est, ob id Plinio unicolors dicuntur. Caro dulcior est, maribus minores esse solent. Solenes utriusque in arena defixi vivunt, ferreo instrumento ex ea eximuntur. Hæc de ijs Rondeletius. Foeminas in arena stare Bellonius quoq; tradit; sed cùm omnia silent, sursum, e profundissimo foamine emergere, & in id (tanquam strepitum audientes) protinus sese abdere, vnde postea, nisi palæ ferrea intransversum supposita, ac profundissime impacta auelli possint, id quod Plinius, & ante eum Aristoteles intellexit, Solenes fugere scribens admoto ferramento; subtrahunt (inquit) sese inferius, & subsidunt ad ima. Nos maris tantum iconem ponimus, qui à Ron-

Solen mas  
quid.  
Lib. 4. idem  
lib. 7. c. 4.  
Contra A-  
ristotelem.  
Logiando.

Testa.

Contra Bel-  
lonium.

Solen fo-  
emina.

Testa.



Caro.

In arena  
vivunt.

Instrumentum  
admoto  
fugere.

Solen mas Rondel. nu. 1.

Solen foemina Rondel. nu. 2.




delecti



Solen mas aulhoris.



Cappa longa vulgò Venetijs dicta.



deletij Solene mare aliquantulum differt: est enim lineis miniaceis per transversum variegatus; in altera quoq; conchæ extremitate linea lutea apparet: magnitudine æqualis Rō. deletij Solenis. Habes postremò iconem Cappæ longæ, vt vulgò Venetijs vocant, quo nomine Venetijs olim Zoographus pingendam curavit.

## V S V S I N C I B I S .



**C**ARIBVS Plinio teste, facultas inest ciendæ vrinæ, fœminę dulciores sunt, Athenæus eosdem calculosis, & difficilè mei cibus vtiles esse tradit; eademque, quæ Plinius, de ijs habet, vt ex eodem auctore vterque transcripisse videatur, inquit enim Athenæus, Solenes à quibusdã vocati, à nonnullis δόρακις, & αὐλοῖ, & ὄνερες succi multum suppeditant, sed mali, & glutinosi. Mares quidem virgati sunt, & carulei coloris, calculosis, & ægrè meientibus peritiles sunt. Fœminę unicolores sunt, & dulciores. Sumuntur frixi, & elixi. meliores sunt in prunis tosti quoad hient, qui hos piscantur solenistæ dicti fuerunt, vt narrat Phanius Erectus in libro, cuius titulus est, Tyrannorum, in quos vindicatũ est cædes, his verbis. Philoxenus Solenistes ex tribuno plebis factus est tyrannus, initio piscatione victitans, & Solenas venari solitus, occasione verò data mercaturam exercens facultates sibi paravit. Rondeletius cum sale, aceto, & oleo ediat, alij oleum improbant ob eius lentorem, & ad glutinosi eorum succi attenuationem acetum, & sal multò magis cõferre aiunt. In prunis tosti deteriores sunt, quia magis exsucca, duriores, & sicciores. Illud diu mihi peperit difficultatem, quod Athenæus, & Plinius tradiderunt, nimitum Solenes vtiles esse in cibo calculosis, & vrinas mouere, cum ipse Athenæus scripserit, mali succi esse, & glutinosi, atque id experientia confirmet; Talis enim succus calculum generare, & vrinam retinere potius, quàm promouere aptior est; quamobrem de iure id accipiendum potius cum Rondeletio existimauerim, quod ob saluginem suam, & acrimoniam præstare illud possit. Ego, inquit Rondeletius, testarum cineribus ad idem malum vti mallet, insigniter enim attenuant, incidunt, & exsiccant, quod si timeatur in exsiccando morsus aliquis, prius sunt lauandi. Sic ille. Solenas fœminas vix edi posse, nisi optimè ab arena repurgatas (multam enim deglutiunt) testatur Bellonius. In ore mandentium eos relucere Plinius scriptum reliquit. His natura, inquit, in tenebris remoto lumine alio fulgore clarere, & quantò magis humorem habeant lucere in ore mandentium, lucere in manibus, atq; in solo, atque veste decidentibus guttis, vt procul dubio pateat succi illam naturam esse, quam miremur etiam in corpore. Hucusque Plinius. Huius splendoris causam etiam glutinoso Solenis succo adscribit Rondeletius, siquidem quæ tenacia, & veluti glutino compacta sunt, ea læuia, æqualia, atque perpolita esse solent, atque ob id relucuntia, vt pix, asphaltum, albumen oui, quæ profectò sententia non videtur improbanda. Solenas in cibi vsum venire certum est; plerumque verò eos pauperes comedunt: diuitibus tamen etiam

*Solenistæ qui, Tosti super prunas deteriores. Dubitatio ex Athen. contra l'linium. Solutio. Testarum cinis. Solenes fœminæ, vt e-dende. In tenebris lucent. Splendoris ratio.*



*Viduarum  
cupedia.  
Lib. 3. de  
alim. facul.  
In crassius  
redant.*

grati, quia dulces, viduarum cupedias eos vocat Sophron. Galenus dura carne esse dicit, & ob id difficulter concoqui. Proprium hoc Solenibus, atque purpuris est, vt refert Nice-  
sius, quod, cum in iuscule coquantur, id crassius reddant. Vsum in medicina Solenes habe-  
re haud comperio. in suffitu tamen contra languorem morbi pestilētis, inter alia Vegetius  
vnguem marinum admiscet, sed hoc de conchylij, purpureuē operculo potius, quam de  
hac concha putem intelligendum, atque hæc de Solenibus.

DE PINNIS. Cap. LXXVI.

Æ Q V I V O C A.

*Pinna auium  
& piscium.*

**S**VNT præter hocce ostracum, de quo modò dicemus, pinnae etiam auium, siue  
pennæ à plumis magnitudine tantum differentes. Suntque piscium quoque pinnae,  
quarum adminiculis veluti remis in natando vtuntur. Postremò pinna quoduis acu-  
tum denotat, vnde & murorum summitates pinnae dicuntur.

S Y N O N Y M A.

*Etymon.  
Ortiogra-  
phia.*



**P**ATINI, seruata Græcorum voce, quibus πίννη, & πίννα dicitur, Pinnam  
nuncupant. πίννη autè à sordibus forte dicta, quibus semper obducta est:  
siquidem πίνος significat sordes, vt πινάπος sordidum. Isidorus apud Athe-  
næum in recto πίννα, & in accusandi casu πίνναν dixit. ab utroque fit ge-  
nitius per u. non πίννας, vt apud Suidam legitur in πίννοτήρης, adnotante  
Zoographo. Oppiano, & in lex. cis græcis Helychij, & aliorum πίννα im-  
proprie piscis dicitur, cum potius sit, vt in iisdem scribitur, ὄστρεαδες κογχύλιον. alicubi  
malè per v simplex scribitur πίννα. cum est eis à Græc no nominantur πίνναι. Hermolaus  
Concham Aegyptiam cognomine paralos à Democrito Pinnam vocari scribit. Adna-  
scentur Pinnis quædam fila instar villi, vnde Genuenses Pinnam lanam appellant, eodem  
fortè modo, vt sentit Zoographus, veluti arbor Agnus Castus a quibusdam recentioribus  
latina voce subiecta præcedentem græcam interpretantur. Siculi etiam lanam pinnulam  
vocant. Pernam Neapolitani. Veneti Asturam nomine multis alijs conchis communi.  
Massilienses Naere. Apud Germanos cum non habeat nomen, Zoographus ein Steckmu-  
schel appellari possi ait, quod altera eius pars acutior fundo infixæ sit.

*Coccha Ae-  
gyptia pa-  
ralos di-  
ctæ.  
Pinnalana  
Genuensium.*

GENVS. DIFFERENTIÆ.  
F O R M A.

*Tres Pinne  
Rondeletio  
differentes.  
Testæ.  
Color.*




**P**INNÆ ex duabus testis componuntur, & à mytulorum figura non ad-  
modum differunt. Cancri etiam, vt in mytulis gurgicum, in his hospitan-  
tur, Rondeletio teste, qui tantam Romæ se vidisse scribit, vt ad cubiri ma-  
gnitudinem accederet. Isteque tres Pinnarum differentias agnouit magni-  
tudine differentes, quarum minimum Pernam appellauit. Sic autem de-  
scribit. Mytulis quodammodo similis est, nisi quòd strictiorem partem mul-  
tò magis acutam, & longam habet, quoniam in arena, vel in cæno affixa viuit. Testa foris  
aspera est, colore fusco, intus viridi, & argentei splendoris, si in arena vixerit Pinna, si in cæ-  
no, colore est magis fauescēte, & minus splendēte. Ab inferiore, & strictiore parte in amplā  
latitudinē extenditur, illic arctissimè clauduntur testæ. hic facile diducuntur. Intus multū est  
carnis, cuius omnes ferè partes indiscretæ sunt, veluti in mytulis. Hæc ille. Ponit præterea  
alterius Pinnæ iconē, quā quòd Plinij Pernæ descriptioni maximè conueniat, Pernā ei vo-  
cari a sserit. Natūra, inquit, in Concha u varietate lusit, vt ex vnius generis formis pluribus,  
veluti

*Perna Plinij.*



## Pinna magna Rondel.



veluti Tellinis, ostreis, myacibus liquet, de quibus prius diximus. Sic Pinnarum vnicum genus non est. Pinna enim altera est, quam hic proponimus, ut ex figura perspicuum est. Perna à Plinio vocatur. Perna, inquit, Concharum generis, circa Pontias insulas frequentissime stant velut suillo crure longo in arena defixæ, hiantesque qua limpitudo est, pedali non minus spatio. Cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Intus pro spondylo grandis caro est. Quæ omnia ei, quam expressam hic proponimus, maximè competunt, præsertim figura suilli cruris, vnde nomen habet: dicuntur enim Perna tam priores, quam posteriores coxæ porcinae salitæ. sic ille, addens. eius generis hanc esse Pinnam, in qua vniones nasci ex Theophrasto tradit Athenæus. Eius verba græca ita recolimus. Θεοφραστος μὲν ἐν τῷ περὶ λίθων γράφει ἕτως. τῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων ἐστὶ καὶ ὁ μαργαρίτης καλύμμος, διαφανὴς μὲν τῆ φύσει. ποιεῖσι δ' ἐξ αὐτῆ τὰς πολυτελεῖς ὀρμῆς. γίνεται δ' ἐν ὄσσειω τῷ παραπλησίω ταῖς αἰνίταις, πλὴν ἐλάττοι. μέγεθος δὲ ἡλίκων ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης. id est Theophrastus libro de gemmis scribit ad hunc modum. Inter gemmas preciosas margaritæ sunt, naturâ pellucidæ, ex quibus fiunt sumptuosissima monilia. Eas generat ostreum Pinnis simile, sed minùs, tam magnas, quam est magnus piscis oculus. Huiusmodi autem pinnam parvam in Gallico mari reperiri, & in ea paruos vniones, refert Rondeletius. Intus, ait, caro superior i similis, nisi quòd trachelo caret, id est media illa parte dura, & neruosa. Tota igitur intus mollior est, & ad coquendum facilior. Hoc illud est, quod intelligit Plinius, cum dicit: Intus pro spondylo grandis caro est. Spondylum appellans callum, seu carnem duriorem, & interiorem ostreorù, quo nomine alibi vsus est, quum loquitur de specie ostreorum, neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo breui, atque non carnosò, nec fibris laciniòsò, ac tota in aluo. Tertia eiusdem Rondeletij minor est figura, victus ratione, & bysso similis priori: ac magnitudine differens, & eò, ut inquit ille, quòd antequàm & acuta, & stricta parte in amplitudinem extendatur, excavata est. In cœnosis, & arenosis viuit defixa, carnem intus duram habet, quæ virus resipit. Bellonius binas pinnarum species, alteram minorem, alteram

Dentes.

Pinna margaritifera  
Theophr.

Locus.


Spondylus.

Bellonij  
pinna ma-  
ior, & mi-  
nor.



Pinna parua Rondeletij

Pinna Bellonij.



F

G

autem maiorem agnouit. Minoris iconem exhibuit, quæ verò ex tribus Rondeletij pinnis sit, ignoratur: videtur enim, ab omnibus differre. Icon quam exhibet, ad pinnam magnam Rondeletij accedit: nisi quòd in summa concha, qua latissima est, paruus quidam circulus est, quem alius paulò maior ambit: & ab eadem parte ad imum lineæ aliquot rectè descendunt. per media verò linearum interstitia, multi exigui circuli, o vocalis qua scribi solet, circumferentia, paulò maiori, deinceps per interualla digeruntur. Testam intus argentea testitudine resplendere ait: minorem foris magis albicare, intus autem ad cœruleum accedere. Cæterùm qui pinnam nunquam viderit, inquit, mytulum pedem longum, & semipedem latum sibi coningat oportet. Pinna enim eodem circino, quo mytulus (quam Moulam vocamus) tornata est: atque eiusdem coloris testam habet. Minor itaque mollibus in gyrum spiculis obtusis hirta est, valuaq; continuo cardine toto latere annexas claudit, ac referat, qua inquam parte planior esse constat, qua autem parte sese in latum expandit, eadem byssum, id est lanæum villum (mytuli modo) continet: quem ternis digitis longior emerit. Est autem veluti capillamentum quoddam coaceruatum prædorum, ac nigrum, quod lapillis affigitur, limumque, ac spurcicias inde ad stomachum attrahit. Nam cū pinna longa sit, & subrecta stet, turbinatiorem partem suffixam habet: latiore autem sursum ex aqua attollit, præcipuamque internæ partis humo propinquiorem ostendit. Nam & maior pinnæ capacitas in sublime attollitur: in qua etiam plerunque tres pinnoter es videas, aliquando duos, vt plurimum vnum. Idem Bellonius pinnam maiorem nominat Pernam, quæ Rondeletio pinna minor est, cui Zoographus assentitur. Maior, inquit Bellonius pinna pelagia est, rugis profundis caret; duriore testa contegitur, bipedalis sæpissimè inuenitur: Pinnophylacem, vt minor alit: vliginoso, ac palustri tractu nascitur, profundiore gurgite immergitur: multum ingrati saporis. Similem ferè pinnam cū Bellonij icone à Corn. Sittardo quondam se accepisse scribit Zoographus, eam ex eodem hic expressimus. Nos pinnarum quatuor species ponimus. primo loco est pinna aculeata dodrantis vnus longitudine

Pinne quid  
femilitudi-  
nis cū my-  
tulo.  
Byssum seu  
lana.



Pinnoter es  
ubi lateat.

Icones an-  
thoris.



Pinna Zoographi.

Pinna aculeata authoris.



gitudine, testa foris rugosa, intus glabra, coloris rubei. Secundo pinnae parvae Rond. similis cum capillamentis in acuta parte, quam Pernam esse perperam putavit Beilinius. Tertio pinnae Pernae fortè genus, cum setis illis, ut vocant, testa foris scabra, ut Aristoteles voluit. Quarto loco exhibetur alia pinna parte interna, & externa depicta testa foris fusca, rubra, & aspera, intus sanguinei, & caerulei coloris, in ima parte acuta, quae sensim in amplitudinem extenditur. Postremo loco datur pinna cum tubere verrucoto intus adnato.




**Vlysis Aldrouandi**  
Pinnæ parvæ Rond. similis.






Pernæ genus.






Vlysis Aldrouandi  
Pinnæ authoris quartæ pars supina.





Pinnæ quartæ pars conuexa.



N A T V R A

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its low contrast and orientation.





## N A T V R A. M O R E S.

*Ut sibi vi-  
dendum qua-  
rant.*



**V**OMODO pinna in cibo sibi comparando semper comitem, ac so-  
cium Cæcellum, vel Squillam fertur habere, & quomodo id refellat Ron-  
delerius, supra proprio loco videre licet. Cùm autem in terram defixæ  
sint, pabulum per eas fetas (quas Aristotelem Byssum vocat) allicere scri-  
bit Bellonius, quod improbat Rondeletius. Sua sede non dimouentur,  
quin pereant: nisi iterum eodem statu, humi defigantur. Nam cum eis na-  
tura hæc insit, ut rectas stare, & per villos a tenuam attrahere necesse sit, iacentes viuere  
non possunt, hinc est, quod ab Aristotele ambigitur animalne sit pinna, an planta, hisce ver-  
bis. Sunt enim maris nonnulla, quæ ambiges animalne sint, an planta. hærent enim, & de-  
tracta plura, & id genus pereunt. Pinnae quoque naturam optimè his versibus Philes expref-  
sit, in cuius testa & vniones, & byssum reperiuntur.



*Genus ostreorum est pinna, quae plicis domum*

*Hianibus recludit, in qua conditur*

*Per aquasq; fusa porrigit carunculam,*

*Qua corpus ambit molle, cassum humile*

*Quo mœna si decepta credula aduolat,*

*Conuictor eius, atque custos pinnoset*

*Illam admonet morsu leui caruncula,*

*Hæc monita pandit amplius sinum, irruens*

*Hoc implicatur mœna non sat prouida.*

*Pinna quod humidum effluit de viscere,*

*Qui fulgur æquet, sit lapillus lucidus,*

*Sed vnionis induit tandem iubar,*

*Vis promouentis si calor appetat.*

*Quin et pilorum pinna germen byssemum*

*Fert, flamine haud araneorum discrepans.*

*Cuius nitor, subtilitasq; cirrulis*

*Addit paellarum venustatis decus,*

*Lenocinandis per quam idoneum prociis.*

*Natura cancrum marcidam deponere*

*Testam, magistra docuit haud incallida.*

*Oestra cuncte, nam penita pruriginis,*

*Mouetur undiq; vietus gratia:*

*Inurgitationeq; aluum in egidus,*

*Disrumpit arctæ tegminis ligamina,*

*Sic in uolucris ergo decidentibus.*

*Nudus laborans quippè morbo obnoxius,*

*Os abstinet gustu cibi diuine.*

*Mox integer recente pelle, vestitur*

*Præsentis arena, qua iacens lecto usus est.*

*Sed glutinato ritè rursus tegmine*

*Præcepit ipsum pabuli quò fert amor.*

## LOCVS.



**N** Acarnania quam vocant, Pinnam oriri, & vniones gignere Plinius restatum reliquit. Democritus appellat pinnam Concham quandam Aegyptiam, quam Paralion cognominant: verum hanc intellexisse Plinium negat Massarius, cum in Acarnania, non in Aegypto reperiri tradat, sed potius pinnam concharum generis, quæ in arenosis, limosisque subrepta semper nascitur, testa scabra, intus pellucida, nec vnquam sine comite.

Africanas pinnas multò maiores, quam circa Europam esse scribit Zoographus ex auditu. In Oceano an sint, nec ne, ambigitur, quandoquidem Bellonius Lutetiæ nunquam haberi tradit: & Rondeletius in locis, in quibus mare fluit, ac refluit, vix reperiri, quod circa Oceanum contingere videretur. Pinna quæ, inquit Bellonius, rarò semipedalem (sesquipedalem fortè, vt notat Zoographus, nam superius sic scribit. Qui pinnam nunquam viderit, mytulum pedem longum, & semipedem latum fingat, &c.) excedit longitudinem, & Nericos habet, quos nonnulli, vt Plinius in perna spondylos: (aliter spondylum in pinnis Rondeletius interpretatur) vocant, quibus vtraque valua soluitur, ac contrahitur. Venetijs non videntur: sed in Propontide ad latera eius sinus, qui Nicomedium fertur, quæ terram pertingunt, frequentia magna existit. In cuius ciuitatis Nicomedie pinnas quoque, seu pernas reperiri refert idem Bellonius in suis obseruationibus defixas, & erectas.

*Concha  
Aegyptia  
Paralios.  
Com. in  
9. Plin.*

*In Oceano  
an sit ambi-  
gitur.*





## HIEROGLYPHICA.

Lib. 28.  
Peculās, &  
lascinus ab  
ineunte a-  
tate.



INNA foetus suos ostentans Hieroglyphicum erat apud Aegyptios il-  
lius (vt Pierius Valerianus author est) qui ab ineunte ætate cœperit in  
petulantia lasciuire, & munera Veneris exercere. Conchulæ enim huius-  
modi in concha genitæ, antequam excludantur, intra se quamprimum coi-  
re dicuntur, vt non immeritò concha ipsa sit Veneri dedicata, atque eam  
ex concha genitam veteres fabulentur. Ego non omnes conchas promi-  
scuè Veneri sacras fuisse comperio, verùm quasdam elegantiores tantùm.

## VSVS IN CIBIS.

Lib. 18. c.  
25.  
Ouum.

Lib. 5. de  
hist. c. 5.

Optima  
quæ.

Meliores  
quæ.

Quot mo-  
dis eduntur.

PINNAS, vt & alia ostreacea in cibi vsum venire, & multum præbere nutrimenti,  
tradidit Athenæus, Αἰ δὲ πίννας, ἔπειτα, πρόφιμοι, δυσπέπτοι, δυσαυάδοτοι.  
Pinne vrinas pellunt, multum alunt, difficilè cōcoquuntur, & distribuuntur. Ouum,  
quod eas continere semper ex Aristotele patet, aliquando maius, aliquando mi-  
nus pro lunari potestate, vt in echinis, ostreisque, non ad generationem confert, sed melio-  
ris tantùm nutritionis indicium est, sicuti in sanguine præditis pingue. Esse meliores hye-  
me elixas, & assis auctor est Rondeletius. Sunt, qui vino, & aceto maceratas mollescere  
aiunt, sed flatus gignere, quod verum esse non potest, cum vinum flatus discutiat; nisi ea  
ratione, qua humidiora fiunt, flatus gignere dicantur. VVottonus ex Oribasio (ni fallor)  
multa de pinnarum dotibus, & quæ in cibis eligi debeant, recolit. Pinnæ (inquit) optimæ  
sunt tenellæ, plenæ, carnosæ, quæ in limosis, herbosisque (τεταγώδεις) vadis gignuntur:  
& vbi mari dulcis aqua miscetur, & locis tranquillis, ac ventis carentibus: teneriores enim  
hic nascuntur, quàm vbi fluctibus agitantur. Grandioribus paruæ: & quæ vère, & ætate ca-  
piuntur, alijs præstant. Sunt enim & suauiores, & pleniores. Quæ magnitudine media  
sunt, carnem quidem habent mollem, candidam, ac dulcem: collum (τραχιλιον) autem durū,  
concoctu difficile, corruptionique renitens. collo nanque corpus reliquum facilius cor-  
rumpitur: elixis assæ duriores evadunt, præsertim si vino fuerint aspersæ. Earum autem ca-  
ro, quæ in vino, & aceto maceratae sunt, mollior est, sed flatus generat. Hactenus ille. Mul-  
tis modis pinnas edi posse vult Bellonius. Sunt, ait, qui testas modico pipere, & butyro ad-  
dito suppositis prunis incoquant, quem ego modum meliorem esse puto; eæ nanque quæ  
ex iure incoquantur, gustui non ita placent. Quod spectat ad vsum medicum Strombos,  
pinnas, & echinum contra Doricnij venenum præstare habemus ex Nicandro. Earum  
quoque testæ eandem cum mytilorum testis habent facultatem.

## DE BYSSO Cap. LXXVII.

## SYNONYMA.

Buz.  
Schesch.



Cresse.

Zoographus, interpretantur cresse.



## DIFFERENTIÆ.



**D**VPLICEM esse byssum, terrenum videlicet, ac marinum, apud scriptores inuenio. De terreno sic Plinius. Asbestino (inquit) lino principarus in toto orbe, proximus byssino, mulierum maximè delicijs, circa Elimum in Achaia genito, quaterois denarijs stipula eius permutata quondam, ut auri. Hoc genus fortè intellexit Cardanus byssinum lini speciem esse scribens, tenuissimam, validam, & splendidam, vel fortè quòd in arbore nasci

*Byssus terrenus, & marinus. Lib. 9 c. 1. Byssus quid Cardano.*

scribit Philostratus. Homines, inquit, qui secundum Indum flumen habitant lineis amittuntur vestibus: etenim linum in agris plurimū nascitur, calceamenta gestant ex papyro, nobiliores bysso induuntur. Byssum verò ex arbore nasci ferunt, quæ bali quidem populo sit per similes, folijs verò salicis. Plinius quoque nō solūm vocauit, quod ex herba contusa netur, sed etiam quod ex fructibus, & arboribus carpitur. Superior (inquit) pars Aegypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossipium vocant, plures xylon. & ideo lina inde facta xylina. Paruus est, similemque barbatae nucis defect fructū, cuius in exterioribus re bombyce lanugo netur. Sic ille. Lini genus esse byssum tradidit Iulius Pollux. Porro byssina quoque, & byssus, inquit, lini quædam species apud Indos. Hunc apud Aegyptios ex arbore quædam lana fit, ex qua vestem confectam lino maximè similem esse quispiam dixerit, sola densitate excepta: densior enim arbore fructus enascitur, nuci similis, duplici munitus cortice, qua dirempta, postquam instar nucis floruerit, interius hoc quod lanam refert, eximitur, vnde subtegmen conficitur, stamen autem illi subtendunt lineum. Byssum non alia Græciæ parte nasci prodidit Pausanias, quam in Elide tanta tenuitate, ut ne Iudaico quidem bysso cedat, etiam si colore minus refert, quàm Iudaicus, qui colorem, & splendorem auri referebat. Erat igitur lini, non lanæ species, ut ex Plinio, & Pausaniæ claret in Græcia, & Iudæa nascentis. Byssus verò marinus mollissima, & delicatissima lana est, & à iam dicti similitudine nomen habet. de hoc Rondeletius. Byssus, inquit, marinus ex pinna delicatissimus, & mollissimus sericæ lanæ comparandus colore fusco, à similitudine byssi Græci, vel Iudaici sic nominatus; prius enim cognita sunt diuitiæ terræ, quàm marinæ, quem non dubito pretiosarum vestium textui additum terreno. Mytoli quoque byssum gignunt, si modò seras illi byssi nomine mereri dicamus; sed tam differt à pinna: um bysso quàm stappa cannabina à tenuissimo, & delicatissimo serico. Eius magnitudo pinnae tum magnitudini respondet: in maximis enim pedem vnum longus est, in alijs breuior. Hucusque ille.

*Lib. 9. c. 1. Gossipium, seu xylon.*

*Byssus arboreus.*

*Lini, nō lanæ species byssus.*

*Byssus marinus qualis.*

*Mytoli byssum gignunt & ut à bysso pinna differat.*

## C O L O R



**I**N sacris literis, inquit Zoographus, byssi colorem aliqui pro candido accipiunt: quod is fortè natiuus sit eius color, antequam tingatur. sed authores non ita vsurpant. Cardanus colorem lini esse dicebat, & parum à glauco differre. Scaliger sub speciebus flauis reposuit. Aureo, inquit, proximum statuunt byssinū à bysso lini genere. nūc quoque ex sericis filis crudis quiddam simile texūt, quod saltē de Iudaico bysso verum est, hunc enim auri

*Lib. de oracul. defectu.*

colorem, & splendorem referre Pausanias narrant. Helychius purpureū interpretatur. Varinus Coccinū, vel pro bysso vsurpatū fortè ex Plutarcho, apud quem legitur. Ἄλλα γὰρ ἄλλοις οἰκεῖν, καὶ προσφῶρι: καθὰ τερτὴς μὲν προσφῶρας, ὁ κύμιος: τῆς δὲ κόκκινος τὸ οἶτρον δοκεῖ τὴν βαρῶν ἀγῆν (Zoographus maule ἀύξην) μεμιγμένον βύσσης δὲ γλακῆς πρόκιν κατὰ μίσηται, ὡς Ἐμπεδοκλῆς εἶρηκε. Quod si itaq; crocus admiscebatur, ve is simile est croceam, vel omnino, vel aliqua ex parte eam tincturam fuisse, quamuis necessarium non est: potuit enim exiguum aliquid croci glauci (splendidum interpretor) admisceri ad excitandum splendorem, vel alium quempiam colorem induendum. mixturæ enim ratio aliquid plerunq; & ab his, vnde miscetur diuersum producit. Hoc saltem certum est, byssum (ut & alia pretiosa lini genera, & sericum) purpura tingi solere, cuius perquam splendidū fuisse colorem legimus, quamuis tamen poterat alijs coloribus tingi. Cocco (inquit Plinius) tinctum, Tyrio tingere, ut fieret bisbyssinum. quo loco Massarius, antiqua, inquit, lectio, ut fieret byssinum (in nostro codice habetur hyssinum) scilicet cocco, & Tyrio. Hermolans verò maule legere bisbyssinum, ut duplex sit, vnum naturale, & suæ pulliginis ex bysso lino, aut lana illa pinna, quæ byssus etiam vocata est; alterum tincturæ artificio factum, ut docet Plinius hoc loco. etenim Tyrio primū tinctus, mox & cocco tingere

*Lib. 11. c. 41. Plinij locus notatus, & explicatus.*



mos erat: & è contra cocco tinctum tyrio tingere, vt fieret byssinum. Massarius ex pinnae villo, siue lana illa pinnali vestes fieri scribit; Byssum autem esse coloris, inquit lotei, ac pellucidi. Ego byssum propriè dictum candidum, ac splendidum; qui pinnae adhæret splēdidum, ac fuluum ad castaneum vergentem obseruauit.

## O R T V S.

*Aristotelis  
locus con-  
trouersus.  
Lib. 5. de  
hist. c. 13.*

*Rondeletij  
opinio.  
Zoographi  
opinio.*

*Vsus villi  
pinnae.  
Contra Rö-  
deletium.*



**N** ex bysso pinnae, vt videtur Aristoteles tradidisse; an è contrà byssus ex pinna oriatur, iam videamus. Etenim Aristotelis verba multos hucusq; exercuerūt. istæ autem sunt. *Αἰ δὲ πῖναι ὄρθαι φέρονται ἐκ τῆ βύσσε.* Pinnae, id est (Gaza interprete) erectæ locis arenosis, cœnosisque ex bysso, id est villo, seu lana illa pinnali proueniūt. Athenæus hæc verba repetēs *βυβὴ* habet pro *βύσσε*: ita vt pinnae rectè nascātur è vado, vel è profūdo.

Plinius ea præterijt. Rondeletius cum Theodoro Gaza *βύσσον* legit, & ex bysso conuertit, & vocem *βυβὴ* in Athenæo corruptam iudicat. E contra Zoographus, lanæ, inquit, quoddam rudimentum pinnis adnasci video; quod tamen an byssi nomine probè vocetur, dubito. Solus, quòd sciam, Aristoteles eius meminit, idq; semel tantum, hoc scilicet loco, si modò rectè illi sic interpretātur. Sed byssus quum pro lana accipitur, scemini generis est. itaque legi oporteret *ἐκ τῆς βύσσε. ἴσως τὸν βυβόν, βύσσον* (malim *βυσσόν*) λέγουσι. Scholiastes Aristophanis: Athenæi lectioni fauet articulus masculinus *τς*, & parum refert *βυσσὴ*, an *βυβὴ* legas: eadem enim horum significatio vocabulorum est apud Græcos, vt & facilis est à *σσ* in *θ*, vel contrà, transitus librariorum. Ego Zoographo subscripserim; nam Pinnae è vado (cui sua radice adhærent) nasci constat. à vado enim rectà procedunt, sed villus ijs est ad latera; Villum itaq; potius è pinna oriri existimauerim, quàm pinnam è villo. Præterea villus hic pinnae subseruit, & utilis est eam alligando: item superiorem, ac latiore partem aperiendo recludendoque; non alimenti hauriendi causa, vt Rondeletius credit. Neque vt per id capillamentum limus, ac spurcitia attrahantur: nam circa os positus non est, sed vt veluti è medio ventre neruosa substantia alligentur.

## V S V S.



*De nobil.*

*Pileum ro-  
tundum.  
Origen.  
l. 19. c. 19.*

**ESTES**, & cætera ornamenta byssina, quæ meo iudicio ex lini ea specie quam supra meminimus fiebant, veteribus ceu pretiosissima habebantur, & in summo honore, vt multis in locis meminit scriptura sacra, & priuatim de diuite illo in Euangelio: qui induebatur purpura, & bysso. Erat, vt refert Tiraquellus ex Philostrato, moris apud Indos bysso nobiles tantum induere. habebatur enim pro nobilitatis insigni. Nominatim ex bysso conficiebatur quoque vestis quædam, quam vocabant pileum rotundum (teste Isidoro) quasi sphaera media caput tegens sacerdotale, & in occipitio vitta confixum. Græci, & nostri *tiaram*, vel *galeam* vocant. Erat præterea byssina vestis candida confecta, ex quodam genere lini grossioris. Sunt enim (inquit auctor idem) qui genus quoddam lini byssum esse putant.

## MYSTICA MORALIA.



*Corpora  
casta.*

*1. Cor. 6.*

**ABERNACVLVM** (inquit Deus Opt. Max. in sacris Biblijs) ita facies. decē cortinas de bysso retorta, &c. quo in loco Venerabilis Beda, byssus, inquit, quæ de terra longo exercitio siccandi, tundendi, purgandi, coquendi, & nendi gramineum solet perdere, & candidum in se recipere colorem, corpora designat castitatis nitida decore: quem cum carnis quidem illecebris magno continentia labore, quasi natiuum exaudant humorem, atq; ad decorem Deo digni puritatis solerti ieiuniorum, & vigiliarum, orationum, & lectionis, patientia, & humilitatis instantia perueniunt. de quibus rectè possit illud Apostolicum dici, an nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est? Retorquetur autem hæc byssus in cortinas tabernaculi: quoniam non modo lumbos carnis, verum etiam, vt Petrus 1. Petri 1. lumbos mentis nostræ in sobrietate succingamus, vt videlicet, & carnem à lasciuis motibus, & cor ab illecebris

refe-



Arefrenemus cogitatibus, *Byssus quoq; ut purpura indumentum eius.* quæ verba idem venerabilis presbyter sic exposuit. *Byssus*, inquit, in castitate puræ conversationis, purpura in effusione preciosi sanguinis. *Byssus* nanque candidi coloris est. *purpureus* color, & de sanguine animantis, quod purpura vocatur, conficitur. & ipse sanguinis habet speciem. Meminit etiam byssi alibi sacra scriptura.

## DE CONCHA ANATIFERA.

## Cap. LXXVIII



B

**ONCHÆ** Anatiferæ, seu potius Anseriferæ ex arbore dependentis iconem in tertio nostro de aibus volumine exhibuimus, atq; hîc iterû exhibemus. Alij vt Matth. Lobelius in secunda parte iconum stirpium suarum non ex arbore dependentes pingunt, sed trunco simul adhærentes, quos etiam imitari voluimus, ne quid vnquam in nostris desit lucubrationibus, quod è lectorum re esse possit. Habes primo loco Concham Anatiferã tribus partibus constantem cum umbilico annexo: Altera item umbilicum habet adnexum, sed quinque partibus composita est. Tertia aperta est, eiq; umbilicus inseritur. Quartę testa etiam quinq; partibus constat, hiulca est ea parte qua primû plunule prorumpunt. Quinta fœtum intra valuas situm ostendit. Sexto loco exhibetur embrio, seu fœtus imperfectus è valuis exemptus. Septimo, & nouissimo loco datur Bernicla avis adulta, ex eiusmodi conchâ nata. De qua vide nostram ornithologiam: Habes postemò alias conchas Britannicæ conchæ similes. & fortè congeneres.


Conchæ anatiferæ ex arbore dependentes.

Zz 3






Conchæ anatiferæ trunco adhærentes ex Lobelio.



Conchæ aliæ anatiferis similes.









## DE VNIVALBIBVS.

ET PRIMVM

## DE LEPADE SIVE PATELLA.

Cap. LXXIX.

## SYNONYMA.

**B**  **A**  **C**  **D** 

**Ε**πάς dicitur Græcis. Galenus in glossis, vbi ab Hippocrate Lepades nominantur, exponit conchas saxi adhaerentes. Ita quoque facit Varinus. Dùm animal significat, vltimam acuit: nam penultimam acuens, λέπας promōtorium significat, aut montanā asperitatem, vt Ammonius, & Cyrillus obseruarunt. Theodorus Gaza apud Aristotelem vertit Patellam, à vasis escarij similitudine, vt Rondeletius autumat. Zoographus Lepades dictas credit, quòd sint petrarum in mari quasi λεπίδες, id est, squamæ quædam: & petræ cum eis spoliantur, veluti λέπασται ἢ λεπίζεσθαι, videantur, hoc est, desquamari. A Plauto vocatur Lopas, in Parasito medico, vt Nonius citat, nisi locus mendosus sit: Habemus echinos, lopadas, ostreas, balanos captamus, conchas, vrticas marinas. Græcis etiam πωμάτια vocantur, vt Zoographus autumat, ex hoc Tarentini: De nassis, quemadmodum scriptum inueni in dogmatibus ichthyophagorum: In vas quo piscantur patella (Andreas Lucina vertit umbilicos) saxi hærentes (τα ἐν ταῖς πέτραις λεγόμενα πωμάτια) & carunculas earum accipiens conijcitur, & venator. Vulgus verò Græcorum hodie Petaglida appellat: Veneti parum mutato nomine pantalena. Scholiastes Nicandri, vbi hic τήθη τε γεραιόμια μνίσιοι, id est Tethea in bryis (herbis marinis) crescentia, vel capienda: Tethea (inquit) vocat patellas feras, quæ nos ὠπία, Aristoteles autem ὄσρεια: sed ὄσρεια nomen ad omnia testacea pertinet, & Tethea speciem à patellis feris diuersam constituunt. Otia verò nominantur à Plinio capite postremo libri trigemisecondi. Et patellam feram aliqui marinam aurem appellant. Græci otion, & otarion. Apporrhais, de qua inter murices diximus, muricum, non patellarum, vt Bellonius putauit, generis existit. Nubes, inquit author de natura rerum, secundum Aristotelem est piscis in aqua viuens, applicatus ad petram, à qua non discedit, nec separatur, nisi per attractionem inspirationis concitus. Sic ille, qui patellam nê, an aliud animal petris adhaerens hoc nomine intelligat, Zoographus inquirendum proponit. Patella Hispanicè dicitur Almeia, apud Lusitanos Bregigam. Ligures, & Massilienses hac ætate etiam patellas vocarè, ait Gyllius: sed Rondeletius à Massiliensibus, & Mompeliensibus lapedo dici testatur, à Gallis oeil de buoc, hoc est hirci oculum, à Normannis berdin, & berlin. Angli dicunt à Lympyne, vel à Lempet.

Patella. Gaza.

Lopas. Plauti locus suspectus.

Petaglida.

Tethea.

## GENVS. DESCRIPTIO.



**L**EPADEM esse μονόθυρον, hoc est, vnivaluem habemus apud Aristotelem. Vnivalue genus (inquit) quod saxi testa in dorsum data adhaeret, seruari potest, sitque alieno septo quodammodo bivalue, vt quæ patellæ vocantur. Quam obrem, vbi apud Athenæum legitur alicubi ex Aristotele, λεπὰς δίθυρον, καὶ λειοσρακον, lege μονόθυρον. Idem Aristoteles citante Rondeletio lepadum duarum meminit; lepadis simpliciter nominatæ, & λεπάδες ἀγρίας, quam vocant nonnulli θαλάττιον ἄς, id est aurem marinam. Diphilus verò apud Athenæum lepadis distinguit magnitudine, inquiens quasquam esse paruas, quasdam esse ostreis similes: sed & hoc postremum genus de magnis, siue syluestribus intelligendum esse rectè mihi iudicasse Rondeletius videtur. Magna quidem ex parte paruulæ (inquit, Vottonus) gignuntur lepadis, quæ tamen nonnunquam ostrearum magnitudinem æquant; maximè autem in Indico mari, vt & alia omnia inueniuntur. Quod ad formam

Athenæus correctus.

Lepas fera.

Forma.

attinet.




attinet, Aristophanes Grammaticus, lepadēs similes esse dicebat tellinis. Sed tellinæ bivalves sunt. Aristoteles inquit lepadibus, siue patellis alteram partem superficiēi detectā, carnem ostendere. Et alibi: Patellis os versus terram esse, & excrementi exitum superius haberi: papauer suum item esse in imo, hoc est, in suo fundo. Bellonius scribit tantam esse magnitudinem, quanta extrema oui putaminis pars abscissa esse potest. colorem testarū liuere, vel cinereum esse: cornūaq; vt limax, exeret, & os, & caput habere huic per simile. Rōdeletius diligentissimus, & maiorem, & minorem descripsit, & depinxit maiorem saxo hærentem, eandemq; saxo auulsam, & inuersam, siue supinam, eius icon post inter vitreas dabitur. Nos præter magnas, & parvas, mediocres quoque addidimus, quarum quæ in prima tabula proponuntur, cum Rōdeletij icone conueniunt: quæ verò in secunda pictæ sūt, alterius sunt figuræ. Habes deinceps patellam Cypriam maiorem striatam, item aliam non striatam. Maiorem suam sic describit Rōdeletius: Lepas igitur è testaceorum et. ge-


Os.  
Papauer.

Lepas ma-  
ior Rond.

Patellæ authoris diuersæ.









nere: cuius partem alteram testa integit, alteram saxum cui hæret vndiquaq; vt ab externis iniurijs tota sit. Pars anterior est quam saxum operit, posterior quam testa. Anteriorẽ voco eam, in qua os, & cornua sunt oculorũ vice: subest caro dura qua maximè saxo hæret, quæ scuti picti formã refert. Os superiore in loco manifestum est, inferiore ori aduerso, excrementi meatus, nõ in testa, vt in ea, quæ agria dicitur. Os vter sequitur, in eo est *μύκων*, in imo ventre etiam pars, quæ ocũ appellatur. Testa non exquisitè rotũda est, sed inæqualis, intus leui, foris parũ aspera, cui aliquãdo muscus innascitur, gibba, in ambitu luescens, & striata, intus caua: carnosã simbriã habet in corporis ambitu, quã expã sit quũ hæret, soluta contrahit: Ad hoc genus lepadis redigenda est lepas maris rubri, Bellonij, de qua is sic: Rubri maris patella, cautibus vt ceteræ adherescit: sed præter has tabellis (quas in tergo gerit) corneis numero octonis, transversis lorice modo contegitur, atque vndeunq; cartilagine obsepta est, multis spinulis horrida, ijs persimilibus, quæ in stellis marinis videntur: sesquidigitum lata est, ternos verò longa. Difficile à suo scopulo vulgaris patellæ nostræ modo auferitur. Eius caro rubrilimacis colorem, ac naturam habet, esturq; cocta, vt patella vulgaris. Hæc Bellonius. Iam verò Rõdeletius cum res marinas etiam minutissimas diligenti indagacione perlequeretur, lepadem paruam saxo hærentem deprehendit, quam (vt dixi) à saxo auulsam representavi: Testa (inquit) vna integitur: alterius vice est saxum, cui affixa est: Testa media nucleis pinearum nucum figura similis est, & æqualis. Ex multis lamis

*Lepas maris rubri Bellonij.*

*Vt comedatur.*


*Lepas parua Rõd.*





Lepas, siue Patella Bellonij.

*Lepas par  
va Diphili*



*Authoris  
adagiorum  
lapsus.*

laminis paruis constat: carnem intus habet, sed ob paruitatem partis vix discernuntur. Hanc existimat esse lepadam paruum Diphili apud Athenarum, quod semper parua maneat, nec vnquam ad superioris etiam mediocrius magnitudinem accedat. Ex quibus omnibus clarissime liquet error authoris adagiorum, qui in explicatione huius proverbialis sententiae, *lepadis more adhaerescit*, lepas (inquit) concharum genus, quod capillamentis inter se cohaeret, quod tutius sit aduersus undarum motus. Hoc enim falsum esse docet experientia: neque enim lepadis inter se cohaerent, sed tantum saxi sparsim affixae



Affixæ sunt. Adhæc ὡς λέπας προσίχεται, melius speciei nomine conuertas, quàm generis, vt ille facit: Ostrei in morem heret: neque enim ostrea alia eodem modo hærent, quo lepas.

LOCVS NATVRA.

**P**ATELLAS aiunt multis vrbibus ad mare sitis solere in magna quantitate videri, in mediterraneis verò rarò. Lepadusa, λεπαδῦσαι insulæ quædam dictæ sunt teste Athenæo à lepadum circa eas copia. Codex impressus alpha habet in prima: sed aut omicron, aut epsilon legendum, & s duplex. Est enim contractio pro λεπαδῦσαι, Eustathio teste. Rondeletius asserit permultas reperiri in saxis littoris Aquitanici, & Britannici, nimirum maiores; in Massiliensis, atq; Agatensis sinus scopulis minores. Aristoteles author est lepadæ à saxis solui, pastus quæritandi gratia; idq; bis, teruè repetit. Id tamè Rondeletio vero consentaneum esse non videtur: nullis enim (inquit) ad natandum partibus prædita est, nisi temerè huc, & illuc iactata vndis feratur, neque victus illi quærendus: nam maris spuma, & aqua vescitur, qua alluuntur saxa. Quod si aqua allui saxa desinant ea, quæ in testa relicta est absumpta, contabescere, & emori tandem necesse est. Aristoteli fauet Bellonius, qui scribit, patellas quamuis saxis adhærendo viuant, tamen cochlearum more serpere posse, eaque quandoque relicta in pastum ferri, & alio transire. Ego Rondeletio assenserim, putauerimque perpetuo saxis affixas esse, quod non obscurè innuit Theophrastus in quarto de historia plantarum, inquiring, quercus, & abies marinas, radices non habere, sed adhæreere ὡσπερ αἱ λέπαδες, sicuti lepadæ. Itaq; perquâ faceret, ac eleganter facetissimus Comicus Aristophanes dixit in vetulâ, quæ egrè admodum à iuvene diucllebat.

Lepadusa insula.

In saxis inueniri.

An à saxis soluantur.

Cochlearum more serpere.

Ὡς εὐτίνας ὡς Σεῦ βασιλεῦ τοῦ γραιδίου

Ὡσπερ λέπας, τῶ μείρακι προσίχεται.

Quæ sic author adagiorum vertit:

Ὁ Ἰουπίτερ, quàm fortiter concha modo

Ἰβας ancilla adheret adulescentulo.

Vbi nota, quod pro λαπῶν concham reddidit. Si se tangi senserit lepas, ita fortiter tunc saxo sese applicat, vt nunquam auellas. Cultro igitur (inquit Rondeletius) aut aculeato ferro opus est, inter ipsam & saxum immisso. Quum multæ saxis affixæ sunt, capita clauorum saxis infixorum esse diceres. Tradit Bellonius, cum ad oras Oceani Armoricorum vulgus cautes harum admodum feraces in littore videat, pueros indigenarum incuruum ferum dextra tenentes, incautus supponere, vt in canistrum, quod sinistra ferunt, melius deturbent. Nam si lepadem tetigerint, eam ilico saxum tam arctè complecti, vt in se amplius diuelli non possit. Cum autem tantum legerint, quantum ferre possunt, tum ad vicinos pagos, atque vrbes circumferre. Fuit eiusmodi auulsio lepadem etiam antiquis nota, vt licet videre apud Aelianum, qui sic scribit: Patellas non sanè à saxis auellas, ne Milonis quidem digitis, qui punicam malum cum apprehendisset, arctè adeo comprimebat, vt non aduersariorum quisquam posset extorquerè e manu. Eas autem quincunque de saxo, ad quod adhæserint, abstrahere aggreditur, magna quidem voluptate, ex earum compræhensione afficitur, quod manibus nitens, sperat se præda potiturum: veruntamen earum compos fieri nequit: tandem aliquando ferro abrasæ abscinduntur à saxo.

A saxis, vt diucllasar

Li. 6. c. 55. Milonis fortitudo.

V S V S.



**R**VDÆ lepadæ à piscatoribus, & maris accolis teste Rondeletio eduntur. Ius ex eis aluunciet. Coctæ meliores fiunt, & concoctæ faciliores, modo non nimium decoquantur: sic enim duriores, difficiliorisque decoctionis fiunt, vt omnia ostracoderma. Quæ postrema ferè sumpta sunt ex Diplo apud Athenæum, cuius hæc sunt verba Græca: Εἰσι δὲ σκληραὶ καὶ ἐλιγόχυλοι, καὶ ἐκ ἀγαν δριμύνηαι: εὐσομοὶ δὲ καὶ εὐκατέργαστοι. ἐρθαὶ δὲ ποσῶς, εὐσομοί. hoc est duræ sunt, pauci succi, & non admodum acres: sed gratæ ori, & faciles cōcoctæ: elixæ aliquaortulum suaves sunt. VVortouus pro εὐκατέργαστοι, legit ἀκατέργαστοι, mendum esse suspiciens, vertit enim sic: Carnem habet lepas duram, cōcoctū difficilem, pauciq; succi;

Crude eduntur.

elix,



Ad capiendos pisces.

elixæ, condimento redduntur gratiores. Est præterea vsus lepadum ad capiendos pisces, E ut videre licet ex hoc Tarentini. Obsonij Stolatos (Στολάτος) dicti præparatio in mari, cuius vi in vnum locum statim omnes pisces conueniunt: Ex mari patellas (λοπάδια) accipito, earum scilicet, quæ circa saxa nascuntur, quarum quidem contundens carnem, exprimensque ex ea in testa aliqua inscribito, quæ sequuntur: subitoque non sine maxima admiratione videbis pisces in vnum locum fluere confertim: Sunt verò ipsa nontina, Ιαώ, σαβαώθ, quibus sanè ichtyophagi vtuntur.

PROVERBIVM.

Patella modo herere.

Ὅσπερ λεπὰς προσίχεται, Lepadis, vel Patella in morem adhaeret: prouerbialis locutio est apud Aristophanem, pro eo quod est tenaciter, & omni studio alicui rei deditus est, & immoratur assidue.

DE AVRE MARINA, SEV PATELLA FERA RONDELETII.

Cap. LXXXI.

Contra Bellonium.



VRIS marina, quæ & λεπὰς ἀγρία ab Aristotele dicitur, non satis rectè à recentioribus (Bellonium intelligit) patella maior appellatur. Quum enim maior dicitur, magnitudine tantum à minore lepadè iam descripta differre intelligitur: at magnitudine sola non differunt, sed alia multò illustriore nota, scilicet forma. Hoc tantum utrisque commune est, quòd vnica testa consent, carnosà parte saxi affixa. quam ob causam lepadus

Testæ.

nomine Aristoteles donauit. Præterea differt à superiore, excrementi meatu, ut annotauit Aristoteles. τῆ δὲ ἀγρία λεπὰδι, ἢ τινὲς καλεῖσι θαλάττιον ἔς, ὑποκατὰ τῆ ὄσρακε ἢ περίπρωσις ἐξέρχεται. τετρύπηται γὰρ τὸ ὄσρακον. Patellæ feræ, quam autem marinam

Auris marina cur diuina est.

Auris Veneris.

Lib. 4. h. 1. For. c. 4.

Maiores patella Bellonij descriptio, & vsus.



Quidam appellant, parte ima testæ excrementum egeritur, quæ foramen habetur. Testa huius caua est, argenti, vel violionem colore foris gibba, lineis multis depicta: parte vna cochlearum modo clauiculatim contorta, à qua foramina incipiunt, initio parua, quæ deinde magis, ac magis augetur. Hic annotare oportet autem marinam appellari, ob magnam cum aure nostrâ similitudinem, ut pictura perspicue ostendit, quæ tamen diuersa sit ab aure Veneris, quam ὠτάριον, siue ἑρ' Ἀφροδίτης ab Aeolibus vocatam fuisse scripsit Athenæus. Haud bene ratiocinatur author libri de aquatilibus (Bellonium rursus intelligit) patellam quam maiorem vocat, Aporthaidem Aristotelis esse, ex eo quòd more lepadum saxi adherere scripsit. Sic enim & Neritæ, quæ eodem loco, similiter adherere dicuntur, patellæ maiores essent. Hæc omnia Rondeletius. Bellonius verò Zoographi etiam iudicio patellam maiorem vocat, & figuram quoque adiecit, ab ea quam Rondeletius dedit non nihil diuè: sam cum alijs, tum quòd foramina plura quinis Rondeletius ostendit. Maioris patellæ inquit Bellonius, concha aurificum officinas illustres reddit, apud quos maximi fieri solet, quam pellucidam, ac perpolitam in tenues laminas dissecant, ut inde elegantissima vasa incrustent. Vniualuis est, ac quadruplo cæteris maior, magisq; in latitudinem se effundit: quiaque autem habet foramina, per quæ aquam admittit, atque expellit, vnde hanc Aristoteli Aporthaim vocatam fuisse suspicor. (Hoc nò temerè reprehendit Rondeletius) Eam enim more lepadum saxi adherere scribi: Natices (inquit quarto de historia) saxi adhærescunt more patellarum, & aporthaidum. Theodorus muricem interpretatus est. Sic ille. A Rondeletij icone ne hilum quidem differunt aures istæ, quæ in hac tabula exprimuntur num. 1. 2. 8. 9. & quæ pronè, & supinè in secunda tabula exhibentur. Sed quia, & longè minores inueniantur, itaque hæc etiam depingere libuit.






DE CONCHIS VENERE A. Cap. LXXXII

Patellæ feræ, siue Aures marinæ.



Otion, siue auricula alia.





# Vlyssis Aldrouandi DE CONCHA VENEREA.

## Cap. LXXXII.

**V**NIVALVIBVS potius, quàm vel bivaluibus, vel turbinatis adijcere placeat istiusmodi concharum genus, cum quia turbine carent, tum quia vnica licet rotunda velut valua consistit.

### SYNONYMA.

*Concha la-  
uigata.  
Porcellana  
concha cur-  
dicta.*



**P**ASSIM in omni ferè Italia eiuscemodi genus cōchæ venditur, emiturq; à mulierculis ad polienda sua ornamenta linca, vt splendeant, quamobrè Bellonius læuigatorias, vel læuigatas appellauit. Gallis dicitur porcellaine, vnde vulgus etiam porcellanam concham vocat: sed quare hoc nomine veniant, haud satis liquet. Zoographus in omni re obscura indaganda, cum diligentissimus, tum laboriosissimus, id sibi non constare asserit: quan-

*Calculi v-  
serini.*

quam & Græci (inquit) χοιρίνας (de qua voce mox) vocarūt. Conijcit autem nomen hoc eis factum à quadam oris suilli specie, quam parte sui inter labra denticulata dehiscente, vel potius altero extremo testæ, nempe acutiore, & eminentiore rostri suilli instar, quodammodo referunt. ἢ διὰ τὸ μορίω γυναικείῳ πως εἰσπέναι. τῆ τε μετὰ αὐτὸ τῶν χειλῶν σχισμῶ: καὶ τῆ ἰνδοσίρω κοιλότητι, τῆ μητρα, vnde & vterinos calculos, qui in hoc genere candidi, & minores sunt, vulgus nostrum appellat. & quod figura quodammodo vterum referant, superstitiosi homines corpori appensas vteri morbis salutare mentiuuntur. hæc superstitio, vt & in alijs plerisque amuletis, luxuriæ superbicque prætextus est, quæ vt hæc & alia ornamenta, ceu valetudinis gratia, auro, argenteouè inclusa, collo pendentia ostententur, efficit: amatorum veriùs inuitamenta in mulieribus, quæ venalem suam pudicitiam hac hedera produnt, quàm sanitatis tuendæ instrumenta, aut amuleta morborum. Sed redeo ad propositum,

*Porcus  
τὸ γυναι-  
κείον αἰδοῖ-  
ον.*

super etymologia huius vocabuli. Mulieres (inquit Varro) nostræ nutrices maximè naturâ qua fæminæ sunt, appellant porcum, & Græci eadem significatione χæρον, siue (vt Archenaus inquit) delphaca, vt copiosius in philologia de sue ostendimus. Suntu igitur dictæ porcellanæ διὰ τινὰ πρὸς τὸ γυναικείον αἰδοῖον ὁμοίωτητά, donec alius certiora afferat. Bellonius porcellanæ nomen a purpura detortum videtur iuuere. Purpurarum testas (inquit) Itali porcellanas vocant, quo etiam nomine conchylj genus omne intelligunt. Fiunt & globuli, quibus suas preces mulierculæ nuncupare solent, ex testis maiorum purpurarum, aut muricum, Galli patre nostræ de porceleie vocant. Hucusque Zoographus. Cochleâ

*Cochlea  
margariti-  
fera porcel-  
lana dicta.*

margaritifera vulgo dictam ab vnionum colore splendoreque (uam vniones in ea nã reperiuntur, sed in ijs, quæ conchis binis constant) quam nos nauili speciem suprâ constitui- mus, Bellonius etiam porcellanâ vulgò vocari ab artificibus scribit, quòd muricis conchæ (quam similiter porcellanam nominã), formam habeat. Cæterum videamus nūquid nomē apud veteres habeat elegantissimum hocce conchylj genus. Hermolaus Barbarus Plinij

*Concha Ve-  
neræ.*

*Li. 9. c. 25.*

*Li. 9. c. 33.*

librum trigessimum, & secundum emendans, pro Venere cymbia, legi posse censet, Venereæ, Senecam citans: Venereæ (inquit) spondyli, & ostræ. Rondeletius Venereæ conchæ nusquã alibi mentionem factam fuisse nouit, putatque eam esse, quæ apud Gaidiorum Veneream colebatur, vnde concha, vel cochlea Venerea dicta sit, quam describit Plinius ex Motiano, qui muricem (vt post patebit) nominabat, & remoram. Nauigant (inquit Plinius) Neritæ (alias Venereæ) præbentesque concavam sui partem, & auræ oppositas per summa æquorum vellicant. Vbi in annotationibus suis Gelenius: Rectius legitur Venereæ. Sunt enim conchæ non gratæ modò Veneri, sed etiam cognatæ, ob cōmunem è mari originem: celebriusque est eius deæ effigies, atque haud scio, an ex hoc ipso genere, pede premens. deinde mirum, quod non concavam partem auræ præbeat concha, sed diuersam, cum concava sit velificationi aptior. Sequēda igitur & hîc, vetera exemplaria: Nauigant ex his Venereæ, præbentesque concavam sui partem, & auræ oppositas per summa æquorum vellicant. hic Gelenius. Et sanè à pulchritudine, splendoreq; & lauore, quæ dotis Veneri formosiq; corporis præcipuæ sunt, nomen hoc merentur præ cæteris conchis. Indocti quidam superiore sæculo, vt Syluaticus, & alij, vt ineptè scribebant, Veneras, Soneras; ita etiam imperitè interpretabantur pro conchis, quas peregrini à D. Jacobi sepulchro auferunt, hoc est, pectinibus. Martialis κατ' ἰσοχλω concham simpliciter nominare videtur:

*Lib. 14.*

*209.*

*Lauis ab aquorea cortex Marcotica*

*Fiat, inoffensa curre arundo via.*

Hunc



A Hunc enim usum Conchæ Veneræ peculiariter Plinius tribuit. Fortè etiam est Concha Erythræa, cuius fit mentio apud Hedylen poetriam, scribentem de Glauca marino dæmone, venisse eum in antrum Scyllæ, cuius amore captus erat,

Concha Erythraa.

Ἡ κόγχη δώρημα φέροντα ἐρυθραίας ἀπὸ πέτρης

Ἡ τῆς ἀλκυόρων παίδας ἔτ' ἀπτερογυς.

Abundat autem aliquid in hexametro. Verisimilis omnino hæc coniectura est, cum & Belonius istæ conchyliæ in mari Erythræo, seu rubro copiosè piscari attestetur in historia aquatiliū, & in secūdo libro de ijs, quæ in peregrinationibus suis obseruauit, scribat Carolo Clusio interprete, ad mare rubrū vicum esse nomine Tor, ibiq; viginti camelos onustos conspexisse his conchylijs rotundis, quibus claues in Europa appendi solent. At Cairi incolas ijs vti ad lauigandam, & expoliendam papyrum, atq; telas coloribus permixto gummi infectas, Belliculi marini quoq; à medicis, & pharmacopolis dicti, eadem videtur conchula. Sic enim de eis scribit Aggregator ex libro Circa instans, id est Platearij de simplicib. med. Belliculi marini species sunt conchyliorum alborum oblongorum, magnitudine castaneæ parue, quæ dicuntur porcellanæ, & adferunt è regionibus transmarinis.

Belliculo marini.

B Ego apud Platearium in littera B. cap. 1. nihil huiusmodi, sed hæc tantum verba reperio. Belliculi marini frigida, & sicca nature sunt. excessus eorum ab authoribus non exprimitur. Sunt autem quasi umbilici, & circa littora maris inueniuntur. Vnguentis ad faciem clarificandam miscentur, vt vnguento citrino. Est autem vsus eorum ad faciem talis. Paluis ex eis tenuissimus subigitur cum adipe gallinaceo liquato ad modum vnguenti. Seruari diutissimè possunt, tanquam lapides. Syluaticus belliculos, siue bellericos marinos, Arabicè scribit dici astor, umbilici humani speciem referre, esse autem lapides paruos, qui inueniuntur in littoribus maris coherentes, sicut dentales. Nicolao Myrepso in vnguento citrino, vel è citrijs dicto, ad varia faciei vitia abstergenda inter alia nominatur μετέρικος θαλάσσιος. Quidam Umbilicos marinos vertit. Barbari medici (inquit) belliculos nominant. Sunt autem lapilli ex eorum traditione exigui, & candidi, in littore maris reperti, umbilicum hominis referentes, abstergendi facultate præditi. Ceterum in opere de compositione medicamentorum belliculos, siue Umbilicos marinos interpretatur fabas marina vulgò dictas; in qua sententia ante ipsum fuit Cordus; qui porcellanâ hanc nostrâ Dentaliū vocat: Dentalium (inquit) est conchula marina parua, dentatam rimam habens, Et ante Arrol

Umbilici marini. Astor.

Dentaliū qd Cordo.

C dus Villanouanus, umbilici marini (inquit) vel porcellanæ ponuntur, cum medicamentis quæ abstergunt, & dealbant faciem. Atq; hæc de bellerici voce satis sint. Ab Ennio vocantur alibi matriculi citante Apuleio, inter res marinas, de quibus, nisi conchæ sint hæc nostre Veneræ, non habeo quid dicam. χοίρινας quoque Græcorum non aliæ, quam porcellanæ videntur: quoniam & nomen conuenit, & res, hoc est communis concharum natura, & forma: calculos enim, siue lapillos, tum duritie, tum figura porcellanæ minores referunt: quam obrem calculorum loco ad suffragia eis utebantur, quod calculos elegantiores reperirent nullos. Mirum est autem, cum Aristophanes, & alij Græci earum meminerint, Aristotelem diligentissimum harum rerum scrutatorem silentio præterisse. Ad quod responderi potest, inquit Zoographus, ex rubro mari, vel Oceano illas in Græciam olim, vt hodie in nostras regiones aduehi solitas, ideoque naturam earum Aristoteli perspectam non fuisse, etiam si nomen vulgò agnosceretur. Aristophanis versus sunt

Matriculi.

Aristoteles cur hanc Concham præterierit In Equitibus.

Ὅδ' ἐκεῖνος ὄραν τετυγοφόρος, ἀρχαίω χήματι λάμπρος,

Ὅυ χοίρινων (fortè & hoc excipiendum fuerit è nominibus secundæ declinationis genitiui pluralis vltimam non circumflexentibus) ὄζων, ἀλλὰ σπυδων, σμύρην κατάληπτος. Vbi

D Scholiastes; Choerina, (χοίρινας) Conchæ (inquit) quædam marinæ sunt, quibus utebantur Athenis, ante calculorum usum inductum. Idem Suidas reperit, & in super: χοίρινας τῶν ἡπείρου χοίρε, ἕτα κίτῳ διὰ τῶν σαπίδων μετὰ χοίρινης περιελθεῖν: qui versus in Vespis Aristophanis legitur, & hi paulò antè:

Ἡ δὴ τα λίθον με πόισον, ἐφ' ἧ

Τὰς χοίρινας ἀριθμῆσι.

In eadem fabula χοιροθλιξ vocatur ὁ φιλοδικασῆς, qui Choerinas conchulas ad ferenda suffragia sæpè manibus premat. alij interpretantur eum, qui hς, χοῖροι (τὸ γίνα κείον μόριον) contrectet. Hesychius χοίρινας, calculos marinos (ἤθερ; θαλάσσιος) interpretatur, cum non calculi, sed conchulæ sint, quæ calculorum vicem in suffragijs olim obtinebant: quod Pollux etiam testatur: Πάλαι γὰρ χοίρινας ἀντὶ ψέφων ἐχράντο, ἀπερ ἦσαν κόγχαι θαλάσσιαι. χοίρινας Athenæo sunt placentæ ἀθλα τίθενται ταῖς πανηγύρεσι τῶν διαφορῶν πνευματι. Ab eodem in decimoquarto nominantur χοίρινας (pro paroxytonum) placentæ, qua-



*Coruina.**Alhuda.*

rum Iatrocles in libro de placentis meminerit. Porro porcellanam minimam aliqui hodie, referente Zoographo, coruinam, aut coruiolam vocant, tanquam è coruo pisce desumptam: cum in coruo pisce lapillus longè alius reperitur. Sed coruinæ vocabulum ab illis, qui pro lapillo è coruo pisce accipiunt, propriè accipi videtur: ab illis verò, qui pro porcellana, à Græcorum Choerina detortum. Alhuda est genus conchyliorum, ut exponit Andreas Bellunensis, quæ appellatur porcelletæ. Sic exponitur tertio canone Avicennæ, capite de cura apostematum radice auris; & tertio canone, capite de cura ascitæ. Item canone 3. Fen. 2 1. tract. 3. cap. 24. de curatione fluxus sanguinis, & mensium, legitur alhuda: ubi Cremonensis non rectè interpretatur conchulas, quæ adferuntur à S. Iacobo.

## GENVS. F O R M A. DESCRIPTIO.

*Zi. 9. c. 25.  
Murex Plé  
nū.*




VTIANVS (in Plinius) muricem (sic enim illi vocari, ex Rondeletio supra diximus) esse latiore auct purpura, neq; aspero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice cōcha, utroq; latere se colligente: quibus in hærentibus plenam ventis stetisse nauem, portantem nuncios à Periandro, ut castrarentur nobiles pueri: conchasq; quæ id præstiterunt, apud Gnidiorem Venerem coli. Quam descriptionem nulli

meliùs quadrare contenderim (inquit Rondeletius) quàm ei conchæ, quam porcellaine vocamus, nonnulli læuigatoriam. Conuenit ea descriptio conchis Veneris omnibus, & magnis, & paruis, & mediocribus. Testam præterea omnibus duram esse admodum vel inde agnoscas, quòd nunquam eam arrosam comperias, quemadmodum in alijs testaceis: quæ à tineis, vel alijs eiusdem generis bestiolis marinis corrosa, vel perforata sæpè videas. Tota intus candida est, foris varietate colorum insignis, in diuersis cāchis. Bellonius quoque nobis eam descripsit his verbis: Læuigatoria concha oualem habet formam: eiusque est politissima testa atque æquabilis, nullis punctis (quod fallum est, quædam enim multa habent præsertim maiores, de quibus hîc scribit Bellonius; ab æ quidem nullis, ut minores) distincta, ac stellata, ore oblongo, parte prona patulo, in ambitu denticulato: in cuius lateribus breues canales videas, per quos linguam exerit. Idem Bellonius harum concharum tres, aut quatuor differentias sese comperisse tradit, alias enim ingenti dorso tumere; alias verò oblongiore, ac veluti tereti forma protendi. Alias rursus pusillas, alias magis capaces, minusque stellatas, aut maculosas reperiri. Totidem Zoographus, & Rondeletius genera, licet diuersa depingunt, describuntque: ego plura obseruaui, & hîc etiam addidi. Rondeletij concha prior oui figura est, purpura maior & latior: sunt enim (inquit) quæ in magnam amplitudinem accrescant. testa læui, in cuius extremo utroque foramen est, alterum cibi capessendi gratia non asperum, non rotundum, sed parum prominens, non tamen in angulos procurrans: alterum ad excrementa reijcienda: concha simplice atque vna, utrimq; se colligente. quod ut intelligas, inquit Rondeletius, concipias animo concham simplicem per planū extensam: deinde utramque in partem reduci, & complicari, ad rotundam, siue ouatā concham efformandam, duobus extremis, quæ prius in plano opposita iacebant, nunc inter se iunctis, & coherentibus, dempta rima, quæ denticulis asperiuscula est: qua parte compressa est, & faxis adhæret in mari rubro, & Oceano. Hac eadem parte nauibus, vel earum clauo affigi putō, atq; earum cursum remorari, esseque Remoram Mutiani; cuiusmodi plures cum in hæssissent, ut iam ex Plinio dictum est, plena ventis stetit nauis, portans nuncios à Periandro, ut castrarentur nobiles pueri, ob eamque causam Conchæ eæ apud Gnidiorem Venerem colebantur. Hucusque Rondeletius. Quæ sequitur icon Zoographi est, similis Rondeletij, in hoc genere, ut

*Testa.**Color.*

*Concha  
prior Ron-  
deletij.*

Concha Venera 1. Rond.



*Remora  
Mutiani.*


*Porcellana  
ruffa Zoo-  
graphi ma-  
ior.*

usque Rondeletius. Quæ sequitur icon Zoographi est, similis Rondeletij, in hoc genere, ut putat, maxima, & in corollario ruffam eam vocat, & sic describit. Porcellana ruffa dici potest concha ex genere illarum, quæ propriè porcellana nominantur, maxima, testa simplici utrinque se colligente, ita ut latus vnum in parte plana, ubi labrum denticulatum constituit,



A

Concha Venerea Zoographi.




B

Concha Venerea minor ruffa Zoographi.



C

Concha Venerea 2. Rond.



D

Concha Venerea 3. Rond.



stituit, terminetur: alterum verò, cui dentes, aut strigae longiores, ac minus prominentes introrsum conuertitur, & in sese conuoluitur, vt in coehleis. Superior pars gibba hæmisphærij figura, sed maior est, specie ouali; longiuscula enim est, & terminatur in partem alteram acutiorem, alteram obtusiotem. Magnitudo est ferè, quæ anserini oui. Nusquam inniti potest, nisi parte plana, quæ candida est, vt intus quoque gibba, quæ hæmisphærium constituit, ruffa, maculis nigris distincta, sed paucioribus, minusque scitè quàm stellata. Læuitate ita resplendet, vt imagines reddat, sed obscure. Idem Zoographus aliam ruffam minorem, appellat; parua est in hoc genere, quadruplo minor, aut amplius, quàm stellata (de qua mox) oblongiuscula. Ventre (sic partem sinistram appellat) ruffo: qui in reliquis omnibus, quas vidit, candidus est. In labris etiam denticulatis strigae ruffae sunt, strigae candidae. Striâ nominat, vt in columnis striatis Vitruuius, partem eminulam: strigem verò cauam. Dorsum in summo varium est, albis, pallidis, & glaucis maculis. Vtrinque per latera glaucum; in imo ruffum. Pars interna candidat. Magnitudinem eius, & formam icon

adiuncta aliqua ex parte ex eo representauimus. Quarta icon Rondelertij est altera species Conchæ Venereæ, de qua sic breuiter ille scribit: Concham hanc raram non possumus non vocare Venereæ speciem, ob magnam & figuræ, & naturæ affinitatem. Est enim oui figura, concha simplice vtrinque sese colligente. Vtrinque foramen vnum habet, inter hæc rimam. Ad vlcera, & ad alia exiccanda non minus probanda, quàm superior. Varia quoque est, sed ita maculas inasperas non habet, sed pro his lineolas, testa est tenuiore, & minore, magisque perspicua. Tertiam speciem idem Rondelertius a se depictam non minus Venereis conchis subijci posse putat, quàm præcedentem, ob testam eodem modo vtrinque se colligentem, &

rimam inter foramina duo. Parte qua plana est, compressa est magis, quàm supradictæ, altera magis rotunda. Maculis rotundis notata est, durior, & spissior secunda, colore candido. Quarta species, quam denique ex eo hic depinximus, semper parua, inquit, manet, superiorum modo rimam habet, & nulli rectius, quàm concharum Venerearum generi subijci potest. Parte altera plana est, altera in tumorem elata, in qua circulus est aurei coloris, alioqui tota foris candida est, intus carulea. Testa est valde dura, eadem vi exiccandi, qua superiores. Quæ deinde pingitur, elegans genus est Venereæ Conchæ, cui anserini magnitudinem excedens, tota ex ruffo candida, maculis per totum dorsum, siue superiorem partem resperfa alijs oblongis, alijs rotundis, ferè ferrugineis. Pars prona tota candidat, ac nitet admodum. Dentes, siue strigae proportionè totius Conchæ, breues, at profundæ. Macularum planè vndiquaque experta est, quam priori loco tabula alia ostendit, magnitudine oui gallinacei, sed paulo oblongior, toto dorso verò ita

ouo similis, vt primo intuitu aliquem fallere possit. Prona parte color castaneas ita refert, vt earum corticibus obducta videatur. Dentes habet admodum exiguos, quorum radices lutescunt. Intus testa candida est. Secunda in hoc ordine, cum eam aliquando depingerem lutescebat, & maculis orna-



porcellana ruffa minor Zoographi.

Alteraspecies Rond.

Figura.

Color.

Testa.

Tertiaspecies eiusdem.

Quarta species eiusdem.

Genera ab antioribus obseruata.

Pars prona.

Dentes.


Tabula prima.

Secunda.



## Concha Venerea authoris prima.

Tertia.



Quarta.

Quinta.

Secunda tabula.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Ultima.

Buzios.






batur subpurpureis: sed cum in humidiori loco eam seruassent famulae, superiorē corticis cuticulam exuebat, & longè pallidior euaserat. Eius magnitudinem icon ostendit. Tertia eiusdem ferè cū prima in hoc ordine magnitudinis, eodem etiam modo resplendet, ac micat, sed densior huic est testa, neq; ut in illa, diaphana; colorq; in hac contrario se habet modo: nam toto dorso castaneus est, prona parte candidus. Maculae per dorsum aterrimae, omnes rotundae, at inaequales. Quarta ex eo genere est, quam primum separatim hic damus, tota candicans ex ruffo, maculisq; respersa subpurpureis, aut amethystinis, quin etiā subcaeruleis. Vtraque praeterea per dorsum lineam habet rectā percurrentem, luteam, qua aliae ferè omnes carent. Quinta, ac postrema in hac eadem serie coloris est cinerei, nonnullis ornata maculis, siue asteribus nigris. Adieciamus his cochlear ex quodam elegantissimo genere Venereae Conchae confectum. Testa non ut in precedentibus omnibus intus cārida est, sed ferè violacea, extra per dorsū, castanea, sed modò albicantibus, modò flavescentibus maculis, rotundis, amplisque insignis. Zoographus stellatam per excellentiam vocat. Oui, inquit, gallinacei est magnitudine penè. Ex albo liuescit, hoc est ad caeruleum colorem vergit parte conuexa, praesertim in summo: ad latera candidior: parte sima, candidissima. Intus quoque subcaerulea videtur testa, translucida ferè, transparent enim stellae, siue maculae partis gibbae, quae multo plures in ea sunt, & situ, splendoreque superioris (ruffae maioris) elegantiam vincunt, singulae in medio sui atrae, ambitu ruffae, pleraeque rotundae, lenticularum ferè magnitudine, quaedam dimidia, nullo ordine. Iam verò prior in secūda tabula, in qua nonnullas minores, & minimas damus, tota cārida est, per dorsum tamen nonnihil ad cinereum vergit. Altera splendidissima, dorso est quasi amethystino, uti etiam ab altero pronae partis latere, ubi striae potius quam dentes sunt, ab altero latere candicat. Tertia ruffa est, & est ex eo genere, cuius & iconem, & descriptionē supra ex Zoographo dedimus sub lemmate, ruffae minoris. Quarta dorsum habet admodū elatum, coloris cinerei, multis, ac infinitis maculis, punctisvè ferrugineis refertum. Pars prona est candidissima. Ad latera quoq; candicat, & maculas habet ferrugineas, maiores verò quam in tergore. Quinto, & sexto loco imprudēter pictor adiecit cochleae cylindroidis genus elegantissimum, coloris subcinerei, maculis refertum, quae ad caeruleum vergunt, & alijs strijs oblongis eiusdem coloris: ambiuntq; eam fasciae duae flavae. Septimo numero exprimitur conchula Venerea splendidissima, prona parte ferruginea, qui quoq; color est in lateribus, sed diluitor. Dorsum ad cinereum inclinat. Octava flavescit, & maculas obtinet ferrugineas minores in tergore, maiores à lateribus, pronè cādicat. Nono loco alia cochleae cylindroidis minima, ac elegantissima species tota candida strijs, siue lineis ambientibus rubicundis. Numero decimo prona, & supina parte expressa ex ijs est, quam ex Rondeletio quarto loco dipinximus, tota cinerea per tergus, infra candida. Ex iisdem, quae vltimum ter depingitur, sed longe & splendidior, & candidior. Haec eadem minima vocatur Zoographo, quae inquit priuatim Mutterstein, hoc est calculus vteri, vel matricis à nostris vocatur, Lusitanis, & Aethiopicis buzios: vndiquaq; alba est: nisi quòd in dorso lineae binae flauent; in oualem ferè speciem coniunctae; & dorsum ipsum inaequalius quam caeteris, & gibbosum, ita ut illi quoque testa incumbere possit, sed obliquè. idem per medium pallidum est, siue subluteum. Pars interior è roseo ad caeruleum tendit.







De Testaceis Lib. III.

Concha Venerea quinque priores.




5





Concharum Venerearum decem species.



V S V S.

Ad alui fluxus.

Pectines, p  
Cōcha Venerea vsur  
pati.

Ad dentes  
dealbādos.  
Ad agilo  
pat.



ONCHÆ Venereæ testa aliquem habet in medicina vsum, nam reperitur, (inquit Rondeletius) in descriptione pilularum de bdellio, ad alui fluxus constringendos, & intestinorum, atq; vteri vlcera. Recipitur autem apud Mesuem, & Serapionem: sed Monachi Mesuæi interpretes purpurarum testas, aut matris perlarum (vt vocant) supponi iubent. Ego cum Zoographo Rondeletij sententiã porcellanas interpretantis amplector, quam pharmacopœorum vulgus pro Concha Venerea, Pectines vsurpet. Optima etiam ex eadem fiunt dentificia, & vtilis est ad vlcera canthi oculorum, & ad ægilopas, resiccandi vim habet insignem sine caliditate. Bellonius tradit his rubri maris incolas magno labore in acervos collectis, ingentem quæstum ab ijs, qui Memphim adeunt, facere solere. His enim (inquit) Aegyptij sua lintea glutino imbuta læuigare, atque ex polire consueverunt.



Arunt. Idem author est earundem apud Græcos, & Turcas quoq; chartis expoliendis vsu esse, sed vulgus Gallicū talem vsu in expertum habere, ijsq; tantū ad suspendendas clauēs, vel conficienda cochlearia vti. Sed Rondel. Italis, & Græcis in eundē vsu cedere scribit. Est porro vsus iste antiquissimus, & Plinio etiam notus, qui in decimotertio sic scribit: Chartarum scabritia leuigatur dente conchæ; sed caducæ literæ fiunt: minus sorbet polita charta magis splendet. Hæc ille. Huic eidem conchæ perforatæ in altero extremo multi hodie clauēs, vt dixi, appendunt, & zonę accommodant, ob conchę elegantiam, & leuorem, ob quem nihil sordium colligit, neq; vestes atterit. Inuenio deniq; apud quendam Aethiopes ex rebus communibus vix quicquam tantoperè curare, quàm vt habeant conchulas porcellanas albas, quas Buzios (inquit) nominant: proq; ijs vel aurum quandoq; copiosè permutare: aut pro ijs filios suos parentes vendere. apud Thongrum Aethiopum regnum pro comperto hoc haberi. Eisdem loco monetæ vtuntur, vt Lusitanus quidam Zoographo retulit. Affiguntur & loris ephippiorum ornatus gratia. Postremò Zoographus scribit in eiusmodi concha maiore faciem sculptam, & pulchrè expressam vidisse

*Ad chartã  
laudandã*

## DE CONCHA PERSICA.

### Cap. LXXXIII.



OC quoq; Conchylj genus, quod ex Persia allatū Serenissimus Franciscus Medicus Magnus pię memorię Hetrurię Dux Secundus pro singulari sua erga studiosus, maximè verò eos, qui naturæ rimatur arcana; humanitate mihi communicauit, velut vnica tātummodo valua cōstans, inter monetyra, siue vniualuia collocaui. Cōcha est maiori sui parte rubicunda; cetera cādida. Margaritas proferre ex fide digno relatu idem Serenissimus vir affirmabat. Eiusdem planè generis est minor altera adiuncta Concha, tota cineritij coloris. Viraque nisi turbine careret, ex Turbinatorum genere videretur, Vtriusq; icon subinde dabitur.

## DE PENICILLO.

### Cap. LXXXIV.




ESTACEOS istiusmodi tubulos Penicillos vocarunt nonnulli recentiores. Eos hīc potius quàm in alia quauis operis huius parte posuimus, quòd licet am fractuosi sint, turbine tamen careant. Penicillos (putem) vocarunt, quòd in eorū cavitare contineatur, quod similitudine sua Penicillos, quibus pictores vtuntur, qui ex caudarum extremitatibus fiunt, vel eos quibus albarium testorio parietum inferunt, exprimant. Penicilli istius iconem mox ex Rondeletio exprimemus. Tubulus, inquit, est testaceus molli quadam & laxa substantia sax is alligatus, ita vt aquarum vndis cedat, & agitur. Cū id carnosum (quod nimirum intus latet) se exerit, frondem expandit, vt in pictura Rondeletius expressit. Icones duabus tabulis à me adiectæ ostendunt istiusmodi tubulos non eandem semper habere figuram. Huc quoq; pertinere videntur tubuli illi alij, in quibus vermes delitescere in Insectorum historia ex Rondeletio retulimus, necnon & minores tubuli alij, quorum etiam iconem subinde dabimus.






# Vlysis Aldrouandi

Concha Perlica maior.




Concha Perlica minor.





Penicillus marinus Rondeletij.



Tabuli alij ab authore obseruati, in quibus vermes delitescunt.



Pinx. J. P. F. 1657



Penicillus marinus alius.



Vermes in tubulis delitescentes Rondletij.

r. n. s. i. l. o. b. h. a. r. t. u. v. a. r. d. i. p. l. i. c. e. n. s. i. s. m. o. r. t. u. s. d. e. m. i. s. s. i. s. l. i. d. e. t.



Tubuli alij parui, in quibus etiam vermes delitescunt.



Finis Libri Tertij.





**VLYSSIS ALDROVANDI  
PHILOSOPHI, ET MEDICI  
BONONIENSIS,  
DE ANIMALIBVS EX ANGVIBVS  
RELIQVIS QVATVOR.**

Liber Quartus,

QVI EST

**DE ZOOPHYTIS,  
SIVE PLANTANIMALIBVS.**

Et primùm

**DE VRTICIS. Cap. I.**

**PROOEMIUM. ORDINIS RATIO.**



**V**Æ nec animalium, nec fruticum, seu plantarū, sed tertiam ex utroque naturam habent, & ut loquitur Aristoteles, τὰ ἐπιζῶντα φύτῳ καὶ ζῳῳ, id est, Budæo, & Gaza interpretibus, ambigentia, & plantæ, & animal, ζῶφύτα Græcis dicuntur. Latine ea nominare non possumus, nisi Plantanimes, aut Plantanimalia vocemus. Talia sunt, Vrtica, Holothuria, Tethya, Mentula marina, Malum insanum, Cucumis, Pulmo, & reliqua similia, quibus multi numerant Spongas, quas nos inter plantas imperfectas collocabimus. Sextus Empiricus, non ignobilis philosophus, recenset Zoophyta, quæ ex igne generantur. Nam animalium differentias enumerans secundum varios generandi modos, sic loquitur. Eorum quæ absque coitu generantur, alia ex igne eduntur, ut Zoophyta, quæ in caminis videmus; alia ex aqua corrupta, ut Culices &c. sed quænam sint hæc Zoophyta, planè ignoro. Nam quæ hoc libro examinanda proposui, omnia in aquis nascuntur, ait ijs locis, quæ aquis quotidie perluuntur. Quæstio est de Vrtica, siue animal, an Zoophytum; quæ sanè controversia hoc loco diluenda est, ut cur hoc in libro primum Vrticæ locum tribuerimus, elucescat. Ex recentioribus Bellonius Vrticam inter Molles pisces recensuit, infirmo argumento, nimirum quod Mollium more in obsonijs edatur. Rondeletius etiam animal esse imperfectum, idque ex genere mollium, non Zoophyton esse scribit: & idcirco Polypo, & Lepori marino subiunxit: maximè quòd modò fronde expansa Polyporum instar pedes multos habere, modò fronde contracta, massa tantum carnosa, in formi (veluti Leporis marini).

*Zoophytæ quid.*

*Spongia. Sexti Empirici opinio de Zoophytis.*

*Zoophyta ubi nascantur.*

*Vrtica an Zoophytæ Bellonii, & Rondeletij opinio.*



Lib. 11. de anim. c. 37

De part. 4. c. 5.

Li. 9. c. 43.

Zoographi opinio.

constare videatur. Ex veteribus Aelianus etiam Mollibus annumeravit: ait enim: Mollia ex aquatilibus vocantur, quæ ossibus, sanguine, & visceribus carent, ut Polypus, Sepia, Loligo, Vrtica. Eadem apud Galenum quoque verba leguntur in Glossis, ubi *μαλάκια*, quæ sint, exponit. Plinius verò, atq; ante eum Aristoteles Zoophytum faciunt Vrticam, addita etiam ratione. Philosophi verba hæc sunt: Quas autem Vrticas appellant, non testa operiuntur, sed exclusæ omninò sunt ijs, quæ in genera diuisimus, ancipiti natura hoc genus est, ambigens & plantæ, & animalis. Absolui enim & escam patere nonnullas, & sentire occurrètia posse, atq; etiam asperitate corporis uti ad se tuendum, animalis est. At verò, quòd imperfectum sit, & saxis celeriter adhæreat, nec aliquid exciementi emittat manifestè, quantum os habeat, plantarum generi simile est. Vnde Plinius: Equidem & his, inquit, inesse sensum arbitror, quæ nec animalium, neq; fruticum, sed tertiam ex utroq; naturam habent. Vrticis dico, & Spongijs: Hinc est fortassis, quod pediculos eius frondes potius, quàm cirros appellarit. Spongijs Zoographus, nullum sensum inesse ait, ideoque Zoophytis inferiores haberi. Vrticas cum & sentiat, & insuper eorum animalium, quæ Mollia in mari vocant, naturam præ se ferant, Zoophytis superiores perfectioresque existimat. Nos quidem Zoophytis annumerare maluimus rationibus, & autoritate Aristotelis cõfisi, & quia quædam earum magis animalis naturam habent, quàm ea, quæ saxis semper adhærent, idcirco primo loco de ijs hoc libro agemus. Quod autem Vrticarum nullum genus Molle statui perfectum deheat, ex ijs, quæ primo libro huius voluminis relata sunt in genere de Mollibus, facile licebit cognoscere.

Æ Q V I V O C A.

Vrtica herba. Lib. 3.



*καλήφη*, & *κνίδη* vocant herba, tactu manum vrens, ideoq; Latinis Vrtica nuncupata. *Τὰς κνίδας*, inquit Athenæus, Eupolis in Autolyco vocat *ἀκαλήφας*, ut & Aristophanes in Phænissis *ἔχει τὸ πρῶτον πάντων ἴφθα φινῶν*: *εἰδ' ἐξῆς τὰς κρναὰς ἀκαλήφας*, id est: Potuit omnium primum iphia gignere, deinde continuò mordaces Vrticas. Hac etiam voce idem poeta vltus est in Vespis. Pherecrates in Transfugis, *Κὰν ἀκαλήφαις τὸν*

Pro Conchylia.

Histor. 8. cap. 2. An inter se beta enuenerat Aristoteles.

Aristoteles correctus.

*ἴσον χρόνον ἐσεφαιῶσαι*. Pari temporis spacio Vrticis coronari. Quæ omnia de Vrtica planta, non de marino Zoophyto intelligenda esse annotat Dalechampius, Suidas, & Scholiastes Aristophanis *ἀκαλήφην* vocant genus Conchylia. Interpretes Nicandri præerea *θαλάσσιον ὄστρεον*, hoc est auem marinam, sed *πιο ὄστρεον* reponendum cõset Zoographus ὄστρεον non quòd Vrtica verò sit ostreum, sed quòd ostreum ferè aliqui esse putarint, & si testam haberet, inquit, ostreum cõset. Eidem videtur Aristoteles Vrticam Testaceis adnumerasse, quòd de Testatorum vitæu agens inter cetera hæc quoq; dicat. *Ἐχει δὲ ὡσπερ τὰ ὄστρεα ἐν ὑποχώρει ἔξω ἢ τροφῆ (id est τὸ περίπτωμα) κορον, ἐστὶ δὲ αὐτὸς ἀνω. εἶκε γὰρ ἢ ἀκαλήφη ὡσπερ τὸ ἔσω εἶναι τῶν ὄστρεων τὸ σαρκῶδες: τῇ δὲ πέτρα χρῆται ὡς ὄστρεω*. Est igitur ei Vrticæ ceu inclusa ostrei caro: testam verò non habet, sed caro nuda est, & pro testa saxum, cui adhæret. Hinc aliquis inter Mollia, & Testata Vrticas ambigere coniecerit, illas dico, quæ saxis adhærent, aut semper, aut aliquando. Vrtica secundum aliquos est *εἶδος μυίας*, quam Aristoteles dixit hyeme edulem esse. Zoographo hic locus est suspectus, quod *μαίης* Conchæ sint, quas aliqui mytilos interpretantur, *μυίας* verò Muscæ insectæ; quanquã Rondeletius *μυίας* in eodem Concharum genere vocari purat.

S Y N O N Y M A.

Etymum. Lib. 3. c. 11. Cnide.

Lib. 3. Gram.

**A** *καλήφαι*, & *κνίδαι* dicuntur Vrticæ, tum herbæ, tum animalia, ab vrendo sic à Latinis dictæ, quòd manum vrere videantur, si ea tangantur. *Ακαλήφας* nominavit Theophrastus, & Aristoteles modò *ἀκαλήφας*, modò *κνίδας*. Sed *ἀκαλήφη* Atticum est, non *κνίδη*, ut scripsit Zoographus, quod nomen etiam Plinius in Piscium catalogo recẽsuit. Cnide, inquit, quam nos Vrticam vocamus, dicitur autè *κνίδη* ἀπὸ τῆς κνίζου, hoc est *δηγμὸν κνὶ κνησμοῦ τινα ἐμπαοίειν τῶν ὠπτομένων χερσὶ*, morsum, aut pruritum excitare tangentium manibus. Eadẽ *κνίδη* per metaplasmũ dicitur etiam *κνὴς κνίδος*. Eustathius. *ὁδὴ κνίζω, κνὴ πλὴ κνίδω παοίει, λὼ μεταπλασας κνίδα λέγει ὁ Ὀππιαυός*. In vulgari Lexico scribitur etiam *κνίδην*, per *η*, quomodo scribi apud Gazam annotant. Ea tamen scriptura, nec est apud Hesychium, nec Suidã, nec Etymologum. Nam *κνιδῶντες* apud Hesychium



**A** Hesychi<sup>um</sup>, non est suo loco, sed inter κνίδα, & κνίδος; adeo ut κνιδῶντις pro eo reponendum videatur. Ακαλίφη quidam, ut annotavit apud Athenæum Dalechampius, interpretantur ἀπολαῖσαν τὴν ἀφῆν sensum corrumpentem, alij ut Athenæus ἀπαλὴν τῆ ἀφῆν, id est tæui mollem, ac lenem per antiphrasin, cum sit aspera, & infesta. Quocirca ex hoc etymo manifestum euadit, deprauatè in multis locis, apud veteres scribi ἀκαλίφη per u præsertim cum Etymologus, & Lexicon quoddam verus dicant, κνήφη, & ἀκαλίφη in penultima per η scribi. σίφη, & ἀγρίφη (significans σκῆφη) per υ. Quin etiam in lexico quodam veteri legitur Ακαλίφη τὸ μὲν φυτόν διὰ τῆς ἠ. Τὸ δὲ ἄσειγον ὑπαιθρον, διὰ τῶ ὑψιλῆ. Itidemque apud Hesychium ἀκαλυφῆ καὶ ἀκαλυφον, ἄσειγον, ὑπαιθρον. hoc est sine testo, subdio. Et rursum apud Etymologum ἀκαλυφῆ, ἄσειγος ὑπαιθρος. Veruntamen pro ἄσειγον ὑπαιθρον scribendum potius videtur auctori Thesauri linguæ Græcæ ἀκαλυφον. nam per β scribitur ἡ καλύβη, quo tugurium significatur. ego nil mutandum censeo. nam ἀκαλυφον à litera priuatiua α, & καλύπτειν, quod occultare significat, deriuari puto. Μηρίδια etiam appellantur Vrticæ marinæ, fortassis à similitudine quam habet cum pudendo muliebri: & Vrticarum genus semper solutum Galli impudico vocabulo vocant: Aristophanis iocus

*Elympt.*

**B** est in Lyfiltrata:

Ἀλλ' ὦτη θῶν ἀνδρειοτάτη, καὶ μηριδίων ἀκαλιφῶν.

*Sed o sesbearum robustissima, & matricularum Vrticarum.*

*Matriculi.*

Matriculi nescio qui nominantur ab Ennio in Phagiticis hoc versu, ut citat Apulæius:

*Apolog. 1.*

*Purpura, Matriculi, Mures, dulces quoque Echini.*

*Colycia.*

Bellonius Vrticas marinas antiquos Colycia, & Coryphia vocitasse scribit. sed nullum nominat authorem. Nos Colycia (alia lectio Corycia, vel Corythia, vel Corophia) inter Mures meminimus numerari. Vrticam hodiernis Græcis Colizenam vocari tradit Gyllius, quod (colis) id est pedunculis suis firmiter Dolyporum more adhærescit. Bellonius Colycenam scribit, Rondeletius Colycenam. Colybdenam aliqui veterum pro marino pudendo interpretantur. In Italia multi antiquo nomine Latino Vrticam appellant, aliqui flammam maris. Caro marina apud Troculam, quantum coniectura assequitur Zoographus, Vrtica est. Iouius Vrticas, & vertibulos non sine errore eisdem tradit.

*qua Bello-*

*nie.*

*Colycena.*

*Colybdena.*

*Caro maris*

*na.*

*Iouij error.*

**C** GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.



**D**IFFERVNT Vrticæ magnitudine. Hinc duplex genus percipitur teste *Histor. 5.*

Aristotele: alterum corpore paruo, quod cibo aptius est; alterum maiuscu- *cap. 16.*

lo duroque. Vita etiam, aut moribus, seu loco: Inde rursum duplex genus eo- *Histor. 1.*

dem authore: Aliæ enim sinuosis adhæret, quæ nunquam à saxis absoluun- *cap. 1.*

tur, aliæ plana littora amant, quæ suis abiuncta sedibus vagantur: Et alibi: *Lib. 3.*

Sunt item, quæ adhærere soleant (animalia) & quoties libuit absolui: ut genus quoddam *Os.*

eius quam Vrticam vocamus: quippe cum nonnullæ ex ijs nocte absolutæ pascantur. Ea *Histor. 8.*

sic ex eodem repetijt Athenæus: Sunt autem Vrticarum duo genera: Aliæ enim in cauis *cap. 2.*

abditæ saxi, nunquam ab illis separantur: aliæ in planis, & æqualibus scopulis commo- *Histor. 4.*

rantes huc illuc transmeant. Os in medio habent Vrticæ, uti tradidit Aristoteles, quod in *cap. 6.*

maioribus eidentius est. id antea idem Philosophus in medio corpore statuerat, & in *Excrem. in*

**D** maioribus dixerat esse eidentius. Ibidem etiam tradit. excrementum nulla in Vrtica cer- *na.*

nised hac re stirpibus esse similem. Alibi contra meatum, ut Ostreas habere scribit parte *Histor. 8.*

superiore, quo excrementum secedat. Vnde Plinius: Ora (Vrticæ) esse traduntur (Da- *cap. 2.*

lechampius rectius legi putat, os ei in radice esse traditur) excrementa summa tenui situ- *Li. 9. c. 45.*

la reddi. Et eodem loco de Vrticis scribit: Carnosæ frondis his esse naturam, & carne velci. *Cum excre-*

Ex Aristotele procul dubio id transcripsit Plinius, is enim rationem reddens cur excre- *menta per*

menta per superiorem partem emittant, more Ostreorum, subdit: Vrtica enim ipsa quali- *superiora*

Ostreorum caro esse videtur inclusa saxo, perinde ac testa. Vrticarum plurimas spe- *emittat.*

cies commemorat Rondeletius, quas sic diuisit: Vrticarum aliæ saxi, vel cuilibet alte- *Differētiæ*

ri rei adhærent. aliæ minimè. Rursus earum, quæ saxi, vel alteri rei hærent, aliæ per- *ex Ronde-*

petua stabilique sede illic degunt, quæ sunt Vrtica parua in rimis saxorum latitans: quæ *letio.*

Purpuris, & Buccinis adnascitur: quæ cinerea est, longisq; cirris constat. Aliæ sedes mutant, *Vrtica pa-*

& liberè per mare feruntur, natantque (& cum libet saxi hærent,) ut purpurea Vrtica. *na.*




*Potes.* Semper soluta, liberæque sunt eæ, quas vulgus Potes appellat: ex his vna est, quæ quatuor **E**  
pedes, siue brachia habet: Altera quæ octo, Polypi brachijs uon valde dissimiles. De his  
omnibus exceptis solutis eodem ordine dicemus hoc capite ex Rondeletio, & si quæ spe-  
cies à nobis, aut ab alijs obseruatæ sunt, addemus, singulis generibus; primum ab ijs, quæ  
*Vrtica parua Rondeletij descriptio.* saxis, aut simili rei adhærentes descriptionem incipiamus. Vrtica parua Rondeletij nucis  
iuglandis magnitudinem vix superat, ob id parua ab eo dicitur: Tota carnosæ est, cirros  
breues habet, contracta recti intestini extremum refert, colore vario est. Quædam enim  
est viridis, alia cærulea, alia subnigra, sed punctis aliquos cæruleis, vel flauis, vel rubris no-  
tata. Massilienses Vrtigo vocant. Græcorum vulgus *κολίκαπαι*, & *κολέκαπαι*, à quo fortassis  
*Vrtigo.* Normanni Cul d'asne, Burdegalenses Cubaseau. Vrtica autem cinerea, sic appellatur à Ron-  
*Color.* deletio propter colorem: tenuis est admodum, quia frondem magnam, siue cirros multos  
habet, carnis parum. In saxorum rimis viuit: comam semper explicatam habet, nec vnquam  
contrahit: reuera tamen Vrtica est: acrius enim pungit, ac mordet, si diutius manibus con-  
trahatur. Tertium Vrticæ genus, nostri, inquit Rondeletius, purpureum, siue phæniceum  
*Rosa vrticæ genus.* Rosam appellant: alijs Posterol, quod contracta recti intestini extremum cum musculo  
sphinctere, siue podicem referat, quem Posterol nomine intelligunt, quod posteriore loco **F**  
situs sit: alij Poussiepe Britannorum, alij Cul de cheval vocant. Est autem hæc primæ simi-  
lis, nisi quod frondem, & longiorem, & copiosiore habet. Cæterum Poussiepe Britanno-  
rum, Bellonius Pollicipedes nominat, & vulgo apud Gallos Poulsepieds, ac eos sic vocari  
tradit, quos Rondeletius Baluos facit, quod pollicum in pedibus similitudinem habeant,  
racematim Oceani cauitibus adhærentes. Idem author de Vrtica agens, duas tantum species  
Vrticæ prædictas Rondeletij descripsisse videtur, dum sic de ea scribit: Hanc circa Norman-  
niæ littus obscuro vocabulo Cul d'asne à cirrorum contractione, atque explicatione ap-  
pellant. Græcum vulgus cum terrestrem Vrticam Zuchindas vocet, marinas tamen Coli-  
cenas nominat, antiquum vocabulum imitatum, quo ipsas etiam marinas Vrticas Coly-  
cia, & Coryphia vocitabant. Maris potius deiectionem, quam magni fieri debeat. Plu-  
res eius obseruantur species. Quædam enim rubro colore suffusa est, altera magis cærulea,  
*Diuersitas* granulis in gyrum circumfessa. Vtraque marinum tuber contracta refert, explicata cæsa-  
ricem, totum corpus rotundum ambientem, nam infinitis cirris antennarum papilionibus,  
aut scatabæi crassitudine constat. Contracta porro Vrtica orbicularis est, aut teres sicopulis  
littoralibus (ijs potissimum marinis tractibus, qui ventorum impetum minus sentiunt) **G**  
tam pertinaciter inhæret, vt nisi primo impetu diuellatur, vix postea nisi in frustra concisa  
dicimi possit, adeo suas trichas acerrimè contrahit. Certum est Vrticas Cochlearum mo-  
do in mari serpere, ac moueri, sed id quidem parcius. Porro vtriusque moles magnitudi-  
nem iuglandis raro explet, cirros habet, molles, duos digitos oblongos tenerrimos, gracil-  
limos, ac fragiles, insigni hac dote à natura præditos, vt quicquid attingunt, suis acetabulis  
retineant. Hæc Bellonius, cuius Vrticæ explicatæ, & contractæ icones etiam addidimus.  
Nos aliam figuram subiungimus, in qua contractæ Vrticæ species cernitur pronè, & supi-  
nè depictæ. Hanc sequitur cinereæ Rondeletij congener. Saxis enim & hæc adnascitur, &  
colore cinereo est, curris admodum tenuibus. Quæ deinceps depicta exprimitur in medio  
earum trium, cum Rondeletij rubra conuenit: est enim ex purpureo colore violacea, sed  
quia non nihil differre videbatur, eius iconem adiecit. Prior forte fuerit ex leporis ma-  
rini genere, coloris etiam partim purpurei, partim albi, nouissima pilei ferè forma colore  
tota coccineo, excepta summitate, quæ est viridis cum nigra, rotundaque macula. Quartum  
Vrticatum genus facit Rondeletius, quod instar Holothuriorum testis alienis adnascitur,  
& maximè purpuris. Pars exterior dura est, & rigidiuscula, spissiorque quam in alijs Vrti-  
*Serpit per mare.* cis. cirro breuissimos in ambitu habet. in exterioribus eius partibus filum longum dedu-  
citur purpureo colore, tam iucundo, tamque fluido infectum, vt cum pretioso illo purpuræ  
succo certet. Idcirco opinatur Rondeletius hanc Vrticam purpuræ adhærentem à cane  
*Purpura in uentis.* Herculis demorsam fuisse, quæ tam excellenti, suauique colore rictum, dentesque canis il-  
leuerit, vt negarit puella quam deperibat Hercules, fore vnquam eum optati compotem,  
nisi prius eo colore infectam vestem dedisset. Inde purpuræ colorem inuentum fuisse. Et-  
enim si mortuam purpuram dentibus arripuit canis, iam vnà cum vita succus ille euolat  
si viuam, ea vndique ita munita est, tum testa clauata, tum capitis operculo, vt vndique ab  
omnibus iniurijs tuta sit. Præterea purpura tanta est duritie, vt dentibus canis robustissimi  
*Purpura in Vrtica cõperta.* minimè cedat. Fuit & in Lepade compertum Vrticam nasci: de hac ad me Neapoli scripsit  
Ferrantes Imperatus. In dorso esse sex rimas apertas stellam æmulantes: in medio dorfi  
foueam paruam, cum figura quadam inclusa Conchæ Rhomboidi simili, sustinerique à la-  
scribus




teribus lepadis mediante membrana continua, & cauitatem, quæ est in animali, non habere aliud intermedium quam membrana. A parte anteriore conspici fructum Lepadis instar penicilli pictoris inter se reuoluti. Duas alias Vrticæ species nobis depictas exhibet Zoographus, sine vlla descriptione, à Cornelio Sittardo ad se missas ex Icalia. opinor rectius à primas à Rondeletio descriptas posse referri. vti etiam quam ego hic addidi colore ex albo, & ferrugineo variam, triplici aspectu depictam. De solutis Vrticis sequenti capite trademus, nam ea, quæ de Vrticis commenta sunt à veteribus, potius ijs conuenire puto, & attribui, quæ alicui rei adnascuntur.

Vrtica parua Rondeletij.




Vrtica cinerea Rondeletij.





Vrtica rubra Rondeletij. Vrtica explicata Bell. Vrtica contracta Bell.



Vrtica contracta nostra.



Vrtica marina saxo innata.







Vrticæ quartæ species Rondeletij.



Lepori marino congener. nu. 1.

Vrticæ rubræ Rond. congener. nu. 2.

Vrtica pilei figura. nu. 3.



Vrticæ species duæ, quas in Italia pictas Zoographus accepit à Cornelio Sittardo.




Faint, illegible text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side.




Vrtica marina alia triplici aspectu.

N



3



LOCVS.



**D**IVERSA diligunt loca, & in varijs generantur, secundum specierum diuersitatem. Quædam enim nunquam absoluuntur, sed saxi semper adhærent, reliqua quæ vagantur, littoribus, & planis locis gaudent. Secundum Vrticæ genus Aristotelis, quod corpore est maiusculo, & duro, circa Eubœæ Chalcidem gignitur teste Philosopho. In Oceani saxi, & maximè in Santonico sinu frequens est Vrtica parua Rondelerij. Eius autem cinerea in scopulis Fresconijs Agathensis sinus reperitur. integra à saxo auelli nō potest, tum quia tenaciùs hæret, tum quia mollior facilè discerpitur. Rubra autem quam idem Rosam appellari scribit, saxi aliquando hæret, aliquando soluta vagatur. Vidit enim huiusmodi Vrticas cum alijs piscibus captas retibus, quod non contingeret, si saxi perpetuo affixæ essent: quoniam cum hærent, potiùs discerpuntur, quàm auelluntur.

Hif. 4. c. 6.  
Vrtica par  
ua.

VICTVS.



## VICTVS.



**P**ISCICVLIS fortè incidentibus *vescuntur* teste Aristotele. Et Plinius carne eas vesci scripsit. De saxo, inquit Philosophus, quasi de testa viuit, & prænatantes pisciculos excipit, retinetq; sicut manu a mota hominis agi dictum est, deuoratque in hunc modum quæcunque naçta est esculenta. Absolui etiam saxi genus quoddam Vrticæ (vt modo dixi) notatū est, quod & echinos, & pectunculos, in quos offenderit, corrodit.

*Histor. 8. c. 2. Li. 9. c. 45. Histor. 4. cap. 6.*

## ORTVS. NATVRA.

B



**M**ODVS idem gignendi ijs est, qui testa inclusis: per rimas enim, & caernas, & fauces saxorum oriuntur, vt tradit Philosophus. Victum eodem auctore quamuis in humore exerceant, nec foris viuere queant, nihil tamen vela eris, vel humoris recipiunt. Cornelius Sittardus ad Zoographum scripsit Vrticæ, quæ Cochleis, & saxi adnascuntur, cum abrumpuntur, mutare colorem. Peculiaris eis modus venandi pisciculos: teste

*Victus.*

Aristotele: Seneit, Vrtica, inquit, & manum ad motam corripit: adhærescitque perinde ac Polypus suis brachijs, ita vt caro intumescat. Os medio in corpore continet, & de saxo quasi de testa viuit: & præternatantes pisciculos excipit, retinetq; sicuti manu hominis ad mota dictum: deuoratque in hunc modum quæcunque naçta est esculenta. Plinius quoque Aristotelem secutus ait: Contrahit ergo se quàm maximè rigens, & prænatante pisciculo frondem suam spargit, complectensque deuorat. Aliàs marcenti similis, & iactari se passa fluctu algæ viæ, contactos (contractos piscium quidam manuscriptus codex) attrituque petrae scalpentes pruriturum ( Dalechampius legit petras scalpentes ob pruriturum) inuadis. Eadem noctu pectines, & echinos perquirit: dum ad moueri sibi manum sentit, colorem mutat, & contrahitur. Tacta vredinem mittit, paulumque si fuit interualli, absconditur.

*Vt pisciculos venentur.*

*Li. 9. c. 45.*

*Colorem quando mutet.*

**C**ditur. Hæc ille, qui & alibi ait: bat vim illis mordacem pruritu inesse, eandemq; quæ terrestris Vrticæ: quod ante eum scripserat Aristoteles, iuquens: Non ore, sed tactu totius corporis mordent (& pruriturum excitant iustar herbae Vrticæ) quod & Scolopendræ marinæ faciunt. Aelianus non tam acrem vredinem concitare memorat, quàm Scolopendram.

*Histor. 9. c. 37.*

*Pungere more Vrticæ herba.*

Oppianus:

*Est infame pecus Ponti Scolopendra marina  
Corpore terrestri similis, sed damna doloris  
Hæc maior a facit, se quis modo cominus illam  
Attingerit, feruet facta prurigine corpus.  
Qualem Vrtica facit cognomine vicia doloris  
Piscanti infesta est.*

*Lib. 7. de anim. c. 35*

*Lib. 2. de pis.*

Quocirca Diphilus Siphinius apud Athenæum tradit eos, qui Vrticam marinam colligunt, & conquirunt, manus primum inungere, ne à pruritu, aut vredine infestentur.

*Lib. 3.*

## PROVERBIA.

D



**A**RISTOPHANES in Vespis iubet ἀπό τῆς ὀρχῆς τῆς ἀκαλίφλου ἀφίλειδα: hoc est ab ira auferre Vrticam. Scholiastes interpretatur asperitatem, & mordacitatem. Chrysippus apud Athenæum περὶ τῆς καλῆς tradit huiusmodi sententiam: Μὴ ποτ' ἐλάττω ἔδῃ ἀκαλίφλου ἔχων χειμῶτος ὄρω: id est ne quando comederis oleam, quum habeas Vrticā hyberno tempore.

*Ab ira auferre Vrticam quid.*

*Lib. 10.*

Oportet illum sentire de herba, non de pisce, inquit auctor adagiorum:

*De Vrtica seu prouerbium.*

Nec usum adagij video, nisi si quando significabimus extremam victus parsimoniam, vt nec vrticæ quidem adhibeatur aliquid condimenti. Mihi quidem, vt etiam Zoographo de Vrtica marina potius, quàm de herba sentire videtur prouerbium. Herba enim hyeme vel non extat, vel inepta est cibo per id tempus: Marina autem hyeme, & capitis, & commendatur, ac pro paradignio habetur, seu condimento quodam, sicut & oliua. estate autē

inepta



Histor. 4.  
c. 6.  
Caro carū  
quādo me-  
lior.

inepta est esui, quod tunc marcescat, ut his verbis testatur Philosophus: Sunt omnes hy- bernis mensibus carne constante, atque rigidiuscula; at æstate rarescunt, & resoluntur: præ- madent enim & marcent, ut si teigeris, facile discerpantur, atque dispercant. denique nulla tantisper euelli integra potest: ac æstus impatientia saxa subire interius solēt. *Ὠστρεὰ κα- λιφὰς ἐπίων ἀπὸ χελιδόνων ἐκλιπναι*: id est veluti *Vrticæ edens ante hirundines furiaberis*: Chorus in Equitibus Aristophani ad Alantopolam: Vbi Scholiastes: Ante hirundines di- xit, quoniam post hirundinem (vère exacto) Vrticæ non sunt edendo. Sensus est acutissi- mo, solertissimoque ingenio, ac si Vrticæ primo vère edisses: tanquam & illæ sua acrimo- nia ingenium, sicuti & nasturtium, (acuunt) furatus es: hoc est, callidissimus fur es. quan- quam autem Scholiastes, tum pro herba, tum pro marino animali Acalephas hîc interpre- tetur, de herba tamen omnino sensisse videtur Comicus, ut placet Zoographo, hæc enim dum tenera est vère primo editur, Vrtica marina hybernis mensibus in cibo præfertur.

V S V S I N C I B I S .

F

Lib. de Py-  
thagora  
Sym-  
Pythago-  
ras cur nō  
ederet Vr-  
ticas.  
Lib. 3.



OMEDEBATVR olim Vrtica, ut nunc etiam: quanquam Pytha- goras teste Giraldo præceperit discipulis suis, ut abstinerent, quod Ve- neris stimulos afferre dicitur; vel ut alij volunt, quod Hecaræ sacra sit, quemadmodum & trigla quoque Philippides in Amphiarao apud Athe- næum:

*Ὅστι ἀκαλήφας, λεπάδας παρίδη κίμοι*

*Ostream mihi, Lepadas, Vrticæ apposuit:*

Quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, coena hæc fuit: Ante coenam Echinus, Pelorides, Balanos, Vrticæ, &c. Macrobius.

*Mihi festa luce coquatur*

*Vrtica, & fissa fumosum sinciput aure:*

Sus cur na-  
tus.

Iuuenalis, qui iubet his verbis vilem cibum parari; sed de Vrtica an de animali accipien- di sint, dubitatur. Chrysippus, ait Porphyrius, dicebat, suem non aliam obcausam à Deo factum esse, quàm ut mactaretur (in cibum homini: ut verò iuris etiam, & veluti obiter ac- cidentium ciborum ( *τῶν παραλειπῶν* ) copia nobis deesset, omne genus Ostrea esse fa- G

Quādo sint  
meliores.

Lib. 7. de  
anim. c. 35.

Histor. 4.  
cap. 6.

Vrtica par-  
ua.

Lib. 4  
Apparatus.

Lib. 3.

stantem Purpuras, Vrticæ, & varias auium formas: Post æquinoctium Vrticæ genus esculentius esse scribit Aelianus: intelligit autem æquinoctium quod fit hyberno tempo- re, quo eas etiam summoperè laudat Aristoteles, ut dictum est. Et cum duplex genus Vr- ticarum statuatur, vnum corpore paruo, alterum grandiori, & duro, hoc cibo ineptius, quàm illud esse tradit. Descriptus à Bellonio, præterquam quod exocoeti, & nulli avidissimè ap- petant, etiam Græci hodierno tempore libentissimè comedunt ob lentam mucilaginem, quam limacum modo emittunt. In delicijs habetur Vrtica parua Rondeletij apud Santo- nes, vbi frequens nascitur in saxis Oceani. Rubra autè ab eodem descripta esculenta etiam est, sed prædicta durior. Carne multo duriore est quartum eius Vrticæ genus, ideoq; à men- sis reijcitur. Apicius in apparatus apuæ, sine aqua: Desuper, inquit, leuiter compones Vr- ticæ marinas, ut nō cum ouis misceantur: impones ad vaporem, ut cum ouis ebullire pos- sit, &c. Huc referendus Plinij locus, vbi ait: Alex peruenit ad Ostreas, Echinus, Vrticæ, Cammaros. Græci, ut author est Bellonius, hoc tēpore plurimas Vrticæ ligneo veru trans- fixas, & aliquantulum assatas primum ex sale, & aqua feruefaciunt: deinde farina consper- gunt, & ex oleo, vel butyro in sartagine frigunt. Apud Santones, & Italos primum ablutæ, H & leuiter coctæ friguntur. Diphilus Siphinius apud Athenæum, scribit Vrticam aluo du- cendæ idoneam esse, prouocare lotium, ventriculum iuuare. Vrtica, & oua Echinorum, & eiusmodi, succum alimenti parcum, & humidum, præbēt: sed qui aluum soluat, & vrinam moueat, Mnesitheus. Vrticæ inquit Xenocrates, gratæ sunt orî, & stomacho non mediocri- ter ineptæ (gustui suaves, sed stomacho admodum insuaves sunt VVottonus: Diphilus ta- men *ἰσσομαχὺς* facit, hoc est stomacho aptos: ) sed assatæ elixis accommodatiores (assæ elixis ad aluum mouendam magis idoneæ VVottonus, quod non probat Zoographus.) Aluum cient vrinamq; magis mouent, quæ post purgationem exortæ iuxta calculos (quæ lapillis adhærent, vrinam magis cient, VVottonus: ) lotæ & per exiguo sali mixtæ, atque ita parum asperæ sunt, ut mediocriter mandi possint, & assatione concretæ, aut verubus, aut curculis super carbonibus maluæ, aut sarmentorum, ut valenter soluât. Cum passo autem, aut vino mulso, gustum excitantes facile concoquantur, facileq; excernuntur, quæ verò ex passo.



**A** passo, & oleo elizantur, cum alio etiam condimento (forte sine alio condimento, Zoographus) id quidem seruant, vt lubricę sint, atque attrahant: sed & explent, & difficulter concoquuntur, & aluum magis relaxant (quę autem coquuntur in passo vnā cum oleo, lubricum quidem illud retinent, aluumque cient: sed ventrem replent, & difficulter in ventriculo conficiuntur, Vuottronus: ) Hęc Xenocrates apud Oribasium interprete Iohanne Baptista Rasario.

## V S V S I N M E D I C I N A



**V** pilos disperdant aliqui, teste Galeno, medicamentum componunt ex marinis Scolopendris, Vrticęque marina, Stellis marinis, nitro, & amurca ad hęc mixtis. Plinius Psilothrum esse dicit Vrticam marinam cum acco scyllite, ad hoc in oleo coqui, ait Vuottronus. Aiunt eandem in vino potam calculosis prodesse, vt author est Galenus. Caro marina miscetur à Trotula medicamento ad maculas oculorum. fuerit autem fortassis hęc

*Lib. 1. de  
comp. med.  
sec. loc.  
Lib. 32.  
c. 10.  
Carnis v.  
sus.*

**B** Vrtica, quę testam non habet, sed carnem nudam, interiori Ostreorum carni similem.

DE VRTICA SOLVTA,  
POTTA MARINA VVLGI

## Cap. II.

## S Y N O N Y M A



**V**Æ sęper soluto per mare fluctuat Vrtica, Italis obscęna voce Potta marina, dicitur, Gręcis Mongi hodie in honesto etiā vocabulo, quòd, vt scribit Bellonius partibus verenda admota, pruritiū, ac Venerem, imo etiam ampullas excites: Gillius turpi eo nomine in Italia idcirco appellari tradit, quòd speciem quandam mulieris vuluę representet. Ligures hanc appellant Capello di mare: Massilienses Capeau carnu, quasi dicas pileū

*Potta mari  
na Mongi.*

**C** carneum. Massarius, Gillius, & Bellonius Pulmonem marinam nominant, contra quos rēte disputauit doctissimus Rōdeletius, vt postea clariū à nobis diceretur. A Germanis Oceano finitimis Meerichum, vocari audio, & à Belgis Snottolf, Sequabbe, Hispanis, vt notat Matthiolus Natura de Vieya, & Capacha de Velha.

*Pulmo ma-  
rinus.*

GENVS. DIFFERENTIA.  
DESCRPTIO.

**D**E hac Gyllius in hunc modum: Cū iacent, omaso similes sunt: cū eriguntur pulmones videntur: tanquam vitrum translucent: cū suspensū tenentur, quandam imaginem Polypigerunt: nisi (quòd) brachia tenuissima, & crassissima habēt; Cū autem eos secuissem, nihil in ea parte, quę Polypi ventri respondet, reperi: Vbi verò membratim dissecuissem, in ijs partibus vnde pedes exoriuntur, quosdam meatus arenarum ple-



nos vidi. Adeo omnino lucidi, & tanquam vitrei sunt, vt sine sectione interiora omnia, videre possis: ac quamuis fluctibus in litus expulsi, nullo negotio capiuntur, tamen cū non sint esculenti, à prætereuntibus præclare contemnuntur. formam eis supernè rotundam, infernè concauam, esse refert Massarius, vt Cōchę videri possint: citros ex imo emit-tere ad modum Polypi. Duo huius Zoophyti genera facit Rondeletius. Primum quintum Vrticę genus octo cirris, alterum sextum, quatuor tantum cirris præditum: primum sic describit. Pars vna veluti fungosa quædam massa, rotunda, caua, in media perforata, purpurea veluti fasciola ambiente, pileum planè refert; altera parte Polyporum pedibus

*Forma.*



## Vrtica quinta species Rondeletij.

## Vrtica sexta Rondel.



dibus similis est: octo enim pedes habet crassiusculos, extremis partibus quadratos in acutum desinentes, nullas interiores partes distincta habet. Corpore est adeo pellucido, & splendido, ut oculos offendat, & hebetet. Ad eam magnitudinem accrescunt, ut pileos, quibus viatores uti solent, superent. Alterum genus quatuor duntaxat pedes, seu frondes habens, qui folijs achanti comparari possint, est in altera parte lineis aliquibus stellatim dispositis. Huius generis illa quoque videtur, quam ita descripsit Bellonius: Mollis quidem, & albus corpore cartilagineo, ac cristalli in morem pellucido, quod in mucorē facillè resolvitur. Gibbam habet instar dimidiatæ spheræ figuram, glabram, pollicis crassitudine: cuius pars interna nervis rectis à medio incipientibus, quasi strijs fulvi coloris in gyrum radiatur, quibus se diffundit, & constringit: qua corporis commotione aquam concutit, & nunc in primum, nunc in supinum effertur. Pinnarum vice pinnis tenuibus, atq; ægè conspicuis in orbem cõmunitur, ut Lepus marinus. Cruciformes quoq; cirros, striatos, crassos, in modum stellæ radiatos, numero quater-

nos, parte interna nationi accommodatos habet: quos ut exactè conspicias, erit in leberem aquæ sincerioris coniiciendus: qui si supinus deoluatur, multas fissuras in radice cirrorum ostendet. Os quoq; habet parte prona situm, quo ea quæ venatur, absorbet, in quem usum quatuor cirri ad eius latera subiacent, coloris sinopidis, quasi eius branchiæ essent vel intestina. Hinc fit, ut intuentibus pulmonem in mari pabulandi gratia diuagantem grandis videatur quasi pituitæ globus: qui vnicum tantum colorem referret, nisi rubris illis quatuor circulis sigillaretur, & ea cruce, qua interna pars striata est, distingueretur. Hactenus Bellonius. Sed ad primum genus referenda est ea Vrtica, cuius iconem nobis exhibui Matthiolus, sub nomine Pulmonis marini, item ea, cuius nos picturam damus pronè, & supinè. Quanta autem sit harum differentia inter se facillè pictura

oculatus lector colligere poterit, ideo nos ab veriusque descriptione supersedemus.



Pulmo marinus Matth.





Potta marina, vulgò prona, & supina parte.





## N A T V R A.

**O**MNES primum in pudendis, & vredenem in manibus mouent, & acrimonia sua Venerem extinctam, & sopitam excitat, qua maximè de causa cum Vrticis numerandæ sunt, teste Rondeletio. Bellonius Pulmonem suum nil præter aquam respere ait: ostamen leui calore incendere. Naribus quoque admodum, marinum virus olere, sargos, melanuros, scaros, sparos, auratas, & id genus piscium eo vesci; in frustra descissum, ac in mare reiectum viuere nihilominus, ac moueri: extra mare autem exanimem apparere: Emortuum ia alto mari, ac in littus reiectum, transparentis glaciei similem.

*Pruritiu in pudendis ea et mouet.*

## P R Æ S A G I A.

**C**ONSPECTAS plerunque vndis supernatantes futuram maris procellam præfigere Matthiolus tradidit. Contra Bellonius mari commoto, & spumantibus procellis irritato deorsum ad imum ferri, pacato vero, ac bene tranquillo passim solutas vagari.

*Com. in de of. lib. 26 936.*

## V S V S.

**Q**UOD siijs virgæ, baculique perungantur, noctu facium accensarum more lucem edunt, vt idem author est.

## DE PVLNONE MARINO.

## Cap. III.

**I**NTER Testacea Pulmonem marinum habuisse videtur Aristoteles. Nam quodam in loco tractans de Testaceis spontè prouenientibus (quod indicat initium sequentis capituli) Pulmonum mentionem facit inquit: Quia etiam qui Pulmones appellantur spontè proueniunt: Sed ait Rondeletius hoc loco eodem modo Testaceos Pulmones intelligere oportere, quo Holothuria, Lethya, Stellas: id est corio duro contextos. Plinius hæc Zoophyta facit: Multis, inquit, eadem natura, quæ frutici, vt Holothurijs, Pulmonibus, Stellis. Πλευμονες dicuntur genera quædam in mari viuentia, sed absque sensu, Helychius.

*Lib. 5. Hist. For. c. 15.*

*Lib. 6. 66. 27.*

## Æ Q V I V O C A.

**R**AMICES teste Nonio Marcello, dicuntur Pulmones, vel hernia. Plaurus Mercatore: Tui causa rupiramices, atrum dum sputo sanguinem, & Varro Trihodite: Prius quam in Orchestra Pithaulis inflet tribias domi suæ ramices rupit: sed in ijs, quæ hic adfert Nonius testimonij, ramicis nomine non pulmo (hoc est viscus illud leue, & spongiosum, in quod tanquam follem spiritus in respiratione recipitur, ad cordis temperandum colorem) sed bronchucæ intelligi Zoographo videtur.

*Ramicis.*

## S Y N O N Y M A.

**Π**λευμονες Atticè pro πλευμονες dicuntur ab Aristotele. Latine Pulmones vocauit Plinius: alibi idem Zoophytum Halipneumonem appellasse videtur. Germanis eiusdem significationis vocabulo Meerlungg vocari poterit. Interpretes Kiranidis Pulmonem marinum exponit Cunnum marinum: sed sic nuncupant Vrticam solutam, de qua superiori capite egimus. Vnde existimo hunc interpretem, vt multos alios, nempe Massarium, Gillium, Bellonium, hanc Vrticam Pulmonem marinum veterum (ineptissime tamen) putasse. Nam Pulmo marinus, vel à Pulmonum nostrorum figura, vel ab eorundem substantia laxa, & molli foraminulisque plena, nominatus fuit: hæc autem Vrticæ nihil cum pulmonis figura, aut substantia simile habet. Præterea cum huius Vrticæ substantia perquam sit mollis, & pituitæ concretæ similis, quæ in aquam abit, in cinerem redigitur.

*Lib. 9. ca. 47.*

*Cunnum marinus.*



digi, nec in aqua decoqui corpore aliquo superstite possit, verus pulmo esse non poterit, quem decoctum in aqua commendant medici, itemq; eius cinerem.

### DESCRIPTIO. NATVRA.


Quid sit.



**P**ULMONIS marini historiam adeo paucis complexi sunt veteres, ut quidnam sit à multis hæcenus dubitetur, patet tamen ex prædictis carnosam esse substantiam. Nos, inquit Rondeletius, cum illa, quæ saxi affixa sunt, diligentius rimaremur, & contemplaremur, inuenimus substantiam quandam illis hærentem, corio duro, & nigro intectam, intus mollem fungosam, & fistulosam, spongiarum alpyssiarum modo. Ea in saxorum rimis nascitur, cuius imaginem non exhibemus, quia commodè exprimi non potest. vel Pulmo

Locus.

Pulmo marinus Rondeletij.



Lib. 8. cap.

35.

Lib. 4.

marinus dici potest, corpus quodam rotundum, pileæ marinæ modo, virescens, foris substantia felto simile intus totum fistulosum, veluti spongia aplysia. In mari aqua plenum est, & graue: extra mare in se cõcidit, & flaccescit: in saxorum rimis delitescit & inter algas. Ego potius has Vrticas puto, & ad eas hirsutas, quarum primo huius libri capite mentionem fecimus, referẽdas. Nam Pulmones per mare feruntur, vbi imminet tẽpestas: quod scripsit etiam Plinius sic inquit: Pulmones marini in pelago, plurimum dierum hyemẽ potendunt. Et Ephesius interpres Aristotelis de partibus animalium, & ibidem etiam Philosophus, quantum Zoophyta sint, & fruticis naturam viuunt, non tamen adherere scribunt, sed absoluta esse, sicut etiam in plantis quardam, vt epithymum, & epipetem.

### P R O V E R B I A.

Vitam Pulmonis marini viuere quid.



**Z**ω̄ βιον πνεύμονος θαλασσίε, id est vitam Pulmonis marini viuere, Prouerbiũ est in eos, qui ociosam, & securam nimium, stolidamq; vitã degunt, sine sensu ferẽ sine præsentione vlla futuri sine præteriti temporis ratione. Potest etiam appositè dici in hominẽ ebriosum, & abdomini, καὶ ὑπογάστριος ἐπιθυμίαις (vt Aretes Casariensis loquitur) additum farcire corpus solũ prom

In Philebo.

prum, ingenij viribus nusquam vri. Plato ζῶ δὲ οὐκ ἀνθρώπου βιον, ἀλλὰ τινος πνεύμονος. ἢ τῶν ἢσα θαλαττία μετ' ὄσπρῆναι ἢ μψυχα ἐσισωμάτων : Id est, Non hominis, sed Pulmonis cuiuspiam vitam viuere, aut alterius marini generis, quod inter Testacea corpora animatum est. Vbi notabis hoc loco pulmonem inter Testacea à Platone poni. Vsus etiam est eodem prouerbio Synesius Ptolemaidis. Episcop. lib. de regno, βιον ζῶντας θαλαττίε

Inter Testacea ponitur.

πνεύμονος, id est vitam viuentes marini pulmonis: loquitur autem de voluptarijs hominibus, qui in ganeæ, libidinumq; vsu summum bonum ponunt βλάκα; Græci hominem nimium simplicis, stolidique ingenij appellant (metaphora duστα) à pisce quodam siluro simili, sed adeo vili, inutiliq; vt ne canes quidem gustare dignẽtur. Hinc quarto de Republica ( Plato nimirum) βλακικόν τε ἡμῶν τὸ πάθος, ὡς εἰ λέγοι τις πνευμονίαν, ἀπὸ τῆς θαλαττίου ζῶντος ἀναπαύητε. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ Κίμνηχόριε τῆς βλακείας, δὺ μνημοῦν

Pneumonia.

εἰ καὶ Ἀριστοτέλις, id est, Ignauia nostra, seu stoliditas, quam quis pneumonia dixerit, ab animali marino sensu carẽte, vel vt alij volunt, à regione propè Cumam Blacia dicta, cuius & Aristot. meminit, Suidas. Vnde verbũ βλακίειν exponũt pigritari, tardare, ossitãter, negligẽter aliquid facere, & forsan Pulmo marinus quocq; quauis animal esse videatur tardius: tamẽ & pigrius est, quã animalium nature cõueniat: vt inde Plautus fortè in Epidico dixerit:

*Dij immortales foccos iussi adimere pedibus.*

*Pulmo enim, quod perhibent prius venisset, quam tu aduenisti mihi.*

Author adagiorum prouerbiũ accipit in homines lentos, & cesatores: opinor, inquit, quod Pulmo, cum perpetuò moueat, nunquam tamen loco se promouet: quod de animalium respirantium pulmone intelligit. Zoographus ad pulmonem Zoophytum adagij originem referri posse arbitrato.



## VSVS IN MEDICINA.



**COMMENDATVR** imprimis ad pilos euellendos, aut prohibendos ne nascantur. Plinius, Iecur etiam (thunni) tritum (inquit) mixtaque cecidria (pfilothrum est) plumbea pyxide asseruatum. Ita pueros mangoni-  
 zauit Salpe obstetrix. Eadem vis est Pulmonis marini. Idem quoque tradidit Aelianus, his verbis: Iam verò si quis qui nondum excefferit ex extrema pueritia, Thunni sanguine illinatur, non pubescet: hoc idem torpedo & marinus Pulmo efficiunt. Nam in aceto putrefactę eorum carnes, & mento asperse, fugam pilorum facere dicuntur. Pulmonis marini cinis alligatur, inquit Plinius, egregie profuua purgat, hoc est, vt exponit Rondeletius, menses promouet. Idem tradit Pulmonem marinum decoctum in aqua calculosis mederi, pernionesq; emendar e ex oleo. ad perniones, & podagras commendat Dioscorides recenter illitum. Pulmo marinus impositus pedibus podagras, & chymethla sanat, suffita verò ossa eius auertunt omne malum, sicut & Stella, ex Kiranide.

Lib. 31.  
cap. 10.

Li. de animal. 13. ca.  
pid. 27.  
Cineris vis

## VSVS IN VARIIS.



**LIGNVM** siccò confricetur, ardere videbitur, teste Plinio, adeo vt faculam ita preluceat; videtur dicere inquit Zoographus, confricatum eo lignum ita ardere, vt sua luce faculam quoq; vincat. Thitini (lego Thygni, nam & litterarum ordo consentit, & mox plura sequuntur de Thygna) oculos, & Pulmones marini (marinos) si quis triuerit, & conspexerit (consperferit) in tecto domus serò, putabunt, qui in domo erunt (vel vndeunque tectum aspicientes) se itellas videre. Si autem virgam vixeris deambulans sero, cum luna non lucet, putabunt lumen de virga emicare. Si verò in muro, vel in charta depinxeris feram, aut imaginem aliquam videntes admirabuntur, Kiranides.

Li. 32. c. 10

Lib. 4.

## DE HOLOTHVRIIS. Cap. IV.

## SYNONYMA.



**HOLOTHVRIA** à Tethyis differre facile ex Aristotele probari potest, difficulter ex eius interprete Theodoro Gaza: is enim quodam in loco Tethyia vertibula, & callos conuertit; Holothuria verò Tubera. alibi Tethyia vertit callos. rursus alio in loco omnia hæc Latina nomina Holothurijs tribuit, in superque de suo addit; Tota ipsa (Holothuria dico) simplici mitiorique testa operata esse. Hæc itaque nominum cõfusio magnas tenebras doctis viris, qui eius versionem sequebantur, offudit, Belloniumq; errare coegit Holothuria, & Tethya confundentem, item Massarium, quamuis hic diuersas res ex Plinio sic suspicatus. Niphus non tantum cum Tethyis Holothuria, sed etiam cum Vriticis confudit Ολοθούριον Helychius, & Varrino est genus animalis marinum. Vocabulum compositum esse apparet: seu vnde, non video, inquit Zoographus Θουραλον, & Θουρον Helychius interpretatur impetuosum, salientem, bellicosum, audacem, fortem, magnum, validum, libidinosum, cupiditate in aliquid procliuem. Sic & Θούρος Αρης dicitur, & Θούριδος αλκίης τῆς παλεμικῆς, ἀπὸ τῆς θούρειν ὅ ἐστι πηδῆσαι. Sed θούρις libidinosum significat, & θούριτρα ὀχέειν, & θούρις genituram. Holothuriorum quoq; meminit Plinius, ac ea inter Zoophyta cõnumeravit. Multis, inquit, eadem natura que frutici, vt Holothurijs, Pulmonibus, Stellis.

Ca. & in cõ-  
stantia.  
Lib. 4. de  
par. c. 5.  
Lib. 1. Hi-  
stor. c. 1.

Niphi er-  
ror.  
Etymum.



# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.


A Tethyis  
quid differunt.  
No. I. C. I.



**P**AVCISSIMA sunt ab Aristotele, & Plinio de Holothurijs tradita, ab alijs nihil: quia in cibis non recipiuntur, sed in littoribus neglecta iacent. Saxis non hærent, qua in re maximè differunt à Tethyis: authorem habeo Aristotelem, qui sic scribit: Πολλα δε α' πολελυμένα εδρ' εστιν, α' κίττα δε: ολον οσρεα κατ' τα' καλούμενα ολοδοίρια: Multa saxis quidem soluta sunt, sed immobilia ut Ostra, & quæ vocantur Holothuria. Aspero corio con-

teguntur. Rondeletius duas nobis icones Holothuriorum exhibuit, cum his descriptionibus: Id genus, inquit, quod hic proponimus, altero extremo obtusum est, & planū, in quo


Holothurij prima species Rondeletij.



rosæ pictæ imaginem sculptā esse dicas, circa quam sūt acetabula. Inde parua appendix, & mollis dependet. Pisculentū odorē respicit, nec minus ingrātū, ac in suauem, quàm Lepus marinus. Altero extremo tenuius est. Intus pars omnes sunt indiscretæ. Inter maris purgamenta id reperit, quod hic representatur: quod quia vita, integumentis asperitate, & duritia partib' internis indiscretis cum Holothurio

cōueniat, Holothuriorum speciem esse putat. Altero extremo caput discretum habere videtur rotundum, os in medio rotundum, rugosum, quod aliquando dilatatur, aliquando constringitur. Sequitur corpus crassius aculeis multis rigens; videtur in caudam deficere, ex cuius utraque parte duæ sunt appendices pedum, pinnarumve loco, sed differentes. Superior enim strictior est, in ambitu incisa, in acutum desinens, ad quam à ceruice producta est linea; altera latior ubique. Harum beneficio motū aliquem habere videtur, cuius proflus expers est primum genus: quod aliquando acetabulis suis, saxis hæret, sed soluitur. Secundum hanc speciem Rondeletij genitalis virilis quandam speciem præ se ferre ait Zoographus: ut Holothuriorum nomen dictum videri possit, quasi toto corpore ad huiusmodi speciem sit conformatum.

Holothurij altera species, eiusdem.





NATVRA.

PLANTAS potius esse Holothuria censet Aristoteles, quam animalia, sic enim loquitur: Quæ autem Holothuria vocant, & Pulmones, atque etiam plura eiusmodi alia in mari, parum ab ijs: (plantis) differunt, sua ipsa absoluteione. Viuunt enim sine ullo sensu, perinde ac plantæ absolute. Nam in terrestribus plantis sunt nonnulla eiusmodi, quæ viuunt, & gignantur, aut in alijs plantis, aut absolute, quale est quod Pernasus fert, vocatum à quibusdam epipetrum, hoc enim diu viuere potest, etiam à paxillis suspensum. Hæc ille.

DE TETHYIS. Cap. V.

SYNONYMA.



Πηδος, & Τηθου rectus singularis è Græcis effertur, vt Πηδος, & πρόμυον Προηθεια per apud Aristotelem in penultima repono τηθια. apud quæ & τὰ τηθια, & τὴ τηθία legimus. In Plinij codicibus quibusdam legitur Tetheæ in fœminino genere, vt musæ: Hæ, inquit, sugentes, &c. & mox Tetheæ vtiles sunt. Et in piscium catalogo Tethea, vt Musa. Τηθι (per iota in prima, Zoographus mauult per ἦτα) κογχύλια, ὄστρεα nominantur Pollice. Τηθιτε γεραινήμενα μύισσι, Nicander, id est, Tethe (vt Cete) quæ in musco, aut in algis crescunt, vel natant, aut capiuntur. Vocat autem Tethe, vt exponit Scholiastes, Patellas feras, quas nos Otia (id est aures) Aristoteles verò ὄστρεα, & Homerus similiter communi nomine ὄστρεα. Homerus meminit τῶν τηθίων inquit Athenæus, lege τηθίων. Nam sic Homerus.

Histor. 5. cap. 15. Lib. 32. cap. 9. Cap. 10. ibidem. Tethe, que Nicandro.

Πολλοὺς ἀν κορέσειν ἀνὴρ ὁ δὲ τηθια διφᾶν. Νηος ἀποθρώσκων.

Lib. 3. Iliad. Π.

Quæ verba sunt Patrocli exprobandis Cebriani è curru deiecto tanquam vrinatori. Hunc locum commentans Eustathius: τηθια, inquit, ab vrinatoribus contrectantur Ostreorum generis, sic dicta à terra quam Tethya nominant. Sunt enim præ cæteris marinis naturæ terrenæ, propter ambientis testæ duritiem: aut forsan nominantur à nutrice infantium, quæ τηθι dicitur: propter tenerum eius (corpus) velutique lacteum, & roscidum: qua ratione eiusmodi (Ostrea) etiam ἐρηνία quidam cognominat. Quod ad Tethe quid est, siue Ostrea atinet, antiquos aiunt non piscibus tantum: sed etiam Ostreis in cibo vsos fuisse: quâquam is neque vtilis admodum, neque dulcis sit: sed neque parabilis, cum è gurgitis vado vbi iacent (ἐν τῷ βυθῷ κατὰ βάθια: atque propriè dicta Tethya secundum Aristotelem saxis adhærent,) non aliter quam ab vrinantibus auferri queant. Hæc ille. Et rursus à verbo θῶθισω, quod est lacto, deducuntur τηθι, & τηθίς, (quæ nomina auiam significant: τηθι aliquando nutricem quoque) & τηθια quoque: quorum singularis casus, & rectus est τηθος, Aristoteli vsurpatus his verbis: Πίνη, ὄστρεον, μύς, κτεῖς κογχη, λίπας, τηθος, βάλανος. Et rursus cum ait ὁ μὲν κτεῖς τραχεὸς σρακος: ῥα βδωτός, καὶ τηθος ἀρα βδωτός, λιὸ σρακος. Hinc τηθι in multitudinis numero casus contractus: vt cum scribit Athenæus: τὰ δὲ τηθι παραπλήσια τοῖς προειρημένοις καὶ πολυτροφώτερα: & quoniam inde genitiuus quoque formatur τηθίων τηθών, sicut σηθίων σηθών: iocandi occasionem inde sumpsit Aristophanes in Lysistrata:

Odysf. Δ.

Ὁ τηθῶν ἀνδρείοθιάτη καὶ μετριδίω ἀκαληφῶν.

de industria sic alloquens veluti amatas nutrices, ac matres. Sunt enim τηθια veluti τηθια, id est nutrices. μητρίδια verò Vrticæ marinæ: huc vsque Eustathius, qui τηθι quænam essent, ignorasse videtur, & ab Ostreis non satis distinxisse: sicut & alius in nominatus Homeri Scholiastes, qui τηθια nihil quàm Ostrea, seu genus Ostrearum interpretatur: Et Nicandri etiã qui τηθι putat Patellas feras, à quibus ea plurimum differre collatis inuicem historijs liquebit. A Tethyio diminutiua vox videtur τηθαίσιον. Epicharmus apud Athenæum τηθιαία, cum Testis alijs diuersis nominat. Latine vel Tethyum. tribus syllabis: vel etiam Tethus effertur duabus syllabis masculino genere, vt cetus. Gazam

Ab Ostrea differunt Tethea. Lib. 3.

Holo.



*Gazæ error.*

*Sphærodoles.*

*Niphæ error.*

*Verticillæ.*

*Cum Vrticis confunduntur.*

Holothuria, Tethya, res diuerſas, iisdem Latinis nominibus interpretando (Vertibula, Callos, Tubera) confuisse superiori capite monuimus. Tethya, inquit Gyllius, Theodorus vertit Tubera, & Callos, & Vertibula. Tubera quidem quod sic nullis fibris, quemadmodum Tubera terrena nitantur. Callos verò quod callosa materia tegantur. Iam nunc Greci non Græco nomine, sed plusquam Barbaro Sphærodoles (fortè à sphæra, vnde & Vertibuli nomen Gazam finxisse conijcit Zoographus) nuncupant. Ineptius ij, qui accolunt Adriaticum sinum, ex eo Spongias nominant, quia cum premuntur tanquam spongiæ, sic aquam foraminibus reddunt. Hoc genus piscium Massiliæ in vulgus ignotum à paucis cognoscitur. Quidam senes cum huius descriptionem sub eorum oculos subiecissim, & multum insulcassim, nominarunt Vichonos: Veruntamen propter tempestates hos mihi ostendere non potuerunt. Hactenus Gillius. Ab eo, ait Zoographus, quod spongiæ similitudinem quandam habent Tethæ, musculo (si benè meminim) & fistuloso corpore, Veneti spongias nominant vulgò sponge. Niphus alibi Vertibulum, siue Tuberculum Vrticæ confundit. Callus verò, inquit, tanquam à Vertibulo separans, (cum alibi eundem faciat) ad magnitudinem iuglandis est: cuius durities media est inter testam, & corium. Alibi Vertibula non rectè Vrticæ à nonnullis vocari scribit. Vertibulum inquit idem forma rotunda est, subter cum aliqua cavitare, crusta callosa, à qua & callus dicitur. Vulgo apud Tarentinos dicitur Verticillum, propter formam, & paruos quosdam anfractus, quibus describitur. Tubera à colore, & tumore dici idem Niphus ait, & alibi. Tethya, inquit, apud nonnullos sunt Vrticæ, atque calli quidam ad magnitudinem iuglandis, duritie inter testam, & corium, colore sup pallido, & rubenti, ea frequenter in Pyrgorum littore ad centuncellas reperiuntur: quæ sicuti palato & iucundissima, ita & stomachis minimè insalubria esse conijcimus. Quidam confundunt Vertibula cum Vrticis eadem esse volentes, sed error est, cum diuersa omnino sint: Vertibula enim testa scabra veluti corio integuntur, & pedibus carent, & mobilia sunt. Vrticæ verò (vti retulimus ex opinione Aristotelis) nullam testam habet, sed corpus omni ex parte carne præ se fert: & pediculos habet, vt Polypus, & saxis absoluta vagatur: decepti forsitan verbis Aristotelis octauo de historia dicentis: Nonnullorum natura corporis carnosa est, vt eorū quæ Tubera (Tethya) appellantur, aut Vrticæ, vbi duo genera distincta intellexit, & non vnum, vt sit sensus: Natura corporis nonnullorum est carnosa, cuiusmodi ea sunt, quæ Tubera, aut ea, quæ Vrticæ vocantur, Tethyiorum Germanicum nomen facit Zoographus Spruzling, quod eis compressis aqua tanquam per syringem, aut siphonem exiliat, vel Magling, quod caro eorum ventriculi figuram præ se ferat, vel Schuumling, quoniam & Veneti spongias, seu spongiolas vocant.

## GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

*Histor. 4.  
c. 2.*



*Excrementum nullum habent.*

*Color.*

**S**OTA occultantur testa, quam læuem habent, vt nulla ex parte carnem detestā habeant, teste Aristotele, qui idcirco Testatis adnumerasse visus est, & alibi: Quæ vertibula, siue callos speciali nomine à tegminis qualitate appellamus (τὰ δὲ καλυμμένα τήθια) naturam inter hæc genera (Testatorum) peculiarem, sortiri notū est. ijs enim solis corpus totum tegumēto includitur, cuius durities inter testam, & corium est: quamobrem modo præduri bubuli tergoris (ῥοσὸν βύρσα σκληρὰ) fecatur. Adhæret id genus saxis sua testa duoq; seposita inter se foramina exigua admodum habet, & vsum vix patientia, quibus humorem accipit, & reddit. Excrementum enim nullum in eo spectatur, quale in cæteris Ostreis, vel Echinæum, vel quod appellant papauer, continetur, nulli è cæteris similis: in omnibus tamen sui generis eadem. Dissectis primum membrana neruosa crusta ambiente obtenta ostenditur, qua Vertibuli caro ipsa continetur, nulli è cæteris similis, in omnibus tamen sui generis eadem. Adhæret hæc vtroque ex latere membrana circumdanti, & corio: & qua adhæret arctius in partem vtramque est, videlicet qua tendi ad meatus ductos foras per crustam, quibus redditur, & accipitur cibus, & humor, quasi alterum sit os, alterum ossium excrementum delegatum. Nec modus idem, sed alterum crassius: alterū tenuius est, cauumq; intus vtrinque, exiguò quodam interueniente continuo, humorque in altero cauo consistere solitus est. Pars verò alia, quæ instrumentalis, & sensualis sit, nulla omnino percipitur, neq; excrementum quidquam (vt dictum iam est) quo in cæteris more continetur. Color vertibulis




A tubulis, aut pallidus, aut rubidus est. Alio quoque in loco de iisdem, sic scripsit: Habet hoc genus animalium duo foramina, primumque (*διαίρεσιν*) vnam qua recipiat humorem cibo accommodatum: & qua rursus emittat quantum humoris reliquum sit. nihil enim habere excrementi, vt cætera Testata hoc se habere ostendit. Præcingitur autem per medium tenui quadam membrana: in qua vitæ principium esse ratio congrua est. Hæc Aristoteles verba de rima, seu diuisione Tethyorum Michael Ephesius declarans, ait: τα' δὲ τήθηα πρόρου μὲν ἔχει δύο: διαίρεσιν δὲ μίαν: ὡς περ' αὖ ἐν νοήσασιν ἢ μενᾶδῃ σολεύῃ ἐξωγκωμενον, καὶ χύσασιν αὖτον ἀποθῆν ἕως κα' τῶν ἐν θατέρῳ μέρει: hoc est: Meatus (seu foramina) quidem in eis duo sunt, diuisione autem vna, ac si fistulam aliquam animo concipias (non æquali) sed tumido corpore: eamque in alterutra parte scindas à summo ad imum. Contineri in Testatis id, quod ovum etiã vocatur eiusmodi cernere licet, vt tradidit Philosophus. His hæc paucula Rondeletius addit: Ea, inquit, non solum petris, sed etiam ostreorū nostrorum, testis affixa sunt, & in iisdem veluti tumores duri esse cernuntur. Ovi figura sunt aliquando longiore. Testa extra fusca, inæqualis, & rigida, intus argentea, læuis. Tethyorum caro membrana alia alba inuoluta ventriculi formam refert, rotundam scilicet, & oblongam, meatus crassior, & amplior gulæ proportionem responderet: alter minor podici. Vterque colore rutilo, vel ruffo, reliquum corpus croceum. Id totum corpus corio nudatum seorsum depingendū curavi, quod ex duobus meatibus eminentibus, quos modo descripsi meatus exilit, alioqui sensum fugientes. Alias Zoographus icones Tethyorum exhibet, quæ Cornelius Sittardus ad eum miserat quatuor, quæ vel Tethya esse videntur, vel eorum naturæ propinqua. Duas maiores fungos marinos esse, aut in Italia vocari addebat, testæ duræ inclusos. Colore, vt pictos accepit, sunt vario, sed magna ex parte fusco, quæ verò in maxima virgæ, contextu quodam reticulato (ex continuæ esse debebant) visuntur rubræ. Minores duas vulgo nominari specie, earum pictura foris fusca, hirsutaq; apparet, substantia (vt aliquis coniecerit) coriacea: intus autem caua, & rubra. Ab his nonnihil differre, quæ Bellonius depinxit, facile quiuis ex pictura videre poterit. Nos etiã Tethyorū aliquot obseruauimus species, quæ forma tantum differunt, non alia parte singulari, ita vt merito tot species Tethyorum, quot formas statuere liceat. Quæ primo depicta loco ostenditur parte externa, & secundo parte interna pyri formam æmulat, colore cineritio est: ablataq; cuticula substantia apparet densa poris exiguis, vixq; visibilibus referta, per quos aqua attrahitur, & per vniuersum corpus distribuitur. Duo grandiora habet foramina: vnum oblongum; alterum rotundum: hoc aluos illud ori respondere videtur: in his quandoque conspiciuntur Scyllari, Cancelli, & alia Crustacea: item Trochi, Turbines, aliaq; parua Ostreoderma. Tertia, qui ostenditur loco figura est mali; substantia eadē qua superior, foraminibusq; duobus: rotundo, quod maius est: oblongo, quod minus in eo scyllarus continebatur, quæ totum ferè illius foraminis occupabat interuallum, cada erat reuoluta: eumq; idcirco tertio loco adpinximus. Quæ quarto, & quinto ostenditur numero, ab Antonio Maria Lombardo pharmacopœo erudito Murinēsi donata mihi fuit: figura est inæquali, tuberosa: foramine vno oblongo maiori, quod in opposita erat parte, minori. in eo continebatur Purpura, proportionem magnitudinis Tethyi magna, vt etiam exterius corium eius penetraret. Septimo ordine ostenditur Tethyum secundo simile, figura rotunda, sed inferius compressa: foramen habet tam exiguum, vt vix conspici possit: intus habet crustaceum aliquod, vt in partis superiores foramine conspicitur.

De part. 4.  
c. 5.  
Foramina

Tethya  
Zoographi.

Nostratã.  
Tethyorum  
descriptio.





Tethya Rondeletij.




D



Tethyorum icones Zoographo à Cornelio Sittardo missæ.



Tethya, siue Vertibula integra Bellonij. Tethya, siue Vertibula aperta eiusdem.





Tethyiorum ab autore obseruatorum sex species.





## LOCVS. GENERATIO.

*Præstantif-  
sima ubi.*



**I**N Oceano ad Gallicum litus frequentia sunt: Parisijsque in foro piscario sæpe Ostreorum testis adhærentia videre est. In Aegypto nulla inueniuntur: In Smyrna Asiæ præstantissima. Inter immobilia Testacea olfactu minime habere videntur teste Aristotele: qui etiam in rimis, cauernisque saxorum generari tradidit; Nicander inter muscum, & algas crescere cecinit, Plinius Tethæ, inquit, inueniuntur sugentes in folijs marinis: Rondeletius pro folijs legit scopulis. Eustathius τηθη sic dicta conijcit à verbo θη, quod significat θηλαζω, quod & pro lactare, & sugere accipitur. Vottonus hæc ferè ex Xenocrate: Tethya gignuntur in cauernis saxorum: maxime verò in ceno, & littoribus, quæ phyco algauè marina abundant. Inueniuntur & in musco marino, aut alijs in herbis folijsuè marinis.

*Elymum.*

## NATVRA.

*Plantas im-  
perfectas  
esse aliquã  
do putauit  
author.*



*Motus co-  
rum ab ex-  
terno pro-  
uenit.*

*De par. 4.  
c. 5.*

**D**VBITARI summoperè potest, quam habeat naturam Tethya. Ego aliquando sui eius sententiæ plantas imperfectissimas esse, sicut Spongijs, & fungos: Itaque optimè dixisse Plinium: Tethya fungorum veriùs generis, quam piscium sunt: Deinde nihil de animalis natura habere, cum nullum viscus intus habeant, sed carnem tantum uniformem: Motum autem, & sensum, qui inest illis, ab interno prouenire, cum multa Conchylia, & Crustacea intus habere sæpe conspexerimus: à quibus scilicet motus prouenit, tanquam fit in spongijs. Sed & Princeps Philosophorum, parum à plantis differre est opinatus: Spongijs tamen viuaciora esse (ζωτικώτερα) hoc est animalium naturæ propinquiora: Et mox: Tethyum igitur, inquit, & quidquid generis eiusdem est, quia adhærendo tantummodo viuit, simile plantæ est: sed cum aliquid habeat carnis, sensum aliquem habere videri potest. Itaque vero nam modo statuendum sit, incertum est. & paulò post cum dixisset nihil excrementi ipsis inesse, subdit: Ex quo fit potissimum, vt ex hoc, & quidquid simile in animalium genere est, planta iure appellari possit: nec enim planta vlla habet excrementum.

## VSVS IN CIBIS.

*Tethya ru-  
bea.*

*Lib. 3.*

*Ve. alant.*



**A**RVSTICIS in foro piscario vulgò diuendi solere magnitudine oui gallinacæ, author est Bellonius. Et Massarius rubea Tethya cibo idonea esse: pallida verò, aut sublutea, amarulenta recitat, tanquam ex Aristotele; apud quem tamen id me legere non memini. Præstantissima è Smyrna Asiæ. Arhenæus cum ex Nicasio (vt videtur) de Testatis quibusdam dixisset, vt Purpuris, Buccinis, Phloadibus, subiungit: Tethæ verò prædictis similia sunt, & vberius alit. Plurimum dare alimenti tradit Xenocrates, coriaque maxime eorum non confici. Secari etiam, & lauari, ac liquore Cyrenaico, & ruta, muria, & aceto, vel ex aceto condiri: operæpretium esse ea cum viridi menta conficere.

## VSVS IN MEDICINA.

*Li. 32. c. 9.  
Quibus cõ-  
ueniant.*



**I**S inest sapor salsus, cum amarore, ob quem deterget, flatu discutit, vt non sine ratione scripserit Plinius: Tethya torminibus, & inflationibus succurrere, & tenesum dissoluere renumque vitia. in cibo sumpta lateris dolores leniunt eodem teste. Conferunt etiam ischiadicis ventrique superiori vnà cum ruta. item cachecticis, quorum corpus macie conficitur cum ruta, & melle. Contra Dorycnium iuuant in cibo sumpto teste Nicandro.




A DE MALO GRANATO, FUNGO,  
PYRO. Cap. VI.



**D**ANIEL Barbarus vir cum humanitate, tum summa doctrina, atque nobilitatis supremo ordine apud Venetos conspicuus. tres haec imagines ad me misit sub nomine Zoophyti, sed quia aliquantulum à Tethyjs, scilicet radice in multas fibras diuisa, differre videbantur, ab illis separavi, subiunxi tamen, quod conijcerem ad eorum genus proximè posse referri. Terna habent foramina latis insignia. Primum à similitudine tum formæ, tum coloris malū punicum appellatur, eiusdemque mali magnitudinem habet. Secundum fungum tam exactè refert, ut non in mari, sed terra natum videatur, unde Fungus marinus appellatur, colore est cœruleo. Tertium pyrum à figura pariter dicitur, similis ferè cum fungo coloris.

*Danielis  
Barbari  
laus.*

Malum granatum Zoophyton.



Fungus marinus Zoophyton.







## DE MENTVLA MARINA.

## Cap. VII.

Lib. 3.



ENTVLA marinæ mentionem facit Athen. ex Nicandro inquires: Colybdenam Epicharmus dixit in ijs, quæ supra nos adduximus, mentulam, ut inquit, Nicander, marinam, vel ut in Opsartytico Heraclides scripsit Squillam. Recitârat autem antea hæc Epicharmi: *Ἐντι δ' ἀσακοὶ κολυβδανὰ τε ἔχουσαι πόδια μικρὰ, τὰς χεῖρας δὲ μακρὰς χάραβος τῶνομα*: Ad sunt Colybdenæ & Altaci, quibus parui pedes, longaque brachia: carabos nuncupant. Rondeletius Vrticam parvam hodie à Græcorum vulgo Colicænam dici scribit: à Gallisculum asini. Περὶ δὲ nominatur à Numenio inter escas piscium ut videtur, & forte non piscis, sed insectum aliquod Zoophytum aquaticum fuerit.

Collicena.  
περὶ δὲ.

*Τοιοῦτον κεν ἄρμερα πάντα παραπλίσσασαι δὲ μύρα,  
Κούριλιον ἢ περλώνα, ἢ εἰναλίην ἔρπιλλαν.*

Grammatici ut Varrinus *περίνα* interpretantur testiculum, cudendum, *περίνα* ον. Περὶ δὲ σι- **G**  
μαίνει τὸν ὄρχιν, ἀπὸ τοῦ πέριω περὶν, καὶ περὶν. ἢ παρὰ τὸ ἀπερὶν τα' τέχνα. Hic con-  
ijci potest Pirena Numenij, pudendum marinum masculum, aut aliquam eius speciem si-  
gnificare. Holothuria vnde sic sint appellata, nōdum inueni explicatum. *Θούριον* inter alia  
impetuolum significat, & salacem, id est procliuem ad libidinem: & *Θορνεύεσθαι* verbum li-  
bidini operam dare, *Θόρος* genituram. Holothuria à Rondeletio descripta, præsertim se-  
cūda species genitalis viris quandam speciem præ se ferunt: ut Holothurium dictum vi-  
deri possit, quasi toto corpore suo ad huiusmodi speciem conformatum: vel Hotothurium  
quasi Holothurium à mari. Halesurion pro genitali marino accipi videtur, quasi *ἀλὸς οὐ-  
ρα* id est, marina cauda, Vegetius quoq; Zoophytis quibusdam marinis caudam adnume-  
rat. Est & piscis nomen *αἰόρον*, quod & nos genitale nuncupamus marinum, à nonnullis  
Halesurion Græcè dictum: quanquā Halesurion sunt, qui pro Callyonymo-pisce capiant,  
Hermolaus in Corollario, quod si ab *ἀλὸς*, quod mare significat, compositum est vocabu-  
lum, ut videtur, *αἰόρον* melius dixeris, ut Halosydna, Halosachne; nam Halipneūn δὲ  
datiuo eius nominis componitur. Mentulæ marinæ meminit Albertus: Sunt in mari, in-  
quit, animalia quædam similia veretro virili: sed loco testiculorum habent alas crescen- **H**  
tes, quæ prominentia sua efficiunt testiculos. Imperfecta sunt, tradi motus, nec viuunt nisi  
in aqua. Pudendi quoque marini vtriusque sexus meminit Apuleius in Apologia prima,  
nominat autem virile veretillam (malim Veretillum genere neutro, ut sit diminutiuum à  
veretro) & muliebri vaginal (forte virginale vel vaginal) quod ab indocto quodam in-  
ter femineum appellatum reprehendit. Hæc friuola inquit pleraque in littoribus omnibus  
congestim, & acervatim iacent. Et rursus Albertus. Ostreum quoddam, ait, vnius conchæ  
inuenitur, quod habet speciem virilis virgæ inferius: & aliud eiusdem generis, quod habet  
similitudinem vulvæ muliebris: non tamen hæc sunt instrumenta coitus in eis, sed partes  
corporis ipsorum, huius Ostrei Concha refert Cochleam, & est spinosa extrinsecus, ut ci-  
bo gratæ, & delicatæ carnis. in eodem sæpius margaritæ reperiuntur. abundat autem in lit-  
tore maris Germanici, & Flandrici. Rondeletius nullam eiusmodi Cochleam descripsit:  
sed quartam Vrticæ speciem, quæ instar Holothuriorum testis alienis adnascatur, & maxi-  
mè

Holothu-  
ria vnde di-  
ctæ diffici-  
le est scire.

Halesurion.

Halesurion.

Halosydna

Veretillum  
virile.Margaritæ  
maris locus.



A mè Purpuris, quæ sunt Cochleæ spinosæ. Inquir edum igitur Vrticæne, aut Holothurij aliquam speciem intelligat Albertus: cuius etiam alibi verba hæc sunt: Est genus quoddam Ostrei, cuius species vna Virgam, altera Vuluam præ se fert: & vocatur apud Germanos inferiorum marium Billegen. Zoographo hoc nomen hætenus inauditum, & eius ratio incognita. Zoophytum quod describere Bellonius, & Rondeletius apud Massilienses, & Montispeffulanos Mentula marina vulgò dicitur à similitudine: Italis vt Neapolitanis præsertim Cazo marino: Græcis hodiernis Psoli. Germani appellare poterunt Meer-schaam, Seefchaam, Seeftert.

GENVS. DIFFERENTIA.  
DESCRIP TIO.

B



ONDELETIVS duas Mentulæ marinæ species facit: Prioris hæc est natura, & historia. Quantum ad integumentum attinet, Testaceis annumerari debet, non Crustaceis, vt Mentula marina Epicharmi. Corio enim duro constat, vt Tethya. Quum viuít, intumescit, & distenditur: post mortem flaccescit. Foramina duo habet, quibus aquam trahit, & reijcit. Partes internæ indiscretæ sunt. Multa huiusmodi Zoophyta circa Stœchades insulas capiuntur. Varia sunt, alia viridia, alia nigricantia, alia flavescentia. De altera hæc


*Mentula mar. prior Rondelet.*

Mentula marina Rondeletij.



C

Mentula marina altera Rondeletij.



scribit: Neq: Zoophytum istud à Mentulæ contractæ forma multum distat, si eam cum scroto accipies. Ex dura quidem testa constat, sed veluti cartilaginea, spissa rugosa, perspicua. Foramina à sese iuncta duo habet, quibus aquam reijcit, quum comprimitur. Partes internas indiscretas habet veluti reliqua Zoophyta. De Genitali marino hæc Bellon. Exan-  
gue maris purgamentum est solutum vagatur, sed eius ea est natura, vt à piscibus alijs minimè tætetur, neq; à quocumque in cibo expectatur. Littorale est neq; alibi reperitur, quàm vbi Patellæ, Ricini, & Vertibula degunt. Genitale ex hoc dicitur, quæ teres sit, pedem longum, & medioeris brachij crassitudine: distendit se, & contrahit

*Alteri? Ron del. descri- ptio.*

*Bellonij de scrip. Mentula mar.*

D

hirudin is in morem, vnde & ei nomen inditum est: quinetiam rufficoloris est. Iners, nec nisi serpendo incedit, aspectu toroso, Nymphæ radiis similitudine. Semper ad ima sidit: nunquam natat: contrectat nunq; in seipsum contrahitur, ac cornu duritiem habet, vixque acuta cuspide pertundi potest: alioqui perimolle, dum sua spontè mouetur. Suas promuscides, quando vult, exerit, atq; ita constringit, vt ex pedali longitudine, vix sex digitos longum appareat. Acetabulis, quæ in promuscidibus habet, lapidibus hæret: in quibus plusquam quatuor millia nonnunquam annumeres. Ex anteriore autem capitis parte rursus crinitas emittit veluti arbusculas acetabulis plenas: quibus quidquid palpat, ad os adducit, quod tam amplum aperit, vt vel integra m Conchulam admittat: vescitur enim omni Conchyliorum genere. Eius recrementa viscida sunt, ac lenta, albissima, copiosa, quæ tandem indurantur, vt cum fidibus de duritia neruea firmitate certare possint. Os in gyrum

*Nominis ratio.*

*Promuscides.*

*Os. Vitis.*




*Forma.*


officulis dentatum habet, præterea nullis ossibus alibi præditum. Ab ore gula in stoma- E  
chum differtur, quomodo in Erinaceo marino dictum est: reliqua vt intestina circumpo-  
nuntur in gyrum, quæ vix obseruari possunt. Alia sunt purgamenta marina, quæ genitale  
viri imitantur tam specie, tum magnitudine, sed pinnis subnexis binis loco testium. Lum-  
bricum marinum, & terrestrem refert (id nimirum, quod primo loco describit) nam Lum-  
bricus sic se contrahit, vt ex sesquipedali fere longitudine orbicularis ferè fiat. Misit ad  
Zoographum aliquando Cornelius Sittardus, cum alijs, quas Romæ nactus erat picturis,  
pudendum aliqua ex parte simile illi, quod secundo loco Rondeletius dedit, colore è lu-  
teo subuiridi. Massa quædam informis videtur, retrorsum vbi crassior, altiorque est veluti  
cornu paruum, rugosum, extenditur: opposita pars humilior, seu inglande foramen osten-  
dit, idq; rubicundi coloris, si pictor non fallit. Hoc in Italia propè Romam rarò capi, nec  
esui esse aiunt. Ab eodem accepit, quod epipetron vocabat. depictum id, vt effigies repre-  
sentat, massa quædam informis spongiosæ, & cavernosæ substantiæ, sex digitos longa, ses-  
qui digitum lata: inæqualis, & tuberosa, multis seu acetabulis compacta: colore partim ni-  
gricans, partim tubescens, & albicans alicubi. Hanc apud Zoographum picturam cum Bel-  
loius videret, pudendum marinum sibi videri dicebat. Nasci putat circa petras maris, eis- F  
que hæere, vt inde aliqui epipetron nominare voluerint. Sed Zoophytum hoc est. Veter-  
um autem epipetrum herba, quàm Aristotelis etiam suspensam, multo tempore vigere  
tradidit. Cum Zoographi icone conuenit Mentula marina à me adiecta, colore tota ferru-  
gineo.

*Epipetron.*

Epipetrum quorundam.



Epipetro Zoographi simile.



## DE PENNA MARINA. H

## Cap. VIII.

*Pinna cur  
sic dicta.  
Mentula  
alata.*




P T I V S, ac conuenientius nomen non inuenero, nisi hocce Zoophytum  
pennam marinam dixerim. Est enim pennis magnis, quæ in pileis gestari  
solent perquam simile. Nostri tamen piscatores ob extremitatis alterius  
similitudinem, Mentulam alata vocant. est enim ea pars præputio, id est  
glandi similis, altera verò parte pennam refert. Pars illa crassior, quæ glan-  
dis specie est, rimas aliquot habet, quales sunt branchiarum rimæ in ga-  
leis. Quæ pennam representat, festucis tenuibus constat, quæ alumini scissili similes sunt,  
ijs substantia alia quædam tenera innititur. Noctu maximè splendet stellæ modo ob can-  
dorem



A. dorem, & laeuorem. Rondeletius inter Vrticas quoque exhibuit speciem vnā, quæ frondem pennæ ferè instar explicat. Pennam marinam aliam, rubentem, linea per medium caulem alba, f. onde simili ferè, sed parte altera, quæ fronde caret, longiore, simplici, nulla cum glande similitudine, Cornelius Sittardus olim ad Zoographum misit: his verbis adscriptis: Pennam marinam Aristoteles inter Zoophyta collocat, hanc vidi ipse apud Gysbertum Horstium Romæ. Ego, inquit Zoographus, nec Aristotelem, nec alium quenquam veterum meminisse putō, hoc quidem nomine. Obseruau: Pennam marinam colore sanguineo, nonnihil à Rondeletij differentem, cuius hæc est icon.

*Alteuius de scriptio.*

Penna marina Rondeletij.



Penna marina sanguinei coloris.



DE VVA MARINA RONDEL.


Cap. IX.



**N**OSTRI piscatores quæsepiarum racematim compacta, à pediculo vno dependentia, earundem atramento asperso, Vuam marinam nominant, de qua re dictum est, cum de Sepijs ageremus. Sed de ea Vva non loquitur Plinius, cum scribit: Rerum quidem non solum animalium simulachra inesse, licet intelligere intuentibus Vuam, Gladium, Serras. Sed eam Vuam intelligi opinor, quæ hæc depingitur, quæ externa in parte vuz flores optime expressos refert. Est autem oblonga quædam, & informis massa, ex vno pediculo dependens. Partes interne indiscrete sūt, inter quas aliquādo reperitur veluti glā dule parue, cuiusmodi vnicā scōlōm depinximus. Plinius Rondelet. Vuam marinam in vino putrefactam, ijs, qui inde biberint, vinitordium afferre, auctor est Plinius. Vuam

*Lib. 9. c. 2*

Vua marina Rondeletij.



Vino fasti-

marinam tufam, & madefactam cum vino sufficiente da bibendam clarissimo tribus, & efficies vini fastidium Nicolaus Myrepsus, qui è te studine etiam simili remediū dicit.



Veter. 4. 6.  
34.

vim admodum diuinam prædicat, affert. Vegetius inter diuersas res marinas Vuam quæ adhibet in suffitu contra languorem morbi pestilentis. Vuam, seu ampelon Græcè aliqui vocant genus algæ in aquis dulcibus, quod florem fructumque *βορπυδών*, idest racemi instar congestum habet. Ampelis quidem, & botrys Aeliano inter algas sunt. Hassguffe in Oceano Germanicè dictum, magis refert fructum, quàm piscem, vt audiuit Zoographus, nimirum vt Cucumis, & Vua Plinij. Sed Zoographus vocis huius Etymologiam non assequitur. Vua piscis (nimium extenditur hic piscis nomen) est, ita appellatus, quòd botryonis, idest racemi Vua similitudinem habeat, Massarius.

## DE MALO INSANO MARINO.


### Cap. X.

Nominis  
ratio.



VM nullum nomen apud veteres, recentisque scriptores reperitur huius Zoophyti, à similitudine malorum insanorum, quæ Albergaines Montipellulani vocant, alij Galli Pomes d'amours, mali insani huic nomen accommodauit Rondeletius. Vuæ marinæ species quibusdam videri posset, sed quia flores Vuæ nullos refert, verùm foliorum potius, vel plumarum formam, quia etiam pediculo differt, dilucidioris distinctionis gratia ab Vua marina secreuit, & à similitudine mali eius terrestris, quod oblongius est (nam est & alterum rotundius) malum insanum appellauit. Facultate ab Vua marina non differt.

Malum insanum marinum Rondel.



## DE CUCUMERE MARINO.

### Cap. XI.

Lib. 9. 6. 2.



Cucumeris marini meminit Plinius his verbis: Rerū quidem non solum animalium simulachra inesse in mari licet intelligere intuentibus Vuam, Gladiū, ferras; Cucumim verò & colore, & odore similem. Gillius, Cucumis, inquit, piscis à Plinio dicitur colore, & odore Cucumeri similis. Sed is magis similis est ei, quem vulgò peponē vocamus: nisi a bitremur Pliniū perungarum Melonem Cucumerem appellare. quod ipsū simile vero videtur legentibus, quæ idem scribit de Cucumeribus, hæc Gillius. Is quem proponit Rondeletius Cucumer ē paruum colore, figura, & odore refert. Digni est crassitudine, & longitudine, tuberculis aliquot aspersis, veluti in Cucumere terrestri paruo. Partes internas indiscretas habet.





Cucumis marinus Rondeler.




## DE MANU MARINA.

## Cap. XII.

**M**anus marina dicta à similitudine quadam Zoophytum quoddam est, cuius picturâ olim à Cornelio Sittardo accepit Zoographus, edendoq; esse negabat, neq; apud auctores de ea re reperisse se quicquam.

Manus marina Rondel.



Finis Libri Quarti, & totius huius Operis, ad laudem,  
& gloriam Omnipotentis Dei, & Beatiss.

Virg. Mariæ.



# I N D E X

## Siue Enumeratio animalium, quorum historia in hoc opere pertractatur.

### Libri primi, qui est de Mollibus, Capita.

<b>D</b> E Mollibus in genere. Cap. 1.	1
fol.	1
De Polypo. Cap. 2. fol. 7	7
De cæteris Polypi generi- bus. Cap. 3. f. 42	42
De Sepia. Cap. 4. f. 44	44
De Sepiola. Cap. 5. f. 63	63
De Loligine maior, & minori. C. 6. f. 64.	64
De Lepore marino. Cap. 7. f. 78	78

### Capita Libri secundi, qui est de Crustaceis.

<b>D</b> E Crustatis in genere. Cap. 1. f. 91	91
De Locusta. Cap. 2. 98	98
De Astaco. Cap. 3. 108	108
De Leone, siue Elephanto. Cap. 4. 118.	118
De Astaco paruo marino. Cap. 5. 126	126
De Gammaro, siue Astaco fluminali. Cap. 6. 127	127
De Astaco Caraboeide. Cap. 7. 125	125
De Gammaro terrestri. Cap. 8. 135	135
De Squillis in genere. Cap. 9. 136	136
De Squilla lata. Cap. 10. 143	143
De Vrfa minore. Cap. 11. 147	147
De Crangone. Cap. 12. 148	148
De Squilla gibba. Cap. 13. 150	150
De Squilla parua. Cap. 14. 154	154
De Squilla manti Rondel. Cap. 15. 156	156
De Cancris. Cap. 16. 159	159
De Cancro marino. Cap. 17. 173	173
De Cancro Mæa. Cap. 18. 177	177
De Paguro. Cap. 19. 186	186
De Cancro Equite. Cap. 20. 197	197
De Cancro flauo undulato Rondel. Cap. 21. 199	199
De Cancro vario siue marmorato. c. 21. 200	200
De Cancris chelarum longitudine differen- tibus. cap. 22. 200	200
De Cancro cordis figura. cap. 23. 206	206
De Cancro fluminali. cap. 24. 206	206

De Crustaceis in conchis degētibus. & pri- mum de Cancris paruis. cap. 25. 212	212
De Cancellis. cap. 26. 215	215

### Capita libri tertij, qui est de Testaceis.

<b>D</b> E Testaceis, siue Conchylis in gene- re. Cap. 1. 223	223
De Testaceis turbinatis in genere. Cap. 2. 253	253
De Nautilo. cap. 3. 257	257
De Nautilo altero. cap. 4. 263	263
De Purpura. cap. 5. 267	267
De Buccino. cap. 6. 321	321
De Buccino paruo, & striato. cap. 7. 329	329
De Murice. cap. 8. 330	330
De Murice marmoreo. cap. 9. 334	334
De Murice triangulari. cap. 10. 338	338
De Murice lacteo. cap. 11. 339	339
De Murice purpureo Orthocentro. cap. 12. 340	340
De Murice Coracoide. cap. 13. 341	341
De Aporrhæide. cap. 14. 341	341
De Conchylis. cap. 15. 345	345
De Turbinibus. cap. 16. 348	348
De Turbine magno. cap. 17. 349	349
De Turbine aperto. cap. 18. 349	349
De Turbinibus tuberosis. cap. 19. 353	353
De Turbine anguloso. cap. 20. 353	353
De Turbine muricato. cap. 21. 355	355
De Turbine pentadactylo, & tesseradacty- lo. cap. 22. 357	357
De Turbinibus lauibus. cap. 23. 358	358
De Turbinibus inter spongas uniuersis. cap. 24. 358	358
De Trochis. cap. 25. 362	362
De Nerite. cap. 26. 363	363
De Nerite Aeliani. cap. 27. 365	365
De Nerite Bellonij. cap. 28. 368	368
De Cochleis. cap. 29. 368	368
De diuersis Cochlearum speciebus. cap. 30. 389	389



# I N D E X.

<p><i>De Cochlea calata.</i> cap. 31. 393</p> <p><i>De Cochlea, quæ erat in usu oleario.</i> cap. 32. 395</p> <p><i>De Cochlea depressa.</i> cap. 33. 396</p> <p><i>De Cochlea rugosa, &amp; umbilicata.</i> Cap. 34. 396</p> <p><i>De Cochlea umbilicata.</i> cap. 35. 397</p> <p><i>De Umbilico.</i> cap. 36. 398</p> <p><i>De Cochlea Echinophora.</i> cap. 37. 398</p> <p><i>De Cochlea Cylindroide.</i> cap. 38. 399</p> <p><i>De Cochlea lævi turbinæ obtuso. c.</i> 39. 399</p> <p><i>De Echimis.</i> cap. 40. 400</p> <p><i>De Conchilijs dithebis, siue bivaluibus, &amp; primum de Concha margaritifera, seu Berberi.</i> cap. 41. 417</p> <p><i>De Margaritis.</i> cap. 42. 420</p> <p><i>De Concha imbricata.</i> cap. 43. 445</p> <p><i>De Conchis striatis.</i> cap. 44. 448</p> <p><i>De Concha echinata.</i> cap. 45. 451</p> <p><i>De Concha squamosa.</i> cap. 46. 452</p> <p><i>De Conchis longis.</i> cap. 47. 453</p> <p><i>De Concha pictorum.</i> cap. 48. 455</p> <p><i>De Concha corallina.</i> cap. 49. 456</p> <p><i>De Concha rugata.</i> cap. 50. 458</p> <p><i>De Conchula rugata.</i> cap. 51. 458</p> <p><i>De Concharhomboide, vel musculo striato.</i> cap. 52. 459</p> <p><i>De Conchis læuibus.</i> cap. 53. 461</p> <p><i>De Concha Galade, &amp; Concha nigra Rondel.</i> cap. 54. 361</p> <p><i>De Concha fasciata.</i> cap. 55. 462</p> <p><i>De Concha crassæ testæ, &amp; conchis varijs.</i> cap. 56. 464</p> <p><i>De Concha tenuis testæ.</i> cap. 57. 464</p> <p><i>De Chamis in genere.</i> cap. 58. 466</p> <p><i>De Chamis in specie, &amp; primum de læui.</i> cap. 59. 469</p> <p><i>De Chama piperata.</i> cap. 60. 471</p> <p><i>De Chama nigra, siue glycymeride.</i> cap. 61. 471</p>	<p><i>De Chama nigra.</i> cap. 62. 471</p> <p><i>De Chama glycymeride.</i> cap. 63. 472</p> <p><i>De Chama peloride.</i> cap. 64. 475</p> <p><i>De Chama aspera.</i> cap. 65. 476</p> <p><i>De Ostreis.</i> cap. 66. 477</p> <p><i>De Ostreis Syluestribus.</i> cap. 67. 491</p> <p><i>De Ostrea Gaideropoda.</i> cap. 68. 492</p> <p><i>De Pectinibus.</i> cap. 69. 497</p> <p><i>De Musculis.</i> cap. 70. 508</p> <p><i>De Mytilis.</i> cap. 71. 510</p> <p><i>De Tellinis.</i> cap. 72. 517</p> <p><i>De Balanis.</i> cap. 73. 521</p> <p><i>De Pholade.</i> cap. 74. 525</p> <p><i>De Solene.</i> cap. 75. 527</p> <p><i>De Pinna.</i> cap. 76. 530</p> <p><i>De Byffo.</i> cap. 77. 540</p> <p><i>De Concha Anatifera.</i> cap. 78. 543</p> <p><i>De Lepade, siue Patella.</i> cap. 79. 545</p> <p><i>De Aure marina, siue Patella fera.</i> cap. 81. 550</p> <p><i>De Concha Venerea.</i> cap. 82. 552</p> <p><i>De Concha Persica.</i> cap. 83. 553</p> <p><i>De Penicillo.</i> cap. 84. 553</p> <p style="text-align: center;"><b>Capita libri quarti, qui est de Zoophytis.</b></p> <p><b>D</b> <i>De Vrticis.</i> cap. 1. 563</p> <p><i>De Vrtica soluta.</i> cap. 2. 573</p> <p><i>De Pulmone marino.</i> cap. 3. 577</p> <p><i>De Holothurijs.</i> cap. 4. 579</p> <p><i>De Tethyis.</i> cap. 5. 581</p> <p><i>De Malo granato, Fungo, Pyro.</i> cap. 6. 587</p> <p><i>De Mentula marina.</i> cap. 7. 588</p> <p><i>De Penna marina.</i> cap. 8. 590</p> <p><i>De Vna marina Rondeletij.</i> cap. 9. 591</p> <p><i>De Malo insano marino.</i> cap. 10. 592</p> <p><i>De Cucumere marino.</i> cap. 11. 592</p> <p><i>De Manu marina.</i> cap. 12. 593</p>
--	---



# I N D E X

## In præcedentes libros de quattuor animalibus reliquis exanguibus,

Latinus, Græcus, Hebraicus, Arabicus, Indicus, Italicus, Gallicus, Hispanicus,  
Germanicus, Belgicus, Polonicus, Anglicus, Hungaricus, Bohemicus.

A



- D** *Abrovm remedia*. fol. 416. E.  
*Academici polyptis similes*. 28. H.  
*Acarium*. 263. A.  
*Acetos* *ibid.*  
*Accipitres marini gregales sunt*. 75. A.  
*Acetabula polypti qualia*. 10. G.  
*Aceti vis*. 434. E.  
*Ad Achores* 253. A.  
*Adi penseris auidissimus Gallonius*. 142. F.  
*Aconitum cur camarum vocetur*. 109. A. eius radix qualis. 109. B. 151. B.  
*Adulatoris Hieroglyphicum polyptus*. 32. G. mores. 32. H. polypti similis. 28. H.  
*Aedon*. 588. E.  
*Ad Argylopes remedium*. 85. A. 253. A 558 H.  
*Aegilurus*. 99. C.  
*In Aegypto cur Conchyliia reperiuntur*. 237. D. 228. E.  
*Aeneæ habitus* 270. E.  
*Aethiopes, ut Conchis Veneris delebentur*. 559. A.  
*Aganos, quæ Concha*. 445. B.  
*Alabastrum quid*. 421. D.  
*Ad Album in oculo bovis* 62. E. F.  
*Alex quid*. 133. A. gregalis est. 75. A.  
*Ad Alopecias*. 60. H. 329. B. 415. D. 416. E.  
*Alexandri magni luxus in purpura*. 270. G.  
*Amantes sapijs capiendis comparati*. 51. C. redamatam subito relinquendum Hieroglyphicum. 30 H.  
*Ad Ambusta* 329. C. 387. A.  
*Ametystus gemma*. 290. F. eius color. 289. B.  
*Amicum fictum, ut Loligo significet*. 75. D.  
*Amoris coniugalis in viro firmi, in muliere lubrici typus sapia*. 57. D. eius firmitas per polyptum no. ata. 31. A.  
*Amorge herba, quæ* 307. A. lini genus est. 307 B. unde dista 288. F.  
*Ampelis algæ genus*. 592. E.  
*Amphidomia quando fiebat*. 38. F.  
*Anatysere Concha historia, & icones* 543. 544.  
*Anchusa radice vsus*. 307. C. quæ vnguenta ea tingentur. 306. E.  
*Ad Anginam* 211. C. 212. E.  
*Anguilla ex putredine* 246. F.  
*Anima omnia plena*. 246. E. purpurea, quæ. 310. E. eius vis polypti comparata. 28. H. ut corpori inhereat. 249. A.  
*Animalia aquatilia cur pauca venenosa*. 85. C. exanguium quot genera. *Arist.* 1. D. sanguinea quæ ex putredine 246. F.  
*Animus terreis aff. tibus mancipatus per Coccleam significatur*. 379. C.  
*Annus quot mensibus olim constaret*. 487. E.  
*Anseri feræ Concha historia, & icones*. 543. 544.  
*Antale quid & eius uatura*. 282. F.  
*Ad Anthracem*. 385. A.  
*Aper ne in te impetum faciat*. 165. D. quando cancrios deuoret. 172. F. quibus sibi medeatur. 176. H.  
*Apibus cancri, ut infesti*. 165. D.  
*Apes qualia appetant*. 244. F.  
*Apitium quid*. 142. E.  
*Apitius squillarum causa in Africam profectus*. 142. E.  
*Aporrhades an è muricis, vel lepadum genere*. 341. D. eius historia 341. D. 342. G. Icon 343. 344. quæ Bellonio. 550. H. ut saxis hereant. 341. D.  
*Aqua dulcis in mari*. 236. G.  
*Aquatilium tegumenta*. 255. B.  
*Aquila a polypti in aquam detracta*. 34. E.  
*Ad Anearum citrinarum morsum*. 210. F.  
*Aranæ marina Rondeletij descriptio*. 201. D. icon. 202. *Aristotelis quæ*. 201. D. *Alberto quæ*. 216. G.  
*Aranæus marinus*. 186. H. quid ita vocent Germani 46. E. qui Gallis. 177. C. descriptiones eius. 201. icones *ibid.* & 202.  
*Aranæus piscis ubi venenum contineat*. 85. C.  
*Arcanæ reuelati typus*. 168. G.  
*Ardeola cancrios nidis cur imponant*. 165. D.  
*Arcthusa imago in nutro Syracusano*. 36. F.  
*Aristoteles correctus*. 4. G. 11. D. 12. F. 52. G. 53. D. 68. G. 74. G. 128. H. 138. F. 214. H. 286. G. 296. E. 299. C. 564. G. *Sapia comparatus*. 56. H.  
*Aristophanes correctus*. 318. E.  
*Aristule gregales sunt* 75. A.  
*Armillas quas Conchas Hispani ad Armos fractos*. 384. H.  
*Arsellas quas Conchas vocent Veneti*. 458 H.  
*Ad Arthritim*. 211. A. 386. E.  
*Arytæna vas quale*. 395. A.  
*Asinus marinus*. 9. A.  
*Asinicus quid Gallis*. 588. F.  
*Astacensis sinus ubi*. 108. H.  
*Astaci aquiuoca*. 108. H. eius antipathia cum polypti. 117. *A. ab autore postei descriptio*. 111. B. icon. 112. capiendi ratio. 116. F. cum carabo confunditur. 109. A. carnis bonitas. 117. E. Chela faciem hominis ridiculam redasentans. 111. icon 115. Chela vsus pro salina. 117. G. pro tintinnabulo. 117. G. coctus cur rubeat. 132. F. cur raro viuus videatur 116. G. cur Tarentini eum numis suis imposuerint. 117. C. eius descriptio ex Bellonio. 110. H. duodecim pedes longi, qui deuoratur a rhinoceroe marino, icon. 125. Etymologia. 109 C. D. genera eius quot, eorumque differentia. 110. E. hominem præbensum suffocantis icon. 124. co insignita numismata. 117. C. cum malè depinxit Bellonius. 111. A. eius natura, & mores 116. H. eum non nouit Cardanus, & cur. 110. H. pediculo marino similis icon 123. pulmentum ut ex eis fiat 133. A. quæ loca amat. 116. E. quæ topariant. 116. G. quædo senectutem exuant. 116. H. quem Hieroglyphicè significent. 117. D. quibus noceant, & quibus prosint. 117. G. Sexus. 116. F. Synony. 109. A. & inde. temperamentum. 117. D. ubi meliores. 117. E. ubi maiores. 117. G. eius vsus in cibis. 117. E. vsus in medicina. 117. G. ut respirent 116. G. ut cocant 116. G. ut a Locusta differat. 99. D. 110. E. ut inuicem pugnent. 111. A. ut patriam amant. 116. H.  
*Astacorum aliorum Leonis Rondeletij similitum descriptio*. 122. G.  
Astaci



# I N D E X.

*Astaci Coraboeidis historia.* 135. c.  
*Astaci fluitati les an branchias habeant.*  
 128. f. crustarum factura. 132. b.  
 descriptio ex Rondel. 127. d. ex Bel-  
 lonio. 128. e. Emblemata. 131. d. ge-  
 nera. 129. B. icones. 129. ex eis ius,  
 ut fiat. 133. A. eorum lapillorum  
 usus. 134. H. ut a femina differat.  
 131. B. natura. 131. C. non omnes co-  
 cti rubescunt. 132. E. ouorum facul-  
 tas. 135. B. ijs perperam quidam ad  
 pulmonum vitia utuntur. 176. H.  
 quando meliores. 132. G. quando cru-  
 stam exuat. 131. C. qui meliores, &  
 qui peiores. 132. F. G. quot & quo lo-  
 co lapillos habeant. 128. H. 129. A.  
 Supina parte pectus, & oua ostenden-  
 tis icon. 130. Synonyma 127. C. tem-  
 peramentum. 132. E. ex eis torta, &  
 alia esicia. 132. G. ubi abundant, &  
 ubi non sint. 130. F. Uetus. 130. G.  
 H. usus in cibis. 132. F. usus in me-  
 dicina. 133. C. usus in varijs. 135. B.  
 ut aere trahant. 128. f. g. ut viui  
 conferuentur. 132. g. ut carnis audi.  
 130. h. ut capiantur. 130. h. ut co-  
 eant. 131. b.  
*Astacorum media magnitudinis descri-  
 ptio.* 111. c. icon. 113. 114.  
*Astaci parvi Rondelet. descriptio, &  
 icon.* 126. f.  
*Astacifaxatiles, qui.* 129. b.  
*Astacus urbs.* 108. b. *Bytinae locus.*  
 108. b.  
*Astago quid Plinio medico.* 117. g. cur  
 ita Locustam vocent Graci. 99. c.  
*Ad Asthmaticos.* 62. g.  
*Astura quid Peneis.* 530. g.  
*A. benaus correctus.* 25. d. 95. b. 52. h.  
 120. e. 160. g. 231. c. 286. g. 324.  
 g. locus corruptus animaduersus.  
 230. g. locus alius. 53. d.  
*Astramentum quid in mollibus, & eius  
 usus.* 5. b.  
*Astramentarius piscis qui.* 64. h.  
*Ad Atrophiam.* 133. d. 134. e.  
*Auari polypis similes.* 29. d.  
*Augusti iocus in emenda purpura.* 289.  
 d. purpuram ipse emit. 271. c. quo  
 prouerbio delectatus. 168. g.  
*Auli, qua Concha.* 433. b.  
*Aulos quid, & unde dicatur.* 527. b.  
*Auris cauitas Concha dicta.* 228. f. ad  
 eius dolorem. 329. b. 339. b. 348. e.  
 ad eius vlcera. 212. e.  
*Auris marina.* 545. c. eius historia.  
 550. f.  
*Auricula muris coccum proferens.*  
 305. c.  
*Aurora cur purpureus rubor dicta.*  
 312. h.  
*Ausonius correctus.* 45. b.

## B

**B** *Babylon cur purpurata meueerit.*  
 278. f.

*Bacca pro unione.* 422. e.  
*Balani equiuoca.* 521. d. eius descriptio.  
 522. b. icon. 522. 523. 524. non esse  
*Concham Rhomboidem.* 459. c. eius  
 Synonyma. 522. f. qua ita vocentur.  
 521. d. quot eius genera. 522. g. un-  
 de dictus. 521. d. eius usus in cibis.  
 525. a. ut nascantur. 549. d. ut co-  
 quantur. 525. a.  
*Balani Bellonij icon.* 460.  
*Balena capite carent.* 93. e. Sub ventre  
 duo habent foramina. 12. b.  
*Balnea pensile.* 477. c.  
*Bdellium onyx vocatum.* 295. d.  
*Bellis minor.* 420. b.  
*Belliculi marini, qua Concha.* 553. a.  
*Bellonij error.* 111. a. 119. d. 197. b.  
 299. c. d. 579. d.  
*Berberi Concha genus.* 417. e.  
*Bernardi qui Gallis.* 246. g.  
*Bernicla auis icon.* 544.  
*Bifas quid.* 99. c. 186. h.  
*Bisbyssinum.* 541. d.  
*Bivalua quid.* 230. g.  
*Bivaluium differentia.* 232. f. diuersi-  
 tas. 231. c. ut a turbinatis differant.  
 233. a.  
*Biucrones quas Conchas Veneti dicant*  
 458. b.  
*Blatta pro purpura Indica.* 294. g.  
*Ex Blatta Byzantia remedia.* 295. c.  
 & inde. A. abibus, quid sit, & eius  
 icon. 346. c. eius usus, & vires.  
 347. a.  
*Blata Byzantia officinarum, & multa  
 de ea.* 294. e.  
*Blatticus color.* 294. e.  
*Bolbida, qua Hippocrati.* 40. g. 43. a.  
*Bolboyne.* 12. e.  
*Bolitana.* 11. c. d. ubi non reperiantur.  
 43. d. eius usus in cibis, & medicina,  
 & ut preparentur. 44. e.  
*Bolitana Bellonij icon.* 43.  
*Bombilia ex genere polyporum.* 43. a.  
*Borvys algæ genus.* 392. e.  
*ad Brassicam iynestrem ab equo deuora-  
 tam.* 177. a.  
*Brissi echini forma, & icon.* 406. 407.  
 408.  
*Byttus quid.* 405. c.  
*Bubalos cur Veneti Cochleas vocent.*  
 375. c.  
*Bucca quid.* 321. d.  
*Buchia.* 323. b.  
*Buccina equiuoca.* 321. c. atas. 327. d.  
 qui proprie Latini. 321. d. ex eis  
 emanantis aquæ vis. 328. b. cur  
 purpura filius dicatur. 324. e. eius  
 descriptio. 323. d. differt a Conchy-  
 lio. 281. a. a tuba, ut differat. 322. e.  
 Etyymum. 323. a. fauiscat. 300. b.  
 eius generatio. 328. e. 299. a. ori gra-  
 ce sunt, & stomacho conueniunt.  
 328. f. partes eius, qua meliores in  
 cibo. 328. g. quando lateant. 327. d.  
 Synonyma. 322. f. d. turbinatum

genere sunt. 323. d. usus in cibis.  
 328. f. in medicina. 329. a. ut suu-  
 ficent. 328. e.  
*Buccinarum duarum Rondeletij icones.*  
 325.  
*Buccina alterius speciei ab authore ob-  
 seruata icon.* 327.  
*Buccina parua authoris icon.* 330.  
*Buccina peregrina icon.* 327.  
*Buccina oppidum.* 322. e.  
*Buccina pastoralis.* 321. d.  
*Buccini Zoographi icon.* 326.  
*Buccini parui historia.* 329. d. icon.  
 330.  
*Buccini striati descriptio.* 329. d. icon.  
 330.  
*Buccinus minor quid.* 323. b.  
*Buglossus lapis qui.* 242. e.  
*Bufo viuus in medio marmore inuentus*  
 241. b.  
*Byssus an ex pinna, an contra pinna ex  
 bysso oriatur.* 542. e.  
*Bissi color.* 541. e. differentia. 541. a.  
 diuersum esse a purpura. 293. c. Li-  
 ni. non laræ species est. 54. c. d. eo  
 mystica, & moralia. 542. h. quid sit  
 Cardano. 541. a. Synonyma. 540.  
 b. purpura tingitur. 541. d. eo  
 qui induerentur apud Indos. 542. g.  
 eius usus. 542. g.  
*Byssus arboreus, & ubi nascatur.* 541. b.  
*Byssus marinus quid.* 541. b.

## C

**C** *Admi filius, quid vocet Ausonius.*  
 45. b.  
*Cælij error.* 310. b.  
*Cementa umbricata, qua.* 445. b.  
*Cana Chalcidensis proœmium quid.*  
 479. a.  
*Calama vasa qua.* 311. a.  
*Calamaria nomen perperam sepia tri-  
 butur.* 45. d.  
*Calamarus piscis cur Loligo dicatur.*  
 66. g.  
*Calcha qua.* 289. a.  
*Calcinellarum forma.* 458. b.  
*ad Calculos.* 40. f. 108. g. 134. e. 135.  
 a. 172. b. 173. b. 211. c. 385. d.  
 387. c. 388. e. 415. d. 416. g. 573.  
 a. 579. a.  
*Calculi qui Concha dicti.* 228. g.  
*Calculus veterinus quid.* 552. f.  
*Caligula cur Ptolomæum percussisset.*  
 271. d.  
*Callinædon rhetor cur Carabus voca-  
 ens.* 98. f. 106. h.  
*Callicarnem nulla parte dextera ha-  
 bent.* 232. f. unde dicti. 582. e.  
*Calliblephara, qua ostrea.* 482. f.  
*Caina capitis Concha vocata.* 218. f.  
*Calx ex buccina.* 329. c. ex Conchylijs.  
 250. b.  
*Cammarus quid olim Romanis.* 137. c.  
 eius historia. 127. a. num. gammarus  
 fluxa



# I N D E X.

- fluuiatilis. 127. a. d squilla paruum differt. 127. a. in eius capite lapides. 128. f. ex eis garum. 133. a. non esse squillam. 127. b.
- Cammarus** Rondeletij. 147. b.
- Cammarum aconium** Vocatur. 109. a.
- Cancellari** quid 167. a.
- Cancelli** aquiuoca. 215. b. descriptio. 216. b. 217. a. genera, & differentia. 217. a. b. in quibus muulis reperiuntur. 512. g. eius septa qualia. 215. b. victus. 221. d. Ut sese tueantur. 221. d. vsus in cibis, & alijs. 222. f. ut a paruo cancro differat. 215. d.
- Cancelli** authoris icon. 218.
- Cancelli** alterius rubri icon. 220.
- Cancelli** alterius oblongi a straco fluuiatili similis icon. 221.
- Cancelli** in buccina latentis icon ex Zoographo. 220.
- Cancelli**, seu Bernardi Heremite nudi imago. 219.
- Cancelli** vulgo *Auena* dicti icon. 221.
- Cancro** aquiuoca. 159. a. an cerebrum habeatur. 161. b. an caput, & collum habeant. 161. b. an cauda careant. 161. a. de eo apologus. 170. e. eius astus in capiendis conchylijs. 166. f. atas. 165. a. eos capiendi ratio. 165. a. in eius capite lapis, & eius facultas. 173. b. carnis temperies. 171. d. cur transuersè incedat. 163. d. cur inter astra collocatus. 169. c. cur ad nocturnum lumen accurrat. 168. g. cur lento gressu moueatur. 164. c. cur in colico dolore prohibeantur. 172. f. cur non natent. 103. c. cur cauda careant. 100. g. cum cur Hercules occidisse dicatur. 170. e. ab eo denominata. 167. a. eorum differentia varia. 162. g. eos edentibus, qui similes. 171. b. epibeta. 171. b. Erymum. 160. b. de eo fabula. 169. d. fellis facultas. 173. a. genera eorum quot. 162. f. gressus. 163. d. Hieroglyphica. 168. f. ijs inaquans quid significet. 171. a. de ingressu eorum prouerbum. 170. g. ijs insignita numismata. 168. b. eos lepori comparare quid. 170. g. moralia, & mystica. 167. c. 208. g. maris, & famina distinctio. 165. b. e. natura, mores. 166. e. eos non nouit Cardanus 110. b. non natant. 163. d. oculorum facultas. 173. a. omnia crustacea hoc nomine comprehenduntur. 226. f. omnia crustata, sic vocat Plinius. 92. e. partium enumeratio, & vsus. 162. g. pedes quot & eorum vsus. 161. e. ab ijs prasagia. 165. b. pro omni crustaceo accipitur. 150. 9. eum prorsus non procedere contra Rondeletium. 164. f. de eo prouerbia. 170. g. quando lateant. 166. b. quando crustam exuant. 97. a. quando in Scorpiones figurentur. 166. e. quae loca amant. 164. g. qui, & quando laudantur. 172. e. qui decem, qui quatuordecim pedes habeant. 162. e. qui meliores. 176. f. qui sacri haberentur Neptuno. 194. g. b. quibus uictitene. 164. b. quibus sensibus uigeant. 163. c. cum quibus antipathiam exerceant. 165. d. cum recta ingredi docere, quid. 170. g. rotundi sunt. 161. a. senectam exuunt, & quando. 166. b. de ijs somnia, quid indicent. 169. c. ad splendorum accurrunt. 236. e. Synonyma. 160. g. ubi pleniores Luna decrescente. 176. g. uenenosus, ubi. 163. a. uisi per somnium quod signent. 169. c. eorum visus obliquus. 161. b. vsus in cibo. 171. d. in medicina. 172. f. in varijs. 173. b. ut oua edant. 165. c. ut inuicem pugnent. 166. e. ut ad eleuaria praeparantur. 172. f. ut coeant. 165. c. ut ostreas uorent. 167. c. ut coquendi. 172. e. ut aquam recipiant. 165. a. ut a locustis differant. 161. a. ut ostrea capiant. 486. b. de vulpe, & eo apologus. 176. f.
- Cancrorum** brachybelorum descriptio. nes. 202. g. icones. 185. 204. 205.
- Cancrorum** chelarum longitudine differentium historia. 200. b. & inde Cancro cordis figura descriptio, & icon. 206. e.
- Cancro** cursores qui, & eorum forma. 162. g. f.
- Cancro** dapis affectator. 213. a.
- Cancro** equitis aquiuoca, & Synonyma. 197. a. amphibius est. 198. g. cur sic dictus. 162. f. 197. a. cur in terram egrediantur. 198. g. cur non edules. 199. b. descriptio. 197. c. 199. a. eius mira uelocitas. 198. g. natura, mores. 198. g. vsus in cibis, & medicina. 199. b.
- Cancro** erroneus, qui Opptano. 198. b.
- Cancro** flauo undulati Rondelet. icon. 199. descriptio. 200. a.
- Cancrorum** fluuiatiliu caro qualis, & quantum ad phibysim ualeant. 176. b. cur canis rabidi mortui profint. 211. a. descriptio. 206. g. b. ex eis eleuarium ad marasimum. 133. c. de eis emblemata. 208. b. inuicem deuorant. 208. e. eorum natura. 208. f. oculorum vis. 212. e. eorum salubritas. 209. e. Synonyma. 206. g. ubi abundant. 207. c. ubi non sint. ibidem. vis contra leporem marinum. 90. e. uictus. 208. e. uisus in cibis. 209. c. in medicina. 210. b. in varijs. 212. g. ut capiantur. 208. e. ut coquantur. 209. c. ut a marinis differant. 206. g. ut urantur. 210. f.
- Cancro** fluuiatilis Matthiali icon. 207.
- Cancro** Heracleoticus cur sic dictus. 188. f. cur Gallus marinus dictus. 188. f. descriptio. 188. g. qui Scaligero. 244. f. ubi abundant. 194. b. ut a
- paguro** differant. 180. g. b. prone, & supine picti icon. 190. alterius descriptio. 188. b. Hirsuti prone, & supine picti icon. 191.
- Cancro** Heracleotici Rondelet. descriptio. 180. icon. 185.
- Cancrorum** hirsutorum descriptio. 188. b. icones. 192. 194.
- Cancro** hirsuti, Somniolo Romae dicti, icon. 192. 193.
- Cancro** hirsuti minoris icon. 193. minimi. ibidem.
- Cancro** in lapidem indurati vsus in medicina. 177. b.
- Cancro** lapidosus, qui Alberto. 129. b.
- Cancro** latipedis descriptio. 197. d. icon. ibidem.
- Cancro** um lutarium astus. 199. a.
- Cancro** macrocheli albicantis descriptio. 202. f. icon. 203. alterius prone, & supine picti icon. 205. alterius ex Zoographo. 200.
- Cancro** mae Synonyma, & historia. 177. uide mata.
- Cancro** maia congeneris asperitate tomentosa, icon. 185. 3.
- Cancrorum** marinorum astus in fugandis maris fluctibus. 175. d. eorum cineris facultas. 176. b. 177. b. cur paguri dicti. 186. g. cur saxatiles dicti. 175. c. descriptio. 174. f. diuersimode pingunt. Bellonius, & Rondeletius. 174. f. eorum nomine quos caneros. intelligat author. 173. d. quid Palladio. 186. b. Synonyma. 173. d. ubi abundant. 175. c. vsus in cibis. 176. f. in medicina. 176. g. ut a femina distinguatur. 176. e. ut a fluuiatili differat. 206. g. ut coeant. 176. e. ut coquantur. 176. f.
- Cancro** marini Bellonij icon. 174. alterius ab autore obseruati icon. 175.
- Cancro** minutioris brachycheli prone, & supine picti icon. 205.
- Cancrorum** occidentalis maris magnitudo. 194. g.
- Cancro** parui cur in pinnis degant. 214. b. eorum historia. 212. b. Hieroglyphica. 215. a. natura, mores. 214. e. non proueniunt sponte, sed coeunt. 214. e.
- Cancro** parui in pinnis uiuentis Rondelet. descriptio, & icon. 213. c. prudentia, & solertia. 214. f. ut generentur. 213. d. ut a cancellis differant. 213. c. 215. d.
- Cancro** ruber uinus, ut mensis apponi possit. 133. b.
- Cancro** saxei, & eorum generatio. 242. g.
- Cancro** stagni marmi Rondelet. icon. 174. f.
- Cancro** terrestris. 163. a.
- Cancro** varij, & marmorati Rondeletij historia. 200. f. icon. ibid.
- Cancro** ad Cancrum in mommis. 134. b.
- Cancro** morbus cur sic dictus. 159. c.



# I N D E X.

- eumor qualis 159. b.  
*Ad Cancros ueerorum* 44. e  
*Candys* vestis genus 277. b  
*Canis marinus* 427. a  
*Ad Canis rabidi morsus* 97. d. 133. c.  
 172. h. 176. h. 177. d. 210. g. 333. c.  
 416. g. cur canes fluuiatiles eis pro-  
 sint. 211. a. b.  
*Cantharus piscis locusta capitur* 108. g.  
 ut capiatur 41. b. c  
*Ad Capillos multiplicandos.* 382. h. ut  
 flauescant. 383. a  
*Cappa longa qua Venetis* 527. c. icon.  
 529.  
*Capparozola* 459. a  
*Carabis nomen loci* 98. h  
*Carabus cum astaco confunditur.* 109.  
 a. *Etyymum* 99. b. à locusta non differ-  
 ve 99. a. b. quo astu capiantur à poly-  
 po. 18. e. 26. f. pro quibus animalibus  
 apud Græcos accipiatur 99. a.  
*Carabus caupo* 98. h.  
*Carabus insectam quale* , & unde di-  
 ctum 98. f.  
*Carabus obsophagus quis* 98. f  
*Carambis promontorium* 99. a  
*De Carabaso quadam* 306. f  
*Carbone notari qui dicantur* 319. a. eo  
 notare quid 457. a  
*Ad Carbunculos* 85. a. 172. f  
*Ad Carbunculos pudendorum* 333. d.  
*Carcharia piscis dentibus similes lapi-  
 des,* & eorum generatio 242. e. f.  
*Carcinades qua animalia* 167. b  
*Carcinia qui lapis* 128. f  
*Carcinoma,* & cancer morbus idem.  
 159. b. ad id remedium. 172. f.  
 177. b.  
*Carcini Etyymum.* 160. g. quid Simeoni  
 Seth. 186. g. ut se tueatur. 234. g.  
*Carcinus Sophista.* 159. d. Tragicus.  
 159. d  
*Carcinias lapis* 160. e  
*Cardanus astacum non nouit, nec can-  
 crum* 110. b. eius error 92. f. 29. c.  
*Ad Cardiacam* 40. f  
*Ad Cardialgiam* 117. g. 329. a  
*Cardinales cur purpuram gestent,* &  
 quando eis concessa 271. a  
*Carduus marinus* 400. b  
*Carmesinus color unde dictus* 305. d  
*Carides unde dicta* 93. c  
*Caris fluuius* 136. f  
*Caro marina quid Trotila.* 565. b  
*Caromborus* 137. c.  
*Carpasum quid* 306. f  
*Cartilagineorum generatio.* 2. g.  
*Castitatis typus.* 542. b  
*Catapodi quid recentioribus Græcis* 9. b.  
*Cauda marina quid* 588. g  
*Causia quid* 277. d  
*Celeritatem significat Papilio* 168. g  
*Cepanum generatio.* 299. c. genus quod-  
 dam Vnio dictum 421. a  
*Ad Cephalæam.* 134. e  
*Cera.* 370. f  
*Cercopitheus præ fame caudam sibi arro-  
 dit* 20. e.  
*Ceryx lentorem saliuare quid* 300. h  
*Ceruus cur cancos fluuiatiles quæret.*  
 212. g. 172. f. à serpentes deuorante  
 comparatio. 27. d  
*Ceryx quid Plinio,* & Gaza. 281. c. de eo  
 locus Stratonici 322. h  
*Cete porphyrium* 314. f  
*Cetula marina* 322. g.  
*Chalcedonius* 265. a  
*Chalcena* 471. a  
*Chalena* 471. a  
*Chamarum cautio,* & natura sagacitas.  
 467. c. earum historia in genere 466.  
 & inde. qua præferantur 468. g. quos  
 vento horreant, & quos ament 467.  
 b. earum varietas, & differentia.  
 467. b. unde dicta. 466. e. ut à con-  
 chis distinguantur 467. d. 468. e  
*Chama aspera,* ut à leui differat. 476. e.  
 forma ibid.  
*Chama aspera Bellonij icon.* 476. Ron-  
 del. ibidem.  
*Chama aspera in medio silice* 240. e  
*Chama gy ymeridis Bellon. historia,* &  
 icon 471. b. 473. 474.  
*Chama leuis descriptio,* & historia tota.  
 469. a. & inde.  
*Chama nigra* Rondel. historia, & icon.  
 471. d  
*Chama nigra, siue glycymeridis Bellonij  
 historia* & icon 471. b.  
*Chama Peloridis caro qualis* 475. c. de-  
 scriptio 475. c. icon. 475. unde dicta,  
 ac tota historia 475. a. & inde, ut à  
 calcinellis differant 475. d  
*Chama Peloridis Bellonij icon.* 476.  
*Chama piperata historia.* 471. a. &  
 inde.  
*Chama rugata Bellonij, seu chama aspe-  
 ra icon.* 477. item aliarum.  
*Chama vasis genus* 466. f  
*Chamalea unde dicta* 469. a. diuersa sũ  
 icones. 470.  
*Chamaleon cur in colorem album non  
 mutetur* 37. g. cur se in alios colores  
 mutet 37. c  
*Chamula* 476. g  
*Charmadium quid* 369. d  
*Charta, ut olim poliretur* 251. a. ad eam  
 ligandam 556. a.  
*Chela quid* 94. g. ut Gaza interpretetur.  
 101. a. pars superior cur moueatur,  
 inferiore immobilis 161. d  
*Chelidon qui pifeis* 12. f.  
*Chermes Arabum idem cum cocco* Græ-  
 carum 105. c. qua herba eam produ-  
 cant. 305. b. c. ut à grano differat  
 360. h  
*Chiorum republ. indicat cancer in nu-  
 mo sculptus* 168. h  
*Christus purpuram indutus,* & cur 270.  
 h. quid significet. 316. e. est ipsa pur-  
 pura 315. b. eius sanguinis exemplũ  
 purpura 315. a  
*Chæron quid.* 552. f  
*Chærinæ conchæ qua* 553. o.  
*Chroma radix.* 305. d.  
*Chromasinus color* ibid.  
*Cicada Aeliany, qua Rondel. letio* 147.  
 a. qua Scaligero. ibid.  
*Cicadæ marinæ Bellonij descriptio.*  
 156. b  
*Ex Ciconiæ pullo remedium ad paraly-  
 sim.* 134. g  
*Contra Cicutam* 329. a  
*Cynedus cur glandiuoras dictus* 522. e  
*Cinadus quid Indis* 421. b.  
*Cionia qua* 287. c. 325. a  
*Ciris, vel cirrhis auis unde dicta* 3. b.  
*Ciuada Rondel. descriptio,* & icon 155.  
*Ciuada Vasconum* 139. h  
*Classicum è conchis* 251. a  
*Ad clauos extrahendos* 134. e.  
*Cleopatris gemma cur tam pretiosa fue-  
 rit.* 468. b. cur unionem deuorarit.  
 443. d  
*Clodij Aesopi filij luxus.* 444. e  
*Cloniffa* 475. d. quas conchas Massi-  
 lienses ita appellant 458. h  
*Cnide quid Plinio.* 564. h  
*Cnipis qua animantia* 173. c  
*Cocalia carnem testa habent inclusam.*  
 232. e  
*Cocalium quid* 374. g  
*Cocum infestorium* 304. b. coloris eius  
 præstantia 280. h.  
*Coehla quid* 369. d  
*De cochlea ænigma* 380. e. æquiuoca  
 360. g. h. ad alendas eas locus aptus  
 378. f. an oculis careant 374. h. 375.  
 a. an caput habent. 375. b. antipathia  
 379. a. apud antiquos in cibum Ve-  
 nisse 380. f. de eis apologus 389. a. ca-  
 ro qualis 380. g. cineris vis, & usus  
 388. a. coeunt. 245. e. cornua quot  
 375. b. in cornibus earum arenulus,  
 quas dixerit Plinius 375. a. cur cor-  
 nua habent. 94. f. desinitio 375. b. de-  
 scriptio in genere 374. h. differentia à  
 magnitudine 373. a. à colore b. c. à lo-  
 co d. penes regiones 374. e. eis diffi-  
 dentior qui dicatur 388. h. epibeta.  
 378. h. corũ esus improbat 382. f.  
 simi facultas 388. f. imbre. maximè  
 generantur 377. b. præ infidelitate do-  
 mĩ secum portant 375. c. magna ubi  
 373. a. minuta, qua Plinio 373. b. de  
 eis moralia 379. b. multifaria eas co-  
 qui 381. d. nuda ubi non sint 373. a.  
 earum operculum quale 293. d. ortus  
 earum an per coitũ 377. a. b. partium  
 interiorũ enumeratio 375. d. prover-  
 bia 388. g. qua Massario & corũ ge-  
 nus 253. c. qua meliores 381. b. qua  
 syluas ament. 376. f. qua stomacho  
 apta. 384. e. qua & ut lateant in ter-  
 ra & quãlo 373. d. 376. f. qui ab eis  
 abstineant 380. g. quibus herbis infe-  
 sta 377. d. ore visitant. 377. c. ea-  
 rum salutæ facultas, & usus 386. f.



# I N D E X

- Solidi fune nutrimenti. 380. b. Synonyma 370. f. eas tarditate vincere qui dicantur 388. b. testa earum cur vrantur 387. d. testa eiusq; nomina 375. e. cum testudine confundit Alberus 372. f. varia earum differentia 372. b. ad descendū ve praparentur 380. b. vita earum brevis 377. b. earū vita de quā dicatur 388. g. viuaria earū apud veteres fuisse 377. d. qui primus ea instituerit 378. e. unde dicta 253. d. 370. b. vocales ubi 373. a. vsus in medicina 382. g. vsus in varijs 388. f. ve eas saginariē veteres 378. e. ve fugentur 379. b. ve lacte pascantur 382. e. ve pulve ibid. ve moveantur 377. a. ve eis similes Athenienses dicti 376. f. ve laseant 247. c. ve à Strombis differant 253. e. ve conseruentur 380. f.
- Cochlea acerata quæ 374. g.
- Cochlearum Africanarum differentia 374. c.
- Cochlea Ariones, ve perdicis decipiant 379. d.
- Cochlea Asipalatica unde dicta 374. f.
- Cochlea Balearica quæ 374. f.
- Cochlea calata historia, & icones 393. 394.
- Cochlea canadica natura 373. d.
- Cochlea cylindroidis historia, & icones 399. alterius forma, & ic. 556. 557
- Cochlea depressa descriptio, & icones 396.
- Cochlea duplicis ad instar quasi turbinis icon 394.
- Cochlea echinophora 373. b. eius descriptio, & icon 398. b. 399.
- Cochlea Germana quæ 374. f. g.
- Cochlea lauis turbine obtuso forma, & icon 399. d.
- Cochlea linsia unde dicta 374. f.
- Cochlea lupinorū magnitudine 373. b.
- Cochlea margaritifera 263. d. eius nomina 430. c.
- Cochlearū marinarum differentia 373. d. à Strombis differunt 253. e. vsus pro tuba 227. c. icones 390. 392.
- Cochlea margaritifera porcellana dicta 552. g.
- Cochlea maxima, ac monstruosa maris Sarmatici descriptio 309. d. icon 391.
- Cochlea operculares 293. 294.
- Cochlea pomatica quæ 373. e. d. ubi multa 373. d.
- Cochlea, quæ erat in oleario vsu historia & icones 395.
- Cochlea rugose, & umbilicata historia, & icon 396. alterius 397.
- Cochlea Sefeli quæ 373. d.
- Cochlea sicula quales 374. f.
- Cochlea solitana quæ, & unde afferantur 374. e.
- Cochlearū syluestrium differentia 373. d.
- Cochlearum terrestrium descriptio, & icones 389. 390.
- Cochlea Tyria 297. d.
- Cochlearum umbilicarum historia, & icones 397.
- Cochlis quid 369. d.
- Cochlion pro Cochlea marina 254. e.
- Cochlion quid 369. c.
- Ad Colicos affectus 117. d. 142. g. b. 416. g. 489. c.
- Ad Calicos dolores 135. a. 385. b. 491. a. in ijs cur cæcri prohibeatur 172. a.
- Colora quid 109. a.
- Colossinus color qui 311. c.
- Colybdæna quid 137. c. 565. b. mentula marina dicta 588. f.
- Celycia quæ Bellonio 565. b. esse Aporrbaides 342. f. muricū genus 331. c.
- Columbum piscem non generare margaritas 432. e.
- Ad Conceptionē 40. g. 143. a. eius prinicipium 246. f. ad eam iuandam. 321. a.
- Concha charta polita 251. a. à Cœchylis separata 226. g. cur Veneri dicata 248. g. cur lunata dicta Plin. 249. d. ea digni qui dicantur 250. f. eam diuidere quid 250. f. earū diuisio ex Arist. 461. a. b. eas legere quid 250. f. omnes celerrimè crescūt 298. b. ab ostrea distinguitur 226. g. ponitur aliquando pro Cochlea 227. b. pro Cochlea marina 254. e. pro ostrea 227. c. pro vase 227. d. pro chama 468. e. pro vna specie 227. a. protesta 226. b. quæ Veneri dicata 540. a. quæ apud veteres fuerint in pretio 473. b. quid simpliciter Martiali 522. b. ijs reserata loca longinqua à mari 243. d. eius significata 226. f. sensus 423. a. silicū duritia teguntur 4. b. 255. b. unde dicta 229. a. ut eas capiat polypi 25. a. ut à chamis differant 467. d. 468. e.
- Conche aduena cancello, seu Bernarda beremita plena icon 219.
- Cōcha Aegyptia Paralios dicta 530. g.
- Concha Anatifera historia 543. icones 544.
- Concha candida unica fascia castanei coloris icon 450.
- Concha ceramis quæ 466. f.
- Concha charina quæ 553. d.
- Concha corallina historia 456. icones 456. 457.
- Concharum crassa testa icones 463. historia 464.
- Cōcha Cytheriaca quæ Martiali 417. b.
- Concha ebinata historia 451. icones 451. 452.
- Concha ericina 248. g.
- Concha erubrea quæ 553. a.
- Concharum fasciatarum historia, & icones 462. 463.
- Conche fossiles quæ 459. a.
- Conche Galadis historia, & icon 461.
- Concha Herculea quæ 282. f.
- Concha D. Iacobi 498. f.
- Concha imbricatæ historia, & icon 445. minima 448.
- Concha Indica quæ 417. c.
- Concha lauigata quæ 552. e.
- Concharum lauum historia 461. a. differentie ibid. c.
- Concharum longarum historia 453. a. & inde icones 455.
- Conche longæ Plinij vere forma 453. c. icon 454.
- Conche longæ Rond. icon 453. Zoographi 454.
- Conche margaritifere cur non amplius retibus piscantur 428. b. descriptio. 417. d. differentia, & nomina 417. d. icones 418. 419. manus piscantium mordent 426. b. solertia 428. b. Synonyma 417. c. ubi retibus capiuntur 427. b. vsus in cibis, & alijs 420. e.
- Concha persica maioris, & minoris forma 559. b. icones 560.
- Concha mensure genus 228. g.
- Conche nigre historia 461. b.
- Concha pictorum historia 455. d. icones 456.
- Conche rhoboidis historia, & icon 459. non esse balanum, nec spondyliū 459. c. icones 460.
- Conche rugata historia 458. icones 459 475.
- Conche saxis adherentes 545. a.
- Conche squamosa descriptio, & icon 452.
- Concharū striatarū historia 448. f. 450.
- Concha niuea icon 450. longæ Randeleij, & nestre icon 449.
- Conche striatæ pecciformis icon 450.
- Conche striatæ quadruplici fascia castanei coloris 450.
- Conche striatæ rotundæ icon 449. 450.
- Concharum striatarum Randeleij icon 449. aliarum ritum; in quibus sua conspiciuntur animalia icones 451.
- Conche tenuis teste forme 464. g. icon 465.
- Conche Veneræ Arist. incognite 231. b. & cur 553. c. descriptio 331. b. 554. f. icones 554. 555. 556. 557. 558. vniualues sunt 230. b. cur uniuersalibus adiectæ 552. e. ubi abudens 559. a. ubi moneta loco 559. b. vsus 558. n.
- Conchis quid 228. b.
- Conchida lapidem quem Megaræses vocent 241. d.
- Conchites lapis ubi 248. e.
- Conchyle quid 229. d.
- Conchylegi 247. d.
- Conchyleguli qui 347. d.
- Conchylitas lapis 247. d.
- Conchylitarius qui 247. d.
- Conchylia an videant, & audiant 244. f. caro eorū cur senibus inutilis 252. f. eorū à carnis bonitate laus 223. d. cur crescente Luna non augeatur opinio Cardani 235. d. Pierij 256. e. Basilij f. cur in montibus, & alijs locis à mari difficit



# I N D E X.

- difficilis reperiantur. 237. d. cur lubri-  
ca dicantur. 249. d. cur poma maris  
diffa. 224. c. ab ijs denominata. 247.  
d. descriptio, & icon. 346. historia in  
genere. 223. & inde. in ijs luxus Ro-  
manorum. 224. f. motus. 244. g. mu-  
gitum adentia ubi. 233. d. eorum no-  
cumēta. 251. f. de ijs proverbia. 250.  
f. subterraneę ubi. 241. e. teste facul-  
tas. 348. f. testa, ut cōburantur. 253.  
a. cineris vsus. 253. a. varia signifi-  
ca. 345. a. ubi maxima. 237. c. ubi nō  
sint. 237. c. viduarum cupidia sunt.  
274. e. vsus ad agriculturam. 250. h.  
in varijs. 250. g. in medic. 253. a. ut  
cōdiatur. 252. b. ut nutriatur. 236. f.
- Conchylium cum purpura, & buccina**  
cōfunditur. 281. a. ab ijs differit. 281.  
a. quid. 281. d. 346. a. eius varia si-  
gnificata. 226. a. b. pro colore sumi  
345. c. eius succus qualis. 147. d. eius  
succo lana infesta vsus, & vires. 347.  
d. Synonyma. 225. a. unde dictū. 229.  
c. vsus in medicina. 348. e.
- Conchylij S. Iacobi** 504. g.
- Conchylium Indicum** quid. 294. b.
- Conchyliata, & purpurea** differat. 303. a
- Conchyta** qui. 247. d. 247. d.
- Cum Congro bella** polypo. 26. h. cur lo-  
cuffa eum vincant. 104. h. eum cur  
metuat polypus. 104. g. b.
- Consilij symbolum** Pagurus. 196. e.
- Consules Rom.** purpurati sacra facie-  
bant. 272. f.
- Consulatus Romanorum insignia** 272. f.
- Cōvinciatores locustis marinis** compara-  
ti. 106. f.
- Conyza odorem mollium** extinguit. 5. d.  
quid prætet in polypis. 31. a.
- Corallum aceto** dissolvitur. 434. e.
- Cor sanguinis principium** 246. h.
- Coruina, siue Coruiola** 554. e.
- Coruuli gregales** sunt. 74. a.
- Coturnices aues speculo** capiuntur. 51. d
- Cosyledones** quid in polypo. 10. g.
- Crange Arist.** quæ. 139. a. 147. a.
- Crangonis historia** 144. e. descriptio ex  
Rondeletio. 148. f. ex Bellonio. h. ex  
Zoographo. 149. a. icon. 149. Syn-  
onyma. 148. e. vsus in cibis. 140. b. ut  
coquatur. 149. c.
- Creta notare** quid. 437. d.
- Cribrum** quid apud Aegyptios signifi-  
cavit sub sepia pisium. 57. d.
- Croca** quid. 370. e.
- Crocodilus** cur mandibulam superiorem  
moneat. 161. d.
- Crotalia** quæ Veteribus dicta. 95. c.
- Crustaceorum carnis bonitas** 97. c. ca-  
ro qualis. 232. e. rubra est. 94. g. in  
Conchis digentium historia. 212. h.  
& inde. Crustam mutant, & quan-  
do. 96. h. 97. a. cur oua sub cauda  
ventri iuncta habeant. 96. g. cur tes-  
taceis ea præferat author. 91. d. cur  
capite ea cavere dixerit Galenus. 93.
- a. cur ossibus caveant. 92. h. cur cor-  
nua habeant. 94. f. cur chelas. 94. g.  
cur paruum caput, parvumque os ba-  
beant. 93. c. cur in stagnis marinis gi-  
gnantur. 245. c. dentes in ore, & in  
ventriculo habent. 93. d. & quales  
94. e. eorum differentie. 92. g. ea dor-  
mire. 95. a. eorum genera. 92. f. histo-  
ria. 91. vsque. 98. lapides sua crusta  
habeant. 94. h. mas à femina, ut disse-  
rat. 95. d. mares, & ingenium. 96. h.  
non respirant. 95. c. eorum oculi, ubi,  
& quales. 94. oua qualia. 96. f. eorum  
oua cur imperfecta dixerit Aristote-  
les. 96. g. eorum partus qualis. 96. f.  
quæ sint Plinio. 92. e. que loca ament.  
95. b. quale caput habeant. 93. b. c.  
qualia animalia. 2. e. quando pingui-  
ora, & meliora. 97. b. quas partes cum  
reliquis exanguibus communes ha-  
beant. 93. a. quibus vitanda. 97. d. quo  
æstu eavenetur polypus. 26. e. quot pe-  
des habeant, & cur. 94. g. sexu distin-  
gui. 95. d. sexus præcipuum signum  
cauda latitudo. 96. g. sonum, aut vo-  
cem nullam edunt. 95. b. Synonyma.  
92. c. valent gustos, & odoratu. 95. a.  
eorum visus. 95. e. visus eorum he-  
bes, & cur. 95. a. vsus in cib. 97. b. in  
medicina. 97. d. ut coeant, & quan-  
do. 96. e. ut testaceis, & mollibus simi-  
lia. 92. b. ut coquenda. 97. c. d. ut na-  
rent, & que eorum. 95. b. ut pugnent  
& eum quibus. 96. h. vulva qualis  
95. d.
- Cuarassa gemmarum** genus in India in ter-  
ra latitans. 135. d.
- Cucumeris marini** historia. 592. b. icon.  
593.
- Culices, quæ appetant.** 244. f.
- Culus asini** quid. 588. f.
- Cunus marinus** 577. d.
- Ad Cutim tingendam.** 135. b.
- Cutiones, quæ animalia** 8. f.
- Cylindri qui** 422. f. ab Eleucho differre.  
422. c. qui lapilli ibid.
- Cymbala** cur Concha dicta. 228. c.
- D.
- Dactylus** quid. 527. b. quid Vene-  
tis. 522. f.
- Dactylus, siue unguis** Bellonij. 453. b.
- Dalechampi error.** 21. a. 44. b. 231. d.
- Danielis Barbari** laus. 587. a.
- Delphini corio tantum** teguntur. 4. h.  
255. b. duobus foramina, & cur.  
12. h. in portum se conijcentes tem-  
pestatem significat. 76. e.
- Ad Dentes dealbados** 62. f. 135. a. 490.  
e. ad eorum dolorem. 60. a. 172. b. ad  
eos exesos. 377. d. ad eorum vitia. 517.  
b. 558. h. subterranei, & eorum gene-  
ratis. 241. d.
- Dentale** quid, & eius natura. 282. f. g.  
723. c. quinq; differentie descriptæ. 283.
- Dentalium** 282. g. quid cordo. 553. b.
- Dentex cum polypo** pugnat. 28. f. grega-  
lis est. 75. a.
- Dentifricium ex murice** 333. c.
- Ad Dentitionem.** 172. b. 212. e. 388. e.
- Ad Destillationes.** 489. c.
- Diabolus polypo similis** 29. b. sepiæ, ut  
similis. 57. a.
- Diacarnij descriptio** 210. b.
- Dialecticam discentes cancri** similes  
vorantibus. 168. g.
- Ad Diarrhoeam** 44. f.
- Didonis habitus.** 269. a.
- Digitos non esse**, Concha longas. 453. b.
- Diogenes Cynitus polypum** crudum  
voraunt. 49. a.
- Dionysius purpuratus.** 260. e.
- Dioscorides correctus** 89. a. 325. a. ex-  
plicatus. 287. e.
- Diuites polypis comparati** 29. b.
- Ad Dolores mitigandos** 320. e. aurium  
383. a. caput. 382. b. 388. e. colicam  
384. g. dentium. 382. g. stomachi.  
383. d.
- Dolosi homines per caneros** designati.  
167. c. ut vindicentur. 170. f.
- Domus cara, domus optima,** proverb.  
388. b.
- Domiporta.** 371. b.
- Donax** quæ Concha. 453. b.
- Donax** quid. 527. b. & inde.
- Contra Dorycnium** 89. d. 108. f. 177. a.  
320. e. 329. a. 415. c. 507. d. 517. b.  
540. g. 586. h.
- Dromo cancri** genus. 197. b.
- Ad Dysuriam** 60. h. 415. d.
- Ad Dysenteriam** 108. g. 117. d. 491.  
a.
- E.
- E** Cæole. 422. f.
- Echinades** Insulæ. 413. a.
- Echineides** vsus ad partium resinendum  
416. e.
- De Echinometra** Arist. & Pinius di-  
scerpit. 408. g. eius descriptio ex Bel-  
lonio. 409. a. icon. 409. ab Echino dif-  
fere, eiusque differentia. 405. d.
- Echinometra amethystini coloris** icon.  
410.
- Echinometra maxime pelagica** icon.  
411.
- Echinometra Rondelet.** forma, & icon.  
408. g.
- Echinopos** herba. 412. h.
- Echinorum aculeorum** vsus. 412. f.  
aquatica. 400. e. An turbinatis, an  
verò crustatis annumerandi. 254. g.  
in arboribus quid. 400. g. ijs asperio-  
qui dicatur. 413. d. carne carent.  
232. e. 406. e. caro eorum quæ. 414.  
g. crustis, & spinis teguntur. 265.  
b. cur cirros habeant. 485. b. eo-  
rum descriptiones ex Rondeletio, &
- Ecc 2 Bala



# I N D E X.

G.

Bellonio 406. f. ab ijs denominata. 412. b. edules, & nō edules, qui 406. e. epitheta 414. f. efus eorum, quibus cōueniat 415. b. ex ijs garum 133. a. Hieroglyphica 414. e. integri, item in partes dissecti icon 407. integrum qui deuorari 415. b. eos inter testacea enumerat Aristoteles 254. g. b. inter crustacea à Plinio recensentur 255. b. eos lanigare quid 413. d. magni ubi. 405. b. cōiū natura 247. b. nunquam ouis carent 247. a. olf. ctu carēt. 244. g. orsus 408. f. ab ijs presagia 413. b. oua eorum, quando habeant nutrimentum exiguum 414. g. ouorius, qui, & cur sic dictus 406. f. partes eorum dissectæ uniantur 412. g. eos piscadi raria 412. f. de ijs prouerbia 413. d. quando meliores 406. g. qui meliores in cibo 414. b. quomodo inuicem differant 405. a. b. spinis teguntur 4. b. testarum cineris vis, & usus 415. c. usus eorum in cibis 414. g. in medicina 415. c. ut ingrediantur 412. g. ut contra tempestatis vim se munitant. 413. c.

**Echini, vel potius Echinometra superficies ex Zoographo 409.**

**Echinus diuersi color 405. e.**

**Echini lapidei spoliati à spinis icon 407**

**Echini ferruginei icon 410.**

**Echinorū maris rubri icones 411. 412.**

**Echinorum omnium minimorum icon. 412.**

**Echini oblongi aperti icon 410.**

**Echini quinti descriptio 409. c. icon. 410.**

**Echini Spasagi authoris icon 408.**

**Echini Spasagi, & Brissi forma, & icon 406. 407. 408.**

**Echini spinis spoliati item alterius cum adiuncta spina icon 407.**

**Echinus ciuitas quæ 400. f.**

**Echinus planta quæ 400. g.**

**Echinus vas quale 400. e.**

**Echiniscus quid 412. b.**

**Echinites lapides 413. a.**

**Eledona 11. c. quæ 42. f. an cum aspiratione scribi debeat 42. f. Etyymum ibid. eius descriptio 43. Etyymum secundum aliquos 20. e.**

**Elegini gregales sunt 75. a.**

**Elenchus quid 421. d. quæ margarita ibid. cur margarita ita vocetur 421. d. & quæ 437. b.**

**Elephantū cutis cur cancellata dicta. 215. c.**

**Elephantū historia 117. b. lo. usla similis est 101. c. cum Leone idem est 119. c.**

**Elephantus Plinij Astaci genus 110. e.**

**Ad Elephantiasm 416. g. cur Alexandria frequens 381. d.**

**Embamma quid 118. b.**

**Ad Empyema 133. d.**

**Ad Enterocœcē 85. a.**

**Entbatum 282. g.**

**Ephapsis vestis 278. e.**

**Ad Epilepsiam 135. a.**

**Epipetri generatio 581. a. forma, & icon 190.**

**Equi salua vis 134. g. ad eius capitis dolorem 212. g. purpura decorati, qui 278. b.**

**Equuleus Cochleatus 369. b.**

**Ad Equorum oculos lunaticos 135. b.**

**Erimos herba 400. f.**

**Erucarum cum cancri diffidium 165. d. & 166. c.**

**Euripides cur à multis taxatus 268. b.**

**Exercitus instaurati Hieroglyphicum. 414. f.**

**Exanguinum animalium quot genera Aristot. 1. d. caro eorum inuicem comparata 223. d.**

**Exanthemata purpura dicta, & quare 289. c.**

F.

**Faba marina quid 553. b.**

**Faba κόχνας dicta 228. b.**

**Ad Faciem dealbandam 62. f. 329. c. 358. b. ad eius maculas 333. c. 386. g. eius rubor purpura dictus 289. c.**

**Farcimen theutis dictum 77. c.**

**Fauare, & fauificare quia 299. a.**

**Fauaginis descriptio 300. b. icon ibid.**

**Ad Faucium asperitatem 383. c.**

**Ad Febres 211. b. tertianas 40. f.**

**Felis marina 65. a.**

**Felis marina Hispanica quid Belgis. 46. e.**

**Ferrugo Ibera 306. b.**

**Festina lente, prouerbiū unde ortum. 168. b.**

**Fibri pedes quales 198. f.**

**Ad Ficos anti 387. c.**

**Ne Ficus fructum perdat 212. g.**

**Ad Fistulas 386. f.**

**Fistula sacra quid 527. b.**

**Flos Indicus purpura tingens 306. g.**

**Ad Fluxus albi 558. b. muliebres 211. d. albos 135. a. sanguinis 172. b. & menstruorum 442. c. ventris 62. b.**

**Fœneratores polypti similes 29. d.**

**Ad Fœtus mortuos eiciendos 211. d.**

**Forma multiplices in humore genita 245. b. carum dator quis 241. a.**

**Fornica equites cur sic dicta 197. a.**

**Fornica, ut abigantur 388. f.**

**Forum muribus sternendum cur Cato dixerit 331. b.**

**Fructum ut plantæ conseruent 173. c.**

**Fucus quid 314. b. pro flore purpura accipitur 288. b.**

**Fucus Tengius 296. b.**

**Fullo insecti genus Gazæ 98. f.**

**Fuluus color qui 45. c.**

**Fungorum mira procreatio 486. c. ut multi nascantur 301. a. ut subito 299. b. marini Zoophyti icon 587.**

**Furca quid Apuleo in crustaceis 94. g.**

**Furvus color qui 45. c.**

H.

**ad Hæmorrhagiam 385. a.**

**Hæreticorum eloquētiū purpura & byssus signans 315. c. Sepijs ut similes 56. b.**

**Hal-surion quid 588. g.**

**Halidona 42. g.**

**Halipneumon quid Plinio 577. d.**

**Hamiota 247. d.**

**De Hammonis templi loco primo consideratio 243. c.**

**Hayi pisces nautibus infesti 427. a.**

*Ad*



# I N D E X.

*Ad Hæticam febrem* 133. d. 143. b.  
 153. d. 209. c. d. 211. c. 155. d.  
*Hæcyporphyræ* 286. b.  
*Heledone* 12. e.  
*Ad Hemicraniam* 320. e.  
*Ad Hepaticos* 62. g.  
*Ad Hepatis inflammationem* 384. f.  
*In Hepati piscis capite lapides* 435. a.  
*Herba ex quibus purpura fit* 304. b.  
*Hercules cur cancrum occidisse dicatur.*  
 178. e. qui purpura inventor 308. g.  
*Hermolai error* 216. g.  
*Hesychius correctus* 159. d. 277. c. cuius  
 lapsus 293. e.  
*Hiatula quæ* 467. d. quid *Gaza* 466. g.  
*Hippocampus marinus* 197. b. eius ve-  
 nenum 60. b.  
*Hippocarci bispidi descriptio* 180. e.  
 f. icon. 179.  
*Hippopotami corio, & cute teguntur.* 4.  
 b. 225. b.  
*Hirundo pelagia gregalis est* 75. a.  
*Hirundo piscis volat* 73. b. qualis 12. f.  
*Hædas, qui apud veteres fuerit in præ-*  
 tio 475. b.  
*Holoporphyrus intus, extra leucopary-*  
 phus, qui dicatur 319. a.  
*Holothurij Erymum* 579. d. unde di-  
 ctum 588. f. genus, differentia, descri-  
 ptio 580. e. icones 580. 581. natura.  
 581. a. Synonyma 579. c. d. a. Tebyis  
 differre 579. d. ut ab ijs differant.  
 580. e.  
*Hon lelio animaduversa* 21. b.  
*Humani generis Hieroglyphicis* 249. a.  
*Humor mucosus natura feminis* 299. a.  
*Hyacinthynus color* 308. e.  
*Ad Hydropem.* 40. f. 211. c. 385. e.  
 517. b.  
*Hysquid.* 307. d.  
*Hysginum quid* 314. g. 306. b. quæ her-  
 ba 308. c.  
*Hysplax* 225. c.

## I.

**I** Anum cur bicipitem veteres sinxe-  
 rint 209. a.  
*Ignantia, ut cuidam per Loliginem ex-*  
 probata 75.  
*In igne cur non generetur animal* 245. c.  
*Ad Ictherum* 133. d.  
*Ad Ileum* 108. f.  
*Imbrices quid* 445. b.  
*Imbricatum quid* 445. b.  
*Imperantis sue nationi typus* 30. f.  
*Impostores, dolosi, & perfidi per can-*  
*crum significati* 167. c.  
*Inconstantia Hieroglyphicum* 168. f.  
*In India omnia quàm apud nos maiora.*  
 455. c.  
*Indicum quid à purpurissa differat.*  
 314. g.  
*Indiserecum quid Plinio* 42. d.  
*Isflics quos mentio dixerit esse Aeso-*  
 put 175. f.

*Ad inflammationem linguæ, & guttu-*  
*ris* 134.  
*Insectorum sensus* 244. e. ut incrementa  
 sumant. 246. b.  
*Insidiator naturam polypi imitatur.*  
 29. a.  
*In somniorum interpretur cur à polypis*  
 abstinere iubeatur 30. g.  
*Intempestivè factum vituperabile.*  
 389. b.  
*Invidi locustis marinis similes* 106. f.  
*Ionia, quæ* 320. f. 324. b. 325. a.  
*Ionij error* 565. b.  
*Ad ischiæm* 384. g. 585. b.  
*Eudæorum scueritatis Hieroglyphicum.*  
 414. e.  
*Iulidis venenum* 142. b.  
*Iulæ oppidum* 263. b.  
*Iumenta Luna decrefcente imbecilliora.*  
 235. d.  
*Iuncus quid apud Aegyptios significa-*  
 ret 57. c. quot eius species apud Theo-  
 phrastum.

## L.

**A** D Lambiorum ulcera 489. e.  
*Labrax cū squillis pugnat.* 140. e.  
*Us a squillis occidatur.* 153. b. eius  
 oculi margaritæ dicitur 441. a.  
*Lacedæmonij, quando purpura indue-*  
 ventur 371. d.  
*Laterna, quæ vestis.* 275. b. Tyria;  
 297. d.  
*Lacerta* 370. f. Cæcileas odit. 379. a.  
*lacerti gregales sunt* 75. a.  
*Ad lachrymas.* 387. b. earum symbo-  
 lum 434.  
*Lacina quid in ostrea* 485. a.  
*In Lacu, quæ non nascantur* 245. b.  
*Lacus terræ motu apparentes* 243. d.  
*Lagois peregrina* 79. c.  
*Lambini error* 291. a.  
*Lana non est in purpura.* 292. b. prius  
 purpura in ea 302. b.  
*Lana pinnula quid Siculis* 530. g.  
*Lana Tyria* 297. d.  
*Lapis Conchis refertus apud Megaren-*  
*ses* 241. d. cur in mari rotundus fiat.  
 234. g.  
*Lapidem omnem moeure qui dicantur,*  
 & Unde 170. b.  
*Lapides piscibus prægnantes ubi, & eo-*  
 rum generatio. 242. g.  
*Lapillus Erythreus quid* 422. f. quid ge-  
 nerali nomini significet 422. c.  
*Lari auct, ut Cochleas rumpant.* 379. b.  
*lascivi, & petulantis ab ineunte lætate*  
 Hieroglyphicum 540. e.  
*Læti stragulis purpureis ornati* 279. c.  
*Ad lentiginem* 385. b.  
*Leo Astaco confunditur* 118. b. Astaci  
 genus quale 110. e. eius descriptio.  
 119. d. 120. e. f. Erymum 119. b. Lo-  
 custis similis 101. c. marini, & terre-

stris antipathia 122. b. Synonyma  
 119. b. eius varia significata 117. f.  
 unde dicitur 120. e. usus in cibo, &  
 alijs 126. e. ut ab Astaco differat  
 120. f.  
*Leonis auctoris descriptio* 120. b. icon  
 121.  
*Leo Plinij, qui Iouio* 101. e.  
*Leonem, & Elephantum Plinius sepa-*  
 rat 120. g.  
*Leonem Plinij, & Elephantum idem es-*  
 se 119. c.  
*Leonis Rondeletij icon* 122.  
*Leo fontis custos qui* 118. a.  
*Leo serpens qualis* 117. b.  
*De Lepade proverbum* 550. e. unde di-  
 cta 545. b. usus in cibo 549. d.  
*Lepadis Belionij icon* 548. b.  
*Lepas maris rubri* 547. d.  
*Lepas parva Diphris* 548. b. Rondeletij  
 547. d.  
*Lepadusa insula unde dicta* 549. a.  
*Ad Lepras* 333. c. 387. a. 416. f.  
*Leporem canis comparare quid* 170.  
 g. enim caput cancer, proverbum.  
 170. g.  
*Leporarium Q. Fulvij* 378. g.  
*Leporis marini æquivoça* 79. a. eius ad-  
 mirabilis facultas 485. b. an peculia-  
 riter lædat pulmones 86. g. cineris  
 vis 85. b. cur massa in formis dica-  
 tur 80. e. eius descriptio ibid. duplex  
 est Alberto 79. a. duo eius genera lo-  
 co differentia 82. d. eius genera, &  
 eorum forma 80. g. eius historiam cur  
 inter mollia ponat auctor 78. b. locus  
 & victus 82. d. mollibus annumenta-  
 tur 2. b. eius pictura quid significet,  
 84. b. de eo proverbum 84. g. Sexus  
 distinctio 84. f. Synonyma 76. b. tres  
 eius species ex Rondeletio depictæ 81.  
 eius usus in medicina 84. b. eius ve-  
 neno qui vsi 85. c. d. venenum, &  
 eius curatio 85. c. & inde veneni E-  
 peramentum 86. b. ad id remedium  
 209. d. veneni sumpti indicia 86. b.  
 ex eo symptomata, quæ 86. g. ad id  
 remedia 88. e. f. 210. g.  
*Lepus marinus non venenatus* 79. a.  
*Leporis mar. veri icon* 82. a. illæ species  
 depictæ 82. 83.  
*Leucoparyphus extra intus holoporphyr-*  
*us qui dicatur* 319. a.  
*Liberis quid* 216. e.  
*Ad libidinem excitandam* 44. e. 60. b.  
*Libri purpura ornati* 179. d.  
*Librum tectibus dictum* 77. c.  
*Ad licentiam* 442. f.  
*Ligombaudios quos Massilienses vocant*  
 109. d.  
*Limax* 370. f. an à Cochlea differat 371.  
 d. carnem habet testa inclusam 232.  
 e. Erymum 372. e. lapidis eius vis, &  
 usus 388. c. eius metamorphosis 377.  
 c. cum metuone limax 379. a. vitus.  
 245. b. sale insperio liquescit 379. b.  
 Eec 3 Limaces



# I N D E X.

*Limaces agnici qui* 370 f.  
*Limacia* 372. E.  
*Limboria* qui 277. A.  
*Limbus* quid 277. A.  
*Limnostaera* cur dul. iora aliq̄ 480. H. que sine Rondsletio 480. G.  
*Limus* vestis genus 277. A.  
*Lingua serpentina*, qui dentes dicti 242. E.  
*Linum Orchomenium* 307. C.  
*Linum Xilinum* 341. B.  
*Lustrea*, qua Spartiano 467. A.  
*Ad Lippitudinem* 773. A. 387. B.  
*Liquari* qua dicantur 434. F.  
*Litterarum sacrarum Hieroglyphicum* 57. C. D.  
*Lithospermi* forma 441. C.  
*Loca* modo terra, modo maria secundum philosophum 238. F.  
*Locusta equiuoca* 98. F. atas 103. A. antipathia cum quibus exerceat 104. G. H. arma eius ad pugnam qua 98. E. asperitas corporis, & a quibus ea differat 100. F. Astaco prestat 108. E. ab authore posita descriptio 101. B. icon 102. carnis qualitas 108. E. ex eius cauda estia 107. D. conditura 107. D. eius cornua qualia 100. G. H. & eorum Synonyma 101. A. crusta tegitur 4. H. 255. B. cur caudam habeat 100. G. cur crustam exuat 97. A. cur gammare praferat Arist. 98. E. ab ea denominata 106. e. dentes ubi 100. g. descriptio ex Rondsletio 100. h. 101. a. eam dum decoquitur ex abeno furatur polypus 34. c. eius epicheta 106. g. Etymum 99. c. foreipes habere 100. c. forma 99. d. genera 101. b. c. Hieroglyphica 106. g. hostis est murena 27. a. lapideam, qua 107. b. magna ubi 107. c. eius munitis omnium partium sapidissima 107. d. mas, ut a femina differat 104. e. moralia 106. f. natura, mores 104. f. nigricantes ubi 103. a. in pretio habitas esse 107. b. pugna cum polypo 104. g. qua eligenda 107. c. qua loca ament, & ubi mutant 101. d. quando crustam exuant 97. a. quomodo ab Astaco, & gammare differat 99. a. quibus distinet 103. a. quibus conveniant 108. f. Synonyma 99. a. testa, seu crusta vis 108. g. in ea tria esse commoda, & qua 98. f. quot mensibus lateant 104. f. ubi abundant 101. d. eas vincit polypus & quomodo 26. h. usus in cibis 106. h. in medicina 108. f. ut nateant 103. c. ut elixentur 108. e. ut a cancro differat 100. f. 16. a. ut coquantur, & qua coctura melior 107. c. ut pariant 105. c. ut polypus odere 26. h. ut capiantur 103. b. ut pugnent 104. f. ut coeant, & quando 105. b.

*Locusta insectum* 98. f. meretrix ibid.  
*Loliginis equiuoca* 64. f. atas 73. c. d. eius astramentum 66. e. caro qualis 76. b. cocta cur subpurpurea reddatur 68. g. conspecta cur tempestatis dicatur pronuncia 76. e. cur nigra Horatio dicta 76. g. cur binas habeat promuscides 46. g. in delicijs habitam esse, & etiamnum haberi 76. h. ab ea denominata 75. c. epicheta 76. g. Etymum 65. b. eius gladij descriptio 66. b. icones 67. ex ea iscia 77. d. magna, qua 64. g. mas, ut a femina differat 73. d. mores, & ingenium 75. a. eius nominem, & minorem Plinius comprehendit 65. c. oua qualia 74. b. pedes ei quos & quales 46. g. pedum constitutio, & usus 56. c. preparatio 77. b. promuscides, & earum usus 65. c. ab ea, qua prasagia sumantur 76. e. qua loca amet, & ubi abundet 72. f. qua parte pariat 74. g. quo tempore melior 77. a. Sapia astutior est 75. a. b. Squamis caret 66. e. ab ea Synonyma 75. d. Synonyma 46. g. temperamentum 76. b. eius ventrem quid vocet Aristoteles 66. e. Virus 72. g. volatus 73. b. Usus in cibis 76. g. usus in medicina, & alijs 78. b. ut coeat 74. e. ut farciatur 77. c. 78. g. ut capiat 72. h. ut contra tempestates sese muniat 65. c. ut a sapia differat. 65. d.  
*Loliginis maioris* authoris icon 69. & 70. Salusant 71.  
*Loligines parva, & magna*, ut coquantur 78. c. f. qua aequae eis conveniant 65. e.  
*Loliginis minoris* Rondel. cum suo gladio icon 72. descriptio ex Bellonio 68. b. ex Rondslet. ibidem Synonyma 64. h.  
*Loliguncula* quid 75. c.  
*Lolij* descriptio ex Bellonio, & ex Rondslet. 68. e. f. g. eius duo sunt genera 68. g. gregales sunt 75. a. Loligo maior est 64. g. 67. d.  
*Lolius heron* qui 64. f.  
*Lollia Paulina* luxus in margaritis Lepas 345. b.  
*Loricarum* inuentio unde 98. e.  
*Lucullus* luxus 267. e.  
*Ad Lumb* eos 143. b.  
*Lumen purpureum* dictum 280. f.  
*Luna* vis in conchylijs 229. b. vis eius in his inferioribus 236. f. quid in testaceis, & alijs animalibus possit 235. c. eius natura 486. f.  
*Lupus marinus*, qui dicitur Roma 192. e. Squillas deuorat, & ab eis superatur, & quomodo 140. e. per squillam capitur 143. c. ut eum occidat squilla gibba 153. b.  
*Lucem* ut noctu edere possimus 577. b.  
*Luxus veterum* in ostreis 477. b.

*Lyra loco conchyliis* ubi 251. b.  
*Lyra piscis lepus marinus putatus* 79. a.

M.

**M** *Acinesta cancri* genus 174. e.  
*Ad Maculas corporis tollendas* 61. a.  
*De Maca varia* opiniones 177. c. vide Maia.  
*Magaleb* 314. g.  
*Magistratus dolosi* typus 168. e.  
*Maia* descriptio tum maris, tum feminae 178. e. f. Etymum 177. c. interanea, qua 178. f. marec quando, & quando femina ad cibum requirantur 186. e. ubi abundant, & maiores sint 186. e. ut coquantur 186. f. ut a paguro differat 178. e.  
*Maia alterius* descriptio 180. g. icon 181. alterius plurimis spinis horrentis descriptio 180. g. icon 184.  
*Maia Rondsletio* qua 177. e. eius descriptio 187. c. icon ibid.  
*Maledici Hieroglyphicum* 316. f.  
*Malignanti Zoophyti* forma, & icon 587.  
*Mali punica* quatuor species, qua 89. c.  
*Mali insani Zoophyti* forma, & icon 592. f.  
*Malignitas per Loliginis succum* indicata 75. d.  
*Malleoli gregales* sunt 75. a.  
*Manus marinis* forma, & icon 593. a. b.  
*Ad Marasimum* 133. c.  
*Marcelli error* 293. a.  
*Mare purpureum* dictum 310. g. & cur 290. g. eius epicheta 310. g. ubi nigritus 312. g. eius Hieroglyphicum sunt Conchyliis 237. a.  
*Margarita aceto* dissoluta 434. e. eius equiuoca 420. h. atra ubi 432. f. ab authore obseruatarum forma 422. g. h. icon 423. ex ijs antidota 442. f. calcinatio per acetum improbata 443. a. ex ijs calx, ut fiat 442. g. ex carne generari 431. 432. e. carnis color 421. c. color cur mutetur 423. c. colore varians 437. b. cur elenchi dicantur 421. d. cur vilescant 439. c. cur tribacca dicta 444. g. ijs cur se pauperes mulieres ornent 444. b. ab ijs denominata 434. g. earum dos in fulgore 422. e. elenchio 437. a. Epigrammata 436. e. figura 421. d. genus differentia, descriptio 423. a. Hieroglyphica 414. f. 434. b. immaturis qui utantur 441. d. minor naturalis earum non restituitur 439. d. ut restituantur 439. e. de ijs leges 439. c. in ijs luxus 443. c. magna ubi 431. a. non esse parius ostentum 432. e. et oculis



# I N D E X.

- oculis piscium quales 441. b. ex ijs  
 elemm, ut fiat 442. f. ouorum ma-  
 gnitudine ubi 421. c. pilus, ut ex ijs  
 auferatur 439. d. eas piscantes, ut  
 contra pisces se defendant. 428. f.  
 piscandi ratio 426. b. 438. b. 427.  
 d. eas piscantium pericula 426. b.  
 pondus earum non restituitur 439.  
 c. pretium 224. b. 438. e. 439. b. de  
 ijs proverbialia 436. b. qua Concha  
 parte gignatur 430. g. eas, que Con-  
 cha proferant 420. g. que eligenda.  
 441. d. quando plures generentur,  
 430. g. b. quomodo primum Roma  
 ex usu esse cepere 443. b. in quibus  
 Conchis generentur. 429. b. quid sit  
 422. g. ex rore, & fulgure non na-  
 sci 431. d. in somnis visa, quid por-  
 tendant 434. H. Synonyma. 421. a.  
 earum temperamentum 441. d. 442.  
 e. ex testis oriri 434. a. Unde gene-  
 rantur 430. g. unde dicta 42. c. ubi  
 nascantur 249. d. ubi inueniantur.  
 424. e. usus earum in medicina 441.  
 c. ut ex testis Concharum fiant 440.  
 b. ut perforentur 441. d. ut dissol-  
 vantur 434. e. ut adulterentur  
 440. e.
- Margarita arboris, que** 420. b. herba,  
 que ibid.
- Margarita Insula, ibid.**
- Margaritarum** 434. g.
- Margaritiferarum Concharum oris, &**  
 generatio 429. a. vide Concha mar-  
 garitifera.
- Margaritum** 421. b.
- S. Maria Margarita similis** 435. b.
- Maffacata** 144. g.
- Maffarij error** 299. c. 579. d.
- Maffruca vestis, que** 270. g.
- Mauriculi** 565. b. quod Ennio 553. b.
- Melanurus pisci: cur cum sapia confan-**  
 datur. 57. c.
- Melicembases** 470. e.
- Mellis vis contra pueredinem** 304. f.
- Melonis pagina quid Aufonio** 45. b.
- Memphidis cur Homerus non memi-**  
 nit 239. c.
- Mendacij Hieroglyphicum Sapia,**  
 57. c.
- Ad Menses ciendos** 40. g. 60. b. 61. a.
- Mens sancta per purpuram indicata.** 315.  
 a. attonita consternatio per polypum  
 notata 30. g.
- Merula marina historia** 588. e. cur sic  
 dicta 589. d. eius descriptio 588. b.  
 genus, differentia, forma 589. a. &  
 inda. 590. e. icones 589. 590.
- Merinx insula: que & ubi** 296. g.
- Meretricis polypis similes.** 29. c. pur-  
 puram usurparunt 278. f. Sapia, ut  
 similes. 57. b.
- Ad Merulas capiendas** 143. b.
- Messacata** 144. g.
- Miluis piscis vola** 73. b.
- Milui byssum gignunt, & ut abysso**
- pinna differat** 541. c. ad canis rabi-  
 di, morsus non valere 517. a. dete-  
 riores ubi nascantur 512. f. eorum  
 generatio 245. c. 299. a. C. iuris eo-  
 rum vires 517. b. magnitudo 512.  
 g. qui Plinio 510. b. 517. d. ex pu-  
 tredine oriri 229. d. quando oua habeant.  
 516. b. qui preferantur 468. g. sa-  
 lem, & virus resipiunt 512. g. cum  
 cellinis confunduntur 517. d. ubi  
 meliores, & ubi priores 516. g. ubi  
 generentur 516. e. eorum usus ad  
 oleum excipiendum 517. e. usus in  
 medicina 517. a. in cibis 516. g. ut  
 ab alijs ostracodermis differant.  
 512. f.
- Mituli fluuiatilis descriptio** 512. e.
- Mituli marini descriptio** 512. e.
- Mitulorum Matthioli, & authoris ico-**  
 nes 513. 514.
- Mituli Rondelii icon** 512.
- Mituli scyllodes unde dicti** 511. a.
- Mituli solati, qui Gaza** 511. a.
- Molecca, qui cancer Venetis** 173. d. un-  
 de dicta 174. e.
- Moranam, ut pinna capiat** 539. a.
- Mollium alueus, ubi** 4. b. eorum capil-  
 lamenta, & usus 4. b. capus ubi ha-  
 beant 3. c. caro eorum qualis 7. b.  
 38. g. de eorum coitu, partu, & gene-  
 ratione 6. b. cur fistulam habeant.  
 4. f. cur pinnam 4. g. b. cur gulam,  
 & obumbrum 5. c. cur parum vi-  
 uant 6. g. cur non sint in Ponto 6. b.  
 cur sic dicta 76. e. ab eis cur exor-  
 diatur auctor 1. d. cur in salis aquis  
 gignantur 6. f. cur in staguis mari-  
 nis 245. c. cur parua sint 6. g. cur  
 frigoris impatientia 6. g. cur diu co-  
 eunt, & quomodo 6. b. cur acera-  
 mentam effundant 6. b. cutis eorum  
 an cutis dicenda 4. b. dentes quid  
 vocet Arist. 3. c. eorum descriptio,  
 & partium anatome 3. a. ut cum tur-  
 binatis conueniant 4. e. excrementa  
 eorum cur meatu ori vicino emittan-  
 tur 4. e. oua eorum nun edantur 7.  
 b. mares eorum, ut a feminis differe-  
 rant 6. e. natura, & mores 6. f. g. os  
 eorum, & rostrum 3. c. ossibus, &  
 visceribus carent 3. a. oua eorum,  
 ut augeantur 7. a. partes eorum ex-  
 teriores quales 3. b. interna 4. b. 5.  
 a. pedes cur in parte priori 3. d.  
 eorundem constitutionis ratio 4. f.  
 qua mollia quibusdam dicantur 2. b.  
 3. a. qualia animalia 2. e. quan-  
 do meliora 7. b. quid sint 2. f. quot  
 pedes habeant, & quales 4. f. quot  
 eorum genera Arist. 2. b. de eorum  
 sensu 5. D. 244. E. sexus 6. e. som-  
 niant 5. D. Synonyma eorum, &  
 Etyymum 2. f. vitus 6. f. usus in ci-  
 bis 7. b.
- Monetaleo Coche, que & ubi** 559. a.
- Monstrorosi piscis cuiusdam forma** 2. c.
- Moranam, & constellationem significat can-**  
 cer 168. g.
- Ad morbos muliebres** 44. e. 60. b. 295.  
 c. 385. d.
- Ad inerbium regium** 517. b.
- Morosi hominis Hieroglyphicum** 414. c.
- Mortem quales purpuream dixit Ho-**  
 merus 289. d. purpuream obire quos  
 Homerus dixit 303. c. ea sublata qui  
 dicebantur 310. f.
- Mortui unico istu Hieroglyphicum** 316.  
 g. purpura induti 278. g.
- Moschus ut vocetur Germanis** 42. b.
- Moschites unde dicta** 42. b.
- Moschita polypi genus ibid.**
- Ad mugiles capiendos** 143. b. genus  
 quoddam eorum ex putredine 246.  
 f. eos venatur sepia 48. g. & quomodo  
 55. b.
- Mulierum munus quid.** 348. b. ad ea-  
 rum morbos 40. g.
- Mullus cur sacer habitus** 85. d. cur in  
 Diana sacris artemisijs gestarentur.  
 85. d. gregalis est 75. a. ex iscin-  
 ribus eorum garum 133. a. lepores  
 marinos venatur 85. d. qui apud Ve-  
 teres fuerint in pretio 475. b.
- Multipes quid Alberto** 9. b.
- Muranam cur metuat polypus** 104. g.  
 b. molli cute regitur 4. b. 255. b. que  
 apud veteres fuerit in pretio. 475. b.  
 que loca amat 138. c. quos polypus  
 sectetur 43. d. pugnat polypo 27. a.  
 in terram excunt 20. f.
- Mulieris marito suo consenta symbolum**  
 379. d.
- Murici squinoca** 330. g. cineris vis, &  
 usus 333. a. cineris vis caustica.  
 333. b. inter Conchas numerari 332.  
 f. Etyymum 331. b. denominata.  
 332. g. epitheta 332. f. intortus, qui  
 dicatur 332. g. nomen generale est.  
 322. g. ab obstino colore differt 288.  
 g. quid ueteribus 281. c. quid pro-  
 prie 331. b. sacer cur dicatur in rispe-  
 vitis 331. d. unde dictus 322. g. usus  
 in cibis 332. b.
- Muricum bellicorum tria genera.**  
 331. a.
- Muricis coracordis descriptio, & icon.**  
 341.
- Murices ferrei qui** 331. a.
- Muricus lactis descriptio** 339. B. icones.  
 ibidem 340.
- Murices marmorei cur sic dicti** 334. c.  
 descriptio, historia, & icon 334. 335.  
 336. 337.
- Muricis Mutiani descriptio** 554. e.
- Muricis purpurei orthocentri descriptio,**  
 & icon. 340.
- Muricis triangularis descriptio** 338. b.  
 icon. 339.
- Muricis species appendicibus asperis,**  
 col. rubro, cinereo, & alba prone, &  
 supine picta 338.



# I N D E X.

*Murex Tyrius* 297.d.  
*Murileguli qui* 247.d.  
*Muricatum quid* 332.g.  
*Muricatum cacumen quid* 330.b.  
*Murileguli qui.* 322.b.  
*Mus marinus* 509.a. in terram exit.  
 20.f.  
*Muscardinus* 258.e.  
*Muscarolus* 258.e.  
*Musculi varia significata* 508.e. usus eorum  
 in cibis 510.e. Usus in medicina.  
 510.g. Ut coquantur 510.f. ut differant.  
 509.b.  
*Musculi Rondelet.* descriptio, & icon.  
 509.b.  
*Musculi striati historia* 459.e.  
*Musculi Zoographi forma, & icon*  
 509.c.  
*Muscubus Balanae quid* 508.f.  
*Muscus quid Massiliensibus* 42.b.  
*Musica harmonia capiuntur paguri.*  
 195.a.  
*Muris quid* 47.b. non esse hepar 198.b.  
 quid in mollibus, & eius usus 5.a.  
*Myaë, quæ Oribasio* 510.b. quando  
 optima 516.g.  
*Myia quæ Plinio* 508.b.  
*Myisca, quæ eadem* 508.b.  
*Myites lapis* 510.e.  
*Myrrhinatasa unde dicta* 264.e. an ea  
 dem cum Calainis. 311.b.  
*Mytæstus* 508.c.

## N.

**N**acro Cardani, quæ Concha.  
 429.e.  
*Nacra Bellonij, quæ Concha* ibid.c.  
*Narica* 363.d.  
*Natex* 363.d. Ut capiant 244.g.  
*Natura cuique dux ad viuendum.*  
 160.b.  
*Naues iburcine.* 261.b.  
*Naues Conchis dicta* 228.g.  
*Nauigationis rita Hieroglyphicum.*  
 414.f.  
*Nauigia unde inuenta.* 262.g.  
*Nauplius Plinij* 257.b. 255.b.c.  
*Nauplius polyposimilis* 46.f.  
*Nauplius Mutiani* 259.a.  
*Nauta* 11.c. 257.b.  
*Nautilus, seu nauticus* 12.e. equino e.  
 257.b. cirrorum usus 258.b. Concha  
 eius qualis 259.d. ab eo cur inter te-  
 stacea auctor exordiat 257.a. eius  
 descriptio 258.f. 259.d. de eo Epi-  
 grammata 285.a. genus, differentia  
 258.f. eius secunda species, quæ au-  
 tho i. 259.b. polyposimilis. 259. D.  
 quot eius genera 258. f. sponte nasci.  
 261. c. Synonyma 257. b. eius testa  
 interioris icon 266. ubi venari non  
 liceret 262.b. unde dictus 259.c. ut  
 tempestatem vitet 262.c. ut cum cru-  
 stis, & mollibus conueniat. 257. a.  
 ut maniget. 261.d.

*Nautile primi generis Arist.* secundum  
 Bellon. & auctorem icon 260.  
*Nautili alterius historia* 263.d. 264.c.  
 icon 265.  
*Nautili ab Indis varijs imaginibus ex-*  
 eimo cortici insculptis exornati icon.  
 266.  
*Nautilus murrbhinus* 264.e.  
*Nautilus fabulae genus* 257.b.  
*Nepa quid* 160.b. 170.b. cam imitari,  
 qui dicantur 170.b.  
*Ad Nephriticos dolores* 40.f.  
*Nerita an turbinatorum generis* 364.b.  
 eius forma, & descriptio 365.a. histo-  
 ria 363.d. & inde. earum nauigatio.  
 363.c. sensus 365.c. ubi generentur.  
 365.c.  
*Nerita Aeliani quæ, eiusque historia.*  
 365.d. icon 366. 367.  
*Nerita Bellonij historia, & icon* 368.  
 e.f.  
*Nerita Rondelet.* item auctoris icon 365.  
*Neronis piscatio* 271.d.  
*Ad Nervi diffellionem* 173.a. 205.c.  
 320.e. ad eorum vulnera 284.b.  
*Nigrum pro violaceo* 290. f.  
*Nisibi nugæ* 227.c. error 579.d. 582.e.  
*Nodus Gnidius quid Ausonio* 45.b.  
*Nubes* 545.c.  
*Nympha Speusippi quæ* 156.g.

## O.

**O**bstinati Polypis similes 29.d.  
*Oëtopodi quid Græcis recentiori-*  
 bus 9.b.  
*Oëtopoda pro polypo* 9.b.  
*Ad Oculos caligantes* 383.a. 510.g. ad  
 eorum dolorem 329.a. ad maculas.  
 386.g. 387.c. 573.a. ad varia vitia.  
 61.d. 62.e.  
*Oeconomia typus polypos* 30.e.  
*Oleas, ut amant polypi* 18.c.f.  
*Olei vis contra putredinem* 304.f.  
*Onychæ, quæ Conchæ* 453.b.  
*Onyx an purpura tegumentum* 347.c.  
 quid 289.b. 294.b. 346.c. 347.a.  
*Onyx gemma unde dicta* 295.a.  
*Onychinus color* 294.b.  
*Onychites* 295.a.  
*Opistholia quid Thebanis* 45.e.  
*Oppiani lapsus* 214.b.  
*Orbis echinati icon* 409.  
*In Orei caneros adherere, qui dicantur.*  
 215.e.  
*Osiugale cur cancer dicatur* 159.c.  
*Ad Oris tetros odores* 329.b.  
*Ossa lapidea* 243.a. in terra etiam gene-  
 rari 243.a.  
*Osmylia descriptio* 43.b.  
*Osmylus* 12.e. an idem cum ozona 42.e.  
 f. eius bonus odor 42.b. cum Eledone  
 confunditur 42.g. eius descriptio.  
 43.b.  
*Ossole* 11.e. quod Gaze 42.b.  
*Ostacus* 109.b.

*Ostracinda Indos* 248.e.  
*Ostracites gemma* 248.f.  
*Ostracium* 346.a.  
*De ostracismo metaphora* 251. de quibus  
 dicatur 251.c. Ut ferretur 251.d.  
*Ostrea, & ostreum quid differant* 255.  
 c. aluum mouent 487.d. antipathia.  
 486.b. aqua dulci gaudent 480.f.  
 carnem eorum, ut cancer depascatur.  
 167.c. in cæno nascuntur 485.c. co-  
 lore variant 482. f. cruda quoque  
 eduntur 488. e. cur dura testa tegantur  
 485. b. cur lunæ ratione grande-  
 scant 486. e. f. cur roseida dicta 486.  
 g. cur in lacum lucinum transferrentur  
 477. b. cur apud lautos in pretio.  
 487. c. cur humanum genus eis simi-  
 le esse dixit 249. a. differentia 240. e.  
 ex eis garum 133. eorum genera-  
 tio 485. c. de eis gryphus 487. b. lac  
 eorum quid 485. d. meliorum nota.  
 484. g. eorum in morem adherere  
 quid 250. g. optima ubi 480. f. quæ  
 Aristor. 225. b. quæ Spartiano 467.  
 a. quæ proprie ita dicantur 230. f. quæ  
 celebrata 482. f. g. b. qualem succum  
 generent 487. c. quanti ea fecerint  
 veteres 477. b. 479. a. quos sensus ha-  
 beant, & quos non 486. g. sexu ca-  
 rent 485. e. silium duritia teguntur  
 4. b. 255. b. à stellis marinis exedun-  
 tur 487. a. suburana cur meliora.  
 483. b. Synonyma 479. c. testis ea te-  
 gi, quid significet 249. b. ubi lauda-  
 bantur 237. c. ubi serantur 486. e.  
 ubi meliora 522. b. unde dicantur.  
 226. e. 479. c. vituaria eorum, qui in-  
 uenerit 477. b. usus in cibis 487. c. in  
 medicina 489. c. ut cancer ea capiat  
 166. f. 486. b.  
*Ostrea Gasteropoda historia, & icon.*  
 492.  
*Ostreatum marinarum icones* 482. quan-  
 do optima 480. b.  
*Ostrea rupertina, quæ Iuuenali* 483. b.  
*Ostrea pelagia, & marina, quæ dicantur.*  
 481. d.  
*Ostrea stagni marini Rondelet.* icon.  
 480. b.  
*Ostreorum syluestrium historia* 491. b.  
 icon ibid.  
*Ostreum virgæ virilis species* 588. b.  
*Ostreatum tergum gestare quid* 248. e.  
*Ostreofus* 248. f.  
*Ostrifer ibidem.*  
*Ostrum quid* 288. g. qualis purpura.  
 289. d. differentia à loco 290. e. unde  
 dictum 225. d. 288. g.  
*Ostrum Sarranum unde dictum* 297. e.  
 288. g.  
*Ostrum Sidoninum unde dictum* 298. e.  
*Ostrinus color à murice distinguitur.*  
 288. g.  
*Otia quid Plinio* 545. e.  
*Oua malacoderma, & ostracoderma.*  
 225. d.



# I N D E X.

*Ex Ovo quæ animalia generentur* 246.  
*g. quid in testaceis* 235. b.  
*Ouum polyphi* 11. c. 12. f. 258. f.  
*Oxybaphum quid* 289. a. unde dictum  
 288. b.  
*Ogena an cum Osmylo eadem* 42. e. eius  
 descriptio 43. b. eam prosequitur mu-  
 vana 43. d. ubi abidet ibid. eius usus  
 in cibis. & ut præparetur 44. e.  
*Ozolis* 12. e.  
*Ozolis Bellonij icon* 43.  
*Oxos* 288. b.

## P.

**P***aguri æquiuoca* 186. g. carnis qua-  
 litas 196. b. crustam, ut exuant  
 195. b. cur sapientia ei tribuatur 196.  
 e. descriptio 187. a. duo genera nota  
 Scaligero 188. f. duplex genus 162.  
 b. epitheta 196. f. Etymum 186. g.  
 musica harmonia capitur 195. a. na-  
 tura, mores 195. b. in numo Chiorum  
 pictus 168. h. prone, & supine picti  
 icon 189. de eo proverbia 196. e. eos  
 qui simpliciter pro canceris accipiant  
 173. d. cum quibus pugnent 195. d.  
 eorum sapientia proverb. laudata  
 196. e. in Scorpios mutari dicitur 197.  
 e. Synonyma 186. g. usus in cibis 196.  
 h. ut coquantur 196. h. ut musicam  
 arant 195. d. ut a maia differant  
 178. e. ut a cancro Heracleotico 180.  
 g. h. ubi maiores 194. g.  
*Paguri auctoris descriptio* 188. e.  
*Pagurus fluminalis qui Galeno* 206. g.  
*Pagurus qui Rondeletio* 177. c. eius de-  
 scriptio 178. h.  
*Paguri Venetorum descriptio* 181. g.  
 icon 182. femina icon 183.  
*Palladis vulnus fascia purpurea obliga-  
 tura* 168. f.  
*Palmata toga quæ* 374. f.  
*Ad Panos.* 333. c.  
*Pantheræ, ut capiantur* 41. c.  
*Papaver quibus, & quo loco* 235. B.  
 quid in mollibus Arist. 5. o.  
*Polyphi quale* 10. f.  
*Papauerculum quid in buccina* 135. a.  
*Papilio cancerialis detentus quid signifi-  
 cet* 168. g.  
*Papilla pilosa, canceri genus* 192. e.  
*Paralios, Concha Aegyptia* 539. c.  
*Paralarges* 277. a.  
*Ad Paralyfim* 134. g.  
*Parasitis canceris comparati* 208. g. Co-  
 chleæ 379. c. in eos emblemæ 131. d.  
 209. b. typus eorum polyphus 32. g.  
*Parietaria ubi coccum proferat* 305. c.  
*Ad Paronychiam* 387. c.  
*Ad Parotidas* 490. g.  
*Ad Pantum accelerandum* 386. e. ad  
 continentium 172. g. ad mortuum  
 efficiendum 172. g.  
*Paryphes* 277. a.  
*Passionis dominicæ sacramentum, ut pur-*

pura significat 315. d.  
*Pastinaca radij mira vis* 85. a.  
*Patella an uniuales* 230. b. an a saxis  
 soluantur 549. b. esse uniuales 545.  
 d. genus, & descriptio 545. d. icones  
 546. 547. 548. Locus, natura 549.  
 a. eius more herere quid 550. e. Syno-  
 nyma 545. a. ut a saxis diuellantur  
 549. c.  
*Patella Cypria striata, & non striata  
 icon* 548.  
*Patella maioris Bellonij descriptio*  
 550. g.  
*Patella fera* 545. c.  
*Patella fera Rondel. historia* 550. f. no-  
 stre icones 551.  
*Patria nihil dulcius* 117. a. eius amator  
 per astacum designatur 117. b.  
*Pauarazzos quas Conchas Anconitani  
 vocent, & cur sic dictæ* 458. h.  
*Peccatores locustis marinis comparati*  
 106. f.  
*Pechyales* 277. a.  
*Pectinis æquiuoca, & varia significata*  
 497. a. an oculos habeant 505. c. an  
 volent 505. c. cur in Pyrrheo Euripo  
 non sint 236. b. pro Conchis Venereis  
 usurpati 558. b. descriptio 498. g. h.  
 Etymum 498. f. genera 498. b. in mar-  
 more pictus 240. g. eius icon in numo  
 Tarentinorum 36. f. 506. f. optimi  
 ubi 506. h. subterranei ubi 241. c.  
 ubi generentur 505. b. usus in cibis  
 506. g. h. usus in medicina 507. c.  
 usus in templis 507. d. ut generen-  
 tur 506. e.  
*Pectinæ auctori icones* 500. 501. 502.  
 503. 504. 505.  
*Pectinis Rondel. icon.* 499.  
*Pectinum utraque parte auritorum de-  
 scriptiones* 499. a. & inde.  
*Pecten Amazonius quid* 497. c.  
*Pecten Veneris herba cur sic dicta*  
 497. d.  
*Pectuncululus quid & ut a pectine diffe-  
 rat* 498. e.  
*Pecunia ex Conchylijs* 251. b.  
*Pelagium quid* 282. e. 288. h. eius pre-  
 tium 267. a. quid Plinio 282. e.  
*Pelei, & Theridis fabula* 58. e.  
*Penicillus marinus Rondel.* 282. g. de-  
 scriptio 559. c. icones 561. 562.  
*Ad Penis arrectionem* 329. b.  
*Penna marina forma, & icones* 590.  
 591.  
*Perca in lapide* 240. g. sequitur seipsam,  
 proverb. 58. h. saxea, & earum gene-  
 ratio 242. g.  
*Perdices Cochleas edunt* 379. a.  
*Perfidi per canceros significati* 167. c.  
*Periculi Hieroglyphicum sepia* 57. c.  
*Perinesa vestimenta, quæ* 277. a.  
*Peristomata conchyliata* 279. b.  
*Perlarum mater Concha, quæ dicta* 417.  
 c. earum insula, quæ & cur sic dicta  
 420. h.

*Perna quid* 531. c. quid Neapolitanorum  
 530. g. Plinij, quæ 530. b.  
*Ad Perniones* 489. c. 177. b. 579. a.  
*Perotti error* 332. f.  
*Perfaru regibus quàm grata fuerit pur-  
 pura* 269. b. de eorum veste dictum  
 regis Aethiopum 269. b.  
*Peruersos, & inemendabiles canceri per  
 somnum visi significant* 169. c.  
*Petulantis, & lasciuu ab ineunte ætate  
 Hieroglyphicum* 540. e.  
*Pemeroni quæ Concha, & cur sic dicta*  
 466. h.  
*Peuzazza Unde dicta* 466. h.  
*Pharmacum pro quo colore sumatur*  
 288. b.  
*Pheræcon* 371. b.  
*Phicidiffare quid* 318. h.  
*Philippus purpuram respuit* 270. f.  
*Philoxeni poeta ridiculum testamen-  
 tum* 38. b. 39. a. eius voracitas 38. g.  
*Ad Phlegmonem crurum, & pedum*  
 385. a.  
*Phœnix Achillis præceptor cur pagu-  
 rus dictus* 186. g.  
*Phœnix qui primus purpuram gessit*  
 270. g. 308. h.  
*Phœnicus a purpura distinguitur*  
 309. c.  
*Phoiadis æquiuoca* 525. b. an balanus  
 522. f. descriptio 525. d. icones 526.  
 non esse balanos 526. e. Unde dicta  
 326. e.  
*Ad Phœbissim* 133. c. 177. a. 383. d. 387.  
 b. 176. g.  
*Phycis squillas denorat* 140. e.  
*Phyllanthus herba* 307. a.  
*Phyllanthion dyticon herba ignoratur*  
 307. a.  
*Pica Astacos venatur* 131. a.  
*Ad Pilarem morbum* 177. b.  
*Pileus vuber quando Cardinalibus con-  
 cessa* 271. a.  
*Pileum rotundum* 542. g.  
*Ad pilos euellendos* 84. b. 85. a. b. 579.  
 a. 573. a.  
*Ad eosdem è mammis tollendos* 333. a.  
*Pinna æquiuoca* 530. f. an sine cancro  
 paruo viuere possit 214. h. ex ea an  
 hyffus oriatur 542. e. eius, & canceri  
 parui societas 214. f. usque b genera,  
 & differentia 530. b. de ea Hiero-  
 glyphica 540. e. meliores quæ 540. f.  
 uatura, & mores 538. h. quot modis  
 edantur 540. g. Synonyma 530. f. v. q.  
 de dicta 530. f. usus in cibis 540. f. ut  
 myrulo similis 532. h. ut mænam  
 capiat 539. a. ut sibi v. Etum quæ-  
 rant ibid.  
*Pinna aculeata auctoris icon* 533. alia  
 534. 535. 536. 537. 538.  
*Pinna Bellonij icon* 532.  
*Pinna magna Rondel. icon* 531.  
*Pinna margaritifera ubi* 531. c.  
*Pinna parua Rondel. icon* 532.  
*Pinna Zoographi icon* 533.



# I N D E X.

*Pin na lana quid Genuensibus* 330. g.  
*Pinnophylax* 213. a.  
*Pinnother* 213. a.  
*Pinnotheres* 213. a.  
*Pinnothera Eymum* 214. f. solertia.  
 214. f.  
*Pinnotheres Plinij* 215. d. 216. e.  
*Ad pisces capiendos esca ex astacis* 135.  
 b. 388. f. 550. e.  
*Pisces fluuiatiles ex putredine* 246. f.  
*Pisces quæ animalia improprie vocet Plinius* 1. d. polypi odore delectantur 41.  
 b. sanguine carentes Plinio qui 2. e. squamis teguntur 4. b. 255. b. onæ eorum ut fecundentur 54. e. Varias eorum figuras reperiri in saxis. 138. e.  
*Piscis monstrofi cuiusdam forma* 12. g.  
*Piscis sacer* 257. c.  
*Pisces testudines qui* 229. c.  
*Piscis acerramentarius qui* 64. b.  
*Puerones quas Conchas Veneti dicant.* 458. b.  
*Placenta theutis dicta* 77. c.  
*Plautæ cur pauca in mari gignatur* 245. b. terra incola sunt 245. c. ut generentur 245. c.  
*Plantanimal, seu plantanimal quid.* 563. c.  
*Ad pleuritidem* 387. b. notham 134. b.  
*Plinius correctus* 116. e. 175. c. 297. a. 324. e. 342. f. 385. a. eius error 11. b. 74. f. 261. c. eius locus explicatus 42. d. 53. c. 230. c. notatus 331. c. suspensus 86. c. 262. e. male distinctus 140. b. cum Oppiana conciliatus. 262. f.  
*Plutarchi inconsiderantia* 243. b. eius locus de purpura explicatus 303. d.  
*Pluuiæ præsagium* 169. b.  
*Pneumonia quid* 578. b.  
*Ad Podagram* 386. E. 387. B. 85. A. 579. b.  
*Poesis percaput polypi notata, & cur.* 30. g. 35. d.  
*Polliceps unde dictus* 522. g. quid Belonio 522. f.  
*Polypi acetabula qualia* 10. g. æquinoctia 8. e. f. eius ambigua natura 8. e. 18. e. an brachia sua deuoret, eaque an renascantur 19. a. Aquilam vincit, & hominem interficit 7. d. Aquilam, ut in aquam detrahat 34. e. atas 23. d. an in omnes colores se mutet 25. c. d. acerramentum eius cuius coloris 10. f. barba eius, quæ dicantur 10. g. bicubitalem quis una mensa absumpserit 38. g. bis septem plagis percussus de quo dicatur 35. d. de cæteris eius generibus 42. e. calliditas in re familiari 24. b. capiendi ratio 21. a. b. caput eius de quo dicatur 35. c. caro eius cavernosa est 37. b. carnis temperamentum 38. g. cerebrum ei duplex 10. f. de conu. o. tu & incubatu 22. c. colores mutat 25. a. b. crudum deuorant Diogenes Cymicus 39. a. eius cum

*coniza antipathia* 31. a. cur nassis illinantur 42. b. cur *αυτοπαρος* dictus 20. e. cur sepia careat 10. e. cur in colorem album non mutetur 37. d. cur minus acerramenti quam sepia habeat 10. f. in eo cur caput vocat, quod in cæteris mollibus aluum 10. g. cur *Veneri* dicatur 31. b. cur parum viuat. 24. e. cur crura eis prælonga. 46. g. cur colorem mutet 37. a. cur Ioan. Grammaticus *κολοβόπους* dixerit. 19. d. ab eo cur inter mollia exordiatur author 7. d. cur minus acerramenti habeat quam sepia 47. a. cur circa Hellepontum non sint, & in ponto Euxino. 17. b. cur promuscide careat 46. g. cur mura, nam & congruum metuat 104. g. b. super eo epigrammata 36. g. dedita opera colorem mutat, non per metum ut *chamaleon* 37. d. ab eo denominata 28. f. g. eius deseriptiones varia 12. b. elixi an assis meliores 39. d. eius epibeta 36. b. de esu eorum qui abstinere debebantur 30. g. Etymum 9. a. ferocia 12. b. 13. a. de eius forma *Cardani* nugæ 11. c. fistula vsus 11. b. & c. fortitudo 7. d. genus, differentia, descriptio 6. e. genera quæ 22. f. quot apud Arist. 12. e. gressus, natus 20. f. Hieroglyphica 30. e. ingenium *Vasfrum* 8. s. eo insignita numismata 36. f. icones 14. 15. 16. instar eorum qui sese edere edicantur 35. c. locustam ex abeno super ignem furatur 34. e. mas ut à famina differat 22. a. matrem conficit 26. g. mentem eius cur debeamus habere 31. & 32. eius mentem obtinere qui dicantur 34. b. de eo moralia. 28. b. de eius moribus ingenio, & sagacitate 24. b. eius mutationis tres causæ 37. d. 38. e. nidus, seu cubili 21. d. nocumenta 41. d. 42. e. non solum lapidum colorem imitatur 26. e. nulla cute teguntur 4. b. 255. b. odoratus valet 17. a. eius ouis quate 23. c. pedum constitutio 10. g. & vsus 9. c. 11. a. per fistulam pariunt 23. a. de eo problemata 37. a. proverbia 34. g. b. pugna cum locusta 104. g. quam caute hamum piscatoris circumdat 25. b. quando meliores, & quando deteriores 38. f. quantopere est libidinem excitent 40. h. & cur 41. a. qui ita proverbialiter dicantur 34. g. qui allegoricè 29. a. eos qui olim coluerunt 28. b. quibuscum pugnent 26. g. quo loco gaudeant, & ubi non sint 17. b. quo astu capiat carabos 18. e. ut oliuas edat ibid. quo astu uentur crustacea 26. c. quot mensibus lateat 22. c. sensus 17. a. mortuum sese fingens, ut emptorem deluserit 34. e. sexus 22. a. stupiditas 24. b. Synonyma 8. g. tæbe perit 23. 24. in terram exit 20. f. ad varios uteri affectus valet 40. g. ubi magni, & ubi non 17. b.

*ubi eum venari non liceat* 28. b. ubi boni, & multi 38. g. ijs veteres vsos esse in cibo 38. f. *viscus* 17. d. visceribus caret 10. e. Unde dictus 8. g. eius voracitas 17. d. vsus in cibis 38. f. in medicina 40. e. in externis 41. b. ut à cæteris mollibus differant 9. d. ut conchas capiant 25. a. ut pisces ibid. ut elixentur 40. e. ut natent 20. g. ut respirent 20. b. ut præparentur 39. b. c. ut coeant 22. c. ut hyemale solstitium significare possint 31. c. ut in varios colores se mutent 13. a. b. sorum hecatombe quid 36. e. ut magnitudine varient 13. c. ut oliuis capiantur 18. b. ut ventum præsagiant 34. g.  
*De Polypis maximis salsamenta furantibus admiranda historia* 33. a.  
*De Polypo maximo, & monstroso memorabilis historia* 13. c.  
*Polypus Moschyta* 42. b.  
*De Polypo Septentrionali historia, eiusque forma* 13. d.  
*Polypiteria speciei secundum Rondel. icon* 43.  
*Polypus morbus qualis, & unde dictus* 8. f. ad eum remedium 40. f.  
*Polypodine* 12. e.  
*Polypia* 28. f.  
*Polypodis herba ut cancer chelas depone* 165. d.  
*Polypodium Unde dictum* 28. g.  
*Polyposus qui Mariali* 8. g.  
*Pompa ad hauriendâ aquam instrumentum* 368. h.  
*Pompilus* 11. c. 257. b. duos pisces significat 258. e. amor eius erga nautas 257. c. fabula 257. d.  
*Poma maris cur conchylija dicta* 224. e.  
*Porcellana cur sic dicta* 264. e. quid Itali sic uocent 552. g.  
*Porcellana concha cur sic dicta* 552. e.  
*Porcellana russa* 554. b. icon 556.  
*Porcellanica vasa cur sic dicta* 282. b.  
*Porcelliones, quæ animalia* 8. f.  
*Poreffa canceri genus* 162. b.  
*Porcum quid uocent mulieres* 552. f.  
*Porci: Ut dolorem capitis sanent* 212. f.  
*Porphyra fabula* 314. e.  
*Porphyrio auis unde dicta* 311. d.  
*Porphyrio piscis* 312. e.  
*Porphyris auis* 311. d. 312. e.  
*Porphyrites lapis* 311. d. 314. e.  
*Porphyrium cete* 314. f.  
*Porphyrus serpens ibid.*  
*Porphyrysa unde dicta* 297. b.  
*Porra marina vulgò dicta historia* 573. b. icon 576.  
*Præconis officia* 321. c.  
*Premium rectè facientibus per margaritas significatur* 435. a.  
*Præsumentis nimium typus* 171. a.  
*Prætecta toga unde dicta* 273. c. ea etiam utebatur magistratus 273. d. 274. e. ea cur uterentur pueri 273. d.  
*Prasinus Purpurio* 313. d.



# I N D E X.

Principem cur significet cancer flumina-  
 ius in somno inuentus 169. a.  
 Ad Providentiam ani 489. c.  
 Prodigia, & omnia consummentis Hiero-  
 glypticum polyptus 30. e.  
 Prodiciores polyptus similes 29. d.  
 Ad Prostruua 385. c. d. ad ea sistenda  
 172. g.  
 Prudentia symbolum 196. e. 379. d.  
 Pruna onychina 294. b. Segnina ibid.  
 Ad Prunus 387. a.  
 Ad Psoras 387. a. 415. d.  
 Proloaem cur percussit Caligula.  
 271. d.  
 Ad Pudendorum fistulas 333. b.  
 Pueri pura, ut purgentur quid offeren-  
 dum 40. g.  
 Pulicaria herba mellium odorem extin-  
 guit 5. d.  
 Ad Pulmones exulcerat. 176. b. 211. b.  
 Pulmoni marino cur segmen natura ne-  
 ga. it 234. g. an testaceum animal, an  
 Zoophyton 577. c. equiuoca 577. c.  
 inter testacea ponitur 578. g. descri-  
 ptio, natura, icon 578. eo qui pisces  
 vescantur 577. a. eius instar vivere  
 quid 578. d. de eo proverbia 578. g.  
 Synonyma 577. d. usus in medicina,  
 & in varijs 579. a. icon 575. inuen-  
 tio 566. b.  
 Pulpus quid Kyranidi 9. a.  
 Purpura equiuoca, & Synonyma 281.  
 a. etas 298. b. unde cognoscatur 206.  
 h. aliquot icones 284. 285. 286. an  
 lingua testas perforat 292. g. aqua  
 dulci necantur 296. f. in arena ali-  
 quamdiu latent 296. f. capiendi ratio  
 301. c. carne viciantur 301. a. ab eis  
 celebrata loca, qua 296. g. celerrime  
 crescunt 298. h. cineris facultas. 320.  
 f. clarissima qua dicta 290. c. eius col-  
 or cur ceteris alijs coloribus prela-  
 tus 280. g. ea cur proceres Uti. e. ut  
 276. f. cur marinam sepe nominantur  
 veteres 304. b. cur regalis dicta 270.  
 g. cur viuas capiant 302. f. cur pie-  
 ota dicta 276. e. cur magna copia  
 245. d. ab ea denominata 308. h. dif-  
 ferentia unde sumatur 286. g. dif-  
 ferere a conchylio 281. a. eius diuersa  
 partes diuersam naturam habent 319.  
 b. differentia a loco 290. c. dibapha  
 ubi 278. 3. qua 290. g. epitbeta 316.  
 h. 317. a. eam esse ex turbinatorum  
 genere 283. d. Etymum ex Cembro-  
 rum lingua 290. g. famaginis earum  
 icon 300. Flavis Synonyma 288. f.  
 Flos ubi 287. d. florem sanguinis loco  
 esse 288. e. pro flore accipitur, & pro  
 veste eo colore imbuta 281. d. Flos  
 ubi positus 302. f. ubi colligatur  
 302. f. floria differentia a colore 289.  
 a. fetidis carnibus capiuntur 301. c.  
 generatio duplex 299. a. genera, &  
 differentia 283. d. eam gestare qui-  
 bus prohibitu. 276. c. Hieroglyphica.

316. f. ignea, & ardens qua dicta  
 289. d. inuentio 276. b. 308. f. ad-  
 uerfus ea leges lata 276. c. pro ma-  
 gistratu accipitur 272. f. magnitudi-  
 nis diuersitas 286. g. in mensis usus  
 eius 280. h. de ea moralia 315. a. ea-  
 rum motus 299. a. nigra ubi, rubra ubi  
 283. d. non esse lanam 292. h. ea non  
 omnes usurpasse 267. 268. no omnes  
 eadem loca amant 296. f. operculo-  
 rum icon 346. operculi consideratio.  
 293. e. oua earum non conducunt ad  
 generationem 300. g. partium descri-  
 ptio, & examinatio 292. f. eam pete-  
 re quid 270. b. pictorum qualis 303.  
 b. eius pretium 267. a. de ea prover-  
 bia 317. a. ad purpuram aliam diju-  
 dicanda 317. d. ex putredine oriri.  
 299. d. qua regio ijs idonea 296. f.  
 quando eam deponerent Romani.  
 272. b. quando Cardinalibus conces-  
 sa 271. b. quando fanificent 300. b.  
 quado magna copia 299. c. qui prius  
 eam gessit 270. g. ea qui visi 268. f.  
 quibus conueniant 319. c. regum or-  
 namentum 268. h. Romanis erat per  
 omnes vestes 273. a. inter supellex  
 sumptuosam enumerata 260. f.  
 testa usus 320. f. eius tinctura cur  
 meli, & oleum adderetur 303. d. tin-  
 ctura ratio 302. f. g. cur iterabatur.  
 303. a. trachelorum qualitas 319. b.  
 ex ea tributum 270. g. turbinatorum  
 nobilissimam esse 267. a. voraces esse  
 301. b. ea viuacior qui 317. d. usus,  
 & dignitas apud Romanos 272. f.  
 usus in cibis 319. b. in medicina 320.  
 e. eam usurparunt meretrices 278. f.  
 ut capiatur 316. f. eam ut Phoenices  
 capiunt 301. d. eam ut amari et vete-  
 res 268. e. ut viare amari. 296. f. eius  
 anni, ut cognoscatur 298. h. ut face-  
 rent Phoenices 302. g. ut coquantur.  
 319. b. in vitula reperta 566. b.  
 Purpura alba qua Plutarcho 304. g.  
 Purpura Alexandrina qua 290. e. cur  
 sic dicta 278. g.  
 Purpura amethystina unde dicta 290. f.  
 Purpura coa 296. b.  
 Purpura cerulea 290. g.  
 Purpura dialucensis 296. h.  
 Purpura hermonica 298. g.  
 Purpura megalensis pretium 267. e.  
 Purpura melibea unde dicta 297. b.  
 Purpura militaris 275. a.  
 Purpura Oebalia 296. b.  
 Purpura parua 275. a.  
 Purpura petadactyla Bellonijica 286.  
 Purpura mulierum. 278. f.  
 Purpura nigra pro qua sumatur 290. f.  
 Purpura pelagia descriptio. 284. b. icon  
 285.  
 Purpura presidialis 275. b.  
 Purpura probiana Unde dicta 278. g.  
 290. e.  
 Purpura Slataria que 273. e.

Purpura succubitana 298. e.  
 Purpura tarentina 298. f. cur vilior  
 Tyria 289. d.  
 Purpura teniensis qua 297. a.  
 Purpura tyria qua 297. c. qualis, & que  
 melior 289. d.  
 Purpuraria officina 313. b.  
 Purpurarius 313. c.  
 Purpurarius pronitescere facere 291. e.  
 Purpurasco 313. d.  
 Purpuratus ibid. e.  
 Purpureus color qualis 309. c. idem est  
 coccineo 305. a. ex quibus conchylijs  
 colligeretur 281. a. d. phoeniceo distin-  
 guitur 309. e. pro purpurato accipi-  
 tur 309. d. pro pulchro ibid. a. con-  
 chylio differt 303. a.  
 Purpurificium 313. b.  
 Purpurina ibid. a.  
 Purpurissum 314. f. b. quid Plinio 313.  
 b. ut fieret 314. g.  
 Pyri marini Zoophyti forma, & icon.  
 587. 588.  
 Pyrogoras cur non eaderet vrticas.  
 572. f.

## Q

ad **Q**uartanas 211. b.  
**Q**uintilianus correctus 291. d.  
**Q**uisquilium quid 305. d.

## R

**R**acemus marinus vocantur oua  
 1 pia, & cur 52. h.  
 Ramices pulmones dicti 577. e.  
**R**. gum ornamentum purpura 268. 269.  
 eos cur significet cancer marinus per  
 sumatum usus 169. d.  
**R**omana Mantani 554. b.  
**R**homborum differentia ratione loci.  
 188. e.  
**R**omanorum luxus in conchylijs 224. f.  
 qui prius purpura vti 271. h. ut o-  
 streis delectarentur 479. a.  
**R**ondeletij error 2. f. 74. e. 42. g. 177. c.  
 188. e. 254. g. h.  
**R**osa vrtica genus 566. f.  
 Ad Rubet & venenum 210. g. 85. b.  
**R**ubic color 306. b.  
 Ad Ruiginem aristarum 173. e.  
**R**uta polyptus reddi immobiles 28. f.

## S

**S**acerdotes qui purpuram usurpa-  
 rent 268. g.  
 Sacramentum domini e. passionis, ut  
 purpura significet 315. d.  
 Ad Sagittas extrahendas 211. d.  
**S**agula virgata 277. a.  
**S**aluare 299. a.  
**S**alinarius lentor quid Plinio 281. c.  
 Ex Sandyce pretiosus color purpureus.  
 306. b. 307. a.



# I N D E X.

*Sandyx Indica* 290.2.  
*Sanguinis principium* 246.f. ad eum fi-  
 bendum 40. f. purpureus 310.e. unde  
 dictus 285. b.  
*Sanitas per testudinem significata* ubi  
 169. c.  
*Sapientia per pagurum, & cancerum* ubi  
 significata 169. a.  
*Sar piscis & insectum* 282. f.  
*Sarranum quid* 288. g.  
*Sardinie insula descriptio* 318. e.  
*Sargiaci gregales sunt* 75. a.  
*Sarrapa purpurati cur dicti, & pratex-*  
*tati.* 275. b.  
*In Saxis varias reperiri figuras piscium*  
 138. c.  
*Saxifraga coccum proferens* 305. c.  
*Ad Scabiem* 61. c. 135. b. 177. b. 416. f.  
*Scala cochlides qua* 369. g.  
*Scaligeri error* 154. g.  
*Scarus piscis Unde dictus* 136. b. lepores  
 marinos capit. 86. e.  
*Ad Scissuras Veneris, mammarum &c.*  
 384. g.  
*Scotocidata veslis qua* 305. d.  
*Scolymi muricata cacumina* 332. g.  
*Ad Scorpionis Etum* 143. b. 172. f. 210.  
 e. transuersè incedit 164. c. ut domo  
 expellatur. 173. b. ut fugentur 212.  
 g. ut simul conueniant. 210. f.  
*Scylla quid Plinio* 136. g.  
*Scyllarum* 141. b.  
*Scyllaron seu Scyllarion.* 213. a.  
*Scyllari, seu cancelli in nerua concha*  
 imago 221.  
*Scytha cochleas auribus admouent, &*  
*cur* 387. e.  
*Contra Scy: alis istum* 210. g.  
*Secale ubi coccum proferat* 305. e.  
*Seccessus Hieroglyphicum* 316. g.  
*Ad Secundinas* 416. f.  
*Ad Sedem relapsam reducendam.*  
 386. f.  
*Seditiois popularis studiosi Hierogly-*  
*phicum* 106. g.  
*Ne Segetes ledantur* 212. g.  
*Seisum non curantis Hieroglyphicum.*  
 215. a. 249. a.  
*Senatus purpureus dictus* 272. b.  
*Sepaceus* 56. g.  
*Sepedones quid* 56. g.  
*Sepia aq: urosa* 44. g. h. atas 48. b. amo-  
 ris illecebris capitur 51. c. atramen-  
 tum habet pra: careris mollibus copio-  
 sissimum, & cur 47. a. pro atramento  
 scriptorio accipitur 45. a. eius ars in  
 piscando 56. e. astus in effundendo at-  
 tramentum 55. e. atramenti usus ad  
 scribendum 73. a. ut homines nigros  
 faciat 63. a. bima, tum vix excedunt.  
 48. b. caro eius qualis 58. b. c. coitus.  
 52. e. cur & quando atramentum  
 emittat 55. a. cur fugiuam vocant  
 Nicander 55. e. cur crura ei breuia  
 46. g. cur Loligini preferat author.  
 44. f. cur plus atramenti, quam poly-

pi habeat. 10. f. cur binas habeat pro-  
 muscidas 49. g. ab ea denominata 56.  
 g. eius descriptio 46. f. epitheta. 58. b.  
 Etymum ridiculum. 45. c. femina  
 isto mare fugiunt 54. d. fetus eius,  
 ut ex ouis exeant. 54. e. eius fistula  
 ubi 46. g. Hieroglyphica 57. b. c. ho-  
 minem significat qui expectationem  
 aliorum de se fallit 57. b. magis Lol-  
 gini quam polypo similem esse 46. g.  
 mares femina opem ferunt, & quatuor  
 do 54. d. mas ut a femina differat 52.  
 e. cum melanuro pisce cur confunda-  
 tur 57. c. de eameralia 56. b. mores,  
 ingenium 54. d. oculi pro vitionibus  
 venduntur 63. b. ore non coeunt 52. e.  
 ossis, aut testa duplex substantia, &  
 eius facultas 61. c. oua eius qualia.  
 52. g. eorum forma 42. b. eorum ex-  
 ista descriptio 54. b. icon 52. b. oua, ut  
 fecunda reddantur 53. c. ouis diligen-  
 ter incubat. 54. b. cur racemus mari-  
 nus, aut vna marina dicta 52. b. 591.  
 d. cur racematim cohaerent 54. f. par-  
 tus per fistulam 52. f. pedes quot, &  
 quales 3. c. 46. g. eius pedes quos vo-  
 ceat Plinius 46. f. ijs pisces capiuntur.  
 62. b. de ea proverbia. 58. g. premusci-  
 des eius quales 37. f. earum usus 55.  
 b. qua loca amet 48. f. quando ede-  
 ritur 59. a. eius qui similes 56. b. 57.  
 a. quomodo pariat 53. c. quo loco 53.  
 b. quo tempore 52. b. speculo capitur.  
 51. d. Synonyma 45. c. ex eius testa  
 remedia 61. b. ubi abundet, & ubi  
 maiores 48. f. eius venenum 63. b. vi-  
 ctus 48. g. usus in cibis 59. a. in medi-  
 cina 60. b. in varijs 62. b. ut capiatur  
 51. a. ut contra tempestates sese sta-  
 biliat 56. f. ut elixetur 59. d. ut nunc  
 Roma coqui praeparent. 60. e. ut Grae-  
 ce & Latine scribi debeat. 45. c. ut po-  
 lypo similis 46. f. ut praeparetur 59.  
 b. ut sapidior fiat 60. f.  
*Sepia Saluiani Iupinae icon.* 49. pronae.  
 50.  
*Sepia mons* 44. 45.  
*Sepie mulier* 45. a.  
*Sepias oppidum unde dictum* 45. a.  
*Sepia promontorium* 44. b.  
*Sepiola* 56. g. caro eius qualis 63. d. no-  
 minis ratio 64. e.  
*Sepiola Rondel. historia & icon.* 63. d.  
*Sepinum qua: vrbs Ptolomaeo* 45. a.  
*Sepium quid* 3. b. 47. d. quid Volaterra-  
 nus inepte vocarit. 48. e. cur polypus  
 eo careat 10. e. eius descriptio. 48. e.  
 ut a gladiolo differat 47. d. usus eius  
 apud aurifabios 63. a.  
*Sepius vrbs* 45. a.  
*Sepiussa insula.* 45. a. unde dicta 56. g.  
*Sepulchra qua: conchyliis dicta* 229. d.  
*De Serpente, & cancro Apologus.* 170.  
 e. a canceris qui sibi metuant 218. f.  
*Ad Serpentium istus.* 172. f. 210. e.  
*morsus* 135. b.

*Serpentes saxei ubi, & eorum generatio.*  
 241. f.  
*Sexus in viro grauida, ut cognoscatur*  
 387. d.  
*Sigilla conchis inclusa* 251. a.  
*Simia cur transuersè incedit.* 163. d. Li-  
 maces metuit 379. a. purpurata de  
 quo dicitur 317. b.  
*Simulatoris Hieroglyphicum polypus.*  
 31. d.  
*Sipia* 45. d.  
*Sipuntum vrbs* 45. a.  
*Sipus vrbs* 43. a.  
*Sisira quid* 171. b.  
*Sisyra quid.* ibid.  
*Smaragdus aceto dissoluitur* 434. e.  
*Solis cursus per cancerum significatus.*  
 169. d. eius & luna natura. 486. f.  
 quando loco vix moueri videatur.  
 31. b. c.  
*Solstij hyemalis typus* 31. b.  
*Solenes, an uniuales, an biuales.* 231.  
 c. testarum cineris usus 529. d. eius  
 varia significata 527. a. genus quod-  
 dam in lapidibus durissimis. 242. b.  
 Synonyma 527. b. unde dicitur 527.  
 a. usus in cibis 529. c.  
*Solen mas Bellonij* 527. d. eius descri-  
 ptio & icon 528. e.  
*Solenum aliarum: icones* 528. 529.  
*Solenista qui* 529. c.  
*Sophista Hieroglyphicum* 169. f.  
*Spadicus color a pignico differt* 309. e.  
*Spatagi ecbiniformae, & icon* 406. 407.  
 408.  
*Spondylus quid in ostreis* 483. c. 485. a.  
*Spondylum non esse concham rhomboi-*  
*dè* 459. c. saxis adnascuntur. 493. a.  
*Spondylorum authoris icones* 494. 495.  
 496.  
*Spondylus Rondeletij icon* 492. 493.  
*De Spongijs op: iniores* 564. e. quid ma-  
 ris Aethiops accolis 582. e.  
*Ad Spurum educendum* 383. c.  
*Squatina aspera cute tegitur* 4. b. 155.  
 b. colores mutat 56. f.  
*Squilla equiuoca* 136. e. an chelas ha-  
 beat. 138. f. antipathia. 140. e. cur  
 multos habeat pedes 138. e. cur Ve-  
 nerem excitet 143. a. in delicijs fuisse.  
 142. e. denominata 141. a. descriptio  
 in genere 138. g. h. differentia 138. g.  
 epitheta 141. c. genera quot. 238. g.  
 mas ut a femina differat 140. g. de  
 ea proverbium 141. c. que loca amet.  
 138. e. que cornua habeat, & que  
 non 138. g. quale ouu pariat. 142. b.  
 earum qui audissimi fuerint 142. c. f.  
 quibus videntur. 139. d. quibus auxi-  
 lietur. 142. g. Squillis quid proprium.  
 138. f. Synonyma 136. g. tempera-  
 mentum 142. g. tamquam preciosissi-  
 mus piscis a quibus nominetur 141. d.  
 ubi hoc nomine campana vocetur.  
 136. f. ubi magne, & ubi multe 139.  
 d. ubi maximas chelas habent 138. g.  
 vsus



# I N D E X.

usus in cibis 141. d. usus in medicina  
& alijs 143. a. ut à cancris, & reli-  
quis crustaceis differant. 138. e. ut  
capiantur. 140. c. ut à gammaro dif-  
ferat 138. b. ut coeant. 140. b. ut co-  
quantur 142. g.

- Squilla calata* Rondel. 147. a. 144. b.  
*Squilla crangonis* historia. 148. f. ut à  
gibba differat. 147. a. Vide crango.  
*Squilla fluviatilis* 127. e.  
*Squilla fluviatilis* Bellonij descriptio.  
154. b.  
*Squilla gibba* caro semper laudata 153.  
c. cur sic dicta 150. g. descriptio 151.  
a. usque d. genera quot Scaligero 151.  
a. generis nomine intelligitur 136. e.  
natura, & mores 153. a. partus Syno-  
nyma. 150. g. ubi abundet. 153. a.  
usus in cibo 153. c. d. ut lupum piscem  
occidat. 153. b.  
*Squilla gibba* authoris icon 158.  
*Squilla gibba* Rondel. icon 151.  
*Squilla gibba* Zoographi forma 151. c.  
icon. 152.  
*Squilla Indica*, ut inuicem differant.  
138. b.  
*Squilla mantis* coitus, partus, usus. 157.  
d. cur sic dicta 156. descriptio 156. b.  
ex Bellonio, & Rondeletio. 157. b.  
icon. 158. Synonyma 146. f.  
*Squilla mantis* Rondel. historia 156. e.  
*Squilla minima*, quæ Scaligero. 154. b.  
eius icon. 221.  
*Squilla lata* æquiuoca. 243. d. coitus, par-  
tus 146. b. descriptio ex Rondel. 145.  
d. Erymum 144. e. quæ loca amet.  
146. g. Synonyma. 144. c. usus in ci-  
bis 146. b.  
*Squilla autoris* icon 145.  
*Squilla lata* maioris descriptio ex Bello-  
nio 144. b.  
*Squilla lata* Rondel. icon 146.  
*Squilla parua* 213. a. eius genera. 154.  
b. quæ Ciceroni, & eius solertia 214.  
g. Synonyma 154. e. ubi degat, & ca-  
piatur 155. c. usus in cibo, medicina,  
& alijs 155. d.  
*Squilla parua* Rond. icon 155.  
*Squilla parua* Zoographo Venetijs mis-  
sa icon 155.  
*Squilla* quæ herba Hætruscis 305. b.  
*Stella marina* ostreas exeunt 487. a.  
*Sternion* quid Tralliano 163. a  
*Serabelus* 254. e. 348. g.  
Ad Strangulationem uteri 348. e.  
Ad Stranguriam 177. a. 172. g.  
*Strobilus* 254. e.  
*Strombi* qui 226. f. 348. g. quid in gene-  
re sumptus 253. c. pro testa exteriori,  
& pro toto animali sumitur. 255. d.  
differunt à cochleis marinis. 258. c.  
unde dicantur 253. d.  
*Strombi terrestres* 373. b.  
Ad Strumas 61. d. 85. a. 212. c. 321. a.  
154. c.  
*Suida lapsus*. 293. e.

*Sues limaces* edunt 379. a. Mytilorum  
iure pinguescunt 516. b.  
Ad Suspiria 384. f.  
*Siloson* ut rex Sami factus 269. c.

T.

- T** Alpa ut meatum suum relinquat.  
135. c.  
*Tapetes purpurei* 279. b.  
*Tarditatis* symbolum 379. d.  
*Taurus* insecti genus Gaza. 98. f.  
Ad Tela extrahenda 61. b.  
*Tellina* an à mytalis differant. 511. b.  
cum mytilis confunduntur. 517. d.  
earum caro mollior quàm reliquorum  
conchyliorum. 520. b. cur lauentur.  
520. h. descriptiones earumque ico-  
nes. 519. 520. fluuiales quæ 518. f.  
fluuiatiles ventriculo noxia. 521. a.  
earum genera quæ 518. f. eis ad quid  
utantur pueri 521. c. regia quæ 518.  
f. Synonyma 517. c. de ijs Varie opi-  
niones unde dicta 517. d. usus in ci-  
bis 520. g.  
*Tempestatis* signa 76. e. 247. c. 413. b.  
*Templa* deorum purpureis vestibis or-  
nata. 268. f.  
Ad Tenesnum 489. e. 586. b.  
Ad Tertianas 212. e.  
*Testa* conchyliorum, ut urantur 253. a.  
cur in summis alpium iugis. 240. e.  
cur in mari rotunde fiant. 234. g.  
*Testacea* an oculos habeant. 234. b. &  
inde Caro eorum qualis 234. c. carnis  
nomina 235. c. eam Luna decrecente  
minui, augeri crescente 224. a. & in-  
de. cur os infra, supra verò excremen-  
torum foramen habeant. 256. b. cur  
testam non mutant. 97. a. cur crusta-  
ceis ea præferat author. 91. d. cur pe-  
stremo loco de ijs agatur 223. d. cur in  
stagnis marinis gignantur 245. c. cur  
plantis viuaciora. 245. b. cur aluum  
cicant, et quæ & quæ nō. 252. e. cur in  
montibus reperiantur philosophica ra-  
tio. 240. b. cur quandoq; viuæ, quādo-  
que verò eorum testa tantum nascantur  
241. b. cur omnia caput habeant  
infra 233. c. cur in montibus reperian-  
tur. 239. d. cur pauciores habeant  
partes 233. b. cur testam habeant, &  
cur eam non mutant. 234. f. eorum  
differentia 230. f. 231. d. 233. d. eo-  
rum diuisio 254. b. cur alia striata,  
alia strijs careant 234. g. epitheta.  
249. c. fructibus comparantur 224. e.  
generantur duobus modis 245. e. ge-  
neratio eorum quibus comparatur.  
245. b. genitilem partem non habent  
246. b. grauida dicuntur, & tamen  
non coeunt. 244. b. ab eis Hierogly-  
phica. 249. a. non coeunt. 244. b. eo-  
rum oua generationi inepta. 247. a.  
eorum mira varietas 230. c. partium  
internarum descriptio. 233. a. b. & in-

- de earum differentia 232. g. earundem  
forma, & usus 235. a. & inde, quæ  
eorum carnem habeant. 256. e. quæ  
aluum & Urinam facilius moueant.  
252. g. quæ lateant 247. c. quæ papa-  
uer habeant. 232. b. quæ carne descan-  
tur 236. b. quæ sedem mutant, & quæ  
non 233. d. quando pinguiora. 97. b.  
quando meliora. 252. f. quando bene,  
aut male sese habeant 247. b. quando  
oua vocata habeant, & quæ & quæ  
nō 247. a. qualia animalia. 2. e. eorum  
quartum genus 231. a. quibus imbrēs  
conducant. 235. b. quibus sensibus ea-  
reant, & quibus non 244. c. sponte  
oriuntur 246. b. sensibus exterioribus  
non carere. 244. e. eorum temperies.  
247. b. testis regi quid significet 249.  
b. cum conitru quandam atropachiam  
habent. 247. d. ubi nascantur 277. a.  
ubi coeant. 245. a. usus in cibis. 252.  
e. ut crustaceis, & mollibus simili a 3.  
d. ut inter se differant 232. e. ut au-  
geantur 246. b. ut mare amant 237.  
a. ut loco differant 233. c. ut se tuean-  
tur ab ambiente periculo. 231. d. ut  
crustaceis, & mollibus similia 235. b.  
*Testiculi* conchis inclusi. 251. a. ad eo-  
rum decidentiam. 386. f.  
*Testudines* cortice tegantur 581. d. 255.  
b. cur testam non mutant. 97. a. ubi  
sanitatem significant 169. a.  
*Testudines* dicta conchyilia 255. b.  
*Testudinei* pisces qui 229. c.  
*Testum* quid Columella vocet in sepjs.  
47. d.  
*Tetbe* quæ Nicandro 581. b.  
*Tetbus* quid 581. d.  
*Tetbea* quid. 545. e.  
*Tethyra* excrementum nullum habent.  
582. b. genus, differentia, descriptio.  
582. b. 583. a. & inde. eorum icones.  
583. 584. 585. eorum locus, & gene-  
ratio. 586. e. motus ex extremo proue-  
nit. 586. f. eorum natura 586. f. opti-  
ma ubi 586. e. quartum testatorum  
genus 231. a. quibus conueniant. 586.  
b. eorum usus in cibis 586. g. in vae-  
dicina. 586. h. unde dicta. 581. c. ut  
alant 586. g.  
*Tethyarubra* cibo indonea 586. b.  
*Teuthide* egere qui dicantur 76. g.  
*Teuthis* ciuitas Arcadiæ 64. f.  
*Teuthis* libi nomen. 77. c. placenta ge-  
nus 64. f.  
*Thetidis*, & Pelei fabula 59. c.  
*Thoracis* vitia 62. g.  
*Thrialmus* herba quæ 305. b.  
*Thunni* gregales sunt 75. a. qui apud ve-  
tes in pretio. 475. b.  
Ad Tineas 143. b.  
*Tinctura* Cyzicenea quem denotet.  
318. g.  
*Tinctura* sardonica de quo dicatur 317. d.  
*Tinctura* ex vermiculo quid in sacris lite-  
ris 305. b.



# I N D E X

*Titus Imp. leporis marini veneno extin-*  
*ctus. 85. e*  
*Toga palmata quæ 274. f*  
*Toga picta quæ. 268. b. 274. f*  
*Toga pretexta quæ. 273. c*  
*Toga regia quæ. 268. b*  
*Tolleno machina qualis. 369. a*  
*Tormentigenus cochlea dictum. 369. b.*  
*Ad Tormina. 40. f. 586. b*  
*Trabearum genera. 274. g. vestis regia*  
*est. 271. c*  
*Trabeati qui 271. c.*  
*Tribuli herba cur sic dicta. 331. a*  
*Trichia morbus qui 212. f*  
*Trichilla quid 400. c.*  
*Tridoona quæ 445. b. ab authore posita*  
*descriptio. 445. icon 446. 447.*  
*Tripsichros. 12. f*  
*Trifilla vas quale 400. c.*  
*Tritones argentei. 321. c. cum buccinis*  
*in fastigio Saturni 321. c*  
*Trochalis quid. 369. d*  
*Trochorum icones, & historia 362. 363.*  
*Nilotici icon. 352.*  
*Tubarones pisces natantibus, ubi infesti*  
*427. a*  
*Tubera unde dicta. 582. c. carnem nulla*  
*parte detectam habentur. 232. f*  
*Tubulorum in quibus vermes delitescunt,*  
*icones. 361. 362.*  
*Tunicatæ clavi. unde dicta 273. c.*  
*Tunica palmata quæ. 274. f*  
*Turbo quid auctori 254. c. 348. g. ut à*  
*cochleis differant 253. c.*  
*Turbinis angulosi descriptio, & icon.*  
*353.*  
*Turbinum auritorum auctoris descriptio*  
*349. d. icones 350. 351.*  
*Turbinum lanium descriptio. 358. g. icon-*  
*es 359.*  
*Turbinis magni descriptio, & icon.*  
*349.*  
*Turbinis muricati descriptio, & icon.*  
*355. 356. 357.*  
*Turbinis pentadactyli & tessorodactyli*  
*descriptio, & icones 357. 358.*  
*Turbinum inter spongas viventium hi-*  
*storia 358. h. icones 359. 360. 361.*  
*362.*  
*Turbinum tuberosorum historia, & icon-*  
*es 353. 354. 355.*  
*Turbo luforus 254. e*  
*Turbinata qualia 230. a. 253. c. carnem*  
*vestis habent inclusam 232. c. eorum*  
*excrementa cur meatu ori vicino emitt-*  
*antur. 4. c. eorum historia in genere.*  
*353. c. & inde differentia 233. c. de-*  
*scriptio. 232. g. genera quot. 254. f. om-*  
*nia non habent. Volatam, seu turbi-*  
*nam. 255. c. partium earum interna-*  
*rum usus, & historia 256. e. f. quid*  
*amari habent 256. h. quid eis propriū*  
*256. g. quid peculiare. 254. g. quomo-*  
*do coeant. 256. h. quomodo crescant.*  
*256. g. eorum Synonyma. 253. c. ut*

*moveantur 256. h. cur bivalvibus as-*  
*simulentur 231. d. operculi usus 342.*  
*e. ut cum mollibus, & crustatis con-*  
*venient 255. c. ut à bivalvibus, &*  
*uniuulvibus differant 231. d. 255. d*  
*Ad Tussim 329. c. 383. c.*  
*Tyberius ut ostreis delectaretur 479. a*  
*Tympania, quæ margaritæ dicuntur.*  
*422. g.*  
*Tympanum, siue tympanium quid.*  
*422. f*  
*Tyranni in ciues Hieroglyphicum 106.*  
*g. eius natura 413. d*  
*Tyrannidis typus 30. f*  
*Tyrj cur diuites facti 268. f.*  
*Tyriam, & bysus quid. 290. f*  
*Tyrium quid. 288. g.*

## V.

**V** *Vasa Calaina quæ 311. a*  
*Vela Carbasina 206. f*  
*Velis purpureis qui usus 271. d*  
*Ad venena 172. b. 210. c. 220. e*  
*Venenum Tyrium quid 288. b.*  
*Veneri partij quibus vestibus utuntur.*  
*276. b. qui & quando purpurati in-*  
*cedant 276. b.*  
*Venti praesagium 34. g*  
*Ad Venerem ciendam. 40. g. 143. a. 156*  
*e. 251. b. 577. a. resudinem calcens*  
*picta. 248. b*  
*Venustatis symbolum 435. a*  
*Ver cur purpureum dictum. 280. f.*  
*Vermis. 376. f. ex eo quæ generentur.*  
*246. h. ut augetur. 246. g*  
*Vermium in tabulis delitescentium icon.*  
*562.*  
*Versus retrogradi cancri dicti 160. e*  
*Vertibula carnem nulla parte detectam*  
*habent 232. f. eorum forma. 582. f.*  
*cum verticis confunduntur. 582. f. ol-*  
*factu carent. 244. g.*  
*Verticillum. 582. f*  
*Vestis purpurea centum, & viginti ta-*  
*lentis vendua 277. d. aij. obliata. 268*  
*f. utrum olim ex lana, aut serico. 279.*  
*A. B.*  
*Vestis virgata. 277. a*  
*Vestes viles à colore dictæ quæ 276. b*  
*Vestimentum Tarentinum 298. f*  
*Victoria uti nescius per polypum, & con-*  
*grum notatus. 30. c*  
*Viduarum cupidie. 530. e*  
*Ad Vini tadium inducendum 592. c*  
*Viola nigra, ut Virgilio dicantur 122. f*  
*Viperæ capitis mira facultas 320. b. ad*  
*mersum eius 210. f. eius ova qualia.*  
*2. g.*  
*Virgata ubi purpurea. 282. b*  
*Vinas quid. 59. d. e.*  
*Vnam heminum tinctura notari 319. a.*  
*Vituli marini corio, & pilo teguntur. 4.*  
*h. 255. b.*  
*Ad Viceræ caucæbe. 295. c. capitis 333.*

*c. maligna 253. a. 320. g. puænao-*  
*rum 134. h. sordida. 415. c. 517. b.*  
*veri & intestinorum 558. b*  
*Vlysses cur sapiens existimatus 32. e.*  
*Vna Umbilicos infantum eminentes 384*  
*f. 387. b*  
*Umbilicus Gazæ quid 370. g. quid Cice-*  
*roni 370. b.*  
*Umbilici marini qui 553. b. eorum histo-*  
*ria, & icones 398. e*  
*Umbilicus lapis qui. 370. e*  
*Umbo concha vocatus 228. f.*  
*Vnguis quid, & cur sic dictus 347. a. b.*  
*Vnguis, siue dactylus Bellonij qui 453. b*  
*Vnguis odoratus, vel aromaticus 295. c.*  
*Vngula aromatica 346. c*  
*Vnionum color cur mutetur. 423. c. &*  
*qui verus ibid. cortices 439. d. exalu-*  
*minati qui dicantur 437. b. eorum*  
*materia 433. d. ostreorum ossa non*  
*esse. 422. b. plures quam vnus in vnâ*  
*concha 421. d. quindecim icones 423.*  
*eo signare quid 437. a. Synonyma.*  
*421. a. venditi ab imperatore 498. f.*  
*unde dictus 421. d. ut poliantur.*  
*439. c.*  
*Vniones manufacti formatique 440. e.*  
*Vnio cepa genus 421. a*  
*Vniualue quid. 230. g. ut à turbinatis*  
*differat 233. a. de ijs digressio 230. b.*  
*Vna gregales sunt 75. a*  
*Voluta quid 287. b*  
*Ad Vomitam 416. g.*  
*Ad Vomitam stomachi 477. b*  
*Vrnam scientia. 60. b. 61. a. 135. a. ad*  
*eius difficultatem. 409. c. 211. d. ad*  
*eius profuuium 134. c. eam mouentia*  
*60. b. ad eius retentionem 134. e.*  
*Stillicidia 416. e.*  
*Vrsa caelestis duplex 143. d*  
*Vrsacus sic dicta 144. f. eius historia.*  
*143. d.*  
*Vrsa maior cur sic dicta 144. b. de ea*  
*opinionem 144. e*  
*Vrsa cur polades dicta 525. c*  
*Vrsa Aristot. qua secundum Scaligerum*  
*139. a.*  
*Vrsa locusta genus est 101. c. eius gene-*  
*ra 144. h.*  
*Vrsa minoris historia. 147. a. descriptio.*  
*ibid. c*  
*Vrsi æquiuoca 143. d. cur transuersè in-*  
*cedat 163. d*  
*Vrtica æquiuoca 564. f. an inter testacea*  
*numerari Aristoteles 564. g. an Zoo-*  
*phyton. 563. d. caro earum quando*  
*melior 572. e. cur excrementa per su-*  
*periora emittat 565. e. ab ijs cur Py-*  
*thagoras abstinere. 572. f. descriptio*  
*565. c. d. differentia 565. c. de esu ea-*  
*rum proverbium 571. d. Etymum.*  
*564. h. eam ab ira auferre quid 571.*  
*d. ortus 572. b. ex ijs garum 133. a.*  
*mollibus annumerata. 2. h. cur ex ijs*  
*non fit. 2. h. de ijs proverbium 572. d.*



# I N D E X.

que loca amant. 570. b. quando colorem mutant 571. b. quando meliores 572. g. quibus uiuant 571. a. b. pungunt more urticae herba 571. c. Synonyma 564. b. variarum icones 567. 568. 569. 570. ubi eis situm os 572. f. usus in medicina 573. a. ut colligatur 571. c. ut pisciculos uenietur 571. b. ut nutriatur 236. g. Zoophyton esse 564. e

*Urtica animal purpureo filo.* 308. e.  
*Urtica parua ubi in delicijs.* 572. g. d. Rondei. obseruata descriptio. 566. e  
*Urtica quinta, & sexta Rondeletij icones* 574.

*Urtica soluta historia* 573. b. c. descriptio. 573. d. natura 577. a. ab ea praesagiam. 577. b. pruritus in pudendis talium mouet. 577. a. Synonyma. 573. c.

*Urtica herba unde dicta.* 564. f

*Vua alge genus* 592. e

*Vua marina historia & icon* 591. facultas 591. d. 592. e

*Vua purpurea cur sic dicta.* 312. f.

*Ad Vuas* 490. h

*Vua marina Plinij* 52. h

*Ad Vulnere glutinanda.* 320. e. 517. a

*Ad Vulnere iumentorum* 489. d

*Vulpes pedib. ab Astaco decemta capitur* 122. h. de ea, & cancro Apologus 176. f

*Vulchoni qui Massiliensibus* 582. e

X.

*Xylon* 541. a

Z.

*Zoophyis cur in hoc opere agat* author 1. d. ubi nascantur 563. d. qua 563. c. de his variae opinionones. 563. d  
*Zygena horrenda.* 119. d.

## Graeca.

**A**βρόταν. 371. d  
Αβρύτοι. 405. c

Αγραδὲ. 371. c

Αεροπος 371. c

Αιγυλαῦρος 99. b

Ακαλέφει, eiusque significata 564. f

Ακρίς 98. f. non est locusta marina. 99. c.

Ακροπορφύρος 309. a

Αλαβῶδες 160. g

Αλακη 160. g

Αλιπόρφυρα 277. c

Αλιδικα 278. e

Αλοσοῦριον 588. g

Αλουργίς 277. b. c. 289. d

Αμαζας 143. d

μαργυρος 434. g

Αμβρύτοι 405. c. d

Αμόργεια qui color 307. a

Αμοργίς 307. a

Ανάρτης 364. e

Αναρίτης 364. e

Ανθιναι 239. b

Ανόςτος pro polypo accipitur 3. a. eius epitheton est 36. h

Ανταλι 282. h

Απορφόρος 309. a

Αποσφαγμα 47. c

Αρκτηου varia significata 143. d

Ασβόλη 160. g

Ασανός auris pars caua 109. a

Ασρίδια 479. c

Ατρωτοι echini qui 405. d

Αίλος quid Aristot. 4. g. 74. g. 527. b

Αχραδάμυλλος 371. c

B.

Βάλανος quid 521. d

Βαμβαδόνες 79. b

Βατάνια quae Hesychio 39. c

Βεβραδόνες 79. b

Βεῦδεον 278. c

Βεῦθος ibidem.

Βλάκα quem Graeci vocent 578. h

Βλακένειν quid 578. h

Βλάττον, & βλάττον βυζαντιον 346. b

Βλάττος, & βλατίον 294. e

Βλάττος βυζαντιός. ibidem.

Βολίταινα 42. h. 43. a

Βολβίτια quae secundum Galenum. 43. a

Βολβιτίνη 43. a

Βρογγόνη quid 405. c

Βρυσσος echini genus 405. c

Βρυτίνη 405. c

Βύσσος unde dictus 540. h

Δ.

Δάκτυλος quid 527. b

Δελιδώνη 42. g

Δευσοποιός 313. b

Διαπορφύρος 309. a

Διερὸν πυρ 288. h

Δίτυρα quae 230. h

Δόναξ quid 627. b

Δρομιον 197. b

E.

Εθνεα ὀσρακόρινα 226. e

Εκληρόδερμα 226. e

Ελεδανός 42. f

Εξοσρακισμός qui ludus 251. b

Επιβάθρα 369. a

Επιπορφύρις 313. a

Επιπορφύρος 309. b

Εποσρακίζεν 251. c

Εποσρακισμός 251. c

Ευώδες quid Diosc. 347. b

Εφαπίς 278. e

Εχίνος eiusque etymum, & tota historia 400. h. & inde. Z.

Ζαγορά 44. h

Ζωοφύτον quid 563. c

H.

Ηδυπορφύρα 286. h

Θ.

Θαλάμη τουκίτα ποδίου 257. b. 263. d

Θηρίον 159. c

Θόλος quid Graecis 10. f

Θόλον quid in mollibus Aristoteles vocet 5. b

Θουραϊον siue θουράν 579. d

Θουριον quid 588. f

I.

Ιονια 287. c. 325. a

Ιοζώνος 311. a

Ιωφεις canceri cur sic dicti, & eorum historia 197. a. & inde.

Ιχθὺς ἱερός 257. c

Ιενα 311. a

K.

Κάβειρος 160. g

Κάβούρος 109. c

Καγκελιώτη 215. c

Καλλη vestis 277. c

Καλχαίνειν quid. 289. a. 313. g. 332. c

Κάλυξ 289. a 332. e

Καλην quid 332. e. 289. a. 312. g.

Κάμμαρις quid Galeno 127. c

καμμορος 109. c

Καμμορον quid 127. a

Κανθους vestis 277. b

Καραβίον 106. e

Καράβις 98. f. quid Tralliano 99. b

Καραβος unde dictus 99. b

Καράβος Insectum cur sic dictum. 98. f

Καραβώδης 106. e

Καραβωειδης. ibidē quid Aristoteli. 138. e

Καρίδες Insula quae 136. f. oppidum quale ibid.

Καριδαριον 141. a

Καρίδιον 136. f. 141. a. 213. a. differt a Scyllaro 154. c

Καριδοῦ quid 141. a



# I N D E X.

- Καρίς vnde dicta 136. h. Etymum. 93. c  
 Καρίδες abscessus quales 136. f  
 Καρκινίδης 167. b  
 Καρκινάς 215. d  
 Καρκίνος quid Græcis 92. g  
 Καρκίνου æquiuoca 159. b  
 Καρκίνος Θαλασσιος 173. d  
 Καρκίνος μικρος 213. a  
 Καρκίνος ποτάμιος 206. g  
 Καρκινώδης 167. a  
 Καρκινώδης 167. b  
 Καρκινωμα quid 159. b. vnde dictū  
 167. a  
 Κάρπασον 306. f  
 Κάρχα 160. g  
 Καταφυσάν quid Arist. 53. d  
 Καυσία 277. d  
 Κάχλαξ 370. c  
 Κεγχρίτης Serpens qui 117. h  
 Κημός quid 302. e  
 Κηραφίς 99. c  
 Κηριάζεν quid 99. a  
 Κηρύκιον 323. a  
 Κήρυκος etymum 323. a  
 Κηρός 370. f  
 Κήρυξ, & ei' varia significata. 321. c  
 Κήρυξ auis 322. c  
 Κιγκλίδα 215. e  
 Κίναδος quid Indis 421. b  
 Κίονια quæ 287. c  
 Κιρρός qui color 3. b  
 Κνίδη, eiusque significata 564. f  
 Κονδύλιον 229. d  
 Κογχαλίζεν. 247. d  
 Κογχάριον 229. a  
 Κογχία. 229. a  
 Κογχοειδή 226. c  
 Κογχος 226. f. 370. h  
 Κογχύλιον 229. a. b  
 Κόγχυς 229. a  
 Κογχυλαγones 248. c  
 Κογχύλη 229. a. 345. d  
 Κογχυλίας λίθος 247. d  
 Κογχυλιευτής 247. d  
 Κόκκος βαφικῶν 305. a  
 Κόκλακες 369. d  
 Κολίκαια 506. c  
 Κολοβοποδοι cur polypi dicantur.  
 19. d  
 Κολόσσινος color 311. c  
 Κολυβδαινα 93. c  
 Κολυσιδείπνος 371. d  
 Κολχάδες 369. d  
 Κολχάκες. ibidem.  
 Κορύκοι quæ conchæ 473. f  
 Κορύς 136. g. 137. d  
 Κόχλαξ. 370. e  
 Κοχλίας 370. f. g  
 Κόχλος quid 332. e. 370. g  
 Κράγνη Aristot. quæ secundum  
 Scaligerum 139. a  
 Κραγών 148. c  
 Κρείος 331. c. quæ concha 433. f  
 Κρόκη 293. a  
 Κροκοδισμός 293. a  
 Κροκύλεγμος. ibidem.  
 Κρόκος quid Galeno 292. h  
 Κτεές quid, & eius historia 497. a  
 & inde.  
 Κτένια 498. f  
 Κτιδένες 497. d  
 Κυανός de quibus colorib. dicatur.  
 122. f  
 Κυματοφόρτις 226. e  
 Κωρίς 136. g  
 Κώρυξ 331. c  

Α.

 Λαγώς θαλάσσιος 79. b  
 Λεβηρίς 226. e  
 Λείμα 371. d  
 Λεπὰς quid, & eius historia 545. a.  
 & inde.  
 Λέων pro elephátiafi 118. a. Salta-  
 tionis species ibid.  
 Λιθορρίνα 226. a  
 Λίγνος quid 317. d  
 Λιχαδία 226. e  
 Λίθος έρυθραίος 421. b  
 Λιμνοστρα quæ Arist. 480. g  

Μ.

 Μαίας etymū & histor. tota. 177. c  
 Μαλάκια quæ Græcis 2. f. h  
 Μαλακοδερμα non dici mollia. 2. f.  
 Μαλακόστρακα. 92. e. cur sic dicta.  
 92. f  
 Μαργαρίτη 421. a  
 Μαργαριτεύς 434. g  
 Μαργαριτέμυρος 434. g  
 Μαργαρίτις λίθος 421. a  
 Μαργαρον 421. a  
 Μαργαρος Ινδος ibidem.  
 Μασλής quid 141. c  
 Μέλαν quid in mollib. vocet Ar. 5. b  
 Μελικαρίδες 154. f  
 Μελικεράν 299. a  
 Μηλίνη quid 11. b  
 Μίπεν quid Arist. 5. c. quæ animalia  
 id habeant 235. a. b  
 Μηρίδια 565. a. b  
 Μονοθύρα 230. h  
 Μπελέρικοι θαλάσσιοι 553. b  
 Μία quid Arist. 517. d 508. h  
 Μρακα quid Diosc. 517. d  
 Μύακες quæ Diosc. 508. h  
 Μυιδιον 509. a  
 Μύδιον 509. a  
 Μυκατήρ quid Arist. 4. g  
 Μύς tria significat hermolao 508. h  
 Μύς σκυλλωδες quid Athen. 511. a  
 Μυσίλη 509. d  
 Μωσίηκτος 508. e  
 Μυριοπώλαι 509. d  
 Μύσρον. 509. d  
 Μύτης quid 47. b. quid in mollibus,  
 & eius vsus. 5. a  

Ν.

 Νάυτις 257. b  
 Ναυτικός 257. b  
 Ναυτίλος & varia significata 257. b  
 Νείριτης 364. g  
 Νηρίτη, eiusque historia 363. d  
 Νήρισον quid 364. f  
 Νηρός 364. f  
 Νήσος vestis 277. b  

Ξ.

 Ξιφίδριον 371. c  
 Ξιφύδριον quid 517. d. 518. e  
 Ξυρίς vestis quæ 277. b  

Ο.

 Οζαίνα 42. g. h.  
 Οζολίς 42. h. etymum ibidem.  
 Ολοθύριον. 579. d  
 Ολος 47. c  
 Ορίσκους quæ animalia Græci vo-  
 cent 8. g.  
 Ονος pro polypo 9. a  
 Ουξ quid 527. b  
 Οσμουαι. 42. g  
 Οσμούλη. 42. g.  
 Οσρωλίδια. 42. g  
 Οσρωλαι. 43. a  
 Οσμούλος, vt scribi debeat. 42. g  
 Οσλίγγα quid in mollib. 4. h. 66. a  
 Οστρακα 226. c  
 Οστρακον quid in sepijs vocauerit  
 Athenæus 47. d  
 Οστράκηρα 226. e  
 Οστρακίδια 248. e ludus qui. 251. c  
 Οστρακισμός qui ludus 251. b  
 Οστρακόδεμα cur sic dicta. 92. f.  
 225. a  
 Οστρακόδεμοι ιχθύες 226. e  
 Οστρακόρινα 226. e  
 Οστρακώδη. ibidem.  
 Οστρα quæ Arist. 225. b  
 Οστρα 225. c  
 Οστρωδή 226. f  
 Οστριδια 479. c  
 Οστρον. 47. c  
 Ους Αφροδίτης 550. g  

Πα.



Π.

Παγούρια 186. g  
 Παγούρος 186.  
 Παραλύργες 277. a  
 Παραλουργής 277. c  
 Παρύρες 277. a  
 Πάρυφος, ibidem.  
 Παργύρος 186. h  
 Περλώ quid Numenio 588. f  
 Πελωριον, siue Πελωρον, quid 475. a  
 Πεμμα quid 64. f  
 Περιβόλαια 277. b  
 Περιγύγιος 277. b  
 Περικόχλιον 369. a  
 Περιήσσα 277. b  
 Περιήσσαια. ibidem.  
 Περιπορφύρος 309. b  
 πετραίος polyri epitheton 36. h  
 πετροφύης polyri epitheton. ibid.  
 πήλος quid 458. h. 475. b  
 πηχυαλές 277. a  
 πηλός 371. c  
 πίννα siue πίννη quid 530. f  
 πιννοφύλαξ 213. a  
 πιννοφύρης 213. a  
 πίνος quid 530. f  
 πλευμονες 577. d  
 πλιθής quid 440. g  
 πλοχμός 11. a  
 πνεύμονες qui Hesychio 577. c  
 πολιπόδια 28. f  
 πολύπους 8. h  
 πόλυπος 8. h  
 πουλυπόδης. 9. a  
 πολυποδώδης 28. g  
 πολυποδινη 28. g  
 πολύχρους polyri epitheton 36. h  
 ποματίας 371. b  
 πομπήλος 275. b. c  
 πορφύρα 282. e  
 πορφύρεος 309. b  
 πορφυρέων 313. d  
 πορφύρειος 309. a  
 πορφυρέιον 313. b  
 πορφύρεος 308. h. 313. c  
 πορφυρέως 312. h  
 πορφυρομένος 308. h  
 πορφυρεύται 308. h  
 πορφυρία μικρά 282. e  
 πορφυρίς 289. d  
 πορφυρίων 313. d  
 πορφυρίς 277. b. c. 311. c  
 πορφυρίζω 313. a  
 πορφυρίτη 314. e  
 πορφυρίτης 311. d  
 πορφυροβάφος 308. h  
 πορφυροβαφεία 313. b

πορφυροειδής 309. a  
 πορφυροείς 309. b  
 πορφυρόκαυλος 309. a  
 πορφύρω 312. c  
 πορφυρομιγής 309. a  
 πορφυρωμάτα 313. a  
 πορφυροπολής 308. h  
 πορφυροσέρpens 314. f  
 πορφυρίων 311. d  
 πρήθμα quid 11. a  
 πύελος quid 511. b  
 πύλη 98. f  
 πύξaris 160. g  
 πυράργα 159. d 186. g  
 πώλυτος 8. h  
 πώλυψ 8. h  
 πώμα 293. d  
 πωμάτια 545. b  
 Π.  
 Ρίνος 294. f  
 Σ.  
 Σάλιγγα 371. d  
 Σάλπιγξ 323. c  
 Σαπίδια 56. g  
 Σαράγης 278. c  
 Σέμελος 371. a  
 Σέσελος cochlea quæ 370. h. 371. a  
 Σελάτης 371. b  
 Σηπεδονα quem Græci vocēt 45. c  
 Σητία vt scribendum 45. d  
 Σηπιαλλίς 56. h  
 Σηπιάς promontorium vnde dictū.  
 44. h  
 Σηπιδαρion 56. g  
 Σηπιδία 56. g  
 Σηπιον quid 47. d. 56. g  
 Σηπιοτικόν 57. d  
 Σήρ quale animal 282. f  
 Σιβυλλος 371. b  
 Σκιφύδρια 371. c  
 Σκολιός polyri epitheton 36. h  
 Σκύλαρον differt à Caridio 154. e  
 Σκίλλα 136. f  
 στραβήλος quid Hesychio 254. e  
 στέβιλος quid Suidæ 254. e. pro  
 buccina accipitur 323. b  
 στρόμβοι qui 348. g  
 στρομβος pro buccina 323. b. ge-  
 nericè sumptus quid 253. c  
 στρομβώδη 253. c. 230. h  
 στρωτήρια 288. e  
 σωλή quid, eiusq; historia 527. a  
 Τ.  
 Τένταλι 282. h  
 Τετλιξ ενάλιος 147. d  
 Τευθίδιον 75. c  
 Τευθίδης varia significata 64. f

Τευθίς 64. h  
 Τευθώδη mollia vocata 2. g. quæ vo-  
 centur Athenæo. 75. c  
 Τεύθος, & τευθίς vt differant 64. h  
 Τεύθος Loligo maior est 64. g  
 Τήθη vnde dicta 586. c. quæ Nicā-  
 dro 581. d  
 Τήθος, siue Τήθων, & eius historia.  
 581. b. & inde.  
 Τηθωάκιον 581. d  
 Τρεψιχραεις 12. f. 36. h  
 Τριβόλος 311. a  
 Τριψιχρας 12. f  
 Τριχία qui morbus Arist. 212. f  
 Τριχώδη quid Aristot. in mollibus.  
 4. h  
 Τρόχαλος quid 369. d  
 Τ.  
 Τποπόρφυρος 309. b  
 Τωποποφυρίζω 313. a  
 Τρακος 479. c  
 Τσγη 307. d  
 Τσγιον 307. d  
 Φ.  
 Φαρμακῶνες 288. h  
 Φαρμαξαι 288. h  
 Φερέοικος 371. b  
 Φικιδίζεν 318. h  
 Φιλυδικασης 553. d  
 Φοινίς. 277. b. 318. f. quæ vestis  
 271. a  
 Φοινικίζεν quid 318. h  
 Φόινικις 289. d  
 Φορφυρανθής 309. a  
 Φυστηρ quid 4. g  
 Ζ.  
 Ζήλας quæ Græci vocent 94. g  
 Ζήμεια quid 466. f.  
 Ζήμη quid 466. e  
 Ζιτων πλατύσειμος 273. c  
 Ζλάρος 370. e  
 Ζλωροκαρίδες 154. f  
 Ζλωροκυβτίδες. ibidem.  
 Ζλώρος color duplex ibid.  
 Ζοιριναί 555. c  
 Ζοιροθλίξ 553. d.  
 Ζολή quid Nicandro 47. e  
 Ψ.  
 Ψεκάδιον quid 376. h  
 Ω.  
 Ωον πολύποδος 257. b  
 Ωτάριον 550. g  
 Ωτια quid 545. c





# I N D E X.

## Græca recentio- rum.

*Αρμανισάρι* 263.d  
 Calagnone 459.c.d  
 Caramis & Caramidia 127.c  
 Carida & caramidia, & caramis.  
 150.g  
 Chinades 518.e  
*Κοχλίας* 371.d  
 Colizena 565.b  
 Lichuda, vel Luzuda 109.d  
*Μαργαριτάρι* 422.g  
 Mongi. 573.c  
 Petaglida 545.b  
 Pfoli 589.a  
*Σαλιγγα* 371.d  
 Spherdocles 582.c  
 Strophylida 323.c  
*Φηκίον* 323.b  
 Zuchinada 566.f.

## Hebraica.

Argaman, & Argeuan. 288.f.  
 Buz. 540.h  
 Chomet, Chumeta 370.f  
 Limaza 370.f  
 Lul. ibidem.  
 Mesibasa. ibidem.  
 Sachel. ibidem.  
 Seahul. ibidem.  
 Schefch 540.h  
 Tibeleta 370.f

## Arabica.

Achafar 295.b  
 Adfar althaib 295.b  
 Affaratib 295.b  
 Alarginam. 282.f  
 Albato, Albato, Albaro 422.f  
 Alhuda 554.e  
 Alcoffar 422.f  
 Alulo. ibidem.  
 Alzum 479.d  
 Amarcas 511.d  
 Antiqui 479.d  
 Astor 553.a.b  
 Athfar atheb 346.c.  
 Aunici 370.f  
 B.  
 Balanthan 295.a.b  
 Barcora 479.d  
 C.  
 Canifis 479.d  
 Canifsem 162.e  
 Carafis 479.d

Casia 370.f  
 caugiles, caugilen. 479.d  
 ciceros 322.g  
 coliris 370.f  
 conada 370.f  
 cotia ibidem.  
 curasie 295.b

D.

Daablectos 295.b  
 Dafarbachali 295.b

E.

Egedde 295.e

F.

Fanage 45.d  
 Funoblaron 295.b

G.

Gafecol 295.b  
 Gaugiel 479.d

H.

Haalcena 370.f  
 Hafesol 295.b  
 Hager 422.f  
 Halzum 370.f  
 Hiobothor 295.b  
 Hudal. ibidem.

K.

Keiben. 160.c  
 Kermes 305.a  
 Kuactil 295.b  
 Latalus 479.d  
 Lischmat 370.f  
 Lulientia. ibidem.  
 Lulu. 422.f

P.

Palpar. 282.f  
 Pulpia. ibidem.

R.

Rathiaha 160.e  
 Reiben Auicennæ 160.c  
 Remigi. ibidem.  
 Rubien 45.d

S.

Sadaf. 370.f  
 Sades 479.d  
 Sarathan 45.c 160.g. 206.g.  
 Sarathan nheri 206.g  
 Sedef 518.e  
 Seigi 479.d

T.

Talsam 518.e

V.

Vrbien 45.d. 206.g

## Italica.

Alagusta 99.c  
 Arfella 475.d  
 Astafe 109.d

B.

Beuerazza 471.a  
 Beueroni. ibidem.  
 Biaua 154.h  
 Biueroni 400.h  
 Bogancitola 400.h  
 Bvuolo di mar 323.c.  
 Brancha vel Branchna 216.g  
 Buoualo. 372.g.

C.

Calamaro 64.g.h. 45.d  
 Calcinelle 518.e  
 Cambaretto 154.h  
 Cammarugia 137.c. 148.f  
 cancharo di Barbaria 186.h  
 cancreola 177.d  
 capello di mare 573.c  
 cappa. 469.c  
 cappa grossa 459.a  
 cappa tanta 449.d  
 cappa tooda 448.f  
 capparazze siue capparole 518.  
 caragnuola 366.c  
 caualliero 197.b  
 castrangolo 192.c  
 cazzo marino 589.a  
 copia 45.d  
 chalena, siue chalcena 471.a  
 chiocciola 372.g  
 conchole 509.a  
 cranceola 177.c

D.

Dattri 465.g

F.

Folca 180.h

Folia 180.h

Folpo 9.b

G.

Gambarella 150.h. 154.g  
 Gambarello, & Gabaruzolo 154.g  
 Gambaro, vel Gammaro 109.d  
 Gambaro di mare 157.c  
 Gambarozola 137.c  
 Gambaruccio 154.h  
 Gongola 504.f  
 Grancellia 17.d  
 Granceolo 173.d. 177.c  
 Grancetto 198.f  
 Granchio, seu granzo. 160. 173.d.  
 206.g

Granchio Spiantano. 193.a

Granciporro 186.h

Grancitella 177.c

I.

Incino 400.h

Iudeo. 409.d

L.

Lagousta 99.c



# I N D E X

Lanchrina. *ibidem.*  
 Limage delle vigne 373.c  
 Lumaga 372.g  
     M.  
 Macinetta 174.e. 198.f  
 Madre delle perle 417.c  
 Maruza 372.g  
 Mazzacara 144.g  
 Molecca 173.e  
 Moscardino 42.h  
 Mugettino. *ibidem.*  
 Muscarolo. *ibidem.*  
 Muscioli. 511.c  
 Mussolo 459.c.d  
 Muzaro 42.h  
     N.  
 Naridole 364.g  
 Nicchio 372.g  
     O.  
 Ogie 192.f  
 Ognella 283.a  
 Ochetta 144.g  
 Ollereghe 479.c  
     P.  
 Pantalena 545.b  
 Papilla pilota 192.e  
 Pauaro, aut pauro 186.h  
 Perla 422.h  
 Pesce cannella 527.c  
 Pesce malattia 9.b  
 Peuereza 471.a  
 Piueroni 475.d  
 Polpo 9.b  
 Porella 162.h. 188.f  
 Porpo 9.b  
 Potra marina 573.c  
 Ponerazo 475.d  
     R.  
 Riccio vel Rizzo di mare 400.h  
 Romie 499.b  
 Roncera 283.a  
 Rozzola 459.a  
     S.  
 Sceppa 45.d  
 Seccia. *ibidem.*  
 Seppa. *ibidem.*  
 Squilla 150.h  
 Somniolo 192.e  
 Sparnochia 148.f  
 Specchio 177.c  
 Sponge 582.e  
 Squiozole 512.e  
     T.  
 Telline 518.e  
 Totena 64.h  
     V.  
 Vallopa 156.g

Vrsetta 144.g  
     Z.  
 Zameruca 372.g  
 Zino 400.h  
 Zinzin *ibidem.*

## Gallica.

Albergaines. 592.f  
     B.  
 Berdin seu Berlin. 545.c  
 Bernard l' Eremite 216.g  
 Bigonet. 368.e  
 Bigornaeu. *ibidem.*  
 Biouscambus 216.g  
 Boufron 46.e  
 Bougre 9.b  
 Bouquette. 150.h  
 Burex 283.b  
     C.  
 Calamar. 64.h  
 Cancres 160.h. 173.d  
 Capaeu carnu. 574.c  
 Carabasse 186.h  
 Carambot 150.h  
 Caramot 197.c. 150.h  
 Casseron. 46.e. 64.h  
 Castagnes de mar. 405.c  
 Chabre 186.h  
 Cheuretes 150.h  
 Ciches 46.e  
 Ciuade 150.h  
 Coquille 448.f  
 Coquille grosse de nacre di perle.  
     264.c  
 Coquilles larges 498.g  
 Coquille de pourcellene 264.c  
 Coquilles de saint iaques 499.g.  
 Coquille vittade 462.c (504.f  
 Corniches 64.h  
 Cornetz 64.h  
 Coutaeu 65.a. 527.d  
 Crape & crabbe 160.h  
 Crape 185.h  
 Crespe 540.h  
 Creuertes 150.h  
 Cubasaeu 566.c  
 Cul d'Asne. *ibidem.*  
 Cul de Cheual 566.f  
 Cullier 453.b.c  
     D.  
 Dulcins 405.a  
     E.  
 Eremite 216.g  
 Escarcor 372.g  
 Escreuille 127.c  
     F.  
 Fagule 186.h

Flammes, flammettes 466.h  
 Flion 518.e  
     G.  
 Geurnette 137.c  
 Glaugio 64. h. 65.a  
 Gornat 79.a  
 Grampella 177.c  
 Gritta. *ibidem.* 198.f.  
 Gronaut 79.a  
 Guernette 150.h  
     H.  
 Hannons 506.f  
 Hetiffon de mer. 405.a  
 Hormar 109.d  
 Huistres 479.d  
 Hus 307.d  
     I.  
 Imbriago 69.d  
 Iraigne de mer. 177.c  
 Ittre alle call' 479.d  
     L.  
 Langrous 109.d  
 Langusta 99.c  
 Lapedo 545.c  
 Ligombaundos 109.d  
 Limasson 372.g  
 Limasson petit de mer 364.  
     M.  
 Mansotz 527.d  
 Migrane 188.g. 405.a  
 Moules 509.a  
 Muscles 511.d  
     N.  
 Nacre 530.g  
 Nacre de perles 417.c. 429.e  
     O.  
 Oeil de buoe 545.c  
 Oniters 479.d  
     P.  
 Pagul 187.h  
 Paiourde 475.e  
 Peires ostres 479.d  
 Pelourdes 458.h  
 Perlo 422.g  
 Petuncies 504.f  
 Pomes d'Amours 592.f  
 Poulsepieds 522.f  
 Porcelliane 552.e  
 Porcellaine petite 360.e  
 Posterol 566.f  
 Potes 566.e  
 Poulpe 9.b  
 Poupe. *ibidem.*  
 Poussiepie 566.f  
 Poyrette 422.e  
 Ptegedious 156.f  
 Puissepiez 522.g



# I N D E X.

Purpe 9.b.  
**R.**  
 Ran de mer 323.c  
 Rascassos 405.a  
 Rouffacn 186.h  
 Rubelle 65.a.

**S.**  
 Salecoques vel Salcoques 150.h  
 La Santè 150.h  
 Sautrelles. ibidem.  
 Scandebec. 491.b  
 Seche: 45.d.  
 Seechepoupe 9.b.  
 Seiche 46.e  
 Sepio 45.d  
 Squaranchon 177.c  
 Squinaude. ibid.  
 Squinado. ibid.

**T.**  
 Tante 64.h  
 Tourtaeu 186.h  
 Tothona 64.h

**V.**  
 Vrlis 368.e  
 Vrlins 401.a  
 Vrtigo. 566.c.

## Hispanica.

Almeia 364.g. 372.g. 545.c  
 Aranha 187.a  
 Armilla 475.d  
 Bregigam 545.c  
 Brignigois 518.e  
 Buzios 556.h  
 Cagarolo 372.g.  
 Cagarolo de la mar 393.a  
 Calamar pescado. 65.a  
 Cammaron 109.d.  
 Cangreia 177.d  
 Cangteio. 160.h. 216.g  
 Capacha de velha 573.c  
 Caracol de la mar 364.g. 372.g  
 Camaran di Lisboa 150.h  
 Cameran de Villa Franca 154.8  
 Caramuyo 372.g  
 Centola 177.d  
 Chabro 177.c  
 Erizzo de la mar 400.h  
 Gangreiola 177.d  
 Lenguado 498.f  
 Liebre de la mar 79.c  
 Loguſta 99.c  
 Mexila 51.d  
 Mixilhus 511.d  
 Natura de Vieya. 573.c

Oſtia de la mar. 479.d  
 Perola 422.f  
 Scaragol 372.g  
 Scaragol de la mar 393.a  
 Xibia. 46.e.

## Germanica.

Balckfiſch 46.e. 65.a  
 Balckfiſch mit langen fuſſen ibid.  
 Beckle 150.h  
 Berenkrebs 144.g  
 Biſem 42.h  
 Biſemkuttel. ibid.  
 Bruni qui morbus, & contra eum remedia 134.f  
 Edelkrebſ 129.b  
 Farkuttel 258.e  
 Farvv 288.h  
 Fiſchbein 47.d  
 Haſſguffe 59.c  
 Hegerling 150.h  
 Hechelkrab 177.d  
 Hogergarnir 150.h  
 Humer 109.d. 122.g  
 Jacobs muſchlen. 498.f  
 Intenfiſch 65.a  
 Krabbe 187.a. 206.g  
 Krebs 129.b. 160.h  
 Krebsaugen 129.a  
 Kребſtein 129.a  
 Kuttelfiſch 9.b  
 Magling 582.g  
 Merber 144.g.  
 Mergeiſ. 150.h  
 Meerigel 405.a  
 Merkrab 173.d  
 Meerkrable 213.b  
 Merkrebſ 99.c  
 Meerkrebſlein 137.c. 216.g  
 Meerlung 577.d  
 Meerſpin 46.e. 177.d. 186.h  
 Meertefchen 187.a  
 Moefchelen 509.a  
 Muſcheln 467.a. 511.d. 516.h  
 Meerſchum 573.c  
 Mutterſtein 556.h. ibid.  
 Nagelſchnegg 283.b  
 Perle 422.g  
 Perlemutter. 417.c  
 Polfiſch. 9.b  
 Polkuttel 9.b  
 Purpurſneck 283.c  
 Raankuttel. 65.b  
 Reuterkrab 197.b  
 Schiffkuttel 258.e  
 Snegg vel Sneck.

Schuumling 582.g  
 Secapfel 405.b  
 Seegitzle 150.h  
 Seehan 79.a  
 Seehaſ. 79.a  
 SeeKrebſ 187.a  
 Seefehaan 589.a  
 Seefpin 187.a  
 Seeftert 589.a  
 Spiegelkrab 177.d  
 Spruzling 582.g  
 Stachelſneggen art 283.c  
 Steckmuſchel 530.g  
 Thulkrebſ 129.b  
 Vilfuſſ 9.a  
 Zuuergkrebſlein 154.g

## Belgica.

Billegen. 589.a  
 Crable 110.e  
 Crabbe 173.d. 206.g  
 Creuits 127.c  
 Gernard, Gernier 137.c  
 Gernat. ibidem 150.h  
 Hol offbol 248.e  
 Kinckhorn 329.c  
 Krabbe 160.h. 173.d. 187.a  
 Luysen off noppen 248.e  
 Moſſelen 509.a  
 Oeſters 479.d (126.e)  
 Ondocht 119.b. cur ita vocetur  
 Perle 422.g  
 Seegel 405.a  
 Seekatte 46.e. 65.a  
 Sequabbe 573.c  
 Seefchuym 47.d  
 SléckE vel Slegge.  
 Snottolff. 79.a. 573.c  
 Spaenſche Seekatte 46.e  
 Steurkrabbe 99.c

## Anglica.

Bagfyſh 527.d  
 Cokles 372.h. 504.g  
 Crabbe 160.h. 173.d. 206.g  
 Crabbeſiſhe 110.e  
 Creuis, creuiſe 227.c  
 Creuyſe 109.d  
 Cuttel, cuttle 46.e  
 Krab 173.d  
 Lempet 545.e  
 Lopſter 99.c. 109.d  
 Lympyne 545.c  
 Muſclis 509.a  
 Muſckels 498.f

Oysters



# I N D E X.

Oysters 479. d  
Perle 422. g  
Pivot vel Pitot 527. d  
Pourcuuel: 9. b  
Pran. 137. d  
PreKe 9. b  
Punger 186. h  
purple 283. c  
Scalope 498. g  
Schrympe 137. d  
Sleue 65. b  
Snayle 372. h  
Theſea 109. d



## Indica.

Cherippo 417. c  
corifchias 422. g  
Motu 422. f  
Thenoras. ibidem.

## Hungarica.

Rack 109. d 160. h  
Dragako 422. g  
Gyongy. ibidem.

## Bohemica.

Hlemyzd 372. h.

## Illyrica.

Hlemyzd 372. h  
Hobornizaza 9. b  
Kak. 127. b  
Larantola 109. d  
Paiszi 527. c

## Polonica.

Hiedospialek 305. c  
Kak 160. h  
kakmorski 109. d  
Perla.  
Zito. 305. c.





## Summa Priuilegiorum.

Priuilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis cautum est, ne quis Vlysis Aldrouandi Bononiensis omnes libros qui de auibus & alijs animalibus agunt, in toto, siue in parte absque voluntate, & proprio authoris, aut eius hæredum consensu intra decennium recudat, aut alibi recufos vendat, sub pœna, quotiescunque deprehensus fuerit, priuationis omnium libroium, & decem marcharum auri puri, prout latius patet in dyphlomite Cæsareo dato in arce regia Pragæ, die prima mensis Aprilis, anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

Rudolphus Imperator.

*Rudolphus Coradutus.*

*Ad mandatum Sacra Cæsarea  
Maiestatis proprium.*

*Io: Barnsius.*





# REGISTRVM.

✠ ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt  
Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes sunt Terniones.

Hæc omnia singula à me dicta & scripta, dicendaq; & scribenda,  
censuræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ libenter submitto.



B. O N O N I Æ

---

Apud Ioannem Baptistam Ferronium.

MDCXXXII.

Superiorum permissu.

---

Sumptibus Marci Antonij Berniæ.



REVISTIVM.

ALPHABETIKUM IN ORDINE ALPHABETICO.

AVCTORE MICHAELI MANNINGO P. R. S. T. E.

1702.

LONDON: Apud W. DODDING.

Quatuor Tabulae.

Hic continetur Alphabetum in Ordine Alphabetico, quod est  
veteris Graecae, Latinae, Romanae, et Germanicae.

B O N O R U M

Apud Johannem Baptistam Farnobium.

MDCCLXXII.

Tabularum prima.

Tabularum prima.



